


SCOTT'S BOTTLED  
CATHARTIC  
ANTHROPIST

1445

A  
12-229





Estadística de Correos  
GRANADA

Clase	A
Distrito	12
Número	229

to 5-

~~13 to 14 8~~





~~3-4-689~~

A

D.

I

O  
dici  
trà  
con  
tià,  
mun  
usqu  
nes  
ven

A



R. 4029

S A C R U M  
ANTIOCHENVUM  
CONCILIVM  
PRO ARIANORUM CONCILIABULO

PASSIM HABITUM  
NUNC VERO PRIMUM

EX OMNI ANTIQVITATE  
AVCTORITATI SVÆ RESTITVTVM

OPERA AC STUDIO  
D. EMANVELIS A SCHELSTRATE

SACRÆ THEOLOGIE DOCTORIS

ECCLESIE ANTVERPIENSIS CANONICI ET CANTORIS.

Opus, in quo nomina Episcoporum cum actis Synodicis ex editis & M. SS. Codicibus eruuntur, tota Synodi anno 341. in Orientis Metropoli habitæ Historia contra recentiorum opinionem illustratur, quin etiam occasione 25. canonum ibidem constitutorum exponuntur Prisca Episcoporum jura cum Metropolitum orbis notitiâ, antiqui Christianorum ritus cum Orientalis Ecclesiæ disciplinâ, præcipua demum fidei Catholicæ mysteria, & inter illa Confessio Auricularis à Christo ad hæc usque tempora per Orientis universi, Ægypti, Africæ, Italiæ, & Angliæ regiones posteritati tradita. Additur pro coronide de schismatico Eufebianorum conventiculo Antiochiæ post veram ibi Synodum celebrato Dissertatio Historica.



ANTVERPIÆ,

Apud JOANNEM BAPTISTAM VERDUSSEN, viâ Wigger-Samerstraet, sub signo duarum Ciconiarum

M. DC. LXXXI.



A. 1009

1180 3873

S A C R U M

ANTIQUARIUM

CONCILIUM

PRO ARIANORUM CONCILIABULO

ASSIS HABITUM

NON VERO FINIUM

EX OMNI ANTIQVITATE

AVCTORITATI SVÆ RESERVATVM

OPERA AC STUDIO

D. EMANVELIS A. SCHELLSTRATE

SACRE THEOLOGIE DOCTORIS

ECCLESIAE ANTVERPIENSIS CANONICI ET CANTORIS

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

ANTVERPIÆ

Apud JOANNEM BAPTISTAM VERDUSSEN

M. DC. LXXXI.





\* 1.

DOMINO BEATISSIMO

\* 1. Synod.  
Milevst. ad  
Innocent. 1.

MERITOQUE VENERABILI PAPÆ

INNOCENTIO ] XI.

\* 2.

VERO CHRISTI IN TERRIS VICARIO

\* 2 Concil.  
Florent. in de-  
creto unionis.

PETRI APOSTOLORUM PRINCIPIS SUCCESSORI. ]

\* 3.

*Ovium Christi Archipastori*

\* 3. Theodor.  
studita ep. ad  
Leon. Papam.

PASTORUM OMNIUM PRIMATI, DUCI, RECTORI. ]

\* 4.

SUPREMO OMNIUM CAPITI. ]

\* 4. Cyrill.  
Hierosol.

\* 5.

REGENDARUM ORBIS ECCLESJARUM GUBERNACULA TENENTI. ]

\* 5. Theodo-  
ret. ep. ad Re-  
nat. Presbyt.

\* 6.

PRÆSULUM VERTICI APOSTOLICO

\* 6. Syn. triū  
Prov. Africa  
ep. ad Theo-  
dorū. Papam.

SUMMO OMNIUM PRÆSULUM PONTIFICI. ]

\* 7.

*Petra divina virtute solidata. ]*

\* 7. Leo 1.  
ser. 2. in nat.  
Pet & Pauli.

\* 8.

INCORRUPTAM PATRUM HEREDITATEM SERVANTI. ]

\* 8. Hieron.  
ep. ad Damas.

\* 9.

RECTÆ FIDEI HEREDI. ]

\* 9. auct. vit. &  
S. Maximi de  
Theod. Papa.

\* 10.

SALVATORIS MONITU FRATRES SUOS CONFIRMANTI. ]

\* 10. Agatho  
ep. ad Imper.

\* 11.

OMNIUM CHRISTIANORUM DOCTORI. ]

\* 11. Concil.  
Flor. supra.

\* 12.

EORUM, QUI UNDIQUE AD FIDEM ACCESSURI, MAGISTRO. ]

\* 12. Asterius  
Amasen orat.  
in Petrum &



\* 13. Petrus  
Damian. ser.  
in Petr. &  
Paulum.

\* 13.

## Claviculario Regni Caelestis.

ARBITRIO SUO ORBIS UNIVERSITATEM SOLVENTI ET LIGANTI.]

\* 14. Ambr.  
in c. 4. Luca.

\* 14.

DOMUS ECCLESIASTICAE RECTORI.]

\* 15. Beda  
hom. de Petro  
& Paulo.

\* 15.

PRINCIPATUM IUDICIARIAE POTESTATIS EXERCENTI.]

\* 16 Nicol. 1  
epist. 40.

\* 16.

DECRETORUM IN ECCLESIA CONDITORI.]

\* 17. Theodos.  
2. & Valent.  
3. novell. ad  
Aetium.

\* 17.

OMNIBUSQUE PRO LEGE QUIDQUID SANXERIT CONSTITUENTI.]

\* 18. Mart. 1  
epist. ad Ioan.  
Philadelp.

\* 18.

CANONUM DIVINORUM CUSTODI.]

\* 19 Facund.  
Hermian. l. 3.  
cap. 6.

\* 20

*Hoc Sanctum Antiochenum Concilium.]*

\* 20. Concil.  
tribur. can. 2.

\* 21.

ICA.  
QUOD APOSTOL. SEDES ET UNIVERSALIS ECCLESIA RECIP. T.]

\* 21. Hincm.  
Rhemens. ep.  
7. ad Hincm.  
laud.

\* 22.

HANC SANCTORUM SYNODUM.]

\* 22. Hilar.  
de Synodis.

\* 23.

QUAM CONCILIUM CHALCEDONENSE COMPROBAT.]

\* 23. Hincm.  
opus. 50. cap.

\* 24.

HOS VENERABILES CANONES.]

\* 24 Nicol. 1.  
epist. ad Mi-  
chaelem Imp.

\* 25.

QUOS SANCTI PATRES ANTIOCHIAE PROMULGARUNT.]

\* 25. Leo 4.  
in Synodo Ro-  
mana anno  
853.

SUBMISSO ANIMI VULTU

OFFERT, DICAT, CONSECRAT,

DEVOTISSIMUS CLIENS

EMANUEL DE BELGIO

CANONICUS ANTVERPIENSIS.





ILLUSTRISSIMO  
AC REVERENDISSIMO  
DOMINO  
D. JOANNI FERDINANDO  
VAN BEUGHEM  
ANTVERPIENSI EPISCOPO.



Vm opus arduum in sacro  
Antiocheno Concilio aucto-  
ritati suæ restituendo aggre-  
dior, qui ex urbe orbis Ec-  
clesiastici termino per tot  
terrarum spatia Cathedram  
Petri pro Sedis Apostolicæ Patrocínio supplex  
accedo, non abs re fecisse videbor, si ad fa-  
yorem tuum, Præsul Illustrissime, in civitate  
Patriâ tanquam præsens asylum confugio.  
Liber itaque qui sub auspiciis summi Ecclesiæ



Pontificis prodit in lucem, exeat quoque sub  
auspiciis Antverpiensis Ecclesiæ Antistitis, id  
est vestris. Ascendisti enim nuper, quo jam  
dudum tua te virtus ac merita vocarant, tan-  
tum Episcopalis honoris fastigium, & hoc  
erat, ut verbis utar Viri Clarissimi Sirmondi in  
simili argumento, quod inculpatæ vitæ mode-  
ratisque moribus, quod consiliorum maturi-  
tati & Constantiæ, quod eximiæ divinæ gra-  
tiæ donis, quibus abundas, congruebat, ut  
in quo adhuc Presbytero Episcopalis muneris  
ornamenta erant omnia, hunc Episcopi quo-  
que nomen ornaret. Erat jam pridem hoc com-  
mune omnium votum, nunc verò cum fa-  
ctum sit non modo ad civitatis nostræ sed uni-  
versi Belgij applausum, faxit Deus, ut Eccle-  
siæ, in quâ per annum integrum dictis factis-  
que inclaruisti, præsis per ævum incolumis,  
& ut finiam cum Apollinari Sidonio: *seculo  
predicatus tuo, desiderandus alieno, utrâque  
laudabilis actione decedas.*

ITA VOVET

JLLUS MA. GRATIÆ VRÆ.

Humillimus Famulus

A SCHELSTRATE

Cantor Ecclesiæ Cathed. Antverp.



# P R Æ F A T I O

A D

## LECTOREM.



Um eo potissimum sæculo nati sumus, quod in edendis & illustrandis antiquorum monumentis Principem locum obtinet, ne in limine ipsius operis ad tituli perfectionem quisquam animo hæreat, & de illustrato contrà peritorum sententiam Antiocheno Concilio anxie subdubitet, paucis me præfari oportuit, & tibi Lector benevole, non tam operis suscepti argumenta, quam errorum huc usque subrepentium specimina ob oculos ponere. Inficiari quidem nemo poterit, hac ætate nostrâ operarios egregios in eruendo Antiquitatis Ecclesiasticæ Thesauro operam omnem sedulo impendisse; sed omnes in tantis rerum tenebris omnia invenisse, nemo prudens concesserit. Alia Eminentissimus Annalium Parens Baronius, alia Illustrissimus Tarraconensium Archiepiscopus Antonius Augustinus, alia Galliæ splendor Peronius, alia hæreticorum malleus Robertus Bellarminus, alia Doctissimus Aurelianensium Antistes Gabriel Albaspineus, alia vir de Ecclesiâ benè meritus Onuphrius Panuinus, alia civitatis nostræ præclarum decus Aubertus Mireus, alia præstantissimum nostri sæculi ingenium Dionysius Petavius, alia eruditorum Princeps Iacobus Sirmondus, alia diligentissimus in edendis Patrum scriptis Lucas d' Acherius, alia Clarissimis



## Præfatio ad Lectorem.

rissimus Bibliothecæ Vaticanæ præfectus Leo Allatius, alia sedulus antiquitatis indagator Ioannes Morinus, alia vir in omni re litteraria Ornatissimus Philippus Labbeus, alia magni nominis scriptor Ferdinandus Mendoza, alia purpurati cætus splendor Cardinalis Bona, alia præclarus antiquorum canonum interpres & eruditionis gloriâ orbi notissimus Christianus Lupus, alia demum, ut cætera adhuc viventium nomina præteream, fato functi scriptores ornatissimi è ruderibus antiquitatis in lucem protulerunt: non obinde tamen exhaustæ sunt venæ traditionis antiquæ, ut desperare oporteat de eruendis Ecclesiæ factis ex ruderibus antiquitatis. Vir quidam eximiâ eruditione conspicuus meritò sæculum nostrum sibi congratulari posse existimabat, quod tot viri eruditi hac ætate certatim contenderent disciplinæ Ecclesiasticæ regulas ac traditiones è tenebris antiquitatis in lucem eruere, sed cum adeo densæ occurrant ubique obscuritates, ut iis illustrandis nullus sit futurus labor supervacaneus, non immeritò faces ultiores antiquitati Ecclesiasticæ illustrandæ requisivit illa adjungens, quibus imbecillitati nostræ stimulos addidit ad illustrandum hocce sacrum Antiochenum Concilium infinitis ut ita dicam perplexitatibus involutum. Agrum itaque Primitivæ Ecclesiæ denuò antiquitatis thesaurum inquisiturus ingredior, non quidem ad contendendum de ullâ eruditionis aut eloquentiæ gloriâ tanquam operarius antiquitatis, sed Moabitidis instar à scripturis celebratæ, ut spicas ab anterioribus relictas colligerem tanquam operariorum pedisequus. Spicas dixi ab anterioribus relictas, quas dum in unum operis fasciculum congeffi, hic in limine ipsius operis prægustandas offerre, visum fuit aliquod operæ præcium.



## Præfatio ad Lectorem.

I. Ac primum quidem, undè scriptores nostri sæculi Antiochenę Synodi auctoritatem impugnarunt, desumptum est ex ipsius Synodi occasione argumentum : vir *numquam* ( ut cum Apollinari Sidonio loquar ) *sine laude tacendus* Cæsar Baronius, ad annum 341. num. 3. Antiochenum Concilium à factione Eusebiana ideo convocatum existimavit, *ut Iulij Papæ & Romani Concilij iudicium penitus subterfugeret* : cumque Socrates & Sozomenus Historiæ Ecclesiasticæ scriptores græci testentur, nec Maximum Hierosolymorum Episcopum adfuisse, quod timeret in fraudem induci ad subscribendum damnationi Athanasij, nec Iulium Papam suos legatos misisse ad una cum Orientalibus conveniendum, collegerunt exinde plerique recentiores periti, Antiochenum Concilium in fraudem Athanasij merè fuisse convocatum ad evadendum Iulij Papæ in Synodo Romanâ iudicium. Verum stabilitâ dissertatione primâ circâ res Athanasij Chronotaxi Historicâ, ostendimus capite 4. rationem prætentam convocandi Episcopos fuisse templi Antiocheni dedicationem juxtâ morem tunc temporis receptum, ut quo illustrior dedicanda erat Ecclesia, eo maior & numerosior cœtus cogeretur Antistitum : & hac occasione Eusebianos, qui una cum Catholicis Antiochiæ Encæniorum tempore convenerant, obtinuisse à Constantio Imperatore Antiochenum Concilium : hoc autem præcisè non fuisse postulatum ad evitandum Synodi Romanæ sub Iulio primo iudicium, vel ex eo evincimus, quod Antiochenum Concilium ferè fuerit finitum, antequam Eusebiani inaudierant de indicto Romæ Concilio per Iulium primum. Quod verò nec Maximi Hierosolymorum Episcopi, nec ipsius Iulij Papæ absentia obfuerit Antiocheno Concilio,

Apollinaris  
Sidonius.

Baronius.



## Præfatio ad Lectorem.

lio, fusius probamus dissertatione 2. capite 3.

2. Subodoratus fuerat Cardinalis Baronius, Antiocheno Concilio adfuisse non Eusebianos tantum, sed Orthodoxos quoque Episcopos, idque ut antiquitatis testimonio comprobaret, assumpsit locum Iulij Papæ ex datis ad Orientales litteris, de damnato Athanasio 36. Eusebianorum suffragiis: magno eruditorum applausu recepta fuit viri eruditissimi sententia, donec Sancti Athanasij opera Græco-latina prodierunt ante 50. annos in Galliis, in quibus dum Iulij primi locus de 36. suffragiis correctus apparebat, ut legendum esset, 36. *Mansionibus*; verba illa nihil ad Eusebianos, qui Antiochiæ resederunt, pertinere animadvertit novissimè Henricus Valefius, qui tomo 2. observatione in Socratem & Sozomenum scriptum reliquit: *deleatur ergò hic error ex Annalibus Ecclesiasticis, ut ex animis eorum, qui Baronij auctoritate inducti, id pro certo & indubitato hæctenus tenuerunt, sex & triginta Ariane factionis & communionis Episcopos in Antiochenâ Synodo comparuisse.* Placuit Valefij iudicium Godefrido Hermantio in vitâ Athanasij, & cum Sozomenus alijque solos Eusebianos nominarint, non defuerunt viri eruditi, qui Synodum Antiochenam habuerunt pro Eusebianæ factionis scelerato Conventiculo, vel Eusebianorum Conciliabulo. Vacillantem Eminentissimi Cardinalis Baronij sententiam nos primi, quod sciam, stabilimus, & Catholicos non solum communicare potuisse Eusebianis, sed reipsa plures 50. numero communicasse cum 40. Eusebianis in Antiocheno Concilio adunatis, ex Palladio Helenopolitano Episcopo, & Georgio Patriarcha Alexandrino non tam indicamus, quam convincimus, dissert. 2. addentes Episcoporum, quos invenire potuimus in omnibus Antiquorum de hocce  
Conci-

Iulius 1.

Valefius.



## Præfatio ad Lectorem.

Concilio fragmentis, tam Catholicorum quam Eusebianorum nomina ad numerum quinquaginta duorum pertingentia, cum ante nos vix 30. numerabant vulgatæ editionis Concilia.

3. Circumferuntur in notis ad Synodum Antiochenam quatuor fidei formulæ ab Athanasio libro de Synodis insertæ, & cum in illis nulla mentio fiat Consubstantialitatis filij, ubi plerique ex Priscis Ecclesiæ scriptoribus post Socratem & Sozomenum fidem Antiochiæ perversam testati fuerant, communis ferè omnium recentiorum evasit opinio, à Synodo Antiochenâ corruptam esse fidem Catholicam. Hunc lapidem offensionis tollere conamur dissertatione 3. de iis, quæ ad fidem spectant & in Antiocheno Concilio pertractata fuerunt, ostendimusque, ex quatuor fidei formulis primam ante Concilium Antiochenum à solis Eusebianis se ipsos de Arii communione purgare nitentibus fuisse editam, cum id ipsum formulæ verba clarius indicent, quam ut ullâ probatione indigeat, quartam verò formulam teste Athanasio post aliquot menses à festo Encæniorum, adeoque post Antiochenum Concilium à solis Eusebianis fuisse editam, ut de illis duabus formulis solliciti esse non debeamus. Restat de secundâ & tertiâ fidei formulis in Antiocheno Concilio editis difficultas non contemnenda, quam tamen ex sedulâ monumentorum perpenditione superavimus. Enimverò secundam fidei formulam à Luciano Martyre fuisse conscriptam, promulgarunt Patres Antiocheni, & cum inter illos numerentur viri sanctissimi, vix dubium superesse potest de veritate testimonij. Floruit Lucianus Martyr triginta fermè annis, antequam Arius negare cœpit, verbum Dei esse Consubstantiale Patri; cumque non-



## Præfatio ad Lectorem.

dum quæstio de Consubstantialitate filij innotuerat orbi Catholico, quid mirum, in illa fidei formulâ nullam mentionem factam de Consubstantiali Verbo. In tertiâ fidei formulâ mentionem fieri debuisse tamquam post exortam de Consubstantialis voce quæstionem Antiochiæ editâ, non nova sed antiqua in sacrum Antiochenum Concilium excogitata est calumnia, quam S. Hilarius Pictaviensis Episcopus eodem tempore repulit, quo nata fuit. Eandem enim objectionem vir Sanctus & in omni re Ecclesiasticâ versatus anno 358. resolvit, asserendo *non adversum hæresim, quæ dissimilis substantiæ Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ausa est predicare, in Antiochiâ fuisse conventum: sed adversus eam, quæ post Sanctam Synodum Nicenam in id proruperat, ut tria nomina Patri vellet adscribere.*

Hilarius,

4. Hæserunt plerique circâ hæresim illam, contra quam Antiochiæ convenerunt Episcopi Orientales, & cum S. Hilarius, qui tunc florebat, testatum reliquerit, expositionem fidei ideo Antiochiæ factam, *cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret.* Quærunt anxie viri eruditi, quisnam ille Episcopus esse possit, qui inter Patres Antiochenos tam prava sentit, ut Ecclesia ad eius hæresim sopiendam novâ fidei formulâ indiguerit? Eminentissimus Cardinalis Baronius, & eum insecutus Doctor Colonienfis Severinus Binnius, putarunt id obiectum fuisse Gregorio eâ occasione, quod esset tunc electus Episcopus Alexandrinus. At pace virorum eruditorum dixerim, vel errorem esse ex eo probamus, quod Gregorius nondum fuerit Episcopus, cum hæc fidei formulâ Antiochiæ fuit edita, ubi tamen S. Hilarius testatur, fuisse unum ex Episcopis in Concilio utique præsentem. Rem hanc scientio obvolvere maluerunt ceteri scriptores, quæquam

Baronius,



## Præfatio ad Lectorem.

de re ipsis incomperta tractare, at nos recentiorum, quod sciam, primi hunc Episcopum ex indubitato antiquitatis monumento omnium oculis proponimus, ostendimusque, fuisse Marcellum Ancyræ Metropolitanum, qui de hæresi Sabellianâ accusatus fuit in Synodo Constantinopolitanâ, & cum obiectione Antiochiæ renovatâ damnatus mansisset, Romam ad Iulium primum appellavit, ubi dum vario verborum fucore errorem obduxit, non tam sacri Antiocheni Concilij obfuit auctoritati, quam profuit decisioni: nam veritas cum profundis tenebris sepulta tandem in lucem emerit, & magno Athanasio cæterisque coævīs constantibus apparuit demum, Marcelli animus à Sabellianismo non fuisse alienum, ut pluribus confirmamus dissertatione 3. à cap. 2. de cunctis circa Marcellum Ancyræ tam antè, quam post Synodum Antiochenam actis, quibus addi potest testimonium D. Basilij Magni, quo urget epistolâ 46. librum Marcelli Syngrapho subsignatum, quem penes se habebat, hæresis demonstrationem continere. *Et huius experimentum, inquit, ac demonstrationem recondita apud me iniqua illius Syngraphæ libri continent.*

Basilij.

5. Maximis sanè & inextricabilibus difficultatibus obnoxia videbatur de Canonibus Antiochenis exorta contentio: Innocentius primus, Ioannes Chrysostramus, Palladius Chrysostromi discipulus, & alij qui ante sæculi 5. medium floruerunt, quosdam Antiochenos canones ut hæreticorum commenta explodebant, post quos sacrosanctum Chalcedonense Concilium aliquos verbatim admisit, & inter regulas Patrum collocatos in auctoritatem recepit. Hæret hic aqua nostri sæculi peritis, & si sensa ipsorum enumeremus, vix tot equus troianus produxit milites, quot præsens



## Præfatio ad Lectorem.

difficultas variantium opiniones. Qui perverſioni ſtudent novatores hæretici, hic ſe fundamentum contra Eccleſiam inveniffe rati, eam ſibi ipſi repugnantem conſingunt, ut diſſenſione obtentâ deſolationem introducerent, quorum conſilio ut obviam irent ſcriptores Catholici, alia atque alia commenti ſunt quam plurimi. Godefridus Hermantius in vitâ Athanaſij putabat, canones 25. non eſſe eiufdem Concilij, nec per Euſebianos Antiochiæ conſtitutos, & huic ſententiæ accedit Natalis Alexander ſæculo 4. Dominus de Marca Pariſienſis Archiepiſcopus eiufdem quidem Concilij exiſtimavit, ſed cum eſſent Provincialis Antiocheni, non obligaffe primò orbem Catholicum, ſicut poſt Chalcedonenſis Concilij applauſum, cum debuerunt ab univerſâ ſub cœlo Eccleſiâ recipi. Eminentiffimus Cardinalis Baronius canones Antiochenos tamquam ab injuſtis poſſeſſoribus vindicari potuiſſe conſcripſit, quandoquidem erant Eccleſiaſtica diſciplinæ antiquitus traditæ conſoni, uno alterove exceptis, quos etiam excepere antiqui. Antonius de Mum Auguſtinus Tarraconenſium Archiepiſcopus animadvertens, hæc omnia firmo fundamento deſtitui, Dialogo XI. ſuper Gratianum propoſitâ ſibi quæſtione, cur canones, quos antiqui reprobarunt, poſtmodum Eccleſia recepit & nihil aliud reſpoſuit, quam: *non poſſum cauſam dicere.* Rationem hanc à tanto viro ignoratam, & à tot ſcriptoribus quæſitam, divino numine favente dare conatus ſum oſtendens, canonem ab antiquioribus reprobatum non eſſe ex 25. Antiochenis, quos ſemper admittit, & numquam improbavit militantis Eccleſiæ ſententia. 25. canones eſſe Concilij Antiocheni in Encænii celebrati, indubitatum eſſe probo contra Bellarminum & Hermantium diſſertatione 3.



## Præfatio ad Lectorem.

ne 3. cap. 1. illos item ab universâ sub cœlo Ecclesiâ continuâ Patrum traditione fuisse receptos, indicatur cap. 2. ex variorum scriptorum testimoniis, & firmatur in scholiis ad unumquemque canonem iis Romanorum Pontificum, Conciliorum Generalium & Provincialium, Sanctorum Patrum Orientalium & Occidentalium locis, quæ nemo prudens contempserit.

6. Gloriabantur quondam novitatis amatores hæretici, quod pauca aut nulla habeamus pro fidei Catholicæ mysteriis ex quatuor primis sæculis genuina antiquitatis monumenta, at nos Antiocheni Concilij acta, tanquam prædam ex diripientium faucibus ereptam authoritati suæ restituere conati, ea esse ostendimus, quæ cum genuinum contineant totius Orientalis Ecclesiæ testimonium à centum fermè Episcopis anno 341. posteritati consecratum, Antiquioris Ecclesiæ disciplinam, priscos Christianorum ritus, sacrosancta fidei Catholicæ mysteria promovent, & tuentur. Cum verò audimus, ipsos Eusebianæ factionis Episcopos una cum Catholicis in Orientali Concilio ante quarti sæculi medium consentire de sacris missæ ritibus, & Eucharistiæ mysterium prædicare canone 2. quis Catholicorum hæere poterit de perpetuitate nostræ fidei, aut quis hæreticorum extra summam pertinaciam amplius negabit tantum Ecclesiæ Sacramentum, verum quidem est, à Patribus Antiochenis non exponi, in quibusnam consistat hoc sacrosanctum mysterium, sed ut defectus suppleatur, id ipsum, à nemine quod sciam hucusque fusius pertractatum, attingimus: cum namque primis Ecclesiæ sæculis rariora de sacrosancto Eucharistiæ mysterio reperiantur testimonia, & plerique antiquorum aut obscure, aut involutius, quam



## Præfatio ad Lectorem.

quam par esse videtur, de illo tractasse reperiantur, ne sæculi nostri perspicaces hæretici hic aliquid piscarentur in favorem erroris novelli, morem à Christo traditum, ab Apostolis firmatum, & ad quinti sæculi medium usu in Ecclesiâ receptum proferimus, de non mittendâ Eucharisticâ margaritâ ante porcos, & non exponendo mysterio non initiatis, unde illud Cæsareæ Cappadociæ Exarchi Magni Basilij: *Arcanorum venerationem silentio obvolvendam, & qua nec intueri fas est non initiatis, non convenire horum doctrinam publicitus circumferri.* Vide sis ad hæc canonis 2. verba: *sanctæ communionis.*

Basilijus.

7. Non Eucharistiæ dumtaxat, sed Confessionis Sacramentalis meminit canon 2. & quantumvis de illa agant recentiores Theologi, vix ullos tamen reperies, qui præcipuam de Sacramento Pœnitentiæ quæstionem, qualem cum hæreticis de Confessione Auriculari habemus, pertractarunt. Inter omnes, quos hac de re scripsisse commemorat Robertus Bellarminus, unum reperire est Marianum Victorium, qui Historiam scripsisset de Sacramento Confessionis, de quo specialiter scripsisse Ioannem Morinum, indicat titulus libri per ipsum de pœnitentia editi: sed ubi commentarium ipsius *Historicum de disciplinâ in administratione Sacramenti Pœnitentiæ tredecim primis sæculis in Ecclesiâ Orientali, & hucusque in Occidentali*, pervolvimus, constitit, virum eruditum involutius, quam sperari contigerat, rem hanc absolvisse, & totum ferè de Pœnitentiæ publicæ Historia, parum aut nihil speciale de Confessione Auriculari tradidisse. Hanc itaque tanti momenti Historiam hæctenus non sufficienter pertractatam, occasione canonis Antiocheni ab initio nascentis Ecclesiæ per varia æræ Christianæ sæcula ad præsens usque



## Præfatio ad Lectorem.

usque sæculum deducimus, quidque Africa olim & Ægyptus senserint, quid post Nectarium Constantinopolitana & omnis Græcorum Ecclesia in hunc usque diem observarit, quid Sedes Apostolica tradiderit, & Anglia à conversione ad fidem, usque ad schisma suum fidelissimè custodierit, abundè monstramus, additis iis, quæ de Pœnitentiâ publicâ, sacris ordinibus, aliisque disciplinæ Ecclesiasticæ capitibus in variis canonibus Antiochenum firmavit Concilium.

8. Habemus varias Græcorum Latinorumque de Episcopatibus orbis notitias post Aubertum Mireum à plerisque scriptoribus editas, cumque nono canone Antiocheno expressè agatur *de Metropolitanis singularum Provinciarum*, editam à Gulielmo Beveregio ex Codice Bodleiano Græco-latinam Episcopatum notitiam expendimus: gloriatur vir Anglus in antiquitate haud parum versatus, editam à se notitiam esse integram, & præ vetustate, ut Carolus à S. Paulo Abbas Fulienfis de eadem ex Codice Regio editâ conquestus erat, nullâ ex parte corrosam: addit, Codicem Regium in solo Patriarchatu Romano mutilum non tam rectè prædicari, quam subdolè exhiberi; cuius viri calumniæ si rationem petas, eam fuisse proditum est, quod Patriarchatus Romanus in illâ Episcopatum notitiâ Italiæ dumtaxat & Siciliae Episcopos sibi habeat subiectos, unde, cum nulla in ea mentio facta inveniat Angliæ, conficere nititur, illam Romano Pontifici antiquitus non fuisse subiectam. Hanc subodoratam à nobis viri schismatici mentem plenius refellimus in iis, quæ ad canonem nonum conscripsimus scholiis, requæ ad suam originem recensitâ monstramus, quam verè scripserit Abbas Fulienfis, corruptam fuisse in Exarchatu Romano Episcopatum notitiam.



## Præfatio ad Lectorem.

tiam. Habemus ipsam ante Beveregium integrè editam à Iacobo Goar in corpore Byzantinæ Historiæ, & cum notitiâ Leonis Leunclavij, & aliâ ex Codice Regio collatam in medium proferimus, ex qua dum apparet, integras Provincias pro civitatibus fuisse obtrusas, pauciores Italiæ urbes ac confusiora earum nomina fuisse allata, certo colligimus cum Iacobo Goar, notitiam illam ab homine græco in notitiâ Occidentalium Episcopatum imperito fuisse conscriptam, tantum abesse, ut ex illâ argumentum desumi possit pro Patriarchatus Romani terminis, prout suis obtrudere conatur Beveregius. Accedit, antiquam illam Episcopatum notitiam tempore schismatis Photiani fuisse conscriptam, & cum cæteræ omnes, quæ hucusque prodierunt Episcopatum notitiæ, posteriorem spirent Provinciarum ordinationem, ad aliam Imperij notitiam, quæ primis Ecclesiæ sæculis obtinuit, oculos vertere oportet pro discernendis Patriarchatum & Exarchatum terminis, quos proinde ex notitiâ imperij sub Arcadio & Honorio confectâ in medium proferimus, edentes singularum Provinciarum Metropoles Ecclesiasticas, quæ ab initio nascentis Ecclesiæ cœperunt, & tempore Antiocheni Concilij ubique obtinentes ad usque Chalcedonense Concilium obtinuerunt, una cum antiquis Metropolitanorum & Episcoporum muniis.

9. Gravissima de Chorepiscopis jam inde à Pippini & Caroli Magni temporibus controversia exorta fuit in Galliis, plerisque contendentibus cum Rabano Mauro Archiepiscopo Moguntino, Chorepiscopos esse ordinatione Episcopos, idque firmari canone 10. Antiocheno. Canonem hunc jam aliquoties à viris eruditissimis in partes tractum agere de iis, qui cum veram

manuum



## Præfatio ad Lectorem.

manuum impositionem Episcoporum acceperant, ex Novatianis aut aliis schismaticorum factionibus ad Ecclesiam reversi in solum Chorepiscoporum numerum adoptabantur, ex ipsius canonis verbis evincimus, *quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint*, Non tamen Presbyteros, aut Diaconos ordinare posse præter civitatis Episcopum. Nec hoc primum canone Antiocheno firmatum, sed antiquissimæ Ecclesiæ regulæ esse consonum, probamus repetentes ab ipso Chorepiscoporum instituto, quidquid Orientalis Ecclesia post sæculi tertij medium ad usque sæculum quintum, & ex tunc Occidentalis Ecclesia senserit, ad quam sæculo 5. Chorepiscoporum munia migrare cœperunt. Caput suum erexerunt in Galliis Pippini & Caroli Magni temporibus, quando disputatum fuit de eorum instituto & muniis inclinante magis Ecclesiâ in illam sententiam, quæ Chorepiscopos negavit ordinatione Episcopos, & cum Leone 3. potestatem ordinandi Subdiaconos, Diaconos, & Presbyteros ipsis adimente, quidquid Subdiaconorum Lectorum & Exorcistarum ordinationes Antiochenum Concilium cum omni Oriente semper Chorepiscopis indulserit. Ratio istius diversitatis de ordinatione Subdiaconorum inquiritur, & sensus Orientalis Ecclesiæ de minorum ordinum numero profertur.

Canon 10.  
Antiochen.

10. Canonem 12. Antiochenum fuisse illum, quem cum Iulio primo, S. Ioanne Chrysoftomo & Innocentio Papa reprobavit Antiquitas, Antonius Augustinus Doctissimus Tarraconensium Archiepiscopus, & vir æternâ memoriâ dignus Cardinalis Baronius adeo indubitatum putarunt, ut plerique eorum sequaces cum Doctore Colonienfi Binnio, licet omnes cano-



## Præfatio ad Lectorem.

nes Antiochenos ab Ecclesiâ receptos fateantur, hunc unum tamen exceptum semper fuisse, & etiamnum excipiendum esse tueantur. Prolato tam constanter contra canonem 12. Antiochenum peritorum iudicio, primus jam olim obstiti, & iterato obfisto. Adductoque canone illo ab Antiquioribus reprobato, evanescit recentiorum opinio, quandoquidem manifestum fiat, canonem 12. Antiochenum ne quidem per umbram similem esse canoni per Iulium & Innocentium Pontifices reiecto. Canon enim ille agebat de injustè damnato, qui sine Synodi sententiâ sedem suam recuperarat, quem etiam exilio damnandum constituit, uti habemus ex Sozomeno, Socrate, Palladio Helenopolitano, & Georgio Patriarcha Alexandrino. Canon autem 12. Antiochenus ne quidem mentionem facit de Episcopo thronum suum recuperante sine Synodali iudicio, sed tantum agit de damnatis Episcopis aut Clericis adeuntibus Imperatorem, cum debuissent potius ad maiorem Synodum converti: statuit autem eos omni restitutione indignos, quod in pœnam delicti, & non in favorem supremæ authoritatis Synodorum Provincialium fuisse statutum, tam ibi quam in scholiis ad canonem 15. ostendimus, addentes tam hunc quam illum ab Ecclesiâ jugiter receptos, & à summis Pontificibus, aliisque Patribus nominatim probatos.

11. Demum, ut finiam, omnium omninò hucusque peritorum fuit opinio, S. Athanasium à Synodo Antiochenâ in suis primordiis fuisse damnatum, nec mirum id recentiores sentiisse, cum manifestum sit, antiquiores Historicos Socratem & Sozomenum id ipsum posteritati consecrassè: ab Athanasij damnatione Concilium Antiochenum fuisse inchoatum, post Socratem plenis buccinis intonant, qui hoc Concilium



Præfatio ad Lectorem.

lium pro Eusebianorum Conventiculo habendum ducunt. At cum Socrates, quod ante Concilium factum fuit, post illud contigisse fidenter conscripsit, quid mirum, si initio factum narret, quod post Synodum contigisse prudens quisque reperiet. Athanasium namque initio Antiocheni Concilij non fuisse damnatum, evincit præsentia plurimorum Episcoporum, qui sanctitate ac miraculis conspicui numquam tanto sceleri succubuisse, aut post patratum facinus una cum sceleratis convenisse credendi sunt: suadet antiqua Ecclesiæ regula tunc temporis usu recepta, de pertractandâ ante cætera omnia fidei causâ: confirmant Socrates & Sozomenus, cum Athanasium juxta regulam Antiochiæ constitutum damnatum fuisse tententur, ut regulas aut canones ante Athanasij depositionem statutos fuisse, ex ipsis adversariis habeamus. Demonstrat demum Iulij primi testimonium, cum rem facti describens in suâ ad Orientales Epistolâ conqueritur, quod sine præviâ relatione, D. Athanasium *post Synodum* damnarant. *Post Synodum*, non jam in 90. aut plurium cœtu Episcoporum, sed in Conventiculo Eusebianorum, ubi causâ Athanasij per 40. Eusebianæ factionis Episcopos fuit retractata, & impia illa schismatis figmenta concepta fuere, quæ Iulius enumerat in suâ ad Eusebianos epistolâ. Hæc enim eidem Concilio, quod 25. canones constituit, non esse adscribenda, vel sola ratio Hincmari Remensis in opusculo 50. capitum suadere potens est, cum scribit, cap. 20. *Si de unâ Synodo fuissent adsumpta, non taliter dissonarent.* Acta itaque, & scripta schismatica non Antiocheno Concilio, cui 90. adfuere Episcopi, sed Conciliabulo, cui interfuere 40. Eusebiani, adscribenda esse puto, & probo dissertatione ultima ex re-

Hincmarus  
Rhemensis.



## Præfatio ad Lectorem.

sponso S. Ioannis Chrysofomi, qui cum ratione eiusdem canonis contrà Athanasium statuti per factionem Theophili fuerat depositus, respondit, canonem illum non ad Ecclesiam Catholicorum sed Arianorum pertinere, utpote qui statutus fuerat à quadraginta Arianis, ut fidem faciunt Palladius Helenopolitanus ipsius Chrysofomi discipulus, & Georgius unus ex D. Athanasij in Sede Alexandrinâ successoribus. A quadraginta enim Arii fautoribus Eusebianis constitutus fuit post 25. Antiochenos canon adulterinus ex duobus canonibus in unum conflatus, unde & ostendimus, rectè ad Clerum Constantinopolitanum in causâ Chrysofomi rescripsisse Innocentium I. *quod hereticorum inventa non sint Catholicis canonibus annectenda.* Et hæc sunt specimina quædam, ex quibus tanquam prælibatis fontium rivulis iudicium ferri potest de cæteris omnibus in operis progressu fusius pertractandis.

Innocent. I.



SYNOPSIS



# SYNOPSIS

## DISSERTATIONVM ET CAPITVM.

*De confirmando Antiocheno Concilio ad Innocentium XI.  
Pontif. Max.* Pag. 1.

### DISSERTATIO I.

De causâ D. Athanasij, & occasione ac authoritate  
Antiocheni Concilij.

**C**APUT I. De D. Athanasio eiusque exilio, quandonam  
scilicet ab eo reversus sit. pag. 2.

**C**APUT II. Quandonam causa D. Athanasij per Eusebium rela-  
ta fuerit ad tribunal Pontificium. p. 8.

**C**APUT III. De evocatione Athanasij & Eusebianorum ad Con-  
cilium Romanum. p. 13.

**C**APUT IV. De occasione & tempore Antiocheni Concilij. p. 19.

**C**APUT V. De authoritate Antiocheni Concilij. p. 25.

### DISSERTATIO II.

De Episcopis, qui Antiocheno Concilio  
adfuerunt.

**C**APUT I. Num Catholici Episcopi tempore huius Synodi  
communicare poterant Eusebianis. pag. 38.

**C**APUT II. An Catholici Episcopi communicarint Eusebianis in  
Antiocheno Concilio, & quotnam Eusebiani adfuerint. p. 45.

**C**APUT III. An obsit Concilio Antiocheno, quod non adsue-  
rint Maximus Hierosolymorum Episcopus, & Iulius primus  
Pontifex Romanus. p. 53.

CA-



## Synopsis Dissertationum & Caputum.

CAPUT IV. *Quinam fuerint Episcopi hac in Synodo adunati, & quanam eorum acta.* p.58.

### DISSERTATIO III.

De iis, quæ ad fidem spectant, & in Antiocheno Concilio decreta sunt.

CAPUT I. *De primordiis Antiocheni Concilij & primâ fidei formulâ illi tributâ.* pag.100.

CAPUT II. *De duabus fidei formulis in Concilio Antiocheno editis.* p.104.

CAPUT III. *De actis circa Marcellum Ancyranum tam ante, quam in Antiocheno Concilio.* p.119.

CAPUT IV. *De actis circa Marcellum post Concilium Antiochenum in Synodo Romanâ & Sardicensi.* p.125.

CAPUT V. *An Marcellus verè hæresim docuerit, ut tradit Antiochenum Concilium.* p.129.

### DISSERTATIO IV.

De Canonibus Antiochenis.

CAPUT I. *Num canones Antiocheni sint huius Concilij.* p.142.

CAPUT II. *An 25. canones huius Synodi sint ab Ecclesiâ recepti.* p.149.

### CANONES SYNODI ANTIOCHENÆ.

CANON I. *De Laicis & presidentibus Ecclesiæ, qui prætergrediuntur decretum Nicana Synodi circa festum salutiferi Paschatis.* p.155.

CAPUT III. *De presidentibus Ecclesiæ.* p.161.

CANON II.



## Synopsis Dissertationum & Caputum.

- CANON II. *Quod omnes, qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, & scripturas sacras audiunt, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam intemperantia se à perceptione sanctæ communionis avertunt, de Ecclesia sint removendi; quamdiu per confessionem pœnitentiæ fructus ostendant, & precibus indulgentiam consequantur. Deinde cum excommunicatis non communicandum.* p.170.
- CAPUT IV. *De antiquis Orientalium Ecclesiis.* p.181.
- CAPUT V. *De Missâ Cathecumenorum.* p.195.
- CAPUT VI. *De orationibus tempore sacrificij aut missâ fidelium.* p.204.
- CAPUT VII. *De frequenti fidelium communionem.* p.220.
- CAPUT VIII. *Sanctæ communionis aut Eucharistiæ mysterium cur antiquitus occultari solitum.* p.224.
- CAPUT IX. *De confessione auriculari, & institutis à Christo ad eius ministerium Sacerdotibus.* p.231.
- ARTICULUS I. *De confessione auriculari à tempore Apostolorum usque ad Nectarium.* p.240.
- ARTIC. II. *De factò Nectarij, & quid abrogaverit circa confessionis usum.* p.247.
- ARTIC. III. *Mens Orientalis Ecclesiæ post tempora Nectarij de confessione auriculari.* p.253.
- ARTIC. IV. *Mens Ecclesiæ Egyptiacæ post tempora Nectarij de confessione auriculari.* p.275.
- ARTIC. V. *Mens Africanæ Ecclesiæ de confessione auriculari, à tempore Nectarij usque ad barbarorum irruptiones.* p.280.
- ARTIC. VI. *Mens Romanæ Ecclesiæ de confessione auriculari.* p.286.
- ARTIC. VII. *Mens Anglicanæ Ecclesiæ de confessione auriculari.* p.290.
- CAPUT X. *De Pœnitentiâ publicâ.* p.308.
- ARTIC. I. *De variis Pœnitentium gradibus, eorumque origine,*



# Synopsis Dissertationum & Capitulorum.

- origine, & desuetudine apud grecos.* ibid.  
ARTIC. II. De Pœnitentiâ publicâ ritu apud Latinos,  
*variâque illius apud eos fortunâ.* p.321.  
CANON III. De his, qui ab alia Parochia præter conscientiam  
*Episcoporum suorum in aliis immorantur.* p.333.  
CANON IV. De damnatis & ministrare tentantibus. p.338.  
CANON V. De his, qui se à ministerio Ecclesiastico subtrahunt,  
*& seorsim colligunt.* p.354.  
CANON VI. De Clericis excommunicatis & Laicis. p.365.  
CAPUT XI. De litteris quibus olim innotescabant excommu-  
*nicati.* p.369.  
CANON VII. De peregrinorum susceptione. p.376.  
CAPUT XII. De litteris pacificis. p.380.  
ARTIC. I. De peregrinorum susceptione, qui cum tessera  
*hospitali, aut litteris pacificis proficiscebantur.* p.381.  
ARTIC. II. De litteris commendatitiis seu formatis. p.387.  
ARTIC. III. Non suscipiendos fideles sine pacificis. p.396.  
CANON VIII. De iis, qui litteras pacificas dare possunt. p.404.  
CANON IX. De Metropolitanis singularum Provinciarum.  
p.411.  
CAPUT XIII. De antiquâ Metropolitum orbis notitiâ. p.414.  
ARTIC. I. De grecorum schismaticorum notitiis, & sig-  
*nanter unâ quadam tempore Leonis sapientis conscriptâ.*  
p.418.  
ARTIC. II. De antiquâ Ecclesiarum notitiâ & priscâ per  
*Provincias Sedium Metropolitanarum institutione*  
*juxtâ formam Imperij.* p.450.  
CAPUT XIV. De antiquis Metropolitanorum muniis. p.457.  
CAPUT XV. De priscis Episcoporum muniis. p.474.  
CANON X. De his, qui vocantur Chorepiscopi. p.486.  
CAPUT XVI. De Chorepiscopis. p.493.  
ARTIC. I. De Chorepiscoporum Orientalium institutione,  
*munere, & abrogatione.* ibid.  
ARTIC. II.



## Synopsis Dissertationum & Caputum.

- ARTIC. II. De Chorepiscopis Occidentis. p.503.  
 CAPUT XVII. De sacris ordinationibus. p.511.  
 ARTIC. I. De Subdiaconis per Chorepiscopos ordinandis,  
 ubi & de ritu conferendi ordines, eorumque distin-  
 ctione. ibid.  
 ARTIC. II. De minoribus ordinibus, aut collatis extra  
 Sanctuarium ordinibus apud græcos, & variâ eorum  
 fortunâ. p.518.  
 CANON XI. De Episcopis & Clericis aduentibus imperatorem.  
 p.531.  
 CANON XII. De damnatis Episcopis, aut Clericis aduentibus  
 Imperatorem. p.536.  
 CANON XIII. De his, qui cum sunt ex aliâ Provinciâ, in aliis  
 audent ordinationes perficere. p.550.  
 CANON XIV. De dissensione que super Episcoporum dyudica-  
 tione contingit, appellantium Provinciales Antistites. p.556.  
 CANON XV. De Episcopis ab eiusdem Provinciæ Sacerdotibus  
 consonanter exclusis. p.561.  
 CANON XVI. De vacantibus Episcopis. p.569.  
 CANON XVII. De his, qui cum ad Episcopatum vocantur,  
 evitant. p.577.  
 CAPUT XVIII. An ordines validè conferantur invitis. p.579.  
 CANON XVIII. De his, qui promoventur ad Episcopatum,  
 nec recipiunt. p.593.  
 CANON XIX. De Episcopalibus in Provinciis ordinationibus.  
 p.597.  
 CANON XX. De Synodis, que debent ab Episcopis suis tempo-  
 ribus in Provinciâ celebrari. p.601.  
 CANON XXI. Vt nullo modo de Parochiâ ad aliam Parochiam  
 Episcopus transeat. p.605.  
 CAPUT XIX. De translationibus Episcoporum. p.612.  
 CANON XXII. Vt in altera Parochiâ Clericos alterius Parochiæ  
 Episcopus nullatenus ordinet. p.621.  
 CANON



## Synopsis Dissertationum & Capitum.

- CANON XXIII. *Vt nullus ad Episcopatum pro se constituat promovendum.* p.624.  
CAPUT XX. *De non eligendo successore Episcopo.* p.627.  
CANON XXIV. *De rebus ad Ecclesiam pertinentibus, & de his quæ propria Episcopi esse noscuntur.* p.641.  
CANON XXV. *Vt Episcopus dispensandi res Ecclesiasticas habeat potestatem.* p.647.

## DISSERTATIO V.

### ET ULTIMA.

De actis post Synodum Antiochenam, & Eusebianorum Conventiculo.

- CAPUT I. *An omnes Episcopi canonibus Antiochenis subscripserint, & de iis ad Sedem Apostolicam aliosque per orbem Episcopos retulerint.* p.653.  
CAPUT II. *De causâ D. Athanasij post Synodum Antiochenam in Conciliabulo ab Eusebianis pertractatâ.* p.661.  
CAPUT III. *Quod post Synodum Antiochenam soli Eusebiani Athanasium deposuerint juxta canonem ab illis dumtaxat statutum.* p.666.  
CAPUT IV. *De formulâ fidei ab Eusebianis post Synodum editâ.* p.675.  
CAPUT V. *De schismaticis Eusebianorum erroribus, in quos post Synodum Antiochenam proruperunt, & quid ad illos reposuerit Iulius primus.* p.683.  
CAPUT VI. *De mente S. Ioannis Chrysostomi, Innocentij primi, aliorumque circa Antiochenum Concilium.* p.691.  
*Pro operis Coronide ad Innocentium XI. Pontificem Maximum.* p.669.

VETE-



VETERUM TESTIMONIA

PRO

ANTIOCHENO CONCILIO.

I.

*Ex D. Hilario Pictaviensi Episcopo de Synodis  
adversus Arianos.*

Expositio Ecclesiasticæ fidei, quæ exposita est in <sup>An. 358.</sup> Synodo habitâ per encanias Antiochenæ Ecclesiæ consummata, quam exposuerunt, qui affuerunt Episcopi nonaginta & septem, cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret: consequenter Evangelicæ & Apostolicæ traditioni credimus in unum Deum Patrem Omnipotentem, cunctorum, quæ sunt, ædificatorem &c. (*finit verò:*) nos enim omnibus quæ divinis scripturis tradita sunt à Prophetis & Apostolis, verè & cum timore credimus. *Et sequitur.* Minus fortè expresse videtur de indifferenti similitudine Patris & Filij fides hæc locuta esse, maximè cum de Patre & Filio & Spiritu Sancto ita senserit significatam in nominibus propriam uniuscuiusque nominatorum substantiam, & ordinem & gloriam, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum.

Et primum sciendum est, non adversus hæresim, quæ dissimilis substantiæ Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum ausa est prædicare, in Antiochia fuisse conventum: sed adversus eam, quæ post Sanctam Synodum Nicenam proruperat, ut tria nomina Patri vellet adscribere, de qua suo loco tractabimus. Memini enim me in exordio sermonis patientiam & æquani-



## Veterum Testimonia

æquanimitatem legentium atque audientium usque ad absolutionem omnium dictorum meorum poposcisse, ne temerarius quisquam in me iudex ante cognitionem perfecti sermonis existeret. Volens igitur CONGREGATA SANCTORUM SYNODUS impietatem eam perimere, quæ veritatem Patris, & Filij, & Spiritus Sancti nominum numero eluderet, & non subsistente causa, uniuscuiusque nominis triplex nuncupatio obtineret sub falsitate nominum unionem, ut Pater solus atque unus idem atque ipse haberet & Spiritus Sancti nomen & Filij. Idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personas per substantias edocentes, non substantiam Patris, & Filij, & Spiritus Sancti diversitate dissimilis essentiam separantes. Quod autem dictum est, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam verò unum, non habet calumniam, quia cognominato Spiritu id est Paracleta, consonantiæ potius quam essentiæ per similitudinem substantiæ prædicari convenit unitatem. Cæterum omnis superior sermo in nullo Patrem & Filium essentiæ ac naturæ diversitate discernit. Ubi enim dicitur Deum ex Deo, totum ex toto, non ambigitur totum Deum ex toto Deo natum. Nam & Dei de Deo natura non differt, &c.

### II.

*Ex actis Concilij Chalcedonensis 630. Episcoporum cum legatis Leonis primi.*

AN. 451,

*Actiōe IV.* Aetius Archidiaconus Constantinopolis Sanctæ & Catholicæ Ecclesiæ dixit: regula est hæc cum aliis posita à Sanctis Patribus, quam custodientes Sanctissimi Patres Episcopi, docent & Clericos & Monachos



*pro Antiocheno Concilio.*

nachos & omnes Christum colentes. Si aut resultantes aut acquiescere non volentes, hac utuntur regulâ & ex Codice relegit.

*De Clericis & Monachis, qui semetipsos à communione suspendunt.*

Si Presbyter, aut Diaconus suum contemnens Episcopum à communione semetipsum suspendit Ecclesiæ, & secretius collectam fecerit, & altare constituerit, & noluerit evocanti Episcopo consentire, neque eidem acquiescere, neque obedire, & prius, & secundo vocanti, hunc omnino damnari. Nec unquam curationem mereri, nec recipere eum posse honorem, [ordinamus.] Si autem permanserit turbas faciens, & seditiones Ecclesiæ per extraneam potestatem, tanquam seditiosum debere converti.

Canon 5.  
Antiochen.

Omnes Reverendissimi Episcopi clamaverunt: hæc iuxta regula Patrum, &c. *Et infra de Caroso & Dorotheo:* quoniam igitur ipsi, non solum malè in hoc sentire deprehensi sunt, sed etiam depositos protegere, aperte autem pronuntiant sacri canones de Clericis ac Monachis, qui in huiusmodi labuntur: si jubetis hos legemus: quandoquidem maximè videntur se jam pridem à sanctissimâ, & Catholicâ Ecclesiâ, & à proprio Episcopo separasse, ut etiam ex datis libellis suam sententiam aperuerunt. Sancta Synodus dixit: sacri Patrum canones legantur, & commentariis inserantur. Sumptoque libro Aetius Archidiaconus & Primicerius magnæ Ecclesiæ legit.

*Canon octogesimus tertius.*

Si quis Episcopus à Synodo depositus, aut Presbyter,

Canon 4.  
Antioch.



## Veterum Testimonia

ter, aut Diaconus, aut omninò qui est sub regulâ, à proprio Episcopo, ausus fuerit amplius aliquid sacri ministerij gerere, sive Episcopus juxtâ superiorem consuetudinem, sive Presbyter, sive Diaconus; postea non liceat ei ne in altera quidem Synodo spem restitutionis, nec satisfactionis locum habere, sed & omnes, qui ei communicant, ejiciantur ex Ecclesiâ, & maximè si postquam cognoverunt sententiam in prædictos latam, iis communicare ausi fuerint.

*Alius Canon LXXXIV. de iis qui seipfos separant.*

Si quis Presbyter, aut Diaconus contempto proprio Episcopo se ab Ecclesiâ segregaverit, &c. *Vt supra.*

Post lectionem autem divinarum & sacrarum regularum Sancta Synodus dixit: Christi Domini benignitatem atque humanitatem imitans Sancta hæc & universalis Synodus, probat laudatque magnificentissimos & Gloriosissimos judices, & sacrum Christi que amantem senatum de condescensione erga Monachos Carosum, Dorotheum, Barsumam, & qui cum eis sunt . . . . (*addit quadam de 30. dierum induciis*) . . . ac siquidem perfugere conentur, valere in eos eandem pœnam decernit Sanctum hoc & universale magnum Concilium: externa videlicet authoritate juxtâ divinas sacrasque Patrum regulas corroborante sententiam in contumaces latam.

*Actiõne XI. Chalcedonensi.*

Stephanus Reverendissimus Episcopus Ephesi dixit: supplico, ut canones relegantur, qui dicunt, ut is, qui in alia civitate ordinatus est, constitui non possit in alterâ. Gloriosissimi judices dixerunt: relegantur hi canones



*pro Antiocheno Concilio.*

nones Leontius Reverendissimus Episcopus Magnesiæ ex Codice relegit regulam nonagesimam quintam.

Si quis Episcopus Vacans super Ecclesiam vacantem semetipsum injiciens, subripuerit sedem præter perfectum Concilium, hunc expellendum esse, licet omnis populus, quem arripuit, eum elegerit. Perfecta verò Synodus illa est, cui interest & Metropolitanus Episcopus. Idem Reverendissimus Leontius Episcopus ex eodem Codice legit regulam nonagesimam sextam.

Canon 16.  
Antiochen.

Si quis Episcopus ordinationem acceperit Episcopatus & populo præesse decretus non acquieverit ordinationi, neque ei persuasum fuerit proficisci ad Ecclesiam commissam, hunc excommunicatum esse, donec coactus acquiescat, aut quidquam de eo Episcoporum Provinciae Synodus perfecta definiat.

Canon 17.  
Antiochen.

III.

*Ex epistola Vigilij Papæ ad Rusticum & Sebastianum relectâ in Synodo generali quintâ. Coll. 7. coram quatuor Patriarchis Orientalibus & Episcopis. 161.*

Et ut universi nos hæc pro loco, in quo nos Deus esse voluit, & auctoritate Beati Petri Apostoli rectè fecisse cognoscant, canonum constituta posuimus, quæ sancta Chalcedonensis Synodus apud se relecta laudavit: Aetius Archidiaconus relegit: si quis Presbyter, aut Diaconus suum contemnens Episcopum, à communione semetipsum suspendit Ecclesiae, & secretius collectam facit, & altare constituit, & noluit evocanti Episcopo consentire, & noluerit eidem acquiescere, neque obedire & prius & secundò vocanti, hunc omninò damnari, nec umquam hunc curacionem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si au-

An. 553.



## Veterum Testimonia

tem permanferit turbas faciens & feditiones Ecclefia per extraneam potestatem tanquam feditiosum debere comprimi. Omnes Reverendiffimi Epifcopi clamaverunt, HÆC IUSTA REGULA, hæc regula Patrum.

I V.

*Ex epiftolâ Ioannis 2. ad S. Cafarium Arelatensem in causâ Contumeliofi Epifcopi.*

Quæ verò de his canones præcipiunt, subter-adiemus, ut quæ faciendâ sunt, possitis agnofcere.

V.

*Ex adiuncto S. Cafarij Arelatensis tractatu.*

An. 534.

Hi tituli canonum, quos nobis fuprafcriptus Sanctus & Dominus meus Ioannes Papa Sedis Apoftolicæ cum præfatâ auctoritate direxit. Ex epiftola Siricij &c. . . . Ex canonibus Antiochenis capitulo 4. de damnatis & ministrare tentantibus. . . . Ex canonibus fuprafcriptis capitulo 15. de Epifcopis ab eufdem Provinciæ Epifcopis confonanter exclusis, &c. . . . Ecce manifettiffimè constat, quia fecundum quod & tituli antiquorum Patrum à Sancto Ioanne Papa transmitti, &c. . . . diligentius perpendite, fi aut potest, aut debet fieri, ut tantorum ac talium, quos fuprà memoravimus Sacerdotum canones contemnentis, aliter quam illi ftatuerunt, obfervare vel agere præfumamus . . . ego me in hoc periculo mittere omninò non audeo: quia nec talia funt merita mea, ut aliorum peccata in me excipere præfumam: nec tantam eloquentiam habeo, ut ante tribunal Chrifti contra tan-

tos

tos  
run  
libe  
trâ  
ta,  
quic  
ritur  
recip  
fum  
præf  
eam  
mico  
vare  
est,  
CONS

Ex A

Ad  
frâ p  
fcript  
nam  
tres 3  
Euseb

Ex

Qu  
sup



*pro Antiocheno Concilio.*

tos ac tam Sanctos Sacerdotes, qui canones statuerunt, causas dicere possim . . . nemo mihi alia quælibet contrà auctoritatem Sedis Apostolicæ, aut contrà trecentorum decem & octo Episcoporum præcepta, vel reliquorum canonum statuta objiciat: quia quidquid contrà illorum definitionem, in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito . . . qui chartulam istam cum suprascriptis titulis canonum non fuerit aspernatus, nec eam pro rusticitate sermonis despexerit, contrà inimicos Ecclesiasticæ regulæ multum eum poterit adjuvare, ut libera fronte dicat, sicut jam supra scriptum est, se contrà TAM SANCTAS ANTIQVORVM PATRVM CONSTITVTIONES nullatenus venire posse.

VI.

*Ex Antiquâ collectione sæculo sexto aut septimo conscriptâ exstante in Cod. M. S. Remigiano, & in auctoritatem receptâ à Gratiano in decreto distinct. 16.*

Adnotatio libelli de Synodis 24. quæ antea vel infra post sex Synodos principales leguntur esse conscriptæ. Prima adnotatio Ancyranæ, quæ ante Nicænam fertur fuisse . . . quinta Antiochena, in qua Patres 30. statuerunt canones 25. quorum auctor maximè Eusebius Palestinensis Episcopus extitit.

Circà sæculum 6.

VII.

*Ex Zachariæ epistola VII. ad Pippinum Maiorem Domus.*

Quomodo honorari debeat Metropolitanus Episcopus

ad 8. sæculi medium,



## Veterum Testimonia

pus coram Episcopis & Parochialibus Presbyteris in can. Sanctorum Apostolorum cap. 35. scriptum est : Episcopos, &c. Item in canone Concilij Antiocheni cap. 9. continetur ita : per singulas regiones, &c. . . . Item ex canone Antiocheni Concilij c. 10. de his qui vocantur Chorepiscopi, decretum est, qui in vicis, &c.

*Et post 26. titulos variis canonibus, & summorum Pontificum decretis comprobato* : hæc itaque carissimi nobis, & dilectissimi, quæ superius annexa sunt, in quantum miserante Deo valuimus, inter cætera capita deflorantes tam Sanctorum Apostolorum, quam etiam BEATORUM PATRUM SANCTIONES, seu etiam probabilium beatissimorum Pontificum decreta, ut uniuersiusque capituli sententia continet.

### V I I I.

*Ex Synodo Trullanâ plusquam à 200. Episcopis celebratâ canone 2.*

An. 692.

Obfirmamus etiam reliquos omnes canones, qui à Sanctis Beatis nostris Patribus expositi sunt, id est, à trecentis decem & octo Sanctis ac Deiferis Patribus, qui Niceæ convenerunt, iisque qui Ancyrae, & iis etiam qui Neocæsareæ; similiter & qui Gangris, præterea & iis qui in Antiochia Syriae; atque iis etiam qui in Laodiceâ Phrygiae, &c.

### I X.

*In Historiâ Romanâ Bipartitâ post mortem Luca Holstenij editâ per Cardinalem Franciscum Barberinum impensis Alexandri VII. ex Synodo Romanâ, sub Leone IV. Pontifice de actis depositionis Anastasij Cardinalis.*

An. 853. Lc

Tunc venerabilis ac præcipuus Præsul omnibus resistentibus



*pro Antiocheno Concilio.*

dentibus Episcopis, & Presbyteris, stantibus quoque Diaconibus & omni Clero dixit: ô beatissimi fratres, quid vestra beatitudo de crebrò dicto Presbytero, qui tanta ac talia enormiter contrà Patrum regulas atque statuta peregit? mox omnes Episcopi unanimiter dixerunt: quid aliud arbitrari aut proferre valemus, nisi ut SANCTI PATRES, QUI ANTIOCHENO CONCILIO RESIDENTES TERTIO CAPITULO PROMULGARUNT, ET INVIOLABILITER STATUERUNT. Si quis Presbyter Parochiam propriam deserens ad aliam properaverit, vel inde omninò demigrans in aliam Parochiam per multa tempora nititur immorari, ulterius ibidem non ministret: maximè si vocanti suo Episcopo, & regredi ad propriam Parochiam commonenti obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniat. Quam promulgationem in eum, si vobis placet, Presbyterum inferimus. Præsul summus respondit: placet. Tunc elevans se ipse præclarus Pontifex de sede suâ ait: Anastasium Presbyterum tituli S. Marcelli, qui propriam Parochiam relinquens, in alienâ per multa tempora nititur immorari, à Sacerdotali ministerio modis omnibus removeamus; ita ut locum restitutionis nequaquam inveniat. Si quis autem contrà hanc diffinitionem nostram quocumque tempore agere præsumpserit, aut eum restituere in sacro officio tentaverit, sit ei à Sanctis Patribus, & à nobis omnibus anathema. Posthac omnes Episcopi eadem Synodo residentes, unanimiter dixerunt: & nos sic judicamus, sicque irrefragabiliter statuimus, & subscripsere Episcopi numero 67.

*Leo S. Catholica & Apostolica Romana Ecclesie quartus Episcopus in hac excommunicatione & Anathemate, sive depositione*

Canon 3.  
Antioch.



## Veterum Testimonia

tione Anastasij Presbyteri tituli S. Marcelli à me facta sicut superius legitur, manu propria subscripti.

Hlotarius Imperator subscripti.

Paulus Diaconus vicem agens Ioannis Archiepiscopi Raven-  
natis.

Ioseph	Ep. Eporediensis.	Rodoricus	Ep. Castellana.
Petrus	Ep. Spoletana.	Theodorus	Ep. Manturanensis.
Petrus	Ep. Arretina.	Ioannes	Ep. Tuscanensis.
Notingus	Ep. Brixienfis.	Tanimund.	Ep. Suanensis.
Leo	Ep. Balneoregis.	Iordanes	Ep. Terracinensis.
Ioannes	Ep. Bellitrenfis.	Sergius	Ep. Humanensis.
Adrianus	Ep. Ferentinate.	Adrianus	Ep. Cerensis.
Ioannes	Ep. Sutriensis.	Petronac.	Ep. Albanensis.
Agatho	Ep. Tudertina.	Ioannes	Ep. Fanensis.
Nicolaus	Ep. Anagnina.	Ragubel	Ep. Pisarenfis.
Petrus	Ep. Gabinensis.	Ioannes Presbyter	vicem tenens
Andreas	Ep. Auximane.	Benedicti	Ep. Perusensis.
Ioannes	Ep. Furconia.	Talarus	Ep. Minturnens.
Dominicus	Ep. Fulginensis.	Samuel	Ep. Senogallia.
Megistus	Ep. Ostiensis.	Atrualdus	Ep. Berolana.
Maio	Ep. Privernate.	Ioannes	Ep. Falaritana.
Stephanus	Ep. Narniensis.	Dominicus	Ep. Galliensis.
Racipertus	Ep. Nuceriensis.	Andreas	Ep. Calliensis.
Rodoaldus	Ep. Portuensis.	Bonipertus	Ep. Signina.
Cancio	Ep. Senensis.	Leo	Ep. Alatrina.
Leo	Ep. Sylva candida.	Iordanes	Ep. Castrens.
Georgius	Ep. Polimartiensis.	Ioannes	Ep. Forosemprionata.
Dominicus	Ep. Centumcellensis.	Odalpertus	Ep. Populoniensis.
Alipertus	Ep. Fundensis.	Constant.	Ep. Vrbinate.
Colo	Ep. Reatina.	Erfio	Ep. Eugubina.
Arnolfus	Ep. Valbensis.	Sergius	Ep. Sabinensis.
Albinus	Ep. Amerina.	Andreas	Ep. Blerana.
Benedictus	Ep. Nepefina.	Ibo	Ep. Assisensis.

Anasta-



pro Antiocheno Concilio.

Anastasius Ep. Tribus tabernis. Liuderisus Ep. Marsensis.  
Vrsus Ep. Tiburtina. Crescentius Ep. Tribensis.  
Petrus Ep. Vrbevetana.

Aimo Diaconus vicem agens Anastasij Episcopi Esmatis.  
Vrsus Archidiaconus vicem agens Petri Episcopi Teatinensis.  
Leo Presbyter vicem agens Stephani Episcopi Monteseletrana.  
Rampertus Presbyter vicem agens Hieremia Ep. Apratiensis.  
Valderamus Presbyter vicem agens Teuderandi Ep. Asculana.

SUBSCRIPTIO PRESBYTERORUM.

Romanus Archipresbyter tituli Sanctæ Pudentiana.  
Sergius Presbyter tituli Sancti Clementis.  
Leo Presbyter tit. S. Cæcilia.  
Zacharias Presbyter tit. S. Chrysogoni.  
Benedictus Presbyter tit. S. Callisti.  
Leo Presbyter tit. S. Laurentij.  
Paulus Presbyter tit. S. Balbina.  
Leo Presbyter tit. S. Cyriaci.  
Adrianus Presbyter tit. S. Marci.  
Gregorius Presbyter tit. S. Anastasia.  
Romanus Presbyter tit. SS. Ioannis & Pauli.  
Quirinus Presbyter tit. S. Eusebij.  
Iovinianus Presbyter tit. S. Sabina.  
Hadrianus Presbyter tit. S. Vitalis.  
Georgius Presbyter tit. S. Laurentij.  
Georgius Presbyter tit. SS. Ioannis & Pauli.  
Ioannes Presbyter tit. S. Chrysogoni.  
Leo Presbyter tit. SS. IV. Coronatorum.  
Martinus Presbyter tit. S. Marci.  
Ioannes Presbyter tit. S. Prisca.

SUBSCRIPTIO DIACONORUM.

Ioannes Archidiaconus. Benedictus Diaconus.  
Ioannes Diaconus. Leontius Diaconus.  
Nicolaus Diaconus. Benedictus Diaconus.



## Veterum Testimonia

### X.

*Ex epistolâ 2. Leonis quarti ad omnes Britannia Episcopos.*

*Numero 6. Per quæ decreta judicare debeant Episcopi.*

De libellis & commentariis aliorum non convenit aliquem judicare, & sanctorum Conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, id est, quæ habentur apud nos simul cum illis in canone, & quibus in omnibus Ecclesiasticis utimur judiciis; id est Apostolorum, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensiū, ANTIOCHENSIVM, Laodicensium, Chalcedonensium, Sardicensium, Carthaginensium, Africanensium, & cum illis regulæ Præsulum Romanorum, Silvestri, Siricij, Innocentij, Sozimi, Celestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Simplicij. Isti omninò sunt per quos judicant Episcopi, & per quos Episcopi simul & Clerici judicantur . . . . Quamob causam luculentius & magnâ voce pronuntiare non timeo, quia qui illa, quæ diximus Sanctorum Patrum statuta, quæ apud nos canones prætitulantur, sive sit Episcopus, sive Clericus, sive Laicus, non indifferenter receperit, ipse se convincit nec Catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta verba Christi Evangelia quatuor utiliter & efficaciter & ad effectum suum retinere vel credere.

### X I.

*Ex epistolâ 9. Nicolai primi ad Michaelē Imperatorem.*

An. 867.

Sed & VENERABILES ANTIOCHENI CANONES præcipiunt: si quis Episcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, ausi fuerint aliquid de sacro ministerio attingere &c.

### XII.



*pro Antiocheno Concilio.*

X I I.

*Ex epistolâ 7. Hincmari Rhemensis Archiepiscopi ad Hincmarum Laudunensem Tomo 8. Conciliorum Labbei.*

Gallicanos canones , quibus sæpè in tuis scriptis An. 870.  
uteris, & per quos te reclamas , scio quia non abiicies,  
cum ANTIOCHENUM CONCILIUM , QUOD APOSTOLICA  
SEDES , ET UNIVERSALIS ECCLESIA RECIPIT , dicat : per-  
fectum Concilium est , ubi interfuerit Metropolita-  
nus Antistes.

*Tomo 2. operum editionis Sirmondi ex eius opusculo 50. capitulum.  
Caput 20.*

Per illa tempora , quando Concilia , scilicet Nicæ-  
num, Antiochenum , Sardicense , & alia quædam po-  
steriora celebrata fuerunt, idem Sanctus & Doctor Ca-  
tholicus [ Hilarius ] in carne deguit , & verus de eis re-  
lator extitit , & credenda nobis in suis scriptis re-  
liquit.

*Et cap. 26. eiusdem opusculi.*

Antiochena Synodus , quam Sanctus Hilarius , illo  
in carne vivens tempore quando celebrata fuit , in  
epistolâ ad Imperatorem Constantium , & in libro de  
Synodis monstrat FUISSE CATHOLICAM, quamque Chal-  
cedonenfis comprobat.

X I I I.

*Ex Concilio Triburiensi à totius Germania Episcopis celebrato.  
Canone 2.*

In ANTIOCHENO SANCTO CONCILIO cap. 2. ut si quis An. 895.  
Episcopus , aut Presbyter , aut Diaconus , &c.

ã ã

X I V.



# Veterum Testimonia

## XIV.

Tomo 13. Spicilegiorum D. Acherij, ex Anselmo Havelbergensi  
Episcopo. Libro 1. Cap. 9.

Sub Eugenio  
3. cui Ansel-  
mus opus  
suum dedica-  
vit.

*Agit de exortis hæresibus, quas enumerat Arij, Sabellij, &c. ac pergit.* Contrà quos celebrata multa Concilia congruis in locis & temporibus, & damnata est hæretica pravitas, & expurgatum est fermentum malitiæ, & nequitia, & solidata est Mater Ecclesia in Azymis sinceritatis & veritatis. Nam in Nicæno Concilio & ANTIOCHENO, & Ephesino, & Chalcedonensi, & Constantinopolitano, & in aliis quam plurimis Sanctorum Patrum Synodalibus conventibus per diversas Provincias habitis adeo deleta, & contrita, & sopita, & penitus exinanita sunt serpentina venena hæreticorum, ut jam amplius in nullo Ecclesiæ Catholicæ Angulo repullulare seu ebullire audeant.

Libro 3. Cap. II.

Nechites Archiepiscopus Nicomediæ dixit... (*loquitur de damnata in Concilio Nicæno Arij hæresi, ac pergit.*) Deinde succedentibus quoque diversis hæresibus, alia multa Concilia ad destructionem diversarum hæresum, & ad ædificationem Catholicæ Ecclesiæ celebrata sunt. Nam & in Chalcedonensi Ecclesiâ, & in hac Constantinopolitanâ, & in Ephesinâ, & in Antiochenâ, & in Alexandrinâ Generalia Concilia solemniter habita sunt in damnationem hæreticorum, & ad corroborandam fidem & unitatem omnium Ecclesiarum.

XV.



pro Antiocheno Concilio.

XV.

*Ex Chronico Roberti Monachi Altisiodorensis.*

Quinto Imperij Constantij anno actum est Antio- An. 1210.  
chia Episcoporum 70. Concilium, ubi Nicæna fides  
confirmata est.

XVI.

*Ex Mattheo Blastare in præfatione Syntagmatis Alphabetici.*  
*Titulus: de locali in Antiochia Syria civitate 2. Synodo.*

Altera [ Patrum ] Synodus in Antiochia, quæ Syriæ  
civitas est, sub Constantini Magni filio rursus congre-  
gata est post quinque annos à Patris ipsius ad Deum  
reditu numeratos. Qui etiam viginti quinque ad com-  
munem Ecclesiæ utilitatem canones ediderunt.

XVII.

*Ex tractatu Anonymi contra Græcorum errores.*

Alia Synodus celebrata fuit postmodum in Antio-  
chia Syriæ tempore \* Constantini Principis filij Con- \* Constantij.  
stantini Magni, quæ viginti canones Ecclesiasticos  
promulgavit . . . ista igitur sunt Concilia, quæ reci-  
pit Græcorum Ecclesia, & retinet.

N O T A.

*Hæc pauca testimonia ex pluribus, cum hic prætermittamus  
omnes ferè Synodos, & omnes canonum collectores tam Græcos  
quam Latinos, qui per omnem sub cælo Ecclesiam singulis ferè  
post Antiochenam Synodum sæculis canones compilarunt, aut in-  
terpretati sunt.*



TESTIMONIUM  
ADMODUM REVERENDI  
AC EXIMII PATRIS  
CHRISTIANI LVPI.

**C**ommentarius, quem in Antiochenam Synodum composuit  
Admodum Reverendus D. EMANUEL A SCHELSTRATE  
S. T. D. Canonicus & Cantor Ecclesiæ Cathedralis Antverpiensis.  
Est plenus eximiâ Ecclesiasticæ Antiquitatis notitiâ, & ipsam non  
modicè illustrabit, & à scabrosis quæstionibus, per quas turbida  
ingenia hodie inquietant Ecclesiam, est per omnia purus ac alienus.  
Quapropter publicâ luce est longè dignissimus. Dabam Lovanij  
30. Martij 1680.

Fr. CHRISTIANUS LVPUS  
Sacræ Theologiæ Doctor  
ac Professor.

C E N S U R A.

ORDINARIJ ANTVERPIENSIS.

**A**dmodum Reverendus ac Eximius D. EMANUEL A SCHEL-  
STRATE Sacræ Theologiæ Doctor, Ecclesiæ Cathedralis  
Antverpiensis Canonicus & Cantor libro, qui inscribitur: *Sacrum  
Antiochenum Concilium pro Arianorum Conciliabulo passim habitum,  
nunc vero primum ex omni antiquitate auctoritati suæ restitutum*: Pro-  
sequitur solide ac erudite argumentum in titulo propositum, absque  
eo quod vel fidei Orthodoxæ vel bonis moribus uspiam adversetur.  
Divulgabitur hinc meritò Concilium illud non modo amplam rerum  
in Ecclesia tum fluctuante gestarum materiam subministrans, sed &  
notas doctissimas in defensionem præcipuorum fidei Catholicæ My-  
steriorum, & elucidationem prisicæ disciplinæ Ecclesiasticæ ab aucto-  
re jam editis operibus noto elucubratas continens. Dabam Antver-  
piæ 1. Augusti M. D. C. L. X. X. X.

ANTONIUS HOEFLACH S. T. L.  
Eccles. Cath. Can. grad. & Seminarj  
Episcop. Præses, librorum Censor.



# CHRONOTAXIS

## RERUM

### AD HANC SYNODUM ANTIOCHENAM SPECTANTIUM.

#### ANNO

336. Athanasius in exilium mittitur à Constantino Imperatore. Vide dissert. 1. cap. 1.

337. XI. Kalend. Iunias obiit Constantinus, & 5. idus Septembris tres eius Filij Constantinus, Constans, & Constantius renuntiantur Augusti. Fasti sub nomine Idatij, & dissert. citatâ.

338. D. Athanasius Biennio & quatuor mensibus Treviris in exilio peractis sedis sua restituitur à Constantino juniore litteris datis 15. Kalend. Iulias Treviris. Theodoretus libro 2. cap. 1. & dissert. citatâ.

339. Eusebius Nicomediensis mittit Romam Macarium Presbyterum cum Martyrio Hesichioque Diacōnis, ut iudicium de causa Athanasij Iulio primo offerrent. D. Athanas. Iulius primus, Theodoret. & dissert. 1. c. 2.

340. Paulo postquam Eusebius Nicomediâ Constantinopolim translatus fuit, habita est Synodus Alexandrina, qua Synodicam epistolam in favorem Athanasij ad omnes ubique Episcopos transmittit, quacum & ipse Athanasius Presbyteros suos Romam ad Iulium primum delegavit. Ipsa Synodica Alexandrina, Iulius primus, alijsque cap. 2. dissert. citat.

Eodem anno Eusebij & Athanasij legati coram Iulio primo frequentes congressus habent, ac victis Eusebij legatis ad eorum instantiam offertur Athanasio Iudicium Synodicum, ad quod evocatur. Iulius primus epist. ad Orient. & Athan. epist. ad solit. ac dissert. 1. cap. 3.

Constantius interim evocat totius Orientis Episcopos ad celebranda Encenia Domini aurei, ob qua versus finem eiusdem anni Antiochiam Syria perrexit. Sozomenus libro 3. cap. 5. & dissert. 1. cap. 4.

341. Marcellino & Probino consulibus initio mensis Ianuarij, cum jam Constantius respectu era vulgaris quintum annū adepti imperij inchoabat, celebrata sunt Encenia à plusquam 90. Episcopis, & imperviant Eusebiani ab Imperatore ea occasione Antiochenum Concilium. Ibidem tempore Enceniorum editâ à solis Eusebians primâ fidei formulâ, conveniunt plusquam 90. Patres Antiochia reperti in unum, ac Synodum auspicantur à quæstione fidei contra Sabellij hæresim occasione Marcelli, qui præsens damnatur. dissert. 3. cap. 1. & sequentibus.

Statim post editas fidei formulas statuti sunt canones 25. quos cum Synodicâ summâ Episcoporum consensionem testante Patres miserunt ad omnes ubique Episcopos. dissert. 4. cap. 1.

Antequam D. Athanasius Romam advenit, legati Eusebij fugâ sibi consulunt, & Româ discedentes Antiochiam adventant, ex quibus licet Eusebius percipere potuit



potuit Athanasium Romam fuisse evocatum, Athanasium tamen Romam ad-  
venturum, numquam sibi persuadere potuit. D. Athanasius epist. ad solit. & Iul. 1.  
Athanasius cognitis Eusebianorum insidiis priusquam aliquid contra ipsum egerant  
aut Gregorium in sedem suam intruserant, Romam profectus est, ibique adven-  
tat mense Martij, post cuius adventum Iulius primus statim legatos Elpidium &  
Philoxenum ad Eusebianos misit, eos ad Synodum Romanam conducta die ha-  
bendam evocatos. D. Athanas. epist. ad solitarios & dissert. 1. cap. 3.

Iulij primi legatis circa finem Aprilis Antiochiam adventantibus citatur Eusebius  
ad Synodum Romanam circa finem illius anni habendam, cumque intellexerat,  
Athanasium jam Romam advenisse, ita cum tota sua factione inhorruit, ut exinde  
Constantium ad persequendos Orthodoxos incitarit, & Athanasij causam in me-  
dium proposita, Athletam fidei ipse cum 39. complicibus deposuerit iuxta ca-  
nonem adueterinum post Synodum statutum. Athanasius epist. ad solit. Iul. 1. epist.  
ad Orient. & dissert. 5. cap. 2. & 3.

Circa mensem Iulij Romam advenit Marcellus Ancyranus ab Orientalibus de he-  
resi accusatus. Iulius primus, & ipse Marcellus apud Epiphanium in libello fidei  
Iulio Roma oblato, ac dissert. 3. cap. 3. & 4.

Reliquo anni tempore Eusebiani in Catholicos saviunt, & auctoritate Constantij  
Imperatoris fulti nefaria illa peragunt, qua in sua epistola deplorat Iulius 1.

342. Elpidius & Philoxenus, quos Eusebiani usque ad Ianuarium anni 342.  
Antiochia detinuerant, cum luctu remittuntur ob tragica omnia, qua illic geri  
conspexerant. Iulius primus epist. ad Orient.

Eusebiani transmisam cum Elpidio & Philoxeno epistola schismaticam edunt quartam  
fidei formulam, quam quatuor legatos in Gallias delegant ad Constantium  
Augustum. D. Athanas. libro de Synodis, & dissert. 5. cap. 4.

Iulius primus expectatis frustra Eusebians, mense Octobris, cum jam Athanasius  
annum integrum & sex menses, & Marcellus annum cum tribus mensibus Ro-  
ma hessent, celebravit Concilium cum 50. Episcopis, ubi Athanasius absolvitur,  
& Responsoria sub nomine Iulij primi ad Orientales Antiochie adunatos conscrip-  
ta est. Athanas. epist. ad solitarios Marcellus in libello fidei. Iulius primus, epist.  
ad Orientales. Et dissert. 5. cap. 5. num 8. ubi loco Iulij lege Octobris.

347. Post obitum Eusebij anno 342 factio eius perseverat, qua anno 347. in Sar-  
dicensi Concilio damnatur, unde Philippolitano Conventiculo tunc temporis coa-  
cto in schisma erumpit. dissert. 5. cap. 4.

356. Post Gregorium in locum Athanasij intrusus est Georgius hoc anno, idque mi-  
litari manu circa festum ipsius Paschatis, unde multa caedes peractae, quas in  
sua epistola Encyclicae ad Orthodoxos describit Athanasius, qua non de Gregorio  
post Synodum Antiochenam ab Eusebio delecto, sed Georgio ab Eusebians, ut  
habetur in graco, intelligenda sunt. Vide Vales. libro 2. observ. in Socrat. cap. 7.

DE

tantu  
Men  
pugn  
Cath  
admi  
Cord  
lio:  
Præf  
sociu





DE CONFIRMANDO  
ANTIOCHENO CONCILIO  
A D  
INNOCENTIUM XI.  
PONTIFICEM MAXIMUM.



Um animo pervolvebam, PATER BEATISSIME, quid Ferdinandi Mendozæ industria contulerit ad confirmandum Illiberitanum Concilium, quod velut senio & vetustate caducum jam viluerat, incidit idem omninò præstari potuisse in Confirmando Antiocheno Concilio, quod in tantâ antiquorum monumentorum penuriâ cum profundis tenebris sepultum erat, & obscuriora tantum vestigia apud præfatos scriptores reliquerat. Viderat eruditus Mendoza, Antiquissimum Illiberitanum Concilium suo tempore impugnari non ab hæterodoxis solum, sed & à Bellarmino ac Baronio Catholicis scriptoribus, qui Concilium illud in suis decretis errasse admiserant: & quia unum habebat ex huius Concilij Patribus Osium Cordubensem Episcopum, qui adfuerat sacrosancto Nicæno Concilio: quia unum repererat Valerium Cæsaraugustanum Sanctissimum Præfulem, qui Vincentium Martyrem habuerat in Synodo Illiberitanâ socium: quia invenerat recentiores canonum collectores Gratianum, Burchar-



Burchardum, Ivonem cum aliquot Conciliis Provincialibus octavo & nono seculo habitis canones quosdam Illiberitanos in auctoritatem admisisse: horum omnium fide ac religione Concilij Illiberitani auctoritatem renovandam duxit, & opus ipsum *de Confirmando Illiberitano Concilio* Clementi 8. Prædecessori vestro nuncupavit. At ego cum videram Antiochenum Concilium impugnari non ab uno aut altero scriptore Catholico, sed à cunctis ferme recentioribus Peritis, qui Synodum ut ab Arianis aut Eusebianis celebratam, ut in expositione fidei fraudulentam, ut in canonibus disciplinæ Ecclesiasticæ contrariam, ut in deponendo Athanasio sceleratam ac impiam orbi Catholico obtrudebant, Mendozam imitari invitavit non unius sed quam plurium confessorum Antistitum, qui sacrosancto Nicæno Concilio adfuerant, Sancti insuper Iacobi Nisibensis Episcopi, qui una cum Paulo Neocesarensi Sanctissimo Martyre Concilio Antiocheno adfuerat, illibata religio. Adegit me Luciani Martyris in exponendâ secundâ fidei formulâ, S. Hilarij Pictaviensis Episcopi in propugandâ aliâ Theophronij Tyanensis expositione, veneranda sententia. Coegit me non paucorum sed complurium Conciliorum Provincialium & regionalium, Concilij insuper Chalcedonenfis à 630. Episcopis ante mille ducentos quadraginta annos celebrati in admittendis regulis Antiochenis indubitata auctoritas. Persuasit Hilari, Vigilij, Ioannis secundi, Zachariæ, Stephani secundi, Hadriani primi, Leonis quarti, Nicolai Magni, Leonis septimi, Sanctissimorum Sedis Apostolicæ Pontificum: Episcoporum Provinciæ Pifidiæ, S. Casarij Arelatensis, Hrabani Mauri, Hincmari Remensis, Ratherij Veronensis, aliorumque Patrum: Stephani Ephesini, Dionysij Exigui, Fulgentij Ferrandi, Martini Braccarenfis, Ioannis Antiocheni, Photij Constantinopolitani, Ivonis Carnotensis, Burchardi Wormatiensis, Anselmi Lucensis, aliorumque omnium tam Latinorum, quam Græcorum canonum collectorum & interpreterum in admittendis canonibus Antiochenis antiqua traditio. Firmavit demum ipsa actorum series, ex quâ colligimus & Athanasij depositionem, & disciplinæ Ecclesiasticæ everfionem, & fidei perverfionem non huic nonaginta Episcoporum Concilio, sed paucorum Eusebianorum factioni aut Conventiculo esse adscribenda. Et hæc omnia, PATER BEATISSIME, cum monstrare conatus fuero in operis progressu, opus ipsum Sedis Apostolicæ iudicio eâ, quâ scriptorem Catholicum decet, animi devotione submittam.



# DISSERTATIO I.

DE

CAUSA D. ATHANASII


ET

OCCASIONE AC AUTHORITY  
ANTIOCHENI CONCILII.

## CAPVT I.

De D. Athanasio eiusque exilio.

1. Arius damnatur anno 325. in Nicæno Concilio, ubi D. Athanasius adhuc Diaconus contra Arii fautores dimicavit.
2. Athanasius jam existens Patriarcha Alexandrinus Arium in communionem recipere detrectat, unde Arianorum in eum livor, quo Athanasij causa anno 335. in Tyrio Conciliabulo agitari cœpit.
3. Ariani Constantinopolim evocati an. 336. Athanasij exilium procurant, à quo Athanasius non nisi post mortem Constantini revocatus est.
4. Ex epistolâ Constantini junioris colligit Valesius, Athanasium restitutum fuisse 15. Kal. Iulias anno 337. eiusque rationes.
5. Epistola Constantini junioris expenditur, & cum ab eo scripta sit post acceptam paterni testamenti notitiam, ex ea potius colligitur anno 338. Athanasium sedi suæ restitutum.
6. Idem stabilitur ex testimoniis Philostorgij, Athanasij, Epiphani, ac Theodoretî Cyrensis Episcopi.
7. Satisfit eruditi Valesij rationibus.

1.  Ntequam agam de primordiis Antiocheni Concilij, non abs re fuerit, si quædam ad causam Athanasij spectantia præmittam, cum recentiores plerique Synodum Antiochenam occasione Athanasij habitam fuisse tradiderint. Neque ad hoc necesse est, totam actorum seriem fusius repetere, cum instituto nostro sufficiat, pauca prænotasse. Breuibus itaque originem de ventilatâ sæculo quarto Athanasij causâ detegam, & ubi recentiores in eâ exponendâ errasse inve-

A

nero,



nero, fusioem eâ de re sermonem instituat. Exorto itaque post Gentilium tyra. idem hæreticorum Antesignano Ario, qui, ut quondam Petro Patriarchæ Alexandrino divinitus fuerat patet factum, inconsutilem Christi tunicam dilacerabat, contra eum missus est à Constantino Imperatore Osius Cordubensis Episcopus, quo nihil proficiente ad instantiam S. Sylvestri Nicæam convocati sunt totius orbis Confessores Episcopi, de quibus in adclamatione ad Constantinum quartum Synodus generalis sexta: *Constantinus semper Augustus, & Sylvester laudabilis magnam in Nicæâ Synodum congregarunt.* Coactis vero in unum orbis universi Episcopis anno Christi 325. Paulino & Iuliano Consulibus, cœptum est disputari contra Arium, cuius causam cum Eusebius Nicomediensis Episcopus, Theognis Nicænus, & Maris Chalcedonensis propugnarent, *adversus istos* (inquit Socrates libro 1. capite 8. versionis Valesianæ) *Athanasius fortiter dimicabat, qui tunc quidem Alexandrina Ecclesia Diaconus militabat, caterum magno in honore apud Alexandrum erat Episcopum, unde etiam livor contra eum exarsit.*

Synodus 6.

Socrates V.  
Val. & V.  
Christ. lib. 1.  
cap. 5.Socrates.  
Vers. Christ.  
lib. 1. c. 20.

2. Arianorum in Athanasium Ecclesiæ Alexandrinæ Diaconum livor augeri cœpit, ubi in defuncti Patriarchæ locum electus fuit anno 326. & consensu Ægyptiacorum Antistitum ritè ordinatus. Dum enim fidei Catholicæ simulatorem Arium in communionem recipere recusavit, inventus est Eusebius Nicomediensis, qui teste Socrate lib. 1. cap. 27. *Imperatori persuasit, ut scriberet, quo Arius una cum sociis in Ecclesiam reciperetur.* Huic verò cum Athanasius etiam à principe rogatus non annueret, *tunc igitur Eusebiani* (subdit Socrates) *qui adversus Athanasium hostili odio flagrabant, opportunum se tempus nactos esse arbitrati, principis indignationem tanquam ministram ad propositi sui executionem assumunt. Atque ob hanc causam cuncta miscere, ac perturbare cœperunt, ut Athanasium Episcopatu dejicerent.* Neque enim nisi remoto Athanasio sperabant fore, ut ariana opinio pravaleret. Igitur adversus eum quasi consertis scutis irruunt Eusebius Nicomediensis Episcopus, Teognis Nicænus, Maris Chalcedonis, Ursacius Singiduni superioris Mæsia, & Valens Mursa in superiori Pannoniâ Episcopus. Addit, eos rationes accusationis effinxisse, & postprios iterum novas excogitasse, de quibus Sozomenus libro 2. cap. 23. versionis Valesianæ. *Alteram, quod sacrum poculum confregisset: alteram, quod Arsenium quemdam interfecisset, & brachium eius defectum maleficij causâ penes se retineret.* Fallitatis quidem redarguit hæc omnia Athanasius,

Sozomenus.  
Vers. V. &  
Christ c. 23.



& Eusebianorum fraude in occultando Arsenio detectâ, inimicis suis pro aliquo tempore silentium imposuit : at ubi hostes ipsius pudore neglecto frontem meretriciam induerant, & à turbandis Ecclesiis ac continuis in Athanasium criminationibus non cessabant, rerum Ecclesiasticarum perturbatione commotus Imperator, *Episcopos in civitate Tyri collectos* (inquit Socrates lib. 1. cap. 28.) *obiter causam Athanasij ventilare pracepit.* Trigésimum hunc fuisse annum Imperij Constantini, addit idem historicus : cum verò constet, vigésimum annum, quo Concilium Nicænum celebratum fuit, incidisse cum anno 325. patet profectò, annum trigésimum Constantini concurrere cum anno 335. quo Tyrium Conciliabulum celebratum fuit.

Socrates.

3. Quid eo in Conciliabulo actum sit contrâ Athanasium, notum est apud omnes. De duplici crimine fornicationis nimirum & homicidij accusatur per summam imposturam Athanasius, qui ubi infamem mulierem fornicationis accusatricem falsum testimonium deposuisse manifestasset, & Arsenium ipsum, quem ab Athanasio occisum calumniabantur, in medium produxisset, videns nec sic cessare Eusebianorum furorem, cessit ipse, & Conciliabulo valedicens absens ac innoxius ab inimicis damnatur. Evocati hanc ob rem fuere Constantinopolim Eusebiani, quorum signiferum fecisse constat, quod scribit Sozomenus lib. 2. cap. 28. *Eusebius vero Nicomediensis & qui cum illo erant ad Imperatorem profecti Synodum Tyri in causâ Athanasij ea, quæ justa essent, decrevisse asseverarunt. Productisque in medium testibus Theognio, Mari, Theodoro, Valente, atque Ursacio, persuaserunt principi, sacrum calicem ab Athanasio contractum fuisse : multisque aliis probris eum onerantes, calumniis suis prevaluerunt.* Itaque Imperator, seu quod ista vera esse crederet, seu quod Episcopos in posterum concordare existimaret, amoto Athanasio, Treviros, quod oppidum est Gallia, abire eum iussit, & Athanasius quidem eo abductus est. Anno nimirum Imperij Constantini 30. aut 31. eræ vulgaris 336. relegatus est Athanasius, & ubi à Maximino Trevirensi Episcopo benignè receptus fuerat, ac diu penes ipsum manserat, iussus est à Constantino magno morti proximo sedi suæ restitui, idque eâ ratione, quam refert Sozomenus lib. 3. cap. 3. *Eodem tempore Athanasius ex Gallis Alexandriam reversus est. Et Constantinus quidem, dum adhuc in vivis esset, revocare eum decreverat : quin etiam testamento suo id mandasse fertur : sed cum fato præveniente sublatus fuisset, filius eiusdem cum ipso nominis, qui Gallis occidentalibus imperabat, redeundi licentiam Athanasio concessit,*

Sozomenus.



scriptis ad Alexandrinos litteris, quas ex latino sermone in Græcum translatas cum repererim, eas hoc loco apponendas esse duxi: sunt autem huiusmodi: *Constantinus Cæsar populo Ecclesiæ Catholicae Alexandrinorum*. Quem eundem titulum aut inscriptionem refert Socrates libro 2. capite 3. & ante Socratem D. Athanasius apologiâ secundâ.

Valesius.

4. Assumit hunc titulum Henricus Valesius observatione in Socratem & Sozomenum lib. 1. cap. 1. additque subnotationem ex apologiâ 2. D. Athanasij: *Datum Treviris 15. Kalendas Iulias*. Et colligit exinde, Athanasium restitutum fuisse non anno 338. ut voluerunt Eminentissimus Cardinalis Baronius, eruditus Petavius, alique, sed anno 337. eo ipso, quo mortuus est Constantinus. „ Nam (inquit) „ si anno sequenti restitutus fuisset, tum Constantinus junior non „ Cæsarem se, sed Augustum appellasset. Nec à Constantino junior- „ re restitutus fuisset Athanasius, sed à Constantio, cui Orientis imperium obtigerat. Quare cum Constantinus ipse iis litteris Cæsarem „ tantum se appellet, & cum Athanasius se à Constantino juniore „ restitutum esse testetur, apparet id factum fuisse, antequam Constantini senioris filij à militibus Augusti fuissent nuncupati. Etenim „ mortuo Constantino interregnum quoddam fuit, orbisque Romanus sine Imperatore mansit per tres ferè menses, donec fratres, qui „ Cæsarum nomine diversas Provincias regebant, ad dividendam „ Romani Imperij summam in unum coissent. *Obiit Constantinus „ XI. Kal. Iunias, & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti Constantinus, „ Constantius, & Constans 5. Idus Septembris*, ut legitur in veteribus fastis, quos falso sub Idatij nomine publicavit Sirmondus. „ Et hæc sunt quibus tamquam certissimo argumento se evincere putavit Valesius, Athanasium à Constantino Juniore anno 337. 15. Kalendas Iulias restitutum, cum Constantinus nondum Augustus nuncupatus esset, utpote quod 5. Idus Septembris contigit; ut patet ex fastis sub nomine Idatij publicatis: quibus consonant Victor, Sozimus, & ipse Eusebius libro 4. de vitâ Constantini, cap. 68. dum scribit, paulo post mortem patris tres filios non jam Cæsares solum, verum etiam Augustos fuisse nuncupatos.

5. Accurata videri posset hæc eruditi Valesij observatio, si alia non oblatent Antiquitatis monumenta, ex quibus firmatur, Athanasium non nisi anno 338. fuisse restitutum: ac primo quidem id clamat tota actorum series à variis scriptoribus posteritati consecrata: narrat Eusebius libro 4. de vitâ Constantini, cap. 63. quod Constantinus ante mortem



mortem cuncta, prout ipsi videbatur, constituerit, & clarius ex versione Christophoroni: qua videbantur, extremâ quasi voluntate suâ disponebat. Quid vero disposuerit, exhibet Theodoretus lib. 1. c. 32. Tres quidem Imperij hæredes reliquit, Constantinum scilicet, Constantium, & Constantem natu minimum. Magnum autem Athanasium Alexandriam redire iussit. Addit Socrates lib. 1. cap. 39. quod est ex versione Christophoroni vigesimum sextum. Testamentum commendat Presbytero illi, cuius antea fecimus mentionem, per quem Arius ab exilio fuerat revocatus, mandatque, ne cuiquam alteri, quam filio suo Constantio, quem Orienti præfecerat, illud in manus traderet. Ad hunc modum condito testamento, cum aliquot dies supervixisset, ex hac luce migravit. Habent insuper facti sub nomine Idatij per Sirmondum editi: Feliciano & Titiano Consulibus Constantinus Augustus ad caelestia regna ablatu est XI. Kalendas Iunias. Ex quibus omnibus habemus, Constantinum testamento condito obiisse Nicomediæ 22. Maij anno 337. quo Consules fuerunt Tiberius Fabius Titianus, & Felicianus: neque statim ut mortuus fuit Constantinus, eius testamentum ad filium eiusdem cognominis Treviros perlatum est, quandoquidem id unice Constantio tradi poterat, qui tum Nicomediæ non aderat. Porro mortis eius, inquit Socrates loco supra citato, nullus ex filijs interfuit. Mittitur itaque protinus in Orientem, qui Constantio Patris obitum nuntiaret. Non scribit, Presbyterum cum testamento ad Constantium fuisse profectum, sed nuntium transmissum, quo profecto corpus exanime è lecto in aureâ arcâ depositum fuit, ac Constantinopolim à necessariis deportatum, ubi teste Eusebio lib. 4. de vitâ Constantini cap. 66. à multis noctu atque interdium custoditum fuit, statis horis accedentibus totius exercitus ducibus, comitibus, iudicibus, & populo, ut Imperatorem jam mortuum perinde ac vivum salutarent, atque hæc inquit Eusebius cap. 67. longi temporis spatio assiduè gesta sunt, ut non uno sed pluribus diebus corpus Constantini insepultum mansisse necesse sit: postea namque, ut testis est Socrates, cum Constantius ex Orientis partibus advolasset, regiâ honoratus est sepulturâ. Ex quibus omnibus hoc unum colligimus, plures dies intercessisse inter mortem Constantini 22. Maij, & Constantij in urbem regiam adventum, qui consideratis supradictis post octo vel decem dies initio mensis Iunij adscribendus venit, nec ante illud tempus, si iter Constantij ex Oriente per totam Asiam minorem Constantinopolim usque attendamus, facile contingere potuit. Ubi autem Constantius ad urbem re-

Eusebius

Theodoret.

Socrates.

Vers. Valef.

Facti. Idatij.

Socrates.

Eusebius.

Socrates.



giam pervenit, cum verosimile sit, Presbyterum antea laudatum corpus Imperatoris secutum illâ in urbe tunc degisse, & testamentum Constantini ipsius filio Constantio detulisse, potuit primum initio mensis Iunij innotescere, quid Constantinus ultimâ suâ voluntate disposuerat, adeoque tunc primum scribi ad Constantinum Iunio-rem, quod pater statuerat, revocandum esse Athanasium. Quod si jam anno 337. 15. Kalendas Iulias, id est 17. Iulij, Athanasius tuerit restitutus, debuisset Constantius eodem momento, quo testamentum perlegerat, antequam pater ipsius fuerat sepultus, sollicitus extitisse de Athanasio, & Nuntius quatuordecim dierum spatio ex urbe Constantinopolitanâ Treviros appulisse, & eodem die, quo nuntium acceperat Constantinus, Athanasium restituisse, ac conscriptis eâ de re litteris, Alexandriam remisisse, quæ an aliquis admissurus sit, vehementer dubito.

6. Ponamus tamen hæc omnia tam brevi tempore confici potuisse, aliud argumentum nobis suppeditant plures scriptores, quorum primus Philostorgius libro 2. excerpt. apud Phorium: *cum omnes ubicumque qui exulabant, redeundi licentiam nacti essent, Athanasium quoque ex Gallis Alexandriam reversum esse.* Neque id gratis dictum esse à Philostorgio, patet ex ipso D. Athanasio, qui in epistolâ ad solitarios testatur: *hoc cum viderent tres fratres Constantinus, Constantius, & Constans post obitum patris sui, jusserunt, quemque in suam Ecclesiam & Patriam reverti, scribentes quidem de singulis ad singulas ipsorum Ecclesias, de Athanasio verò ad istum modum, quæ & vim rei actæ & Eusebianorum parricidalem animum ostendunt.* D. Athanasio consentit S. Epiphanius hæresi 68. *Athanasius demittitur à duobus regibus post M. Constantini obitum, dum Constantius esset in Antiochiâ atque hoc approbaret. Et novimus sanè proprias litteras à tribus Imperatoribus scriptas Alexandrinis & ipsi Athanasio.* Ex quibus habemus invictum fundamentum asserendi Athanasium anno dumtaxat 338. fuisse reversum, & de illo subnotationem epistolæ Constantini Iunioris intelligendam: 15. Kalendas Iul. Treviris. Enimverò communicato consilio Athanasium fuisse remissum à tribus Imperatoribus, ipse Athanasius testis est: atque nullatenus fieri potuit, anno 337. 15. Kalend. Iulias tres Imperatores eâ de re simul contulisse, cum in confesso sit, post tres menses dumtaxat invicem communicasse, ut quod Patris testamento dispositum erat, Romani Imperij summam dividerent, sicut loquitur Valesius suprâ. Sicque Falci Idatij postquam sub Feliciano



ciano & Titiano Consulibus posuerant mortem Constantini ad XI. Kalendas Iunias, pergunt : & ipso anno nuncupati sunt tres Augusti Constantinus, Constantius, & Constans 5. idus Septembris. Et tunc omnino facta est imperij divisio, ac cætera executioni mandanda statuerunt, quæ Pater eorum testamento decreverat. Sicque Athanasium ab exilio revocandum dixerunt, quod D. Epiphanius factum notat, cum Constantius esset in Antiochia, fuit autem Antiochiæ anno 338. cum contra Saporem Persarum Regem præliaturus ibidem in ægritudine incidere. Quid plura? Theodoretus Cyrensis Episcopus lib. 2. Historiæ, cap. 1. versionis Valelianæ disertis verbis attestatur : porro *divinus Athanasius cum per Biennium ac menses quatuor Treviris moratus esset, Alexandriam reversus est.* Quo testimonio præclarius nullum deliderari potest : cum enim constet fatente Valelio, D. Athanasium relegatum fuisse anno 336. & Theodoretus scribat, Biennio & quatuor mensibus Treviris moratum fuisse ; non potuit eius restitutio contigisse anno 337. sed ad minimum anno 338. ut post Baronium & Petavium animadvertit Philippus Labbeus in Chronico.

7. Quo ad rationem Valelij de restituto per Constantinum Occidentis Imperatorem Athanasio Alexandrino, cum anno 338. Constantius Orientis Imperator id efficere debuisset, solutio patet ex D. Epiphanio, qui scribit, hoc factum esse, dum Constantius esset in Antiochia, atque hoc approbaret : quod si Cæsaris titulus obesse dicatur, cum anno 338. Constantius jam Augustus nuncupatus fuerit : responderi potest ex Eusebio lib. 4. de vitâ Constantini cap. 67. quod etiam post mortem Constantino Magno in gubernando imperio delatum fuerit, ac si fuisset in vivis : *solus etiam post mortem imperavit Princeps beatissimus, cunctaque more solito administrata sunt, quasi adhuc in vivis esset.* Hæc Eusebius loco citato, qui addit post enarratam funeris depositionem cap. 71. *Ipse verò etiam post mortem imperium retinens, quasi redivivus universum orbem gubernans, victor maximus Augustus suo adhuc nomine rempublicam regeret.* Ex quibus omnibus colligere licet, ita post mortem Constantini imperium gubernatum fuisse, ut Constantino Magno Augusti titulus manserit, quod omnino in causâ fuisse existimem, Constantinum eius filium in litteris ad populum Alexandrinum se ipsum Cæsarem dumtaxat inscripisse. Quamvis enim an. 338. jam dudum Augusti titulo donatus fuerat, cum tamen restitutio Athanasij testamento paterno mandata erat, ipseque in litteris fateatur, consentaneum sibi visum fuisse, *ut diya memoria* Constantini. *Principi Junior.*

Fasti Idatij.

Theodoret.

Epiphanius.

Eusebius.

Constantin.

Principi Junior.



Principi ego utpote hares executioni mandarem, noluit planè Constantinus Iunior Augusti utulum his in litteris usurpare, sed Cæsaris dumtaxat, quasi Pater adhuc viveret, cuius voluntatem executioni mandabat.

## C A P U T II.

### Quandonam causà D. Athanasij per Eusebium relata fuerit ad tribunal Pontificium.

1. Reverso Alexandriam Athanasio Ariani jam non solum eius causam ad Imperatores, sed etiam ad Pontificem referunt, litteris eà de re ad Iulium primum transmisit.
2. Misit ab Eusebio Arianorum fautore per legatos litteris ad Iulium Papam, legatos quoque suos Athanasius Romam misit, quibus Ecclesia Alexandrina Synodicas commisit. Quid utriusque partis legati Roma egerint, ex Iulio primo refertur.
3. Quandonam Eusebius legatos suos Romam miserit? profertur sententia Socratis, id factum esse post Synodum Antiochenam.
4. Socratis sententia licet communiter recepta expenditur, & manifestum errorem continere monstratur. Constat enim, Eusebium legatos suos Romam misisse ante Synodum Antiochenam, & tunc iudicium causa obtulisse Iulio Papa.
5. Confirmatur id ipsum testimonio D. Athanasij ex apologià, ut vocatur, secundà.
6. Idem eruitur ex Iulij primi epistolâ ad Eusebianos conscriptâ.
7. Primatus Romani Pontificis mirificè ex hoc negotio elucet, quo prætermisso ulterius inquiritur de tempore transmissa legationis, quæ adscribenda est anno 339.

Athanasius. 1. **C**Um an. 338. D. Athanasius sedi suæ fuisset restitutus, Eusebiani, inquit ipse Athanasius epist. ad solitarios, videntes haresim suam succumbere, & Romam & ad Imperatores Constantinum & Constantem contrà Athanasium scribunt. Addit Theodoretus lib. 2. cap. 3. de Constantio ab Eusebians circumscripto; cum Imperatorem utpote vicini

Theodoret.



vicini crebrius viserent, Athanasij reditum ab exilio plurima mala importasse dixerunt: nec Egyptum solum, sed Palestinam præterea, ac Phœnicem, & finitimas Provincias eâ tempestate involvi. Consuetis calumniis agunt Eusebiani, sed priorum temporum successu edocti, quam irrito scilicet conatu apud solum Imperatorem Constantinum magnum egissent contra Athanasium, nunc apud filios Augustos ita agere voluerunt, ut sedis Apostolicæ Pontificem non omitterent, de quo Theodoretus lib. 2. cap. 4. Namque Eusebiani Iulio Episcopo, qui tunc temporis Romanam Ecclesiam administrabat, compositas adversus Athanasium calumnias perscripserant. Et Iulius primus epistolâ ad Orientales: Scripsere prius Eusebius cum suis contra Athanasium. Et ipse demum Athanasius apologiâ 2. quin & Eusebiani ad Iulium literas misere.

Iulius 1.  
Athanasius.

2. Litteræ illæ perierunt, aut latent, datæ tamen fuerunt Macario presbytero, & Martyrio Hesychioque Diaconis Romam transferenda, quare & D. Athanasius coactus fuit, presbyteros suos cum literis tum ad Imperatores, tum ad Romanum Pontificem mittere, ut eorum calumnias depellerent: extant usque nunc litteræ Synodi Alexandrinæ in defensionem Athanasij exaratae & omnibus sub cælo orthodoxis Episcopis inscriptæ, quas videre licet græcò-latinas in tomis Conciliorum, & de quibus Iulius primus in epistolâ ad Orientales: Scripsere etiam plurimi ex Egypto, & ex aliis Provinciis pro Athanasio. Addit de legatis Athanasij: presbyteri & diaconi cum huc venissent, non tenuiter, sed prolixè testimonia dixere pro Athanasio, affirmantes nihil eorum, quæ illi objicerentur, verum esse, eumque conjurationibus premi: de legatis vero Eusebianorum: Si quidem vestri legati Macarius presbyter, & Hesychius Martyriusque Diaconi nullo modo cum huc venissent pares presbyteris ab Athanasio missis, ac semper ab illis convicti refutatique, Concilium indici à nobis postularunt, literasque & ad Eusebianos, & Athanasium Alexandriam, quibus convocarentur, mitti, ut coram omnibus justo Iudicio de causa cognosci posset, tum enim se de Athanasio probaturos esse, quod jam nequirent. Publice enim coram nobis Martyrius, & Hesychius refellebantur, Athanasij presbyteris bonâ cum fiduciâ alacriter resistentibus: Martyrius vero cum suis, si vera dicenda sunt, ubique profligabatur, ac proinde Concilium generale postulavit. Hæc Iulius primus de utriusque partis legatis Romæ egentibus, & alterâ Eusebianorum Concilium expetente, quod Romæ indictum fuisse à Iulio primo, & Antiochiæ præven-

Iulius 1.



tum ab Eusebio Nicomediensi, latius videndum est infra.

3. Unum hîc ante omnia inquirendum est, quandonam Eusebius Nicomediensis legatos suos Romam misit cum relatione de causâ Athanasij? ratio difficultatis movetur ex verbis Socratis, qui libro 2. cap. 11. exhibitis Antiocheni Concilij actis de depositione Athanasij ibidem decretâ, expressè subdit: *Eusebius vero, cum quacumque voluerat, perfecisset, legationem misit ad Iulium Romanae urbis Episcopum, rogans, ut causa Athanasij iudex ipse esse vellet, & cognitionem negotij ad sese traheret.* Consonant acta Pauli Constantinopolitani apud Photium n. 257. post narrata enim Concilij Antiocheni in deponendo Athanasio acta: *Eusebius ad Romanum Pontificem Iulium legatos mittit hoc moliens, ut qua adversus Athanasium decreta essent, rata haberet.* Et excerpta vitæ Athanasij, num. 258. apud eundem Photium: *Eusebius quidem ijs peractis, qua volebat, legationem ad venerandum Iulium Pontificem Romam legavit, hoc agens, ut Athanasium una damnaret.* Ex quibus Eminentissimus Cardinalis Perronius contra Angliæ regem cap. 25. urget cum communi peritorum, post Iudicium Synodi Antiochenæ hanc legationem ab Eusebio Nicomediensi fuisse transmissam in signum evidentis sedis Apostolicæ primatus.

4. Verum pace virorum eruditorum dixerim, & hic est unus ex præcipuis erroribus, qui ex Socratis commentis in orbem Catholicum irrepsit. Scripsit Iulius primus post Synodum Antiochenam ad Eusebianos: *Nunc autem nos, quos certiores minimè fecerunt, postquam jam egerint, quod libuit, suffragatores sua damnationis, cui non interfuimus, esse volunt:* Et hæc verba legens Socrates existimavit, post Antiochenam Synodum legatos ab Eusebio missos ad Iulium Papam, ut in causâ Athanasij iudex esse vellet, & cognitionem rei illius ad sese traheret; quod tamen nusquam innotuit Pontifex, qui solum asseruit: sese ab Eusebianis expostulatum fuisse damnationis suffragatorem, quod non missis Romam legatis, sed remissis Iulij primi presbyteris per litteras spiritu schismatico conscriptas extorquere conati erant. Meram actorum subscriptionem, non novum de causâ Athanasij iudicium quærebant post Synodum Antiochenam Eusebiani: idque ne gratis effingi quisquam existimet, en Iulium primum, qui conqueritur in suis ad Eusebianos responsoriis, ipsos post Synodum Antiochenam noluisse suum in Concilio Romano retractari de Athanasio iudicium conatos hoc schismaticum introducere principium, ut quidquid in Orientali Synodo iudicatum erat, nequaquam ab occidenta-

talibus



talibus in alia Synodo esse examinandum : tantum abest, Eusebium aut quemquam ex suæ factionis Episcopis post Antiochenum Concilium Julio primo obtulisse novum de Athanasio iudicium.

5. Consonant ea, quæ habet D. Athanasius in apologiâ 2. vel ut viro cuidam erudito novissimè placuit, in collectione monumentorum : quin & Eusebiani ad Iulium litteras misere, & ut nos terrerent, Synodum jusserunt convocari, & ipsi Iulio, si vellet, arbitrium causa detulerunt. Quum igitur Romam pervenissemus, Iulius continuo ad Eusebianos litteras scripsit, misis eo duobus ex suis presbyteris Elpidio & Philoxeno : illi verò, ubi nostram Romæ præsentiam audivissent, plurimum conturbati sunt, quod contra spem eorum me Romam contulissem. Reiecto igitur itinere, fuites inanesque tergiversando causificationes commenti sunt. Quibus verbis ordo rerum gestarum ab Athanasio exhibetur : ac primò quidem, Eusebianos ad Iulium litteras misisse, quibus causam Athanasij exhibebant in Synodo Romanâ judicandam, Iulio primo arbitrium rei deferentes. Secundò id detulisse, antequam ipse Athanasius Romam adventavit. Tertio post adventum Athanasij à Iulio primo legatos missos fuisse cum litteris ad Eusebianos. Quarto Eusebianos percipientes ex Iulij primi legatis, Athanasium se Romam contulisse, turbatos fuisse, & reiecto itinere illas causificationes commentos fuisse, quæ omnem occidentis scandalizaverunt Ecclesiam. Ex quibus conficitur, & Synodum Antiochenam habitam fuisse non ante sed post delatum Iulio primo iudicium, & causam Athanasij non post sed ante Synodum Antiochenam ad Iulium Papam fuisse delatam. Cum enim, teste Athanasio, causa sua per Eusebianorum legatos oblata fuerit Iulio primo ante suum in urbem adventum, & Elpidij ac Philoxeni discessum, Athanasius vero Romam adventarit initio anni 341. & tum quoque Elpidius ac Philoxenus Româ discesserint, debuit profectò causa Athanasij Iulio primo offerri ante Synodum Antiochenam, quæ initio anni 341. celebrata fuit.

6. Sufficere possent iam dicta ad demonstrandum errorem vulgarem ex Socratis testimonio introductum, verum audiamus insuper Iulium primum Pontificem sanctissimum, cuius epistola responsoria vel sola sufficiens est ad refellendam Socratis imposturam. Scripta est hæc epistola post coactam & absolutam Antiochiæ Synodum, & fatetur in illâ Pontifex, se nullam de Athanasio ab Eusebianis epistolam recepisse, quam per legatos ipsorum Macarium Presbyterum, Martyrium & Helychium Diaconos : cum non aliundè litteras contra Athanasium

Athanasius.

Iulius 1.



*nasum accepissem, quam à Martyrio & Hesychio. Nullos ergo legatos Romam misit Eusebius, quam Macarium cum duobus sociis: nec ullas ab Eusebianis litteras accepit Iulius, quam per illos. At certum est, Eusebium hanc legationem non misisse Romam post Antiochenum Concilium, sed longè antea; certum itaque censeretur, post Antiochenum Concilium factum non esse, quod scribit de legatione Socrates, & cum ipso testati sunt auctores vitæ Pauli & Athanasij apud Phorium. Enimverò, si post Antiochenum Concilium missa fuisset ab Eusebio Romam legatio, fuisset utique cum illis litteris, quas post cuncta ad libitum peracta Iulio primo transmisit: atqui tantum abest legationem aliquam tunc missam fuisse, ut Iulius primus testetur, se litteras illas recepisse per proprios legatos Antiochiâ reduce. *Legi epistolam vestram, quam mihi mei presbyteri Elpidius & Philoxenus attulerunt: Addit Iulius, se sperasse, saltem aliquos ex Eusebianis superventuros fuisse, & subiungit: caterum ubi nullus vestrum supervenerat. En quam erroneè Socrates scripserit, post Synodum Antiochenam legatos ab Eusebio missos, qui Iudicium causæ Iulio primo offerrent.**

Iulius 1.

7. Restat nunc quæstio de tempore; quo præcisè ab Eusebio Nicomediensi legatio illa transmissa fuerit ad sedem Apostolicam? & quamvis neminem ex veteribus annum, mensem, aut diem annotasse reperiamus, si tamen coniecturis uti liceat, anno 339. id fecisse existimarem. Cum enim ostendimus Athanasium anno 338. Treviris discessisse 15. Kalend. Iulias, ponamus circa finem eiusdem anni Sanctum Patriarcham Alexandriam appulisse, sedi quæ suæ restitutum fuisse, ac post hæc Eusebianos, quibus reditus displicebat, adiutore presbytero Ariano aures Constantij præoccupasse, & tum ad duos alios Imperatores Constantem & Constantium litteras misisse: jam denno accusatrices litteras contra Athanasium Imperatoribus porrexere, uti habetur in Synodicâ Alexandrinâ anno 340. exarata. Et infra: *apud tres Augustos Calumniari non verentur.* Ex quibus omnibus habemus, Eusebianos novas calumnias texuisse, & in occidentem eâ de re non ad Imperatores solum, sed & ad Pontificem quoque (omnibus enim illis eodem tempore scripserant,) litteras misisse, cum adhuc in vitâ esset Constantinus Iunior, de cuius morte Facti Idacij: *Acyndino & Proculo: his Consulibus occisus est Constantinus Iunior.* Consules illi fuerunt anno 340. ut Eusebiani medio tempore inter reditum Athanasij, & mortem Constantini Iunioris legationem suam Romam miserint,

Synod. Alex.

Facti Idacij.



miserint, adeoque anno 339. id fecisse verosimillimum putemus cum Baronio in Annalibus, & Labbeo in chronico. Neque ex eo, quod causa Athanasij ab Eusebianis diu ante Concilium Antiochenum Pontificis Romani arbitrio oblata fuit, aliquid de Apostolicæ sedis primatu ac dignitate ab Orientalibus recognitâ minuitur, sed potius augetur: latum jam antea fuerat in Tyrio Conciliabulo de D. Athanasio iudicium, & nondum Eusebiani impugnare didicerant sedis Apostolicæ primatum: communione cum illâ coniuncti deferre volebant Romanæ Ecclesiæ illum, quem in B. Petro meruerat, principatus honorem, hinc etiam post Orientalium Synodos causam Athanasij Iulio Romano Pontifici deferebant parati Apostolico parere iudicio, & prout exterius monstrabant, suscipere, quidquid Romæ statueretur de Athanasio. *Ipsi Iulio, si vellet, arbitrium causa detulerunt*, inquit magnus secundæ sedis Antistes Athanasius, cuius testimonium de prisca Eusebianorum erga sedem Apostolicam reverentiâ posteritati consecratum, vel unice sufficeret ad schismaticorum confusionem, qui hanc autoritatem Romano Pontifici denegant, quam schismaticorum autelignani in eo, cum à vero non aberrabant, tam perspicuè agnoscebant.

Athanasius.

## CAPVT III.

## De evocatione Athanasij &amp; Eusebianorum ad Concilium Romanum.

1. Eusebianorum legati frustra petunt litteras Iulij primi ad Pistorum, unde fraude detectâ quod Pistor Arianus esset, fugâ sibi consulunt, idque ante D. Athanasij adventum, post quem indictum fuit Roma Concilium.
2. An Athanasius ad hoc Concilium evocatus comparuit, an sponte adventarit, inquiritur: & sponte quidem adventasse, varia Iulij, Theodoretî, Hieronymi, & Bonifacij testimonia indicare videntur.
3. Verum expenso Iulij primi testimonio, locum aliter vertendum esse constitit, & ex correctâ versione evocatum comparuisse, manifestum fit: idem indicat ipse Athanasius, & clarè testatur ex Theodoro et Nicolao I.



4. Ad Concilium Romanum evocantur Eusebiani per litteras datas Elpidio & Philoxeno sedis Apostolica legatis, qui Antiochiam profecti sunt anno 341. circa Aprilem, & hinc Romam reversi sunt anno 342. post quorum adventum eodem anno circa mensem Octobris habitum fuit Romanum Concilium.
5. Duo Roma Concilia habita fuisse indicat depravata versio loci cuiusdam ex epistolâ Iulij Papa desumpti, quo ad græcum textum correcto, patet ipsius Iulij testimonio, unicum tantum in causâ Athanasij habitum Roma Concilium.

Iulius 1.

Baronius  
anno 340.Versio gc-  
nuina.

1. **R**elata per Eusebianos causâ Athanasij ad sedem Apostolicam, suos quoque legatos ad Iulium primum transmiserat Athanasius, inter quos dum diu Romæ disputatum fuisset, Macarius presbyter, & Hefychius Martyriusque Diaconi ab Athanasij presbyteris convicti & refutati à Iulio primo Concilium indici postularant, litterasque & ad Eusebianos, & Athanasium Alexandriam, quibus convocarentur, mitti. Nec ullo modo dubitari potest, quin Iulius primus ad D. Athanasium litteras miserit: latent quidem hæ litteræ, nec constat ex annalibus, per quos legatos Alexandriam transmissæ fuerunt, citabatur tamen per eas Athanasius, ut ad Iudicium Synodicum Romæ habendum occurreret. Præclarum habemus hac de re testimonium Iulij Papæ in epistolâ ad Orientales, ubi: καὶ γὰρ οὐκ ἀφ' ἑαυτῆς ἐλήλυθεν, ἀλλὰ κληθεὶς, καὶ λαβὼν γράμματα πατρὸς ἡμῶν, καθάπερ καὶ ἡμῖν ἐγράψατο. Quæ verba ex antiquâ Petri Nannij versione sic refert Cæsar Baronius: *neque spontè, sed litteris nostris ad iudicium vocatus comparuisset, quemadmodum vos per litteras citavimus*: ex quibus concludi posset, Athanasium non per litteras, sed sponte suâ Romam advenisse. Verum το ἐλήλυθεν, quod à Petro Nannio, & in collectionibus Conciliorum vertitur: *comparuisset*. Verti debet: *comparuit*, sicque editio Parisiensis gl. operum D. Athanasij anni 1627. legit: *neque enim sponte, sed litteris nostris ad iudicium vocatus comparuit*, & græci textus hæc est propria versio: *etenim non à se ipso advenit, sed vocatus, & litteris à nobis acceptis, quemadmodum & vos citavimus*. Ex quibus conficitur, litteras non solum à Iulio primo Alexandriam transmissis, sed & ipsum Athanasium ad litteras illas Alexandriâ discessisse, & Romam adventasse.

2. Non ignoro quidem, complures scriptores antiquissimos, nullâ litterarum à sede Apostolicâ transmissarum factâ mentione, tradi-

disse,



disse, quod Athanasius Romam confugerit; sicque legi apud D. Hieronymum epistolâ 16. ad Principiam: *Alexandrini Sacerdotes, Papa Athanasius, & postea Petrus persecutionem Ariana hæreseos declinantes, quasi ad iurissimum communionis sue portum, Romam confugerunt.* Et apud Bonifacium primum epistolâ inter Hollstenianas seu à Lucâ Hollstenio in historiâ Romanâ bipartitâ editas ordine decimâ: *Sanctæ memoria Athanasius & Petrus Alexandrina Sacerdotes Ecclesia, huius sedis auxilium postularunt.* Scio quoque, ab aliis scriptoribus aliam rationem adventus Athanasij adferri, & legi apud Sozomenum libro 3. cap. 6. quod peracto Antiocheno Concilio, & Gregorio Alexandrino cum militibus appropinquante ut sedem invaderet, Athanasium fugâ evasisse: *tunc verò Athanasius per mediam psallentium urbem occultus evasit, & Romam navigio delatus est.* Idque firmari à Theodoretto, l. 2. c. 4. *Athanasius cognitis ante insidiis secessit, & in Occidentis partes se contulit.* Et à Cælestino Papâ in epistolâ ad clerum & populum Constantinopolitanum parte 1. Ephesini Concilij: *Ἰδιωτῶν ἐκείνων, καὶ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις μέεσιν ἀνεκλήσατο.* Et eiectionis illic, & in nostris partibus tutatus est. Et à Theophane in Chronologâ apud Anastasium Bibliothecarium ad annum 334. *Athanasius & Paulus, quotquot pro reſtitutione sermonis eiectionis sunt, Romam ad Iulium confugerunt.* Verum ex his omnibus non sequitur, Athanasium à Iulio Papâ per litteras non fuisse evocatum. Potuit enim summus ille Pontifex ad Eusebianorum instantiam anno 340. litteras Alexandriam transmittere, quibus Athanasium pro anno sequenti 341. Romam evocaret, & Athanasius Alexandriæ substituisse, donec cognitis Eusebianorum in Antiocheno Concilio insidijs, quid secum agere vellent, percipisset, ac tum fugâ evasisse, & Romam, ubi per litteras Pontificias evocatus erat, perrexisse: hoc enim modo non Hieronymi solum aliorumque testimonia veritati consonant, sed & ipsius Iulij testimonium, quod non modo in autoritatem recepit Nicolaus 1. epist. 8. ad Michaelem Imperatorem, sed & Athanasius firmare videtur apologiâ 2. dum scribit: *Quin & Eusebiani ad Iulium litteras misere, & ut nos terrent. Synodum jusserunt convocari, & ipsi Iulio, si vellent, arbitrium causa detulerunt. Quum igitur Romam pervenissemus, Iulius continuo ad Eusebianos litteras scripsit, missis eo duobus ex suis presbyteris Elpidio & Philoxeno.* In his enim verbis notanda sunt ista: *ἡμῶν τοῖς αὐτοῦ ἀνεκλήσας εἰς τὴν πόλιν &c.* Cum igitur Romam pervenissem, &c. Ac si diceret: primum se per litteras citatum fuisse ad instanciam

Bonifacius 1

Sozomenus.

Theodoret.

Cælestinus.

Theophan.

Athanasius.



instantiam Eusebianorum, cum igitur ipse comparuisset, etiam Eusebianos per litteras citari debuisse, prout re ipsa citati fuerunt, missis in Orientem duobus presbyteris Elpidio & Philoxeno.

3. Superata difficultate illa de citatione D. Athanasij, alia jam exurgit, quandonam scilicet Iulius Papa Presbyteros suos Elpidium & Philoxenum in Orientem transmisit Eusebianos ad Synodum Romanam per litteras Apostolicas, quas secum ferebant, evocatuos. Ac Baronius quidem tomo 3. existimat, hanc legationem transmissam fuisse anno 340. quo etiam anno Athanasium Romam adventasse enarrat. Verum pace Eminentissimi annalium parentis dictum sit, nec Athanasius Romam appulit, nisi anno 341. post peractam Antiochenam Synodum, nec Elpidius & Philoxenus ad Eusebianos missi sunt, nisi postquam Athanasius jam Romam advenisset. Neque ad hæc omnia confirmanda aliis testimoniis indigemus, quam jam supracitatis, ex quibus habemus, Sozomenum posteritati consecrasse, quod Athanasius Alexandria discessit, cum Gregorius instaret, qui sedem Alexandrinam invasurus esset: Theodoretum verò scriptum reliquisse, quod Athanasius cognitis insidiis, quas Gregorius ipsi struxerat, secesserit, cui consonat ipse Athanasius epistolâ ad solitariam vitam agentes: ibi enim enarrat persecutionem ab Arianis motam nullâ aliâ de causâ, quam ut fideles ad partes Arianorum & Gregorium recipiendum, quem Imperator miserat, compellerent. Athanasius autem priusquam ista fierent, semel re cognitâ Romam profectus est, non ignarus hæretici furoris. Iulius verò presbyteros suos Elpidium & Philoxenum cum litteris, ad Eusebianos misit, certum diem designans, ut aut presentes se sisterent, aut cognoscerent, se omnibus modis suspectos haberi. Præclarum est hoc D. Athanasij testimonium, ex quo habemus primò, persecutionem illam Arianorum in intrusione Gregorij commissam, & ab Athanasio fuisse prævisam, ideoque antequam Gregorius instaret, & milites cum multitudine ex forensi vulgo ad cædes parati adessent, prius Athanasium secessisse, id quod insidiis cognitis fecisse, scripsit Theodoretus. Secundò tunc Romam profectum ad Iulium primùm, quod anno 340. fieri non potuit, quo anno Gregorius in sedem Alexandrinam intrusus non fuit, utpote qui anno sequenti primum ab Eusebianis Antiochiæ in Synodo adunatis creatus fuit Pseudo-episcopus aut Patriarcha Alexandrinus, & postea primùm militari manu Alexandriam ad sedem Athanasij invadendam fuit transmissus. Tertiò Athanasio Romam adveiente, Elpidium

Sozomenus.

Theodoret.

Athanasius.



diū & Philoxenum transmissos fuisse ad Eusebianos; id quod D. Athanasius apologiâ 2. loco superius citato clarius testatur. *Cum Athanasius. igitur Romam pervenissem, Iulius continuo ad Eusebianos litteras scripsit missis eo duobus ex suis Presbyteris Elpidio & Philoxeno.* Quartò Elpidium & Philoxenum discessisse non anno 340. ut putavit Baronius, neque anno 341. paulò antequam Synodus Antiochia congregaretur, ut scripsit Valeſius observatione 1. in Socratem, & Sozomenum cap. 2. sed anno 341. jam duobus aut tribus mensibus transactis. Cum enim Antiochiæ Synodus habita fuit initio anni 341. & Gregorius ab Eusebianis ibidem coadunatis Episcopus creatus sit, & ex Antiocheno conventu Alexandriam pervenire nequiverit, uti nec D. Athanasius ante Gregorij adventum Romam profectus ad urbem venire potuit, nisi duo aut tres ad minimum menses effluerint, ita nec Elpidius & Philoxenus post adventum Athanasij Româ discedere potuerunt, nisi mense Martij vel Aprilis anno Domini 341.

4. Aliud quid addit Iulius primus de morâ Athanasij in Urbe; *Præter hæc omnia annum totum & integros sex menses apud nos habuit vestram præsentiam expectans.* Ita Iulius ad Orientales, quibus ex verbis etiam colligere licet, quandonam Romanum Concilium in causâ Athanasij celebratum sit. Baronius, eumque secuti Severinus Binnius & alij plures duplicem statuerunt Synodum Romanam, in quarum primâ anno 341. Athanasius à quinquaginta Episcopis innocens iudicatus est, & in quarum secundâ anno 342. litteræ Eusebianorum lectæ sunt, & ad eas Iulius primus omnium nomine respondit. Verum rem Athanasij indecisam mansisse toto illo tempore, quo Romæ Eusebianos expectavit, satis indicat Iulius primus verbis citatis: cum verò anno 341. circâ mensem Aprilis Romam veniens ibidem annum totum & integros sex menses hæserit, non anno 341. sed 342. Synodum Romanam celebratam fuisse oportuit, idque circa mensem Octobris vel Autumnum, quo tempore Synodi celebrari consueverant. Accedit nullam in causâ Athanasij Synodum Romæ habitam fuisse ante reditum Elpidij & Philoxeni, qui anno 341. mense Martio Româ discedentes Antiochiam appulerunt, cum jam Synodo ibidem peractâ Eusebiani omnia pro libitu peragebant. Neque exinde reversos esse ante annum sequentem 342. fatetur ipse Baronius, idque ob testimonium Iulij primi in epistolâ ad Eusebianos, ubi conqueritur, quod *Presbyteros suos usque ad mensem Ianuarij, ne venirent, detinuerunt.* Addit Iulius in eadem epistolâ, se post reditum Elpidij & Philoxeni lectis subdolis



Eusebianorum litteris post varias ultrò citroque cogitationes, eas suppressendas putasse eâ spe, inquit, quod crederem saltem aliquos ex vestris adventuros: & etiamli Elpidius & Philoxenus anno 342. Mense Martij vel Aprilis Romam appulerint, Synodus tamen Romana non statim celebrata sit, utpote quæ tunc solum coacta est, cum nullus Eusebianorum adventurus videbatur, *ceterum ubi nullus vestrum supervenerat*, inquit Iulius, *necessum fuit, ut litteras proferrem*, utique in Synodo Romanâ anno 342. circâ Autumnum celebratâ, ut prior illa Synodus à Binnio ad annum 341. collocata, planè commentitia videatur.

5. Scribit quidem Iulius primus in suâ ad Orientales epistolâ: ἀμέλει καὶ νῦν τῇ ὀριθεύσει προδοσεμία σωήλων ἐπίσκοποι, καὶ ταύτης τῆς γνώμης γεγόνασιν ἢν πάλιν γράφων ἑμῖν σημαίω, quæ ex antiquâ versione in tomis Conciliorum & operum D. Athanasij sic leguntur: *certè ad constitutum tempus convenire Episcopi, & eius sententiâ sciire, quam vobis iterum significo*. Ex quorum verborum sensu colligeretur, aliam Romæ Synodum in causâ Athanasij habitam fuisse, cuius antea sententiam indicarat, & nunc anno 342. iterum significat. Verum error est in versione, ubi omittitur γράφων scribens, ut τὸ πάλιν cadat non supra significavi, sed supra scribens, & genuina versio sit: *quam vobis iterum scribens significo*. Vult ergo Iulius Papa, se prius scripsisse ad Eusebianos, utique dum illos ad Concilium Romanum evocarat, nunc verò iterum scribendo se iudicium Romani Concilij significare. Unum igitur Romanum Concilium agnovit Iulius primus, nec plura D. Athanasius, qui in apologiâ secundâ apertè testatur: *denique Episcopi plures quam quinquaginta congregati in Basilicâ, in quâ Vito Presbyter populum colligebat, nostram quidem defensionem æquo animo susceperunt, & communionem nobiscum ac dilectionem fovendam esse sanxerunt, adversus autem Eusebianos indignati sunt, & Iulium rogarunt, ut hac ad illos perscriberet, cum illi priores misissent. Scripsit ergo Iulius, & litteras misit per Gabianum comitem.*

Athanasius. *Addit litteras cum hoc exordio: Iulius Danio, Flacillo, Narcisso &c. Quæ sunt ipsissimæ litteræ, quas Cardinalis Baronius in aliâ Synodo, quam quæ Athanasium absolverat, exaratas putavit, ubi tamen Athanasius illas in eadem 50. aut plurium Episcoporum Synodo, quæ sententiam in sui favorem tulerat, scriptas fatetur. Idem omninò habet Athanasius epistolâ ad solitariam vitam agentes: Roma vero congregati Episcopi propè quinquaginta, Eusebianos ut suspectos timentesque*

Athanasius.

Iulius 1.

Athanasius.



tesque se sistere non receperunt, & qua ab ipsis scripta essent, pro vanis habuerunt: nos autem receperunt, nostramque communionem amplexati sunt.

C A P V T I V.

De occasione & tempore Antiocheni Concilij.

1. Iulius Papa conqueritur adversus Eusebianos, quod Synodum coegerint Antiochia, quam Baronius in fraudem Romana indictam contendit.
2. Verum errorem irrepisse in annales, ex duobus D. Athanasij locis eruitur, & nullatenus Synodum Antiochenam in fraudem Romana habitam fuisse, lucidissime colligitur.
3. Locus Iulij primi, unde contrarium deduci posset, expenditur, & nihil simile continere, demonstratur.
4. Genuina Synodi occasio fuisse encenia Dominici aurei, ut ostenditur ex Athanasio, Socrate, & auctore anonymo. Neque Episcopi per Constantium Imperatorem ob aliam rationem Antiochiam evocati fuerunt, quam ob dedicationem istius templi.
5. Antiquus mos dedicandi templa cum maximo populorum ac sacerdotum concursu, indeque sub Constantino Magno morem invaluisse, dedicandi precipua Christianorum templa cum magna Episcoporum frequentia: adductus hanc in rem locus Eusebij.
6. Firmatur id ipsum exemplo dedicationis templi S. Crucis in Hierusalem, qua post Tyrium Conciliabulum anno 335. celebrata fuit.
7. Sic quoque an. 341. Antiochiam evocati totius Orientis Episcopi a Constantio, ad quem spectabat hac Episcoporum convocatio teste Athanasio.
8. Neque prava Eusebij Sociorumque intentio Antiochiam properantium, ut ibidem coadunata Synodo fidem perverterent & Athanasium deponerent, vitio verti potuit huic Synodo, cum plures Catholici advenerint recta intentione.
9. Habita fuit Synodus Antiochena initio anni 341. ut colligitur ex Athanasio, Socrate, & Sozomeno.

1. **S**cribit Iulius primus in sua ad Eusebianos epistolâ: ὁ δὲ ἐδῆ Iulius 1. ἡγεμόντων ἡμῶν σύνοδον γενέσθαι, προκαλεῖν τινὰς ἢ ἐκ τῆς συνόδου



Baronius.

συνοδου xριστου. Non decebat, cum nos ad celebrandam Synodum litteras mitteremus, aliquos praecipue iudicium Synodi. Unde & Eminen-  
 ,, tissimus Cardinalis Baronius ad annum 341. num. 2. „ Quod verò  
 ,, ad causam spectat huius cogendi conventus; occasionem ob Encæ-  
 ,, nia celebranda arripuerunt libentissimè Ariani, imo tanè callidissi-  
 ,, mè excogitarunt, ut sic effugerent Romanam Synodum, ad quam  
 ,, à Iulio Romano Pontifice vocati erant. „ Supponit annalium pa-  
 ,,rens, Athanasium Romam venisse anno 340. & tunc quoque Euse-  
 ,,bianos ad Romanam Synodum evocatos fuisse. Supponit insuper  
 ,, Arianos inito consilio horruisse Synodum sine comite, & ideo encæ-  
 ,, nia excogitasse, quorum occasione Synodum in Oriente celebra-  
 ,,rent eo tempore, quo Romam adventare debuerunt. Supponit ter-  
 ,,tiò, hanc ob rem cum lacrymis adiisse Constantium, eaque petiisse,  
 ,, quæ fusius enarrat D. Athanasius epistolâ ad solitarios, & pergit Ba-  
 ,,ronius, „ his igitur inter eos fraudulento artificio concinnatis,  
 ,, Constantij mox litteris convocantur Episcopi. „ Hæc Baronius,  
 ,, cuius vestigijs insistentes plerique nostrorum temporum periti, hoc  
 ,, indubitatum esse crediderunt, Synodum Antiochenam ideo ab Euse-  
 ,,bianis fuisse coactam, ut Synodum à Iulio primo indictam evitarent,  
 ,, & diem conductum eluderent.

Athanasius.

2. Verum pace Eminentissimi Cardinalis omniumque sequacium dictum sit, & hîc est non unicus sed multiplex error in Annalibus corrigendus. Quod Eusebiani ante Synodum Antiochenam aliquid de Romano in causâ Athanasij iudicio inaudire potuerint ex legatis proprijs Constantinopolim aut Nicomediam reducibus, facile admitterim, cum constet ex Iulio primo, Macarium Presbyterum cum socijs Româ aufugisse, antequam Athanasius ibidem advenerat. Sed quod ante Concilium Antiochenum Athanasius Romam advenisset, & Legati Apostolici à Iulio primo in Orientem transmissi essent ad diem conductum Eusebianos evocaturi, eamque ob rem Eusebium cum socijs Constantium adiisse, ut ab ipso occasione Encæniorum Synodum Orientalem obtinerent, quâ sese à Romanâ excusare possent, nullatenus admittendum, sed vel ex ipso Athanasio refelli posse existimo. Scribit D. Athanasius epistolâ ad Solitarios de suo Romam adventu, & pergit: *Iulius verò Presbyteros suos Elpidium & Philoxenum cum litteris ad Eusebianos misit, certum diem designans, ut aut presentes se sisterent, aut cognoscerent, se omnibus modis suspectos haberi. Caterum Eusebiani, ubi semel audissent Ecclesiasticum confessum fore,*  
 ubi



ubi nec comes affuturus esset, neque satellites pro foribus excubarent, nec ex Casaris præscriptis omnia ferent, quibus rationibus, & non alijs Episcopos vicerant, imo qui sine hoc præsidio ne loqui quidem audent, ita inhorruerunt & metu contracti sunt, ut Presbyteros detinerent ultra diem condictam, causificationem interim turpem fingentes, se ob bella Persarum venire non posse. Huic Athanasij loco addo. alium ex apologiâ 2. Cum igitur Romam pervenissemus, Iulius continuo ad Eusebianos litteras scripsit, misit eo duobus ex suis Presbyteris, Elpidio & Philoxeno. Illi vero ubi nostram Romæ præsentiam audivissent, plurimum conturbati sunt, quod contra spem eorum me Romam contulissem. Reiecto igitur itinere, futiles inanisque tergiversando causificationes commenti sunt. Hæc Athanasius, ex quibus habemus primò, Eusebianos non fuisse evocatos ad Synodum Romanam, nisi post adventum Athanasij, qui anno 341. ut supra probatum est, adscribendus venit. Habemus secundò, Eusebianos sibi persuadere non potuisse, quod Athanasius à Iulio primo evocatus se Romam conferret, nec adventum Athanasij percepisse, quam ex Iulij primi legatis, unde Athanasius apologiâ 2. Illi vero ubi nostram Romæ præsentiam audivissent, plurimum conturbati sunt, quod contra spem eorum me Romam contulissem. Habemus tertio, Eusebianos numquam credidisse, Synodum Romæ habendam præsentem Athanasio, nisi cum per Elpidium & Philoxenum ad diem condictum citati Ecclesiasticum confessum fore audivissent, unde eos inhorruisse & metu contractos fuisse, scribit Athanasius epistolâ ad solitarios. Cum autem hæc omnia non perceperint Eusebiani, nisi post peractum magnâ ex parte Antiochenum Concilium, anno nimirum 341. circa mensem Iunij, quo Elpidius & Philoxenus Antiochiam advenerunt, corruiat planè totum illud fundamentum, unde Cæsar Baronius causam Antiocheni Concilij desumendam putavit. Viderint proindè jam eruditi, quo fucoprætendi possit, Synodum Antiochiæ habitam per Eusebianos, ut aliam evitarent Romæ jam indictam.

3. Negari quidem non potest, à Iulio primo Eusebianos increpari, quod præoccuparint iudicium Synodi, sed per hoc non voluit Pontifex, Eusebianos Antiochiæ Synodum habuisse, ut sic excusarentur ab evocatione ad Romanam: enimverò in suis ad Iulium litteris non excipiunt Eusebiani, se Antiochiam convenisse, neque ullam hac de re mentionem in eorum litteris factam fuisse indicat Iulius, qui optimè norat, Eusebium cum aliquot legatis Romam advenire potuisse, quantum



quantumvis Orientales Synodum eodem tempore celebrassent Antiochia, ut hæc exceptio frivola fuisset, & plane invalida. Aliud itaque voluit Iulius Papa, qui Eusebianos redarguit, quod cum auctores extiterant litterarum ad Athanasium transmissarum, ipsi, pendente Romæ causâ, Synodi iudicium præoccuparint, & Athanasium damnare præsumperant, id quod ab iis contra regulam Ecclesiasticam factum fuisse, rectè urget summus Ecclesiæ Pontifex.

4. Occasionem itaque sacri Antiocheni Concilij non ex illâ ratione, quam Eminentissimus Cardinalis Baronius assignavit, desumendam putamus, sed ex dedicatione templi Antiocheni, quod à Constantino magno inchoatum, & hocce tempore sub Constantio absolutum, præ magnificentiâ suâ Dominicum aureum appellatum est. Sic enim scribit D. Athanasius libro de Synodis: *Antiochia novam Synodum per causam encaniorum coegerunt.* Socrates verò libro 2. cap. 5. *Ecclesia scilicet dedicanda nomine,* vel versionis Vales. libro 2. cap. 8. *prætextu quidem dedicanda Ecclesia, quam Augustorum Pater Constantinus adificare cœperat.* Sozomenus lib. 5. *Specie quidem ut Ecclesiam recens adificatam consecrarent:* & auctor Vitæ Pauli Constantinopolitani apud Photium in Bibliothecâ cap. 257. *Erat tunc Antiocheni templi dedicatio, quod Constantinus pius exadificarat, Constantius verò consecrandum curavit, & prætextu dedicationis nonaginta convocantur Episcopi.* Prætextu, inquit author ille Anonymus, quod Constantius Imperator nullam aliam rationem in litteris evocatorijs allegarit, quam dedicationem templi, ob quam omnes Orientis Episcopos Antiochiam convocarat: sed nec aliam adferre debuit, cum hæc sola sufficiens erat ad Episcoporum evocationem.

5. Enimverò erat antiqua consuetudo, quæ jam inde à tempore Salomonis originem duxit, templorum dedicationem magnâ cum Festivitate, & summâ populorum ac sacerdotum frequentiâ celebrare: de templo magnificentissimo Hierosolymis extructo testatur sacra scriptura libro 3. Regum, cap. 8. quod congregati sint omnes maiores natu Israël cum principibus tribuum, & ducibus familiarum ad dedicationem. Quod si autem Iudei, qui umbræ legis deserviebant, hæc fecerint, inquit post alios Gratianus de consecratione dist. 1. cap. 2. multò magis nos, quibus veritas patefacta est, templa solemniter consecrare oportuit, ideoque licet Ecclesia primis temporibus sub tyrannorum sævitiâ ingemiscens latere coacta fuerit, postquam tamen quarto sæculo pacem sub Constantino adepta liberè apparuit,

morem

Socrates  
Vers. Christi-  
stop.

Sozomenus.

Anonym.



morem dedicandi templa à veteri lege mutuatum etiam viri Sanctissimi in novâ lege observandum statuere, factumque est, quod scribit Eusebius Cæsareensis Episcopus in historiâ Ecclesiasticâ lib. 10. cap. 3. versionis Valelij: *Posthac votivum nobis ac desideratum spectaculum præbatur, dedicationum scilicet Festivitas per singulas urbes, & oratorum recens structorum consecrationes: adhac Episcoporum conventus; peregrinorum ab externis & procul disitis regionibus concursus.* Quibus in verbis notanda sunt prima, *dedicationum scilicet festivitas per singulas urbes*, & sequentia quibus innuit, Episcopos ad festivitatem illam convenisse in unum, sed & Ecclesiarum Antistites, quotquot aderant, panegyricas habuisse orationes, ut nominatim refert de templi dedicatione in urbe Tyriâ, in quâ vir quidam Tyrius ad Paulinum urbis Episcopum conversus orationem habuit, *presentibus teste Eusebio lib. 10. cap. 4. ut in Ecclesia conventu, pluribus Pastoribus, & decorè ac placidè auscultantibus.* Pastores erant omninò Episcopi ex vicinis locis in civitate Tyriâ, quæ Phœnicæ primæ Metropolis erat, coadunata ad Dedicationem istius templi, quod teste Eusebio omnium, quæ in Phœnicæ erat, fuit pulcherrimum.

Eusebius,

6. Celebrata post hæc fuit dedicatio templi S. Crucis in Hierusalem, de quo Chronicon Alexandrinum Dalmatio & Anicio Paulino Consulibus *dedicatum est templum S. Crucis à Constantino, Episcopo Macario XVII. Anicij & Paulini consulatus incidit in annum 334.* quo si dedicatum sit hoc templum, aliud fuisse oportuit, quam cuius meminit Eusebius libro 4. de vitâ Constantini cap. 43. quod vocavit Basilicam Servatoris: enimverò Basilicæ istius dedicatio post Tyrium Conciliabulum anno 335. habita fuit, & ad eam Constantini litteris evocati sunt, quotquot in Tyrio Conciliabulo adfuerant Episcopi, quin etiam cum plures alij ex omnibus serè Provincijs Orientalibus, quas Eusebius enumerat, Macedoniam, Paannoniam, Mœciam, Bithyniam, Thraciam, Persidem, Cappadociam, Syriam, Mesopotamiam, Phœniciam, Arabiam, Palestinam, Ægyptum quoque & Libyam, ex quibus tot Episcopi Hierosolymam convenerant, ut Eusebius cap. 47. hunc cœtum vocavit maximam Synodum, quam Constantinus post Nicænum Concilium congregavit. Ut vel ex istius Ecclesiæ dedicatione lucidè appareat, encœnia celebrari olim consuevisse cum maximâ Episcoporum frequentâ, & quo templum erat Magnificentioris structuræ ædificium, eo convocatos fuisse plures orbis Antistites ad dedicationis festum.

Chronicon Alexandrin.



7. Atque hæc est omnino occasio Antiocheni conventus, cum ut vidimus supra, Episcopi à Constantio Imperatore evocati fuerint ad dedicationem templi Antiocheni: erat templum in civitate Orientis principe constructum, & quia erat magnificentissimum, evocavit ad illius dedicationem non unius Provinciae Episcopos, sed totius Orientis Antistites, etiam ex Thracia & Palestinâ, ut auctores sunt Socrates, & Sozomenus, ex quorum scriptis id manifestè colligitur. Volebant autem tunc temporis Imperatores, Ecclesiarum dedicationem decernere, ac præcipuè cum templum aliquod ab Augustis erat ædificatum, & maior Episcoporum numerus evocandus erat, utpote quibus Imperatores sumptus tunc subministrare solebant. Hæc vero ut probem, alio testimonio non indigeo, quam ipsius Athanasij, cuius adversarij Constantio denuntiant, quod in magnâ Ecclesiâ ab Athanasio *synaxis habita sit priusquam dedicaretur*. Extat hîc locus in Apologiâ 2. ad Constantium, cui criminationi Athanasius nihil aliud respondit, quam: *non encaniorum festum celebravimus, religiosissime Auguste: id enim celebrare ante tuum decretum prorsus nefarium fuisset, neque de industriâ eo devenimus, neque Episcopus quispiam, aut ullus clericus eo nomine evocatus est*. Hæc cum scribat magnus Athanasius ad Constantium Imperatorem, neminem inveniendum arbitror, qui Constantio obijciendum ducat, quod Orientis Episcopos Antiochiam evocavit ad Domini aurei dedicationem summâ cum festivitate quarto Imperij sui anno celebrandam.

8. Scio quidem complures nostro sæculo scriptores inveniri, qui post Baronium tradiderunt, studio Eusebij Synodum Antiochiæ habitam, ut non fides solum, sed & disciplina Ecclesiæ violaretur, ac Athanasius Synodali sententiâ throno ejiceretur. Verum quidquid Eusebius in mente habuerit cum quibusdam ex suis, hoc totum vitio verti nequit Antiocheno conventui, ad quem non Eusebiani solum, sed & complures Catholici Episcopi advolarunt, ut ibidem Ecclesiam dedicarent, occasione cuius Episcopi omnes ibidem coadunati Concilium pro firmandâ Ecclesiæ disciplinâ, & turandâ contra hæreses fide habendum duxerunt. Non ergo Episcopi Antiochiam evocati fuerunt tanquam ad Concilium, sed Antiochiæ coadunati pro dedicatione Concilium ibidem celebrare decreverunt, unde hoc Concilium apud D. Athanasium vocatur *in encaniis*, & regulæ seu Canones Antiocheni in Canonum collectionibus sub eodem aut simili titulo constituti leguntur.

Athanasius.  
Apologiâ 2.

Chronicon  
Alexandrin.



9. Habitâ verò fuit hæc Synodus teste D. Athanasio lib. de Syno-  
dis Armineni & Seleucienfi : *Consulibus Marcellino & Probrino, in- Athanasius,*  
*ditione 14.* Consules olim annum auspiciabantur à Kalendis Ianuarij,  
ut Marcellinus & Probrinus incidant in totum annum vulgarem 341.  
indictio apud Antiquos inchoabatur mense Septembris sic tamen, ut  
Orientales illam inchoarent prima die istius mensis, Occidentales  
vero die 24. eiusdem, ex quibus habemus, indictionem 14. cu-  
ius meminit Athanasius, inchoatam fuisse à 1. Septembris anno 340.  
& durasse ad initium eiusdem mensis anni 341. ut certum sit ex D. A-  
thanasio, encænia templi Antiocheni habita fuisse ante Septembrem  
anno 341. addit Socrates libro 2. cap. 5. *Quintus jam agebatur annus à Socrates.*  
*morte Constantini.* Mortuus autem est Constantinus XI. Kalendas *Verf. Christ.*  
Iunias Feliciano & Titiano Consulibus, ut habent Fasti Idacij, id  
est anno 337. 22. Maij, unde haberetur, post 22. Maij anni 341.  
hoc Concilium celebratum fuisse, sed quamvis id de progressu Sy-  
nodi intelligi posset, nullatenus tamen de initio. Enimverò Con-  
stantius Imperator anno 340. Paulum Constantinopolitanum depo-  
suerat, & in eius locum suffecerat Eusebium Nicomediensem, & Sozomenus.  
inquit Sozomenus libro 3. cap. 5. *His confectis Imperator Antiochiam*  
*Syria perrexit.* Ut & ad finem anni 340. Antiochiam advenisse cre-  
datur : advenisse autem ob sola encænia Domini aurei, tradunt om-  
nes Historici, & conveniunt quoque periti, ad anni 341. initium fo-  
stivitatem illam indictam fuisse, id quod confirmat Marcellus Ancy-  
ranus in libello fidei Romæ Iulio Papæ oblato, ut latius videbimus  
in progressu operis, cum de eo agemus.

C A P V T V.

De authoritate Antiocheni Concilij.

1. Quod Antiochenum Concilium nullius authoritatis sit, indicare vi-  
dentur Marcellus, Iulius I. & Athanasius.
2. Tribus illorum testimonij accedunt alia D. Chrysostomo posteriora,  
qua desumpta sunt ex Socrate, Sozomeno, Casiodoro, S. Maximo,  
Georgio Alexandrino, alijsque.
3. Ex his sententiam suam stabilire conati recentiores, unanimi con-  
sensu Synodi illius authoritati derogarunt.

D

4. Licet



4. Licet contra hæc niti difficile videatur, Concilium tamen Antiochenum Synodi nomine dignatur S. Epiphanius.
5. Eius auctoritatem manifestè propugnat D. Hilarius Pictaviensis Episcopus.
6. Receptum illud quoque sexcentorum & triginta Episcoporum Concilium Chalcedone cum legatis Leonis I. habitum.
7. Tertio in auctoritatem quoque receptum indicant omnes antiqui Canonum collectores, quorum unus omnium loco adfertur Martinus Braccarenensis Episcopus. Et quartum testimonium suppeditat Synodus Trullana Canone 2.
8. Quintum præbent sex Romani Pontifices Ioannes 2. Vigilius, Zacharias, Stephanus 2. Hadrianus I. & Leo quartus.
9. Sextum testimonium desumitur ex perpetuo Gallicana Ecclesia sensu, id quod præcipuè deducitur per Capitularia regum galliæ & Concilia eiusdem nationis usque ad tempora Hincmari Remensis Archiepiscopi.
10. Septimum testimonium eruitur ex celebri disputatione Anselmi Havelbergensis Episcopi habitâ Constantinopoli, quod subsequuntur alia testimonia ex Occidentali Ecclesiâ.
11. Octavum suppeditat Ecclesia græca, ex quâ post Canonum collectores, qui mediâ ætate floruerunt, adducuntur Nechites Nicomediensis, Mattheus Blastares, & auctor Anonymus.
12. Neque ex his sequitur, antiquiores sibi adversari, utpote qui facile conciliantur, si distinctio fiat inter Antiochenum Concilium, & eiusdem nominis Conciliabulum.

1. **P**ræteriri posset hæc particularis quæstio, quæ toti huic operi planè communis est, nisi particulariter recensere oporteat præcipuas tam antiquorum, quam modernorum sententias, quibus Synodus Antiochena in encæniis celebrata ut Arianorum Conciliabulum impugnatur, & tanquam Philippolitani conventiculi fundamentum exploditur. Enimverò non novum censei posset, huic Antiochæno derogare Concilio, si id ipsum ab eius sæculi tempore impugnasse videatur Marcellus Ancyranus Episcopus, qui anno 342. Iulio I. obtulit libellum supplicem ad Eusebianos Romam accersendos, ut cum advenissent, inquit, de duobus illis à me convincerentur, cum illa ipsa falsa esse, quæ in me scripserunt, tum eos adhuc in pristino errore perseverare: & indigna quadam adversus Ecclesias Dei, ac nos ipsorum præfides

Marcellus.



*præsides esse machinatos. Post Marcellum Iulius primus eodem an. 342. in epistolâ ad Eusebianos Antiochiæ adhuc congregatos, dum conqueritur : Contentiosè à vobis, & non ut decuit, rescriptum esse; factus enim & arrogantia scribentium in epistolâ apparebat. Atqui aliena sunt ista à fide in Christum : decuit enim eum, qui cum dilectione ad vos scriberet, eandem vicissim dilectionem, non autem contentionem referre. Addit infra, literas ab eis profectas esse, in quibus rixandi potius, quam caritatis affectus eminebat. Refert hanc Iulij primi epistolam Divus Athanasius apologiâ 2. quæ & plura addit, signanter autem libro de Synodis agens de Eusebianis : Antiochia novam Synodum per causam encaniorum coegerunt, & quia ab omnibus de heresi malè audiebant, &c. Et infra ait, hanc Synodum habitam, præsentè ibidem impiissimo Constantio.*

*2. Post tempora Chrysostomi passim ab Historicis hanc Synodum ut Arianorum conventiculum habitam fuisse, ostendere videtur Socrates, cum scribit lib. 2. cap. 8. versionis Valesij, Synodum Antiochiæ coactam, ut consubstantialis fidem everteret, & profligaret, ideoque Eusebianos illam ab Athanasij damnatione auspicatos fuisse. Eadem plane Sozomenus lib. 3. cap. 5. Eusebiani cum aliis eiusdem opinionis fautoribus simul omnes septem & nonaginta Episcopi variis ex locis Antiochiam tunc temporis convenerunt : specie quidem ut Ecclesiam recens adificatam dedicarent : re ipsa autem sicut exitus declaravit, ut decreta Nicæni Concilij abrogarent. Cassiodorus in Historiâ tripartitâ lib. 4. cap. 9. Socratem secutus scribit, hanc Synodum coactam ad subversionem & destructionem Nicæni Concilij. Et S. Maximus in collatione cum Theodosio Cæsareæ Bithyniæ Episcopo inter Synodos contrâ Homouision celebratas numerat secundam in Antiochiâ, ac addit : omnes damnata sunt propter impietatem infidelium dogmatum ab eis confirmatorum. Et Georgius Patriarcha Alexandrinus meminit temporis, quo Antiochia convenerunt ad abrogandam fidem de consubstantiali trinitate. Et auctor vitæ Pauli apud Photium aiens, quod Athanasium damnare ausi Episcopi Antiocheni Concilij, ausi sint & fidem permutare. Et auctor vitæ Athanasij apud eundem Photium : Synodum Antiochiæ ad everisionem Orthodoxæ fidei coactam esse. Et Theophanes Abbas græcus scribit de hoc ipso Concilio, tamquam Eusebianorum ad deponendum Athanasium indicto conventu, & Freculphus Lexoviensis Episcopus tom. 2. chron. lib. 4. cap. 3. tanquam ad subversionem Nicæni Concilij fuisset indictum. Et auctor libelli*

*Iulius 1.*  
*Athanasius.*  
*Socrates.*  
*Sozomenus.*  
*Cassiodorus.*  
*S. Maximus.*  
*Georgius Alexandrinus.*  
*Vita Pauli.*  
*Vita Athan.*

**D 2**

Synodici



Nicephorus. Synodici ante 700. annos græcè conscripti: *Synodus hæretica Antiochia Syria, nonaginta septem Episcoporum: qui verbo quidem & prætenu propter initiationem Ecclesiæ Constantinianæ, qua inter spectacula præcipuum obtinebat locum: scopo autem & re ipsa contra divinum Symbolum, & generosâ mente præditum Athanasium convenerant. Et Nicephorus Callistus libro 9. cap. 5. ad professionem consubstantialis apertè abolendam, & decreta Nicæna immutanda, hanc Synodum ait celebratam.*

3. Nec post tot antiquorum testimonia, desunt modernorum placita: de Antiochenâ Synodo ut illegitimo Eusebianorum conventu loquitur in Florentinâ Synodo sess. 20 Ioannes de Turrecremata, Eminentissimus Cardinalis Baronius tomo 3. ad an. 341. Ita hanc Synodum exponit, ac si cuncta ibidem statuta & gesta essent hominum Arianorum, unde & cum ipso Conciliorum Collector Severinus Bin-

Baronius.

Anton. Aug.

Bellarmin.

Onuphrio Panuin.

D. David.

nius in notis accusat Gratianum, quod *hanc Eusebianorum Synodum in numerum Orthodoxorum Conciliorum retulerit.* Visum idem fuit Antonio Augustino Tarraconensi Episcopo l. 1. dialogo x. de correctione Gratiani probanti responsum D. Chryostomi de canonis 12. auctore: *responsum est, hæreticorum Canonem fuisse, ac subdit petens: cur igitur Canones Antiocheni recepti sunt, cum Arianos illos Episcopos auctores habent? Respondetque: non possum causam dicere.* Visum deinde Eminentissimo Cardinali Bellarmino lib. 1. de Concilijs & Ecclesiâ, cap. 6. *Primum generale opinione Arianorum reprobatum est Concilium Antiochenum anno 345. in anno 5. Constantij, ut dicitur à Socrate lib. 2. cap. 5. & Sozomeno lib. 3. cap. 5. in quo damnatus est Athanasius, & via patefacta ad everfionem Concilij Nicæni primi.* Et infra distinguens sex Antiochena Concilia, tertium, *Arianorum tempore Iulij 1. anno 345. ut supra diximus.* Visum quoque Onuphrio Panuino in chronico ad annum. 341. *Synodi Arianorum Antiochena duæ, prima depravanda Nicæna fidei ergo, in qua Canones 24. editi.* Visum & Eminentissimo Cardinali Peronio Galliæ primati contra Angliæ Regem, & pour quoy dont, *quand les Ariens tindrent il y à douz cents Septante ans, leur faux Concile à Antiochie? &c.* Id est: *cur igitur dum Ariani celebrabant ante mille ducentos & septuaginta annos falsum suum Antiochenum Concilium, &c.* Quid plura? eadem videbantur quondam viro doctissimo, cum scriptum reliquit: *esse Podronomum & fundamentum Philippopolitani Conventiculi.* Domino Davidi in libro 1. de iudicio Canonico Episcoporum cap. 1. art. 5. *Nous ferons voir dans un autre Chapitre, que l'Eglise Romaine à regardè*



regardè ce Synode comme une assemblee d' heretiques , & par consequent , que les Canons , qui y furent faits , ne peuvent pas meriter , qu' on le regarde comme les Loix sacrees de la discipline. Godefrido Hermantio Doctori Sorbonico in vitâ S. Athanalij novissimè Parisijs editâ , cum hoc Conciliû ab Athanalij depositione auspiciatum ruetur , tumque fidei formulas exposuisset , quæ Arianismum sapiant , demum Canones hæreticorum edidisset. Quid plura referam ? non memini , me legisse umquam recentiorum de Antiocheno Concilio , quin eius authoritatem infregerit , & ut Arianorum Conciliabulum exploserit , tam constans fuit hoc sæculo inter eruditos omnes opinio , Antiochenum Concilium Arianorum conventiculis , non Catholicorum Synodis adnumerandum.

Hermantius,

4. Si contra torrentem ire difficile iudicetur , contra tot scriptorum auctoritatem Antiochenum Concilium defendere videri posset difficillimum ? Si unius paucorumque sententia oppugnanda esset , facile id fieri posse , persuaderent sibi omnes : at cum omnium Peritorum opinio erroris arguenda venit , quis non hærebit tanquam ad rem perplexam & difficillimam ? verum quidquid sit , & onus istud nobis relictum videtur , & quod periti omnes nostro sæculo ut indubitatum censuere , quàm à verâ antiquitate alienum sit , demonstrandum venit. Enimverò quod primus omnium impugnasse videtur Marcellus Ancyranus Episcopus in libello fidei Romæ Julio 1. oblato , hoc qui libellum ipsum æternitati consecravit S. Epiphanius , Synodi nomine dignatus est , cum de Marcello scribit : *quem deposuit Synodus diversa opinionis gratiâ*. An sic vocasset Antiochenum Concilium , si merum fuisset Arianorum conventiculum ? suadere quidem id videntur Athanasius & Iulius primus , sed reverà non suadent , cum Athanasius hanc Synodum contrà Arianorum hæresim egisse urgeat alibi , & ipse Iulius primus nullius Arianismi Eusebianos ipsos intimulet , & si quædam in epistolâ suâ ad Orientales arguat , eâ paucorum post Antiochenam Synodum factioni attribuat , ut fusius suo loco videbimus.

Epiphanius.

5. Quod si testem omni exceptione maiorem exoptules , en D. Hilarium Pictaviensem in Galliâ Episcopum , de quo S. Sulpitius Severus libro 2. cap. 5. Quod vir erat *divinarum rerum instructissimus* , quid ni & in omni suorum temporum Historiâ Ecclesiasticâ maxime versatus , utpote qui diu in Oriente vixerat , & relegatus in Phrygiam mandato Imperatoris Constantij , librum de Synodis conscripserat , quem ad Galliarum Episcopos transmisit anno 358. agit in eo libro de Antiochenâ Synodo paucos ante annos celebratâ , scribitque,

Sulpit. Sevst.



Hilarius.

bitque, non contrà Arianos sed Sabellianos fuisse coactam. *Volens igitur congregata Sanctorum Synodus impietatem eam perimere, &c.* Quibus ex verbis, aded manifestum fit, Antiochenam Synodum tunc temporis pro Orthodoxâ habitam fuisse, ut illustrius testimonium desiderari non possit ex omni antiquitate petitum. Nec obest D. Chrysostomi & Innocentij primi iudicium, cum illud procedat de Canonibus à solis Eusebianis impiè post Synodum Antiochenam constitutis, ut suo loco videbimus.

Concilium  
Chalcedon.  
act. 4.

6. Probant autem post Chrysostomum id ipsum varia, & in primis ante duodecim sæcula non privatum aliquod, sed totius orbis testimonium, sexcenti nimirum & triginta Episcopi in Concilio Chalcedonensi actione 4. dum relecto per Aetium Archidiaconum Constantinopolitanum canon, quinto Antiocheno omnes clamaverunt: *Hæc iusta regula Patrum.* Et paulò postea, cum Patres Chalcedonenses dixissent: *sacri Patrum Canones legantur*: idem Aetius legit canones quartum & quintum Antiochenum. Quis autem dicet, hos canones fuisse nuncupatos, *sacros Patrum canones*, si ab Eusebianis dumtaxat & hæreticis fuissent constituti? profectò non Patrum nomine sed hæreticorum, aut Eusebianorum eos dignati fuissent Synodi Chalcedonensis Episcopi, Orthodoxi enim vocari solent Patres, non Ariani. Aliud testimonium sumitur ex Ecclesiâ Occidentali, in quâ paulò post tempus Chalcedonensis Concilij edita est canonum collectio, cuius meminit Dionysius Exiguus, & quam Parisiensem Archiepiscopus de Marca libro 3. de concordia sacerdotii & imperij, existimat hanc ipsam, cuius mentionem facimus. Refert autem hæc collectio epistolam præambularem huius Antiocheni Concilij, in qua vocatur: *Sancta & Pacissima Synodus, quæ à Deo congregata est Antiochia.* Addit insuper in fine nomina vigintiduum Episcoporum, qui subscripserunt, ut infra videbimus: cum vero inter illos reperiantur complures Orthodoxi & Catholici, vel hoc unum antiquitatis testimonium sufficere deberet ad omnem hæc in re dubitationem submovendam. Enimverò hæc canonum collectio non fuit sæculo 5. primùm edita in Occidente, sed diu ante edita erat maximâ ex parte in Oriente, cuius versionem hic adornavit occidentalis Ecclesiæ compiler Anonymus.

Prisca colle-  
ctio.

7. Tertium testimonium hauriri posset ex omnium collectorum codicibus, qui huius Concilij canones inter sacra Patrum sancita referunt, at unus omnium vice nobis sufficiat. Martinus Bræccarensis Episcopus;



Episcopus, qui sæculo sexto aliam versionem græcorum canonum adornavit, quæ & probata fuit in Concilio Lucensi, ut alibi latius. Habet autem hic S. Ecclesiæ Braccarensis Episcopus in præfatione ad Nitigesium Episcopum, vel universum Lucense Concilium: se canones illos vertere, *qui in partibus Orientis ab antiquis patribus constituti sunt.* Et cum jam parte primâ suæ collectionis exhiberet 68. capita ex tot præcedentium Conciliorum canonibus, tredecim omninò refert ex solo Antiocheno Concilio, signum manifestum, hoc Concilium tunc temporis creditum fuisse unum ex illis, quod ab antiquis Patribus, & consequenter Orthodoxis celebratum fuit. Quartum sumitur ex Synodo Trullana, quam alij vocant quinisextam, cui anno Domini 692. interfuerunt cum quatuor Orientis Patriarchis ducenti & plures Episcopi, qui canone 2. statuunt. *Obfirmamus etiam reliquos omnes canones, qui à Sanctis & Beatis nostris Patribus expositi sunt, id est à trecentis decem & octo Sanctis ac deiferis Patribus, qui Nicea convenerunt, usque qui Ancyra, & iis etiam, qui Neocæsarea; similiter qui Gangris, præterea & iis, qui Antiochia Syria.* Putarunt ergo tunc temporis universi ferè Orientis Episcopi, Synodum Antiochenam à Sanctis & Beatis Patribus fuisse celebratam. Ne tamen quisquam dicat in hoc erraticam fuisse, aut à sede Apostolica damnatam.

8. Quintum testimonium sumitur ab ipsius sedis Apostolicæ Præsulibus, quorum agmen ducit ad annum 534. Ioannes Papa 2. in epistolâ 6. ad Cæsarium Arelatensem in Galliâ Episcopum, ad quem scribit, se canonum præcepta subdere de causâ Contumeliosi Episcopi: additque ex Canonibus Antiochenis capitula 4. & 15. ac de iis habet idem Cæsarius Arelatensis, quod sint *tituli antiquorum Patrum à Sancto Ioanne Papâ transmissi.* Siccine autem vocasset Cæsarius Arelatensis Antiocheni Concilij Patres, si fuissent Ariani? succedit Vigilius Papa epistolâ 14. ad Rusticum & Sebastianum Diaconos, ubi canonum statuta in Concilio Chalcedonenfi per Aetium ex Concilio Antiocheno relecta laudat, ac subdit hanc reverendissimorum Episcoporum unanimem canoni subiectam sententiam: *hæc iusta regula, hæc regula Patrum.* Lecta autem est & hæc Vigilij epistolâ in Synodo 5. anno 553. sub Iustiniano Imperatore, & inserta collationi septimæ. Posterior floruit ab anno 714. Zacharias Papa, qui epist. 7. ad Pipinum Francorum Regem c. 8. allegat canon. 5. Antiochenum, & de eo cum aliis variorum Conciliorum canonibus scribit in fine, se illos allegasse ut *Beatorum Patrum Sanctiones*: non ergo Eusebiano.

Mart. Bracc.

Concil. Trul.

Cæs. Arelat.

Vigil. Papa.

Zachar. Papa

Eusebiano.



Stephanus 1.  
Hadrian. 1.

Eusebianorum aut Arianorum fuisse existimavit hinc Pontifex. Eodem saeculo Stephanus 2. anno 754. in epistola responsoria ad varia consulta capite 15. allegat canonem 15. ex Concilio Antiocheno, non igitur Conciliabulo aliquo contemnendo. Stephanum subsecutus est Hadrianus primus, qui in canonum epitome Romae Carolo magno circa annum 774. oblatam posuit canones Antiochenos, & testatur eidem Concilio subscripsisse 30. Episcopos, quorum tres citat, quos non memini ullam Arianam haeresi fuisse infectos, ut vel ex hoc quoque constet de veritate à nobis suscepta. Sed quid ultra proferam aliorum Pontificum testimonia, unum inter caetera sufficiat, quo nec desiderari potest augustius, nec afferri luculentius, Leonis nimirum quarti Sanctissimi Pontificis in Romanam sub ipso Synodo, quam tempore Hlotarij & Ludovici Imperatorum celebravit cum sexaginta sex totius Italiae Episcopis, viginti Presbyteris Cardinalibus, uno Archidiacono, & quinque Diaconis. Petebat S. Pontifex, quid cum Anastasio Presbytero Patrum regulas ac statuta temerante ageret? & inquirunt acta Concilij: *mox omnes Episcopi unanimiter dixerunt: quid aliud arbitrari aut proferre valemus, nisi ut Sancti Patres, qui Antiocheno Concilio residentes tertio capitulo promulgarunt, & inviolabiliter statuerunt: si quis Presbyter Parochiam propriam deserens &c. Publicavit hanc Synodum in Romanam Historiam bipartitam Lucas Holstenius Bibliothecarius sedis Apostolicae, & eant jam, qui clament omnes huius Concilij Episcopos fuisse Arianos & haereticos: Sancti Patres, qui Antiocheno Concilio resederunt, inquit numerosum Romae Concilium, cuius sententiam subsequenter probat Sanctissimus Pontifex Leo 4. in actis per verbum placet.*

Leo 4. in  
Synodo Ro-  
mana.

Codex M. S.  
Corbeiensis.

Antiqua ad-  
not. de Sy-  
nodis.

9. Sextum desumitur ex perpetuo Gallicanae Ecclesiae sensu, ubi non modo antiquissimi canonum Codices manuscripti inveniuntur, quorum unus Corbeiensis dictus jam inde à tempore Vigilij Papae conscriptus est, & hoc Antiochenum Concilium retinet: sed & ante mille circiter annos ab aliquo scriptore gallo manu exarata fuit adnotatio de Synodis, quam ex Codice M. S. octingentorum annorum edidit tomo 10. spicileg. Lucas D. Acherius. Continet autem adnotatio illa inter varias Synodos hanc Antiochenam tamquam Orthodoxam, utpote de qua refert: *quinta Antiochena, in qua Patres XXIX. statuerunt canones XXV. quorum maxime auctor Eusebius Palaestinus Episcopus extitit.* Hocque Concilium inter caetera intellexit Chlotarius Francorum Rex in Concilio Parisiensi an. 615. ubi constituit: *ut canonum statuta in omnibus conserventur.* Per canonum vero statuta etiam



etiam intellexisse Antiochena, patet ex canone 2. à Chlotario sub-  
iuncto, ut nullus Episcoporum se vivente eligat successorem, quod ex Chlotar.  
canone Antiocheno delumptum est. Edidit hoc Chlotarij editum  
Stephanus Balufius tom. 1. capitularium Regum Gallix, ubi & editum  
est capitulare Carlomanni Francorum Principis, qui anno 742. statuit  
canonum decreta & Ecclesia jura restaurari debere. Id quod an. 743. Carloman.  
promiserunt omnes totius Gallix clerici: ita enim capitulare 2. Car-  
lomanni. Et omnis Ecclesiastici Ordinis clerus, Episcopi & Presbyteri,  
& Diaconi cum reliquis clericis, suscipientes antiquorum Patrum Cano-  
nes promiserunt, se velle Ecclesiastica jura moribus & doctrinis & mini-  
sterio recuperare. Idem anno 744. confirmavit Pippinus Francorum  
Princeps in capitulari Sueffionensi, cuius primum capitulum extat: Pippinus.  
de canonibus antiquis toto regno promulgandis. Et Karolus Magnus  
Francorum Rex in primo capitulari Aquisgranensi anno 789. admo- Karol. Mag.  
nens omnes, ut intra paternas Sanctiones si contineant. . . ne lupus  
insidians aliquem Canonicas sanctiones transgredientem vel paternas  
traditiones universalium Conciliorum excedentem, quod absit, inveniens  
devores. Hæc enim etiam de canonibus Antiocheni Concilij acci-  
pienda esse, demonstrat primum capitulum capitularis Aquisgranensis  
citati, ubi de his, qui ab Episcopo proprio excommunicati ab aliis in  
communionem recipiuntur, habet: quod omnino Sanctum Nicanum  
Concilium, simul & Chalcedonense, nec non & Antiochenum, atque  
Sardicense fieri prohibent. Citat & alios plures canones Antiochenos,  
quos in authoritatem recipit in eodem capitulari Aquisgranensi, uti &  
in aliis capitularibus postea editis, quæ cum Ansegisus Abbas an. 827.  
in quatuor libros distribuisset, primum librum auspicatur à supra-  
dicto capite Aquisgranensis capitularis, ubi Antiochenum Concilium  
expresse in authoritatem recipitur. Superfluum esset Gallicanæ Eccle-  
siæ sensum ulterius firmare ex Concilio Parisiensi 6. cap. 15. quod  
anno 829. celebratum fuit sub Ludovico Pio, qui & Antiochenum  
Concilium in authoritatem recepit, ut etiam patet ex tribus capi-  
tularium libris, quos Benedictus Levita quatuor Ansegisi libris adie-  
cit. Omitto Concilium Sueffionense 3. Duziacense 1. aliaque tem-  
pore Hincmari Remensis in Galliis celebrata, cum sufficere debeat  
pro Gallicanæ Ecclesiæ sensu id, quod Hincmarus Remensis Archi-  
episcopus epistolâ 7. scribit ad Hincmarum Laudunensem: Antio- Hincmarus  
chenum Concilium, quod Apostolica sedes & universalis Ecclesia recipit. Remensis.

10. Septimò eruitur hoc iptum ex celebri illa disputatione, quam  
E Anselmus



Anselmus  
Havelberg.

Anselmus Havelbergenſis Epiſcopus habuit Conſtantinopoli cum Nichete Nicomediendi Archiepiſcopo, quam tomo 13. ſpicilegio- rum edidit Lucas D. Acherius. Agit ibi Anſelmus de exortis olim hæreſibus Arii, Sabellij &c. Atque, contra eos multa celebrata fuiſſe Concilia congruis in locis & temporibus: Nam, inquit, in *Nicano Concilio & Antiocheno, & Ephefino, & Chalcedonenſi, & Conſtan- tinopolitano, & in aliu quam plurimis Sanctorum Patrum Synodalibus Conventibus per diverſas Provincias habitis adeo deleta, & Contrita, & Sopita, & penitus exinanita ſunt ſerpentina venena hæreticorum, ut jam amplius in nullo Eccleſia Catholica angulo repulſulare ſeu ebullire audeant.* Hæc Anſelmus Havelbergenſis Epiſcopus in eo opere, quod poſtmodum Alexandro 3. nuncupavit, ad cuius inſtantiam ab An- ſelmo etiam editum fuit, ut poſt hæc ulterius dubitari non poſſit de mente occidentalis Eccleſiæ, in quâ omnes canonum collectores de Antiocheniſ ſtatutis ut Orthodoxi Concilij canonibus locuti fuerunt. Regino Abbas Prumiendiſ libro 1. de Eccleſiaſticiſ diſciplinis cap. 249. & alibi Concilium hoc in authoritatem recepit. Idem omnino Bur- chardus Wormatiendiſ Epiſcopus libro 1. decretorum cap. 41. & 44. & alijs in locis. Ivo Carnotendiſ parte 3. decreti cap. 103. & alibi, quin imo Cardinalis Deuſdedit, & Anſelmus Lucendiſ Epiſcopus, qui non modo Antiochenum Concilium citarunt variis in locis, ſed, & antiquam adnotationem ſupra laudatam collectionibus ſuis præ fixe- runt, quam etiam Gratianus diſtinctioni 16. cap. 9. inſeruit, ubi in- ter Orthodoxa Concilia ponitur Synodus *quinta Antiochena, in qua Patres XXIX. ſtatuerunt canones 25.* Atque hæc eſt ſententia, quam Baronius in Gratiano corrigendam putabat, hoc modo ſcribens ad an. 341. num. 37. *Illud in Gratiano diſplicet, quod hanc Synodum inter Concilia à Catholicis habita recenſet.* Verum corrigendum Baronius notavit, quod corrigendum illi non putarunt, qui Iuſſu Romanorum Pontificum Gratianum correxerunt, quin potius retinendum duxerunt, notantes hoc caput non à Gratiano Monacho primum fuiſſe elucubra- tum, ſed ex antiquis ſcriptoribus deſumptum, quibus conſonant ea, quæ an. 1210. Robertus Monachus Antifiſiodoreniſ de hac Synodo notavit, ut alibi latius.

Adnotatio  
de Synodiſ.

Baronius.

11. Hæc, cum de Eccleſiæ occidentaliſ ſententiâ abundè monſtra- verimus, Orientalem Eccleſiam in eodem ſenſu ad finem uſque abun- daſſe, jam monſtrandum reſtat. Nec opus eſt adferre antiquam Ioan- niſ Antiocheni collectionem quinquaginta capitum, in quâ 25. cano- nes



nes Antiocheni in authoritatem recipiuntur, habemus enim post eum Photium sæculo 9. qui in suâ ad canonum præfatione fatetur, se admittere Synodum Antiochiæ celebratam, quæ 25. canones edidit. Eius autem vestigia insecuti Ioannes Zonaras, Georgius Aristenus, Theodorus Balsamon, Constantinus Harmenopulus, Arsenius Monachus, & quorquot extiterunt canonum interpretes aut collectores apud Græcos, qui omnes Antiochenum Concilium admiserunt. Habemus quoque libro 3. apud Anselmum Havelbergensem Episcopum cap. 11. testimonium Nechitis Archiepiscopi Nicomedienfis, qui hæreses Arianam subsecutas à diversis Conciliis, qua ad adificationem *Catholica Ecclesia celebrata sunt*, damnatas ostendit: Nam, inquit, & in *Chalcedonensi Ecclesia*, & in hac *Constantinopolitanâ*, & in *Ephesinâ*, & in *Antiochenâ* & in *Alexandrinâ generalia Concilia solemniter habita sunt in damnationem hæreticorum*. Nechitem subsecutus Matthæus Blastares scriptum reliquit in præfatione Syntagmatis alphabetici. Altera [ Patrum ] Synodus in Antiochiâ, qua Syria civitas est, sub Constantini magni filio rursus congregata est post quinque annos à Patris ipsius ad Deum reditu numeratos, qui etiam 25. ad communem Ecclesia utilitatem canones ediderunt. Eadem cum posuisset auctor Anonymus in tractatu contra græcorum errores quondam Constantinopoli edito, addit: *Ista igitur sunt Concilia, qua recipit Græcorum Ecclesia, & retinet*. Quibus nihil clarius desiderari potest pro Orientalis Ecclesiæ sententiâ, quæ à quinto sæculo ad finem usque Antiochenum Concilium in authoritatem recepit, & semper retinuit.

Nechites  
Nicomed.

Matth. Blast.

Auctor  
Anonym.

12. Hæc vero cum perpèdis lector benevole, audire mihi videor, rem perplexam maioribus difficultatibus innodari, & jam Patres & Ecclesias sibi invicem opponi. At non sic existimem ego, sed ut nubila ex oriente sole, & noctis tenebræ exurgente aurora dissipantur, ita ex oriente ex prædictis patrum testimoniis veritatis luce difficultates omnes dissipari continget. Plerosque in Synodum Antiochenam invecos fuisse non modo ex recentioribus peritis, sed antiquis quoque patribus, nec prudens quisquam negabit, nec negaverim ego, qui antiquorum hæc de re scripta pervolvi. Sed Synodum Antiochenam intelligi illam, quæ à 90. Episcopis celebrata fuit ad initium anni 341. putarunt moderni, non scripserunt antiqui: & hic est fons erroris, in quo caligarunt omnes huc usque periti. Constat quadruplici titulo Synodum Antiochenam fuisse impetitam. Primò quod Arianorum Conciliabulum fuerit, 2. quod D. Athanasium deposuerit: 3. quod fidem perver-

terit:



terit : & quartò , quod Disciplinam Ecclesiasticam impugnarit : & quatuor illa non convenire primordiis Antiochenæ Synodi à 90. Patribus celebratæ , sed fini aut novissimis Antiocheni Conciliabuli à 40. circiter Eusebianis celebrati actis , divino numine favente tunc ostendemus , cum per dissertationes quatuor totidem difficultates supra obiectas enodaverimus , agentes in primâ de Episcopis , qui Concilio interfuerunt , ut pateat hoc Antiochenum Concilium non sine errore dictum fuisse Arianorum Conciliabulum : in secundâ de tribus fidei formulis ad hæresim noviter exortam penitus extinguendam editis , ut pateat fidem ab Antiochenâ Synodo non fuisse impugnatam , ut somniantur post Socratem plerique scriptores , sed firmatam potius & roboratam : in tertiâ de Canonibus Antiochenis præcipua fidei mysteria & antiquam Ecclesiæ disciplinam comprobantibus , ut evidens fiat , disciplinam non fuisse infractam , sed stabilitam : in quartâ demum , D. Athanasium fuisse depositum à solis Eusebianis , qui post veram Synodum Antiochenam larvâ simulationis depositâ , Athanasium damnarunt , peregrinum hominem in locum eius suffecerunt , fidem labefatarunt , & disciplinam everterunt. Ea vero ne ostentare dumtaxat videamur , à primo initium ducamus.



DISSER-

A  
I.  
I.  
nion  
diti  
rum  
stan  
è q  
pra  
Me  
reli  
inv  
con  
qui  
copi  
qua  
ta a  
prat  
scrib



DISSERTATIO II.  
DE EPISCOPIS,  
QUI  
ANTIOCHENO CONCILIO  
ADFUERUNT.

I. Nonaginta ad minimum Episcopos adfuisse, sentiunt omnes Antiqui.

I.



Teet plura circa Nicæni tempora in Oriente coacta fuerint Concilia Provincialia, nullum tamen numerosius exitit, quam hoc Antiochenum occasione disciplinæ Ecclesiasticæ celebratum: *fuere Athanasius, autem numero* (inquit magnus Athanasius de Synodis Ariminensi & Seleucienfi) *qui tempore encaniorum convenerant, nonaginta, Consulibus Marcellino & Probino, indictione 14.* Notanda sunt verba D. Athanasij, *qui tempore encaniorum convenerant.* Enimverò ad encania celebranda evocaverat Constantius Imperator omnes totius Orientis Metropolitans & Episcopos, è quibus complures advenere, ut ab ipsis encaniorum primordiis presentes fuerint 90. Episcopi, qui (ut loquar cum Sozomeno, *Metropolitans & illustres Ecclesias administrabant.*) Variant quidem Sozomenus, reliqui scriptores Ecclesiastici in numero Episcoporum, sed nemo inventus est, qui pauciores 90. advenisse conscripserit. Athanasio consonat Socrates libro 2. capite 8. qui dum fatetur, se Athanasium sequi: *in hoc Concilio, inquit, ex diversis civitatibus convenerunt Episcopi numero 90.* Cassiodorus in Historiâ tripartitâ lib. 4. cap. 9. *ad quam Synodum convenerunt ex civitatibus diversis Episcopi 90.* Excerpta apud Photium ex Vitâ S. Pauli Constantinopolitani Episcopi: *prætextu Dedicacionis nonaginta convocantur Episcopi.* Plures adfuisse Vita Pauli Constantinianus, scribit D. Hilarius Pictaviensis Episcopus libro de Synodis adversus Arianos,



Hilarius. Arianos, ibi enim testatur, quod adfuerint Episcopi nonaginta &  
 Auct. Libelli septem, cui consonat auctor Libelli Synodici: Synodus Hæretica An-  
 Synodici. tiochia Syria nonaginta septem Episcoporum. Et Nicephorus Callistus  
 Nicephorus. lib. 9. cap. 5. Et convenire undequaque Antiochiam Episcopi nonaginta  
 septem numero. Quin & Sozon. enus libro 3. cap. 5. lectabit, hos nume-  
 rum Episcoporum nonaginta novem confecisse. Ut post unanimem  
 omnium antiquorum sententiam manifestum sit, nonaginta vel paulò  
 plures adfuisse Orientis Episcopos, de quibus cum variæ sint difficul-  
 tates non contentendæ, hac dissertatione agendum est, ac primo In-  
 quirendum: num Eusebianis communicabant tunc temporis Catho-  
 lici Episcopi.

## CAPUT I.

Num Catholici Episcopi tempore huius Sy-  
 nodi communicare poterant Eusebianis.

1. Numquam licuit communicare hereticis. Ita Apostoli, & qui eos  
 proxime sunt subsequuti.
2. Etiam hereticis communicantes excommunicationi fuisse obnoxios,  
 habent canones Apostolorum, Dionysius Alexandrinus, & Constan-  
 tinus Magnus.
3. Eusebium communicasse Arianis hereticis, & studuisse restitutioni  
 Arii, habes ex D. Athanasio.
4. Eusebius eiusque sequaces ob communionem cum Arianis malè au-  
 diunt apud omnes, nec Marcellus Ancyranus cum eis communicat.
5. Caterum licet Eusebius ob Arianorum communionem in exilium  
 missus fuerit, edito tamen Pœnitentiæ libello Sedi suæ restitutus est.
6. Communicarunt subinde Eusebio & sequacibus omnes Orientis Epif-  
 copi in Concilio Tyrio, & in dedicatione templi Hierosolymitani.
7. Eusebius quantumvis Arianis se fautorem præbuit, malitiam tamen  
 suam ita tegebat, ut ipsius communionem in fine vitæ non vitavit  
 Constantinus magnus.
8. Iulius primus non refugit communionem Eusebianorum, sed eorum  
 legatos recepit, ac ad ipsos litteras misit etiam post Antiochenum  
 Concilium.



9. Communicantes cum hæreticis excommunicationis vinculo innodandi erant ex sententiâ ferendâ, hinc Eusebianis communicabant Catholici usque ad Synodum Sardicensem, in quâ Arianorum fautores excommunicati sunt.

1. **Q**uod hæreticis communicare non liceat, tam antiquum est Catholicæ Ecclesiæ documentum, ut gentium Doctor scripserit ad Titum: *hæreticum hominem post secundam correptionem devota* Paulus ad Titum.  
 Hac in primis regulâ usi sunt S. Ioannes Apostolus, eiusque discipulus & auditor Polycarpus Smyrnenfis Episcopus, de quibus D. Ireneus libro tertio cap. 31. *sunt qui audiverunt Polycarpum dicentem, quoniam* Ireneus.  
*Ioannes Domini discipulus in Epheso iens lavari, cum vidisset intus Cerinthum, exilierit de balneo non lotus, dicens quod timeat, ne balneum concidat, cum intus esset Cerinthus inimicus veritatis.* Et ipse Polycarpus Marcioni sibi aliquando occurrenti, & dicenti, *cognosce nos,* Polycarpus.  
*respondit: Cognosco te primogenitum Satana.* Et addit S. Ireneus Lugdunensis in Galliâ Antistes: *tantum Apostoli, & horum discipuli* Ireneus.  
*habuerunt timorem, ne verbo tenus communicarent alicui eorum, qui adulteraverant veritatem.* Idem planè tuetur S. Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone asserens, cum hæreticis nihil nobis communionis esse posse: & post ipsum S. Carthaginienfis Episcopus, & martyr Cyprianus epistolâ 54. editionis Pamelij: *ut nulla cum talibus* Cyprianus.  
*commerciâ copulentur, nullâ cum malis convivia, vel colloquia misceantur, simulque ab eis tam separati, quam sunt illi de Ecclesiâ profugiti.* Et contrariam disciplinam tenentibus hæreticis objicit perantiquus Carthaginienfis Presbyter Tertullianus libro de præscriptionibus, cap. 41. *Pacem quoque passim cum omnibus miscet: nihil interest illis* Tertullianus.  
*licet diversa tractantibus.*
2. Alia profecti possent antiquorum pro hac veritate testimonia, nisi res ipsa notior esset, quam ut ulteriori probatione indigeat. Etiam hæreticis communicantes excommunicationis pœnâ erant obnoxij: unde canon. 10. sub nomine Apostolorum editus: *si quis cum excom-* Canon. 10.  
*municatis vel in Domo unâ præcatus fuerit, is segregetur.* Eadem renovantur in Conciliis Laodicenfi & Carthaginienti præ illi fundamento innixus S. Dionysius Alexandria Episcopus in epistolâ ad Philemonem Romanum Presbyterum testatur, se recepisse à B. Papâ suo Heraclâ, quod eos, qui ab Ecclesiâ abscississent (imo verò non abscississent, quin ob Corporis præsentiam congregationis fidelium viderentur esse Patres) (



icipes) eos inquam, cum essent accusati, quod consuetudine cuiusdam eorum, qui alienam & diversam à fide doctrinam tuebantur, multum usi fuissent, Ecclesiâ eiecit. Et hinc quoque provenit, quod Constantinus magnus in epistolâ ad Nicomedienfes testetur apud Theodoretum lib. 1. cap. 20. se Eusebium & Theognidem ob receptos in

Constant. M. communionem Arianos relegasse: Alexandrinos quosdam, inquit, qui à nostrâ fide desciverant, istuc abduci præceperam, propterea quod eorum operâ ac ministerio discordiæ fax excitabatur. Verum isti egregij scilicet Episcopi, quos Synodi clementia ad agendam pœnitentiam servaverat, non solum istos susceperunt, & apud se tuto degere jusserunt, sed etiam malitiâ illorum socios se ac participes adiunxerunt. Quamobrem adversus ingratos istos id agere decrevi, abreptos videlicet quam longissimè deportari jussi.

3. Eusebius ille, quem ob communionem cum Arianis relegaverat Constantinus Augustus, est ipse Nicomedienfis Episcopus, unde factio Eusebiana nomen sortita est: cum enim condiscipulus Arij extiterat, eiusque causam egisset in sacrosancto Nicæno Concilio; non desistit homo versipellis favere Arianis, sed ut vidimus jam ex magni Constantini epistolâ, Arianicæ sectæ homines in communionem admisit, & quantumvis ab exilio revocatus, communicare tamen perrexit, quin imò cum suæ factionis Episcopis Arij revocationi studens, eum Ecclesiæ communioni restituisset, nisi id divinitus fuisset impeditum, de quo D. Athanasius oratione 1. contrâ Arianos testatur: ipsum Arium fœdissimâ morte occubuisse, antequam Ecclesiam ingressus erat. Arium in communionem recipere volebat Ecclesia Alexandrina, hinc ille Constantinopolim perrexit ab Eusebio Gregaliumque Eusebii evocatus, inquit D. Athanasius suprâ, & pergit: cum enim Eusebius cum suis jam minitaretur, se eum in Ecclesiam introducurum: & Alexander Episcopus Constantinopolitanus contradiceret, Ariusque magnam spem in Eusebii violentiâ minisque collocaret: quippe cum jam Sabbathum esset, & postridiè se speraret in communionem recipiendum, ac magno certamine laboraretur, illis quidem interminantibus, Alexandro verò præcibus incumbente, Dominus se iudicem, præmiatoremque contra impios præbuit: nondum enim sol exortus erat, quum necessitas Arium in eum locum detraxit, ubi collapsus est, utraque re simul & communionem & vitâ spoliatus. Simulque ostensus est à Domino, Arianorum dementiam incommunicabilem esse. Quibus ex verbis patet clarissimè, D. Athanasium sentisse, Eusebium



Eusebium & fautores Episcopos restituere voluisse Arium; cuius dementia incommunicabilis erat, testante id pro Alexandro Constantinopolitano ipso cœlorum Domino, cum Arium extinxit, antequam communioni restitutus fuit.

4. Et hinc factum est, quod Eusebiani de Arianismo suspecti malè audiebant apud catholicos D. Athanasius, passim eos vocat Arianos, & in epistolâ ad Orthodoxos scribit disertis verbis: *scitis autem fratres, Eusebium cum suis prasides semper & socios ipsius hæreseos Arianorum fuisse.* Repetit id toties D. Athanasius tam de Eusebio quam eius fautoribus Episcopis, ut Eusebianum & Arianum nomen promiscuè sumpsisse videatur. Et huic sententiæ inhærens Marcellus Ancyranus Episcopus, noluit Eusebians communicare, nec adesse Conciliis, ubi intererant: idque, inquit Sozomenus libro 2. cap. 3 1. *non alia de causâ, quam ut ipsorum vitaret communionem.* Quo ex loco meritò queritur, an Eusebians communicare illicitum erat ante tempora Sardicensis Concilij? id enim non solum illicitum suo exemplo docuit Marcellus, sed ipsius Ecclesiæ canones docuisse videntur, cum & hæreticos statuerunt vitandos, & communicatores hæreticorum à communionem separandos: Eusebianos enim si non Arianos, ut sensit Athanasius, saltem Arianorum communicatores fuisse, negari nequit, cum ex dictis abundè constet, eos Arii communionem fovisse, & intercessisse pro eius receptione in Ecclesiâ.

5. Gravis & nodosa videri posset præsens difficultas, nisi post diligentem inquisitionem constasset, Eusebianos in communionem receptos fuisse à Catholicis Episcopis. Erat Eusebius Nicomediensis homo versipellis, qui Arii quondam condiscipulus eiusdem hæresim propugnarat in sacrosancto Nicæno Concilio: at ubi decreta fuit in Arii sequaces exilij pœna, ex septemdecim illis (teste Gelasio Cyziceno de Historiâ Nicæni Concilij libro 2. cap. 26.) qui Arii sententiæ adhæserant, undecim inventi sunt Episcopi, qui religiosissimi Imperatoris præsentiam, & Synodi Episcoporum multitudinem reveriti sunt, non fuerunt relegati. Simulantes enim, manu quidem, non proposito in consubstantiale subscripserunt. Simulationis huius Eusebius Nicomediensis princeps fuit, qui & usque in finem alterutrâ sententiâ usus fuisse ostenditur, ut Eustathius Antiochenus, & Eusebius Pamphili, & magnus Athanasius, & omnes alij, qui Synodo subscripserunt, referunt. Hæc ante duodecim sæcula Gelasius Cyzicenus auctor græcus, ex cuius sententiâ Eusebius Nicomediensis adeo simulatoriam vitam

Athanasius.

Sozomenus.  
Vers. Christ.

Gelaf. Cyzic.



duxisse fertur, ut licet nunc Arianorum dogmati favere, tunc iterum Catholicorum opinionem & fidem propugnare videretur, prout tam Eusebius, quam Theognius Nicænus monstrarunt, cum relegati ab Imperatore Constantino libellum supplicem edidère, in quo sic sese ab omni hæresi alienos profitentur, ut & de ipso Ario se paratos ostendant, eâ, quæ Sanctorum Patrum Concilium sibi de illo persuasit, *consentientibus animis confirmare*. Extat libellus ille apud Socratem libro 1. cap. 14. & sic tactum est quod scribit Philostorgius in excerptis Photij: *porro Eusebius & Theognis penitentia libello ad principes Episcopos misso Imperatoris jussu ab exilio revocati Ecclesias suas receperunt*.

Libell. suppl.

Philostorg.

Theodoret.

Eusebius.

6. Post Eusebij ac Theognij ab exilio revocationem, Episcopos Orthodoxos Eusebio communicasse, res est notissima: communicavit illi Eustathius Sanctissimus Antiochiæ Episcopus, ut videre est apud Theodoretum lib. 1. cap. 21. ubi narrat, Eusebium & Theognium simul Hierosolymam proficiscentes Antiochiæ summo cultu ac honore exceptos fuisse: *veritatis enim defensor, magnus ille Eustathius omnem illis fraternam charitatem exhibuit*. Post damnatum autem anno 33. in Tyrio Conciliabulo Athanasium, ita Eusebius animum suum occultare studuit, ut id variis Athanasij criminibus permotum fecisse, videri voluit: unde & Paphnutius Confessor egregius Tyrio Concilio adfuit, & S. Macarius Hierosolymorum Episcopus Athanasij damnationi ibidem cum aliis Orthodoxis Episcopis subscripsit, & in dedicatione templi Hierosolymitani immediatè post Tyrium Concilium habitâ, cum Eusebio Nicomediensi Episcopo eiusque fautoribus Eusebianis omnibus communicarunt Orthodoxi totius Orientis Episcopi, quos Eusebius Cæsareensis enumerat libro 4. de Vitâ Constantini, cap. 43. ubi: *totusque ille locus maximo Dei cœtu tandem refertus fuit, cum ex universis Provinciis insignes Episcopi Hierosolymis in unum convenissent. Nam & Macedones primæ apud se Sedis Episcopum miserant; & Pannonij ac Mæsi ex tyronibus Dei lætissimum florem, ac precipuum gentis suæ decus direxerant. Aderat etiam Episcoporum Persidis ornamentum, vir Sanctus & in divinis scripturis apprime exercitatus. Bithyni quoque & Thraces presentiam suâ conventum ornabant: nec deerant ex Cilicia Episcopi clarissimi quique. Ex Cappadociâ item, qui doctrinâ & eloquentiâ præstabant, in medio confessu enituerunt. Adhæc Syria omnis, Mesopotamia, Phœnice, Arabia & Palestina ipsa; Ægyptus quoque & Lybia, & qui Thebaidem incolunt, omnes*

in



in unum congregati magnum illum Dei chorum implebant, quos ex omnibus Provinciis innumerabilis hominum multitudo sequebatur. Quibus ex verbis colligere licet, non modo præstantissimos totius Orientis Episcopos, sed fideles ex omnibus Provinciis in civitate religionis matrice communicasse Eusebio Nicomediensi & sequacibus ex Tyrio Concilio Imperatoris Constantini litteris ad dedicandum templum Hierosolymitanum ibidem evocatis: de Marcello autem Eusebianorum communionem tunc temporis evitante refert Sozomenus libro 2. cap. 33. quod res ad Constantinum Imperatorem relata sit, cuius quoque decreto in exilium missum fuisse, suo loco videbimus; tantum abest, Eusebianos tunc temporis à catholicorum communione seclusos fuisse.

7. Favebat deinde Arianis Eusebius, idque non modo cum Athanasij exilium apud principem sollicitarat, sed & cum ipsum Constantinum Imperatorem in fine vitæ baptizaverat. Ut enim alibi vidimus ex D. Hieronymi chronico: *Constantinus extremo vita sua* D. Hieron. *tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo Baptizatus in dogma Arianum declinat*, & post Hieronymum, S. Ilidorus Hispalensis Episcopus in chronico: *Constantinus autem in extremo vita sua ab Eusebio Nicomediensi Episcopo Baptizatus in Arianum Dogma convertitur, heu pro dolor, bono usus Principio & fine malo.* Urgebat hæc eadem ex S. Ilidoro Hispalensi Episcopo Elipandus Toletanæ civitatis Antistes, quæ & Carolus magnus lese percepisse refert: quin imo eadem habet Marianus Scotus in chronico, quamvis, ut alibi monuimus ex Auberto Mireo, Codex Bibliothecæ Gemblacensis loco *Baptizatus*, legat, *Rebaptizatus*, rebaptizasse autem Arianos, nemo peritorum ignorat: & circà hoc qualecumque tandem delictum in fine vitæ à Constantino admissum, aliud non habet, quod reponat Theodoretus Cyrensis Episcopus libro 1. cap. 33. quam quod *Episcopis decipientibus credidit, qui malitiam quidem suam tegebant, sed aliqui clari atque illustres erant.* Noverat enim Theodoretus, Eusebium magni nominis Episcopum & suæ factionis præfules illustres habitos in Oriente, & si quidem alicubi Arianis favebant, illud tantis fraudibus obvolvere consuevisse, ut malitiam tegerent, & sub specie veritatis deciperent, quod in causa fuit, ipsorum communionem vitatam non fuisse à religiosissimo Imperatore Constantino.

8. Hoc autem illustriori testimonio demonstrari nequit, quam illo, quod à Sedis Apostolicæ communionem repetitur. D. Athanasius



ex novissimo Constantini magni decreto sedi suæ restituitur, & cum id ipsam displiceret Eusebianis, criminatrices litteras miserunt ad tres orbis Romani Augustos, fingentes cædes in restitutione peractas, multaque ipsi Athanasio crimina objicientes: attamen ut dolum tegerent, ad ipsum Iulium Romanum Pontificem legatos miserunt cum litteris, quibus causam Athanasij dijudicandam offerrent: ipsos verò Eusebianos nondum tunc temporis à communione seclusos fuisse, patet ex eorum legatis Macario Presbytero, & Martyrio Helychioque Diaconis, quos Romæ inter catholicæ communionis clerum receptos suadet Iulij primi ad Eusebianos epistolâ. Dum Firmilianus quondam ostendere conabatur, Cyprianum à Stephani communione seclulum, scribit ad ipsum: *legatos Episcopos Stephanus patienter satis & leniter suscepit, ut eos nec ad sermonem saltem colloquij communis admitteret. Adhuc insuper dilectionis & charitatis memor præciperet fraternitati universa, ne quis eos in Domum suam reciperet, ut venientibus non solum pax & communio, sed & tectum & hospitium negaretur.*

Firmilianus.

At non sic cum Eusebianorum legatis egit Iulius: testatur, illos Romanam appulisse, & coram se cum Athanasij Presbyteris disputasse: addit, se sæpius egisse cum illis, antequam Athanasij legati, Romam adventarant, & suadentibus illis ut Alexandriam cuidam Pistoerberet, ubi innotuit Arianum esse, persuaderi se non potuisse fatetur, *ut Ariano Pisto litteras scriberemus.* Et tamen ad instantiam eorumdem legatorum litteras misit ad Eusebium Nicomedienlem & suæ factionis Episcopos, signum manifestum, ipsos Eusebianos à communione nondum fuisse seclusos: quin imo quantumvis peracto Concilio Eusebiani Antiochiâ contentiosè scripsissent ad Iulium Romanum Pontificem, habitâ tamen Romæ Synodo misit ad eos litteras cum hæc epigraphe: *Iulius Danio, Flacillo, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, caterisque eorum, qui nobis dilectissimus in Christo fratribus ex Antiochiâ scripserunt.* Ubi videre licet, Eusebianos à Iulio primo etiam post Synodum Antiochenam vocari *fratres in Christo dilectissimos.* Quibus ex titulis apparet, Eusebianos etiam tunc à communione non fuisse seclusos, ut præclarè animadvertit Eminentissimus Annalium parens Baronius tomo 3. ad an. 341. num. 4. ubi in demonstratione huius veritatis totus est.

Iulius I.

9. Nec mirum id videri debet, aut à regulis Ecclesiasticis alienum: communicatores enim hæreticorum juxtâ antiquum Ecclesiæ canonem solum segregandi erant per sententiam ferendam, ut ante  
illam

illam  
Apo  
Orti  
con  
de cr  
tenti  
ad or  
tos ob  
iores  
pes l  
Steph  
fareâ  
Mœ  
idem  
torat  
modo  
Et e  
fuere  
nonc

An

1.  
vic  
2.  
At  
in  
rass  
3.  
pro  
ctio



illam evitari non debuerint Eusebiani : causa jam relata erat ad Sedis Apostolicæ iudicium , & pendente illâ Eusebians communicabant Orthodoxi Episcopi , nec post restitutionem Athanasij Eusebians à communione teclusi fuerunt , nisi in sacrosancto Sardicensi Concilio de criminibus convicti , cum se ipsos separarunt , & Concilij insuper sententiâ damnati fuerunt. Extat damnationis causa in Synodicâ Sardicensi ad omnes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos : quod præter cætera *deposi-* Sardicensis  
*tos olim & eiectos ob Arianam hæresim non solum receperint , sed ad ma-* Synodic.  
*iores gradus evexerint.* Eoque in Negotio post Eusebium facile principes fuisse Theodorum ab Heracleâ , Narcissum à Nerodiade Ciliciæ , Stephanum ab Antiochiâ , Georgium à Laodiceâ , Acacium à Cæsareâ Palestinæ , Menophantem ex Epheso , Ursacium à Syngiduno Mœsiæ , Valentem à Mursis Pannoniæ. Atque de istis pronuntiat idem Concilium : *omnes sacrosancta Synodus communi calculo exau-*  
*ctoratos omninò ab officio Episcopatus summovit , decrevimusque , eos non*  
*modo Episcopos non esse , sed ne dignos quidem fidelium communione.* Et ex illo jam tempore , quo à Sardicensi Concilio excommunicati fuere Eusebians , vitandi erant à catholicis , non vero antea , cum nondum in illos pronuntiata fuisset exauctorationis sententia.

C A P V T II.

An Catholici Episcopi communicarint Eusebians in Antiocheno Concilio , & quotnam Eusebians adfuerint.

1. *Quod Episcopi Antiochia adunari fuerint sequaces Eusebij , indicare videntur complura antiquitatis testimonia.*
2. *Quod Eusebians apud omnes malè audiebant de hæresi , scribit Athanasius , hinc editâ fidei formulâ sese purgare nituntur , unde & in communionem admissi etiam ab iis Episcopis , qui eos aliter vitassent.*
3. *Catholicos itaque communicasse Eusebians in Antiochenâ Synodo , probatur ex utriusque partis subscriptionibus in priscâ canonum collectione extantibus.*



4. Firmatur deinde testimoniis Hilarij, Chalcedonensis Concilij, Caesarij Arelatensis, Zachariae Papa, & Leonis quarti.
5. Item ex libello Synodico, cui consonant omnes nostrorum temporum periti.
6. Adfertur locus Iulij primi, ex quo Baronius cum omnibus recentioribus statuerunt, 36. Eusebianos adfuisse Concilio Antiocheno.
7. Locum illum Iulij primi mala versione donatum esse, animadvertit Valesius, qui pro 36. suffragiis legit, 36. mansionibus, unde & erroris arguit Baronium.
8. Licet Valesij observatio vera sit de 36. mansionibus, non ideo tamen erravit Baronius, nisi quod loco triginta sex adfuerint paulo plures Eusebiani. Non omnes Antiochia coadunatos istius factionis fuisse, indicat Iulius, & demonstrant subscriptionum fragmenta.
9. Ex Palladio & Georgio Alexandrino colligitur, adfuisse 40. Eusebianos.
10. Neque contrarium colligi potest ex Codicibus M. SS. pauciores subscriptiones referentibus, aut non nisi 30. Episcopos exhibentibus.

Sozomenus.

Eusebius.

Athanasius.

1. **Q**uo ad primum ratio dubitandi oriri potest ex iis antiquorum testimoniis, qui huius Concilij meminere, ac si fuisset Arianorum conventiculum, & nulli omnino interfuissent, quam Eusebianae factionis Episcopi, de quibus Sozomenus lib. 3. cap. 5. juxta versionem Valesij: Eusebiani igitur cum aliis eiusdem opinionis fautoribus, simul omnes septem & nonaginta Episcopi variis ex locis Antiochiam tunc temporis convenerunt. Haec Sozomenus, & ante Sozomenum Socrates, qui ex D. Athanasio refert formulam fidei in eodem Concilio editam, quam Eusebiani docent, sese Arij sectatores non esse, quod nimirum, ut historici narrant, apud omnes male audirent. Plura addi possent antiquorum testimonia, sed cum opus non sit repetere iam dicta, sufficiet allegasse primam fidei formulam Antiochiae editam, quam ab Eusebians promanasse nemo negabit, id ipsum indicantibus formulæ verbis: nos certè Arij Acoluthi sectatoresque non sumus.

2. Scribit D. Athanasius de Synodis, quod ab omnibus de haeresi male audiebant, Nec sine fundamento: non solum enim Arianos homines, sed ipsummet Arium in communionem admitti postularant Eusebiani, quod cum exhibito divinitus miraculo displicuisse monstratum erat, accusabant catholici Episcopi Eusebianos tamquam Arij fautores,

fauto  
bant  
rum  
nion  
conlu  
docer  
nion  
simus  
volue  
comm  
doret  
jicere  
Et li  
subscr  
prius  
ut tes  
runt,  
obstin  
navit  
precib  
episto  
cum p  
stanti  
mand  
in con  
sibi d  
suum  
qui so  
tendu  
diisse  
fidem  
Cardi  
,, tom  
,, Car  
,, mu  
,, eod  
,, lam  
,, mu



fautores, & licet hæc tamen habebant suspectos, & ne eorum fraudibus seducerentur, conventum eorum declinabant aliqui: id verò in causâ fuit, quod per festum encæniorum Antiochiæ constituti Eusebiani malitiam suam, ut hæc consueverant, dolosè tegere studuerunt editâ fidei formulâ, in quâ docent, se numquam Arii sectatores fuisse, & quæ ad eius communionem spectant, Arium, inquit, potius ad nos revertentem admisimus, quam eius opinioni sumus ipsi obsecuti. Purgare se per hæc voluerunt Eusebiani: enimverò antequam Arius ab exilio revocatus communioni per ipsos restitueretur, factum est, quod scribit Theodoretus lib. 1. cap. 13. Arius simulavit, se impiam suam doctrinam abjicere, & fidei formulam à patribus editam amplexaturum pollicitus est. Et sic Constantinopolim evocatus prius decretis Nicæni Concilij subscribere cogitur ab Imperatore, & jure jurando subscriptionem prius confirmat, quam ab Eusebianis in Ecclesiam introduceretur, ut testatur Socrates lib. 1. cap. 25. & hoc est, quod Eusebiani adferunt, quando Arium revertentem admiserunt. Hæreticos in errore obstinatos ad communionemmittere, omnis semper Ecclesia damnavit, at ab errore revertentes suscipere, semper admisit: si cum precibus & satisfactionibus veniant, audiantur, inquit D. Cyprianus epistolâ 55. si maledicta & minas ingerunt, respiciantur. Atqui Arium cum precibus & erroris sui damnatione revertentem ipse Constantinus magnus in communionem admisit, teste Socrate supra, mandatque Alexandro Episcopo Constantinopolitano, ut ab ipso in communionem admittatur. Si autem Deus miraculosè ostenderit, sibi displicere Arii communionem, quod non ex animo errorem suum damnasset, hoc Constantino Imperatori vitio verti non poterat, qui solum juxtâ exteriora processerat. Et hocce modo Eusebiani prætendunt, ob impertitam Ario communionem sese immeritò malè audisse apud omnes, ideoque ut vitaretur suspicio, ultrò profitentur fidem illam, quæ ab initio divulgata fuit: unde & Eminentissimus Cardinalis Baronius, quæ huc usque dicta sunt confirmans, scribit

Eusebius.

Theodoretus  
Verf. Christ.

Cyprianus.

Constant. M.

Baronius.

- „ tom. 3. ad annum 341. num. 4. „ nihil est quod quis admiretur, si  
 „ Catholicos Episcopos cum Arianis audiat convenisse, atque com-  
 „ municasse simul in sacris encæniorum solemnitatibus, unaque in  
 „ eodem Concilio confedisit: quandoquidem Eusebiani haud pa-  
 „ lam se Arianos esse profitebantur, immo ut inferius demonstrabi-  
 „ mus, in eodem conventu ijdem Arianum nomen publicis scriptis  
 „ averfati



„ averfati funt. „ Et infra. „ Sic igitur non eo ufque pervenerat Eufebianorum nequitia, ut ijdem Ariani efle convinci poffent, feque à Catholicis fubducerent, licet horum hoftes, & Arianæ effent hærefi addiçiffimi.

3. Quod autem hoc in Concilio catholici reipsâ communicarint Eufebianis Epifcopis, vel exinde probari poteft, quod una confederint, id attestantibus ipfius Concilij actis, quibus fubfcripta habentur catholicorum & Eufebianorum nomina. In codicibus manu fcriptis antiquiffimis, & præfca canonum collectione, quæ jam inde à temporibus Leonis primi ante mille ducentos annos in Occidente prodiit, habentur fragmenta fubfcriptionum, ac Narciffo Nerodiadis & Macedonio Mopveftiæ Eufebianæ factionis Epifcopis adjunguntur Eufebius Gadarenfis, alijque catholici, & inter eos Paulus Neocæfarenfis Confeflor & Antiftes Sanctiffimus. In epitome canonum, quam Hadrianus primus anno 774. Carolo magno Romæ obtulit, ex triginta, qui fubfcripiffie perhibentur, tres extant nullâ, quod fciam, Arianifmi labe infecti, demum in vulgatâ huius Concilij editione numerantur 30. illi Epifcopi ab Hadriano primo indicati, & inter eos invenitur celeberrimus ille Iacobus Nifibenfis Epifcopus, de cuius Sanctitate Miraculorum numero firmatâ ex tot antiquorum fcriptis conftat, ut folem facibus adjuvaret, qui eius elogio quidquam adderet.

4. Secundò id ipfum luce clarius probatur ex omnium antiquorum testimoniis, quorum aliqui cum Julio r. Athanaſio, Socrate & Sozomeno teftantur de Eufebianæ factionis Epifcopis, alij autem mentionem faciunt Sanctorum Epifcoporum, qui huic Concilio adfuerunt. Quid enim aliud teftatus eft D. Hilarius, qui tunc temporis florebat, & cum plerifque Antiocheni Concilij Patribus verſatus eft, dum fcripfit libro de Synodiſ: *congregata Sanctorum Synodus* ? Quid aliud ſacro ſanctum Chalcedonenſe Concilium, cum regulas Antiocheni Concilij ut *Patrum* regulas veneratum eſt ? Quid aliud Cæſarius Antiochenſis Epifcopus, cum citatis Antiocheni Concilij Canonibus, *Sanctorum Patrum* titulos exclamat ? quid aliud Zacharius Pontifex, cum in epiftolâ 7. ad Pippinum, Antiocheni Concilij ſtatuta *Beatorum Patrum Sanctiones* vocat ? quid aliud Romanum ſub Leone 4. Concilium, dum expreſſis verbis tuetur : *Sancti Patres, qui Antiocheno Concilio residentes* &c. ? quid demum aliud Nicolaus Papa primus in epiftolâ ad Michaëlem Imperatorem, Hincmarus Remenſis Archiepiſcopus

Hilarius.

Chalcedon.  
Concilium.

Cæſ. Arelat.

Zachar. Papa

Synodo Ro-  
mana ſub  
Leone 4.

ép  
Au  
ſin  
mi  
à C  
ſeb  
tho  
nis  
ſen  
En  
con  
Bin  
Illu  
men  
exp  
mo  
cep  
dur  
tam  
Euf  
bis  
uſq  
C  
locc  
Con  
ſtol  
tis  
frag  
tatu  
tom  
rem  
quon  
fides  
teſta  
decre  
bus.  
„ li



episcopus variis in locis, alijque istorum temporum scriptores, dum Antiochenum Concilium Catholicis accensent? an hoc facturi fuissent, si nullus adfuisset Catholicus, & Eusebianæ ac Arianæ factionis homines adfuisset soli?

5. Tertiò id manifestum fit ex libello Synodico ante 700. annos à Græco auctore conscripto, ubi disertè legitur: *qui igitur cum Eusebio erant Ariani, cum in Synodo superiores essent, quanquam ei Orthodoxi quoque interessent.* Communicabant ergo in Synodo Eusebianis Orthodoxi Episcopi, & sic quoque creditum fuit hætenus consentientibus omnibus, quod sciam, nostrorum temporum peritis. De Eminentissimo Cardinali Baronio id ipsum jam audivimus supra, cui consentiunt scriptores moderni cum collectore Conciliorum Severino Binnio in notis ad hanc Synodum, ut indubitatum sit, quod scripsit Illustrissimus Parisiensium Archiepiscopus de Marca lib. 3. cap. 3. numero 2. *certum quidem est, Patres, qui Antiochia convenerant, maiori ex parte Orthodoxos fuisse.* Nec post hoc Parisiensis Archiepiscopi testimonium aliud proferendum est, cum omnes id ipsum admittant excepto forsan unico ex recentioribus Valelio, qui licet indicet, Synodum Antiochenam ab Eusebianæ factionis Episcopis fuisse celebratam, tuetur tamen eos catholicæ communionis extitisse, ipsumque Eusebium horum omnium signiferum pacem cum Iulio Romanæ urbis Episcopo, & communionem cum Ecclesiâ catholicâ ad obitum usque retinuisse.

6. Restat nunc secundum, de quo hætenus crediderunt periti ex loco Iulij Pontificis, triginta sex Eusebianæ factionis Episcopos huic Concilio adfuisse, cum scriptum reliquerit in suâ ad Eusebianos epistolâ: *qui igitur sunt, qui contra canones agunt? nosne qui cum tantis rerum documentis virum recipimus? an qui solum ad triginta sex suffragia eorum, qui Antiochia fuere, externum hominem Episcopum salutarunt?* Excipit hæc verba Eminentissimus Cardinalis Baronius tomo 3. ad annum 341. & scribit numero 4. *quod autem ex eis maiorem partem Orthodoxorum fuisse diximus, Arianos tantum 36. nihil est quod quis admiretur, Et infra numero 5. est de his explorata certa que fides Iulij Romani Pontificis, dum in litteris postea ad eos scriptis planè testatur, ex tanto Episcoporum numero non nisi triginta sex impia illa decreta sanxisse.* Quod idem post Baronium receptum fuit ab omnibus. Doctor Colonienis Severinus Binnius in notis ad hoc Concilium: ,, ex his Episcopis triginta sex Arianos fuisse Iulius Ponti-

Libel.Synod

de Marca.

Iulius I.

Baronius.

Binnius.



Petavius.

de Marca.

Lony.

Bailius.

Valesius.

Iulius r.

Valesius.

sex in epistolâ suâ ad Arianos scriptâ testatur his verbis: qui igitur sunt, qui contra canones &c., Dionysius Petavius libro 13. de doctrinâ temporum: *Synodus habita Episcoporum 90. vel 97. aut 99. è quibus Ariani 36.* Parthenius Archiepiscopus de Marca libro 3. de concordia sacerdotij & Imperij, cap. 3. num. 2. cum è numero 97. aut 99. Episcoporum, ex quo conventus ille constabat, triginta tantum Eusebianas partes sequerentur, & clanculum Ariana hæresi faverent, eisi aperte a communione catholicâ non discessissent, ut constat ex Iulij epistolâ apud Athanasium. Triginta inquit ibi à Marca, cum postea fateatur: quod à triginta sex Episcopis Arianis constitutum fuerit, ut observat Iulius. Bailius tomo 2. summæ Conciliorum in notis ad Antiochenum: ex his triginta sex Ariani erant.

7. Verum huic communi peritorum sententiæ occurrit novissimè Henricus Valesius tom. 2. observatione 1. in Socratem & Sozomenum, cap. 8. ac ipsum Iulij Pontificis locum depravatum fuisse, animadvertit: verba Iulij Papæ ad Orientales sunt: *σκοπεῖτε τοίνυν τινες εἰσὶν οἱ παρὰ χριόνας παράξαντες, ἡμεῖς; οἱ μὲν τοσοῦτων ἀποδείξεων ἢ ἀνδρῶν δεκάμυροι, ἢ οἱ ἀπὸ τριάκοντα καὶ ἑξῆς μονῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀνομάσαντες τινὰ ὡς ἐπίσκοπον ξένου. καὶ ἀποσείλαντες εἰς Ἀλεξάνδρῃαν μὲν στρατιωτικῆς θεσείας.* Id est, inquit Valesius, qui igitur sunt, qui contra canones agunt? nosne, qui cum tantis rerum documentis virum receperimus? an qui à triginta sex mansionibus Antiochiæ quemdam velut Episcopum externum hominem salutarunt, eumque militari manu stipatum Alexandriam miserunt. Ubi prior versio Petri Nannij habet: *ad triginta sex suffragia Antiochiæ Episcopum salutarunt*, unde periti omnes deducebant, triginta sex tantum Eusebianos Antiochiæ congregatos Athanasium deposuisse, & Gregorium externum hominem in eius locum suffectum ibidem ut Alexandrinum salutasse Episcopum: ibi hæc versio Henrici Valesij habet: *à triginta sex mansionibus Antiochiæ quemdam velut Episcopum externum hominem salutarunt.*

Reprehendit Iulius Papa ordinationem Gregorij, (inquit Valesius) eumque contra canones Ecclesiasticos Alexandriæ Episcopum factum esse asserit, qui non in urbe Alexandrinâ ordinatus fuisset suffragante clero, & populo, sed in urbe Antiochiâ, quæ trigintâ sex mansionibus, id est, triginta sex dierum itinere distat ab urbe Alexandriâ. Et hisce refellere conatus sententiam de 36. Eusebianis: deleatur ergo hic error, (inquit Valesius) ex annalibus Ecclesiasticis, ut ex animis eorum, qui Baronij auctoritate induci



„ inducti id pro certo & indubitato haftenus tenuerunt, sex & tri-  
 „ ginta Arianae factionis & communionis Episcopos in Antiochenâ  
 „ Synodo confedisse. „

8. Expendimus & hunc locum tomo 1. Antiquitatis illustratae, &  
 cum nullum sit effigium aliter exponendi nomen Græcum *μονή*, quod  
 à verbo *μένω*, id est maneo derivatur, & mansionem significat, unde  
*μονῶν* plurimum mansionum fit mentio, ut à Valesio expolitum est, non  
 ideo tamen ex annalibus Ecclesiasticis delendum est, quod triginta  
 sex adfuerint Antiocheno Concilio Eusebianae factionis Episcopi,  
 cum vel tot vel paulo plures adfuisse, constet ex aliis illorum tempo-  
 rum testimoniis. Quantum autem ad Iulium Romanum Episcopum,  
 illum existimasse, non omnes fuisse Eusebianos, sed aliquos solum-  
 modo, eosque paucos respectu Catholicorum, abunde colligitur ex  
 datâ ad Orientales epistolâ, ubi de factionis Eusebianae erroribus scri-  
 bit ad Antiochiæ congregatos Episcopos: *quod si aliquibus in alios ob* Iulius 1.  
*pusillanimitatem offensis (non enim omnium talem mentem fuisse arbi-*  
*tror) istiusmodi epistolam scribi placuit.* Hic enim mentem suam aperit,  
 non omnes in Eusebij schisma prolapsos, quinimo ne quisquam existi-  
 met, id gratis à Iulio primo assumi. *Audio, inquit, paucos esse isto-*  
*rum malorum auctores:* habuit Iulius primus suos legatos Antiochiæ,  
 qui jam reduces erant & cum luctu remissi ob ea, quæ istuc geri con-  
 spexerant: & ex illis audierat, quinam factionis Eusebianae essent,  
 & tam nefaria in Athanasium ac sedis Apostolicæ auctoritatem mo-  
 liti erant: atque illos paucos fuisse didicerat Iulius primus: *Audio*  
*paucos esse.* At quot? si omnia eorum nomina subscripta exstarent, fa-  
 cillimum esset hac de re iudicium, ac cum tantum fragmenta habeamus  
 de eorum subscriptionibus, accurata de illo ferri nequit sententia, nisi  
 quod ex ipsis fragmentis pateat, multo plures Orthodoxos quam  
 Eusebianos memoriæ esse proditos.

9. Aliunde itaque petere necesse est huius difficultatis solutionem,  
 nimirum ex Palladio, à quo enumerantur Ariani, qui cano-  
 nem à Theophilo transmissum Antiochiæ ediderant. Cum enim illum  
 docebimus ab Eusebianis dumtaxat editum, constabit manifestè ex  
 numero per Palladium citato de numero Eusebianorum hac in Synodo  
 inventorum: Palladius namque S. Chrysostomi discipulus in Dialogo  
 Romæ habito cum Theodoro eiusdem Ecclesiæ diacono: *canones in-* Palladius.  
*quit, quos Theophilus miserat, à quadraginta complicibus Arij editos,*  
*atque ita continentes: si quis Episcopus &c.* Quadraginta itaque erant  
 Eusebia,



Georgius  
Alexand.

Eusebianæ factionis Episcopi, qui Antiochiæ convenerant: quod si Palladius non sufficiat, en Georgium Patriarcham Alexandrinum à decem sæculis in vitâ Chrysolomi attestantem: *Ioannes iust à responsione revocit canones à Theophilo missos, ac reiecit, quod eos ita scripsissent & observari iussissent quadraginta Ariana hæresis.* Quid clarius? ipse Chrysolomus tantum quadraginta Eusebianos adfuisse credidit, & post ipsum ac eius discipulum Palladium non plures adfuisse, Georgius Patriarcha Alexandrinus existimavit, ut vel ex hisce antiquorum testimoniis pateat, 50. Orthodoxos adfuisse iuxta D. Athanadium, qui 90. Episcopos Antiochiæ convenisse asseruit: vel 59. iuxta Sozomenum, qui 99. Episcopos ponit.

Collectio  
Dionys. Exigui.

10. Scio quidem, in plerisque codicibus Manuscriptis triginta tantum Episcopos huic Synodo haberi subscriptos, cum hæc verba in plerisque Codicibus Dionysij Exigui inveniantur: *& subscripserunt 30. Episcopi, qui in eodem Concilio convenerunt.* Verum hoc ab ipso Dionysio codici suo subiunctum fuisse, non crediderim, vel si ab ipso subiunctum fuit, rationem errandi ex eo sumpsisse verosimile fit, quod Codex Græcus quem habebat, solum 30. Episcoporum nomina referebat, cæteris omnibus omissis, quos huic Synodo adfuisse constat ex aliorum testimoniis. Hinc in antiquissimis canonum collectionibus, quæ Dionysij Exigui auctoritatem superant, licet aliquos Episcopos subscripsisse, referatur, nullus tamen numerus assignatur, ut manifestum fit ex præscâ canonum collectione circâ tempora Leonis

Codex M. S.  
Corbeiensis.

magni, & Codice Canonum M. S. Corbeienſi sub Pontificatu Vigilij conscriptis. Quinimo nec in plerisque aliis codicibus editis & Manuscriptis ulla mentio reperitur 30. Episcoporum, sed absolutè sine ullo

Codex M. S.  
Thuan.

numero referuntur aliquot Episcopi: sic in Codice M. S. Thuan, & alio Oxoniensi nullus Episcoporum numerus determinatur. Sic nec in collectione ipsius Dionysij Exigui contentâ in manuscripto septingentorum annorum codice spectante ad Bibliothecam Colbertinam, &

Codex M. S.  
Colbertin.

signato sub numero 196. ubi in præfatione seu epistolâ Synodicâ Antiochenâ tantum legitur: *in quâ Synodo fuerunt Episcopi Eusebius, Theodorus, & ceteri, qui in græco sermone continentur.* Quotnam autem in græco codice continebantur, nec notavit illius codicis auctor, nec ipsa exemplaria græca hucusque extantia referunt. Extat

Codex M. S.  
Græcus.

Codex græcus M. S. in Bibliothecâ Colbertinâ sub num. 1262. nec ullos Episcopos refert Synodica Antiochena canonibus 25. præmissa. Extat & alia editio græco-latina in tomis Conciliorum ubi licet in

textu



texto latino aliquot Episcopi Synodicae subiunguntur, nulli tamen referuntur in texto graeco, sed nec aliquos Synodicae subscripsisse, in graeco indicatur: ut ex subscriptionibus Episcoporum, quae in aliquibus codicibus reperiuntur, nihil concludi possit pro numero Patrum Antiochenorum, inter quos 40. Eusebianos, 50. vero catholicae partis Episcopos fuisse, putamus.

C A P V T III.

An obsit Concilio Antiocheno, quod non adfuerint Maximus Hierosolymorum Episcopus, & Iulius Primus Pontifex Romanus.

1. Quod huic Synodo non adfuerint Iulius primus & Maximus Hierosolymitanus, illius auctoritati obijciendum ducunt Socrates, Sozomenus, & auctor vitae Pauli.
2. Veritatem dissimulant hi historici, dum Macarij absentiam Synodo Antiochena obesse exponunt, nam sine Macario Synodus illa haberi potuit ab alijs Episcopis.
3. Maior difficultas videri posset de absentia Iulij Papa, ex cuius loco quodam occasione errandi desumpsit Socrates, & auctor decretalis epistola Iulio I. affixta.
4. Iulius primus non arguit Orientales ob regulam fidei clanculo adulteratam, sed ob causam Athanasij ab Eusebianis post synodum dijudicatam, cum ea sine Romani Pontificis sententia non potuerit ab Orientalibus terminari.
5. Sic autem intelligenda esse allata testimonia, ostenditur adducto ipsius Iulij loco, ex quo non habemus, Iulium primum vero Antiocheno Concilio adesse debuisse.
6. Enimvero in Antiocheno Concilio Athanasij depositio decreta non fuit, sed alia & catholicae fidei consona, & disciplina Ecclesiastica conformia, quae in alijs Synodis absque praevio Pontificis decreto statui consueverant.
7. Harum Synodorum vestigia insequi potuit Synodus Antiochena, pra-



serim si que constituit, ad sedem Apostolicam postea retulit, ut retulisse verosimile sit.

- Socrates.** **S**ocrates, qui primus huius Concilij Antiocheni historiam texuit, hoc in primis obijciendum ducit, quod nimirum neque Maximus Hierosolymorum Episcopus, neque Iulius Pontifex Romanus adfuerint: Maximus tamen Hierosolymorum Episcopus, qui Macario successerat, non interfuit: id scilicet animo reputans, deceptum se prius fuisse, & per fraudem inductum, ut depositioni Athanasij subscriberet. Sed neque Iulius interfuit, Romana urbis Episcopus; nec quemquam eo misit, qui locum suum impleret: cum tamen Ecclesiastica regula vetet, ne absque consensu Romani Pontificis quidquam in Ecclesia decernatur. Ita Socrates versionis Valensij libro 2. cap. 8. & eadem plane Sozomenus libro 3. cap. 6. Maximus verò Hierosolymorum Episcopus de industria abfuisse dicitur ab hoc Concilio, cum ipsum pœniteret, quod antea in fraudem inductus, iis, qui Athanasium deposuerant, consensisset. Sed neque Romana urbis Episcopus, neque alius quissiam sive ex Italia, sive ex Provinciis ultra Italiam sitis, huic Synodo interfuit.
- Vita Pauli Constantin.** Auctor vitæ Pauli in excerptis apud Photium: Maximus Hierosolymorum presul vir pius non aderat: sed neque Romanus Pontifex Iulius nec per se, nec per alium legatum. Eadem habet Nicephorus Callistus libro 9. Historiæ, sua defumens ex Socrate, uti & antea fecerat Cassiodorus in historiâ tripartitâ. Ex quibus Baronius, Binnius, & alij viri vertunt Antiocheno Concilio, quod laudari non adfuerint Episcopi.
2. Verum mirari lubet, antiquiores historicos & recentiores peritos hac in re dissimulare voluisse, & quidquid Antiochenum Concilium spectat, in sinistram partem interpretatos fuisse. Quod Macarius Hierosolymorum Episcopus litteris Imperatoris Antiochiam vocatus fuerit, nemo est, qui negabit: at nullatenus evocatum fuisse ad Concilium, sed solummodò ad festum encæniorum, cuius mentionem in litteris suis faciebat Constantius, jam abundè ostensum est supra. Non venerit itaque Macarius Antiochiam, quid hoc obesse poterit auctoritati Antiochenæ Synodi, ad quam expressè evocatus non fuit? refert quidem Socrates, Macarium priori Eusebiano-rum fraude edoctum, eorum conventum de industria evitasse, at Sozomenus, qui Socratem in plerisque correxit, nec hoc certum esse indicavit, quandoquidem usus sit illo verbo. Dicitur: Maximus verò



verò de industria abfuisse dicitur ab hoc Concilio. Demus autem & illud verum fuisse, ac Maximum Hierosolymorum Episcopum aliquid de simulatâ Eusebianorum factione antecederet inaudiisse, ideoque studio ab Antiocheno conventu abstinuisse, an ideo alij Orthodoxi Episcopi ex præcipuis totius Orientis Provinciis Antiochiam occasione encaniorum evocati ibidem Concilium habere non potuissent, uti reipsa communi omnium applausu habuerunt?

3. Dices quidem de Macario Hierosolymorum Episcopo parvam esse difficultatem, at longe maiorem de Iulio primo, qui Orientales culpâre videtur, quod se inconsulto Synodum celebrarent. *Primum enim, ut inquit, non decebat, cum nos ad celebrandam Synodum litteras mitteremus, aliquos præoccupare iudicium Synodi, deinde non decuit, novos istos modos contra Ecclesiam induci. Et intrâ. Oportuit scribere omnibus nobis, ut ita ab omnibus quod Iustum esset, decerneretur. Episcopi enim erant, & non vulgares Ecclesia, qui ista patiebantur. . . . Cur igitur & in primis de Alexandrinâ civitate nihil nobis scribere voluistis? an ignari estis hanc consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, ut hinc quod iustum est, desiniri possit? quapropter si iste huiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minimè fecerunt, postquam jam egerint, quod libuit, suffragatores sua damnationis, cui non interfuimus, esse volunt. Non ita se habent Pauli ordinationes, non ita Patres docuerunt, sed fastus iste & novum studium est. Atqui hæc est epistolâ, cuius Socrates meminit libro 3. cap. 17. Iulius rescribens Episcopis, qui Antiochia convenerant, graviter conquestus est: primum quidem de acerbitate ipsorum epistolæ, deinde quod contra canones ipsum ad Synodum non vocassent: cum Ecclesiasticâ regulâ interdictum sit, ne præter sententiam Romani Pontificis quidquam ab Ecclesiis decernatur. Questus est item, regulam fidei clanculo ab ipsis adulterari. Præterea quæ olim apud Tyrum gesta essent, per dolum ac fraudem acta esse, cum monumenta gestorum in Mareote, ex alterâ tantum parte composita esse noscantur: sed & quæ de Arsenij cade obiecta essent, ea manifestissimè convicta esse calumnia. Hac & eiusmodi alia ad Episcopos Antiochiæ congregatos Iulius pluribus verbis perscripsit: ex quo loco auctor decretalium epistolâ 2. sub nomine Iulij primi confictâ partim desumpsit sequentia: quoniam nec ab Orthodoxis hoc Concilium actum est, nec Romana Ecclesia legatio interfuit, canonibus præcipientibus, sine eius auctoritate Concilia fieri non debere, nec ullum ratum est aut erit unquam Concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.*

Iulius 1.

Socrates  
Verf. Yalcf.  
lib. 3. c. 17. &  
Verf. Christ.  
lib. 3. c. 13.

Auct. decret.

4. Et



4. Et hæc quidem in usum suum transcribere nostrorum temporum periti, qui ea ex Iulio primo desumpta putarunt, quorum tamen aliqua nusquam Pontifex in epistolâ suâ posuit, quæ Socrates omnium primo collegit. Enimverò quod Iulius primus in epistolâ conqueritur, regulam fidei clanculo ab Orientalibus Antiochiæ existentibus adulterari, id Socrates ex Iulij epistolâ adducit, Iulius autem nullibi in eâ conscripsit. Unum idque præcipuum habet præ oculis in suâ ad Orientales epistolâ, causam nimirum Athanasij, quam ipsi Eusebiani iudicio Pontificio obtulerant, & pro quâ terminandâ Iulius ad Eusebianorum instantiam Concilium Romæ indixerat. Pro hoc Concilio cum iam Athanasius evocatus fuerat, & legatio ad Eusebianorum evocationem parabatur, Eusebiani rerum plurimarû ignari aliud Antiochiæ celebrant, & in illo causam Athanasij iudicare præsumperant, & de hoc ultimo est, quod Iulius conqueritur, aliquos præoccupasse iudicium Synodi. De Alexandrinâ in primis civitate nihil sibi perscriptum fuisse, urget sanctissimus ille Pontifex, cum ea fuerit consuetudo, ut causâ sedium Patriarchalium ad iudicium Romani Pontificis referretur, quod illi inter omnes Episcopos de maioribus causis primatus jure competeret indubitata decernendi autoritas. Et sic verissimum est, nihil in causâ Athanasij Patriarchæ Alexandrini potuisse decerni absque Iulij primi sententiâ: ut meritò Antiochenum Concilium, si præoccupavit de causâ Athanasij iudicium, irregulariter fecisse dicatur, & extitisse illegitimum. Attamen notandum, graviter hac in re errasse Socratem, dum Athanasij causam Antiochiæ in Synodi primordiis iudicatam conscripsit, ex quo erratum hæcenus, quod tota Antiochena Synodus ut Eusebianorum conventiculum inaudit. Enimverò Athanasij causam non initio Antiochenæ Synodi à 90. Episcopis, sed post Synodum à solis Eusebianis assumptam & dijudicatam fuisse, suo loco ostendemus, ut consequens esse debeat, ipsam Antiochenam Synodum jure culpandam non esse, quæ à 90. aut pluribus Episcopis celebrata fuit, sed eam solum à Iulio Papâ irregularitatis argui, quæ à solis Eusebianis post veram Antiochenam Synodum habita fuit, & Athanasium deposuit.

5. Non ignoro quidem, & Socratem & Sozomenum posteritati consecrassè, quod Iulius primus Eusebianos incusarit, quasi *contra canones ipsum ad Concilium non vocassent: cum Ecclesiasticâ regulâ interdictum sit, ne præter sententiam Romani Pontificis quidquam ab Ec-*

Socrat. &  
Sozomen.

Auct. decret.

*clesis decernatur.* Quod auctor decretalium his verbis exprimit, *nec*

*Romana*



Romana Ecclesia legatio interfuit canonibus præcipientibus, sine eius auctoritate Concilia fieri non debere. Et hæc quoque intelligendo de causâ Athanasij certissima sunt, quod de illâ in Synodo nihil decerni potuerit absque consensu sedis Apostolicæ, nihilque ratum habendum esset absque eius sententia, id quod ipse Iulius in suâ ad Orientales epistola urget contra Eusebianos, signanter vero hisce verbis in fine. *O dilecti, non amplius secundum Evangelium, sed deinceps ad exilium & mortem sunt iudicia Ecclesia. Si namque omnino, ut dicitis, illi in culpâ fuerunt, oportebit secundum Ecclesiasticum canonem, & non isto modo iudicium fieri. Oportebat scriptum esse omnibus nobis, ut sic ab omnibus, quod iustum esset, decerneretur. Episcopi enim erant, qui patiebantur, & non vulgares Ecclesia, sed quas ipsi Apostoli suâ operâ ad fidem instruxerunt. Cur igitur de Alexandrinâ præsertim civitate nobis nihil scripsistis; an ignari estis, quod hæc sit consuetudo, primum nobis scribi, ut hinc quod iustum est, decernatur? si itaque illic huiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuisset, oportebat ad hanc Ecclesiam scriptum fuisse. Nunc autem qui nos certiores non fecerunt, cum egerunt quod ipsis libuit, deinceps & nos, qui non condemnavimus, suffragatores esse volunt. Iulij Papæ iudicium expectari debuisse, antequam Orientales sententiam tulissent, præclare ex verbis ipsius Iulij colligitur, qui tamen loquitur de solâ condemnationis sententiâ, cui sese interesse debuisse, clarioribus verbis indicare non poterat, nec hoc indicando sese vero Antiocheno Concilio, ubi causa Athanasij decisa non fuit, adesse debuisse indicavit.*

Iulius 1.

6. Enimverò in Antiocheno Concilio edita sunt de rebus Ecclesiasticis probatissima per omnem Ecclesiam statuta, & ante cætera duo fidei Symbola ab Hilario Pictaviensium Episcopo non improbata. Neque dum illa statuebantur, se Concilio interesse debuisse urget Iulius, quod sciret morem in Ecclesiis obtinuisse, hæc sine præviâ relatione decerni potuisse à Synodis, ut pro causâ fidei constabat ex primo Antiocheno Concilio, quod anno 264. contra Paulum Samosatenum formulam fidei conscripsit, quam ex Francis Turriani interpretatione exhibuit Philippus Labbeus tomo 1. Concil. Constabat id quoque ex Concilio Alexandrino an. 317. sub Alexandro Patriarchâ de fide contra Arium celebrato, cui nec summus Ecclesiæ Pontifex per se aut legatos interfuisse legitur, uti nec omnibus illis Conciliis, quæ ante Synodum Antiochiæ habitam canones ediderunt. Habes ante ipsius Nicæni temporâ Ancyranum, ubi 18. dumtaxat Orientales Episcopi canones vi-

H

gintiqua;



gintiquatuor exposuerunt : Neocæsareense , ubi novemdecim ex solo Oriente adfuere Antistites , & quatuordecim canones constituti sunt : Laodicenum Provinciale , quod sexaginta canones edidit , & cui nemo Occidentalium , uti nec cæteris supra relatis adfuisse legitur , quas omnes Synodos nemo ob absentiam Pontificis illegitimas dixerit.

7. Atqui harum Synodorum vestigia infecutum est Antiochenum Concilium , cum de fide tractavit , & canones citrà Iulij Papæ præsentiam statuit , dumque hæc peregit , verum & Orthodoxum Concilium fuit , cuius erat non minus de fide inquirere , quam de disciplinâ Ecclesiasticâ decreta condere , ut veritatem attingant hæc eruditissimi scriptoris verba : Conciliis Provincialibus inest potestas condendi decreta canonica , modo tamen ea contraria non sint canonibus Conciliorum generalium : addo ego , & decretis Pontificum , quibus firmari oportet statuta Synodalia , ut ab omni sub cælo Ecclesiâ recipiantur , & tamquam regulæ Ecclesiasticæ ab omnibus in auctoritatem admittantur. Quando Concilium Carthaginense & Milevitanum retulerant de causâ Pelagij ad Innocentium primum , laudavit Sanctissimus ille Pontifex Africanorum consilium , rescripsitque : quoties fidei causa ventilatur , ad sedem Apostolicam referri debere , *velut nunc retulit dilectio vestra , quod per totum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse.* Hocque etiam locum habere in statutis canonicis ab omni sub cælo Ecclesiâ amplectendis , exemplo suo docere voluerunt patres Antiocheni , qui dum canones suos ad omnes ubique Episcopos transmissere , Iulium Romanum Episcopum non præterisse credendum est , ut si ipsum ad Synodum per litteras non vocarint , ex Concilio occasione dedicationis habito per relationem actorum eum debito modo venerati fuerint , ut postea fufius.

Innocent. 1.

## C A P V T IV.

Quinam fuerint Episcopi hac in Synodo adunati , & quænam eorum acta.

1. Adducuntur ex M. S. S. & editis Codicibus varij Episcoporum huius Synodi catalogi.

2. Primus



2. Primus apud Iulium Papam est *Danius Casarea Cappadocia Exarchus.*
3. Secundus *Flacillus malè Placitus aut Placentius vocatus, fuitque Patriarcha Alexandrinus.*
4. *Flacillum fautorem Eusebii fuisse, colligitur ex D. Hieronymo, & quandonam sedere inceperit, deducitur ex Theodoro.*
5. Tertius est *Narcissus Nerodiadis, sive quod idem est, Irenopolis.*
6. *Narcissus initio catholicus, postea Eusebiana factioni addictus in Concilio Sardicensi damnatur.*
7. Quartus *Eusebius, cuius ortus ac susceptum Arii patrocinium exponuntur.*
8. *Eusebius ob communionem cum Arianis in exilium mittitur tribus post Synodum Nicenam mensibus, teste Philostorgio, ex quo Valestus corrigit lapsum Baronij, & errorem Socratis.*
9. *Eusebius ab exilio revocatus studet restitutioni Arii, & Athanasij depositioni, fitque Constantinopolitanus Episcopus anno 340.*
10. Anno 341. adfuit Concilio Antiocheno, cui erroneè dicitur praesidisse, obiit in communione catholicâ anno 342. ante autumnum.
11. Quintus est *Marius Chalcedonensis à tempore Nicani Concilij fautor factionis Eusebiana: eius acta ex Athanasio, & Iulio: insigne eius factum, quo restitit Iuliano Apostata ex Socrate.*
12. Sextus est *Macedonius Mopsvestia, qui in persecutionibus confessor, sed in causâ Athanasij persecutor effectus usque ad Philippopolitanum conventiculum superfuit.*
13. Septimus à Iulio primo recensetur *Theodorus Heracleotes unus ex praecipuis sui saeculi Viris, ut eum habet D. Hieronymus, factioni tamen Eusebiana deditus erat, & ut talis Sardica damnatus fuit.*
14. Octavus adfertur à D. Athanasio *Marcus ab Arethusiâ, & nonus à Sozomeno Acacius Casareensis Eusebii Pamphili successor.*
15. Decimus *Patrophilus Schythopopolis, & undecimus Eudoxius Germanicia ambo Eusebiani, quorum meminit Sozomenus.*
16. Duodecimus est *Gregorius Alexandrina Ecclesia delectus, qui nondum consecratus fidei formulis subscripsit.*
18. Decimus tertius est *Georgius non Theodorus, Laodicensis: eius meminit Sozomenus, & licet Eusebiana factionis fuerit, scriptis tamen claruit.*
19. Decimus quartus est *Eusebius Emifenus, de quo plura Sozomenus.*
20. Decimus quintus est *Theophronius Tyanensis relatus à D. Athanasio,*



fuitque Orthodoxus, & alius à Theophronio Eunomij discipulo.

21. Decimus sextus est Marcellus Ancyranus, ut colligitur ex Hilario Pictaviensi. Adfuit autem initio, cum de fide agebatur.
22. Decimus septimus habetur in priscâ canonum collectione, estque Anatholius Emisenus ab Eusebianis postea depositus.
23. In eadem Priscâ collectione habetur Paulus, quem Sanctissimum Confessorem extitisse, patet ex Nicephoro & Gregorio Presbytero.
24. Decimus nonus est Iacobus Nisibenus Sanctitate & Miraculis Clarus, ac scriptor egregius, ut testis est Gennadius.
25. Vigésimus est Eusebius Palestinus non quidem Casarea, sed Gadarensis Episcopus, vigésimus primus Theodorus Mesopotamiensis, & vigésimus secundus Theodorus Vasadensis, quorum meminit Hadrianus I.
26. Ex Priscâ canonum collectione habemus Tarcondimantum Ægeratem Eusebianum, Mauricium Epiphaniensem, Ætherium Edeffenum, Alphionem Apameensem, Bassum Zeugmatem, Theodotum, Nicetam Flaviadus, Archelaum Dolichenum, Siricium Cirreticensem, Hesygium Alexandria minoris, Manicium, Moysem Castabala, Agapium Seleucia, Theodotum, & Mocimum.
27. Ex Codice Corbeiensi præter citatos afferimus Antiochum Rhesnatis, Magnum Damascenum, Æneam Ptolemaidis, Agapium Arabiensem, Alexandrum, Petrum Gindarenses, Petrum Palestinum, Quirionem Philadelphia Eusebianum, Theodosium Palestinum, Patricium Palestinum, & Magnum.
28. Ex Codice Thuano adfertur Theodulus Thracia, & ex vulgata editione Nicomachus Bostorum, & Piperius Samosatenus.
29. Hi omnes conficiunt numerum 51. Episcoporum, quorum Eusebio faventes septemdecim, & reliqui Eusebio non faventes, suo ordine referuntur.

**C**Um abundè constet ex dictis, & Eusebianos, & Orthodoxos adfuisse huic Concilio, operæ pretium erit, hos omnes, quos antiquitatis monumenta posteritati consecrarunt, in medium adferre. Eorum aliquos Iustus primus recenset, alios Sozomenus, plures priscæ canonum collectio, ut & varios alios manuscripti Codices in Bibliothecis servati, quos omnes primò referemus, antequam singulos Episcopos cum eorum actis expendamus.



Ex epistolâ Iulij primi ad Orientales.

Iulius Danio, Flacillo, Narcisso, Eusebio, Mari, Macedonio, Theodoro, caterisque eorum, qui nobis dilectissimus in Christo fratribus ex Antiochiâ scripserunt.

Ex Sozomeno libro 3. cap.5. vers. Valesij.

Porro, qui huic Concilio interfuerunt, non solum Eusebius, qui eiecto Paulo ab urbe Nicomediâ translatus Constantinopolitanam sedem obtinebat, verum etiam Acacius, qui Eusebio Pamphili successerat, & Pattrophilus Scythopolitanus, cum Theodoro Episcopo Heraclea, qua Perinthus antea dicebatur: Eudoxius quoque Germanicia Episcopus, qui postea pulso Macedonio Constantinopolitanam rexit Ecclesiam. Gregorius denique, qui Alexandrina Ecclesia electus fuerat Episcopus, & Georgius Laodicea, qua est in Syria, alijque plures aderant, qui Metropolitanas aut aliundè illustres Ecclesias administrabant. Eusebius quoque cognomento Emisenus huic Synodo interfuit.

Ex Priscâ canonum collectione paulò post Concilij Chalcedonensis tempus editâ, & typis excusâ  
tomo 1. Biblioth. Juris Canonici.

SUBSCRIPTIONES.

Eusebius presens omnibus subscripsi.

Theodorus omnibus constitutus in Sanctâ Synodo presens subscripsi.

Tharcudamantes,	Bassus,	Narcissus,	Moses,
Mauricius,	Paulus,	Archelaus,	Agapius,
Machedonius,	Theodotus,	Siricius,	Theodotus,
Eutherius,	Niceta,	Hysichius,	Mocimus,
Alphion,	Anatholius,	Manicius,	Eustatius.

ORDINAVIMUS SUBSCRIBENTES, AMEN.



Ex antiquo Manuscripto Codice ante 1100. annos  
exarato quondam Corbeiensi, nunc spectante  
ad monasterium S. Germani à Pratis.

## PRÆFATIO.

In quâ Synodo fuerunt : Eusebius, Theodorus, Marcensius, Antiochus,  
Paulinus, Sincius, Archelaus, Eustasius, Munichius, Aethenus, Iacobus,  
Agapius, Magnus, Æneas, Theorus, Aprus, Nicheta, Agapius, Taread-  
mandus, Barsus, Alexander, Petrus, Moysus, Patrecius, Anatholius,  
Macedonius, Petrus, Cyrion, Theodorus, Theodosius.

\* Veteris.

De Provinciâ Syria Coler, Fynices, \* Vesteris Arabia, Mesopotamia,  
Cilicia, Isauria. Et post ultimum canonem.

## SUBSCRIPTIONES.

Eusebius, quæ constituta sunt, præsens consensit : Theodosius, Niceta,  
Macedonius, Anatolius, Calcodimus, Ætherius, Narcissus, Alosus, Arce-  
laus, Bassus, Serecius, Esrebius, Mauricius, Theodosius, Moyses, Muci-  
mus, Magnus, Agapius, & Agapius, Magnus, Æneas, Paulus consensimus.

Ex Codicibus M. S. S. spectantibus ad Bibliothecas  
Sangermanensem & Colbertinam continenti-  
bus collectionem Dionysij Exigui, qui  
sub Iustiniano floruit.

## SUBSCRIPTIONES.

Et subscripserunt XXX. Episcopi, qui in eodem Concilio convenerunt.  
Eusebius Palestinensis, Theodotus Mesopotamiensis, Theodorus Isau-  
riensis, Antiochus Finicensis, Agapius Arabiensis, Alpius Siriciensis,  
Narcissus Quylessyria, Nicetas, Anatolius, Paulus, Tercudimantos, Sy-  
ricius, Bassus, Archelaus, Alexander, Petrus, Mocimus, Moyses, Eusy-  
chius, Quirion, Ætherius, Magnus, Macedonius, Theodosius, Iacobus,  
Enius, Petrus, Theodorus, Agapius, Manicos.

Ex



Ex Codicibus M. SS. Thuano & Oxoniensi editis in  
Codice canonum & constitutionum Ecclesiæ  
Romanæ per D. Quesnel adscripto cap. 57.

EX PRÆFATIONÆ SYNODI ANTIOCHENÆ.

In quâ Synodo fuerunt Eusebius, Theodorus, Narcissus, Antiochus,  
Archelaus, Eustachius, Mocimus, Hifcius, Manicus, Etherius, Iacobus,  
Agapius, Magnus, Eneas, Theodolus, Alpius, Nicetas, Agapius, Tharco-  
dimantus, Bassus, Alexander, Petrus, Moses, Patricius, Anatolius, Ma-  
cedonius, Petrus, Cyrion, Theodorus, Theodosius, de Provinciâ Syria celes-  
Phœnicis, veteris Arabia, Mesopotamia, Cilicia, Isauria. Et intrâ.

SUBSCRIPTIONES.

Eusebius omnibus qua constituta sunt in Sanctâ Synodo præsens con-  
sensi: Theodosius, Nicetas, Macedonius, & ceteri prænominati consen-  
simus.

Ex Collectione Ifidori Mercatoris.

SUBSCRIPTIONES.

Eusebius omnibus, qua constituta sunt à Sanctâ Synodo præsens con-  
sensi. Theodorus, Nicetas, Macedonius, Anatholius, Tarcodimantus,  
Æthereus, Narcissus, Eustachius, Hesychnus, Mauricius, Paulus, & ceteri  
consenserunt, & subscripserunt triginta Episcopi.

Ex Epitome canonum Hadriani. I.

Et subscripserunt 30. Eusebius Palestinensis, Theodorus Mesopotamien-  
sis, Theodorus Isauriensis, & reliqui.

Ex Codice M. S. Bibliothecæ Colbertinæ sub  
num. 169. ante 700. annos conscripto.

In quâ Synodo fuerunt Episcopi Eusebius, Theodorus, & ceteri, qui  
in græco Sermone \* contemnentur.

\* Continen-  
tur.

Ex



Ex editione vulgatâ Synodi Antiochenæ.

Edit. vulgata PROVINCIAE PALESTINÆ.

*Eusebius Gadarensis.*

PROVINCIAE PHOENICIAE.

*Anatolius Emisenus,  
Æneas Ptolemaidis,  
Magnus Damascenus.*

PROVINCIAE ARABIAE PETRÆ.

*Nicomachus Bostrorum,  
Cyrion Philadelphe.*

PROVINCIAE MESOPOTAMIAE.

*Ætherius Edessenus,  
Antiochus Rhessinatis,  
Iacobus Nisibensis.*

PROVINCIAE SYRIÆ COBLES.

*Archelaus Dolichenus,  
Alphius Apamea,  
Bassus Zeugmatis,  
Mauricius Epiphania,  
Petrus Gindarensis,**Paulus Neocæsariensis,  
Piperius Samosatenus,  
Theodorus Laodicea,  
Syricus Cyrreticensis.*

PROVINCIAE CILICIAE.

*Macedonius Mopsvestiensis,  
Hesychius Alexandria minoris,  
Moyses Castabala,  
Nicetas Flaviadis,  
Narcissus Irenopolis,  
Tarcondimantus Egerates.*

PROVINCIAE ISAVRIÆ.

*Agapius Seleucia,  
Theodorus Vasadensis,  
Eustathius,  
Patricius,  
Alexander & ceteri ex Provincia  
Palestina, Phœnicia, Syria Cœ-  
les, Arabia, Mesopotamia, Cili-  
cia, Isauria.*

Hæc præcipua antiquitatis fragmenta de Episcopis huius Synodi, restat nunc speciatim eorum nomina &amp; acta recensere.

## I.

DANIUS AUT DIANÆUS CÆSARÆ CAPPADOCIAE.

2. Iulius primus in suâ ad Orientales epistolâ citat omnium primo Danium ut magnum proculdubio tunc temporis Episcopum, cuius tamen nomen alibi non invenio, nisi Danius idem sit, quod *Dianius*, vel ut alij vocant, *Dianeus*: hunc enim adfuisse Concilio Antiocheno tradit *Sozomenus* libro tertio capite quinto, *quin & Dianius Casarea*  
*in*



in Cappadocia Episcopus. Cæsarea Cappadociae autem erat Metropolis totius Ponticae Diæcesis, ut ipsius Episcopus fuerit Exarchus undecim Provinciarum, quas notitia Imperij enumerat, Galatiam, Bithiniam, Honorias, Cappadociam primam, Cappadociam secundam, Paphlagoniam, Pontum Polemoniacum, Hellenopontum, Armeniam primam, Armeniam secundam, & Galatiam Salutarem. Et ob tam amplam huius Episcopi super varias Provincias potestatem, videtur auctor libelli Synodici Dianium statuisse inter Præsides huius Concilij: *ei præsuerunt. . . Cæsaria Cappadocia Dianius Asterium habens* libel. Synod. Cappadocem Philosophum.

II.

FLACILLUS ANTIOCHENUS.

3. Secundo loco habet Iulius Papa Flacillum, at quis hîc fuerit Flacillus, quæri potest, cum non addatur loci Episcopatus: memorat & D. Athanasius Apologiâ secundâ, Episcopos Ægyptios scripserunt ad Flavium Dionysium Comitem de Tyrio Conciliabulo: *cum multas videremus calumniarum confarcinationes, & ex confarcinationibus insidias Eusebii, Narcissi, Flacilli.* Fuit itaque Flacillus unus ex ijs, qui in Conciliabulo Tyrio adfuerant: & si petas, quid Dionysius Comes à Constantino magno ad Tyrium Concilium missus reposuerit ad hunc libellum supplicem Ægyptiorum Episcoporum; en rescriptum ex eâdem Apologiâ 2. D. Athanasij: *hac ipsa erant, qua dicebam domino meo Flacillo: Athanasius insurget, dicetque, quos ipse reiecerat, eos ad istud negotium submitti, seque iniuriâ tractari, & circumveniri vociferabitur, &c.* Ubi videre licet, Flacillum non modo adfuisse Tyrio Concilio, sed & magni nominis fuisse Episcopum, utpote quem Dionysius Comes dominum suum appellat. At quid si dicerem, fuisse Patriarcham Antiochenum, in cuius civitate Synodus celebrata fuit; non dubitem hac de re admirationem suborituram, tum quia apud Iulium Papam secundo loco recensetur Post Dianium, cui Episcopus Antiochenus ut Orientis Patriarcha præminebat, tum quod apud Socratem & Sozomenum versionis Christophorsioni legatur, quod Placitus Euphronio mortuo Ecclesia Antiochena præfuit. Consonat Theodoretus libro 1. cap. 22. Qui in serie Episcoporum non meminit Flacilli, sed Placentij successoris Euphronij. Verum his non obstantibus dico, hunc

Episc. Ægypt.

Dionys. Comes.



hunc Flacillum tempore Antiocheni Concilij fuisse eiusdem civitatis Episcopum : sive enim Iulius primus Dianium præposuerit Flacillo, quia antiquior erat, ut putat Valesius observatione 1. in Socratem & Sozomenum c.8. sive Flacillum ideo 2. loco posuerat, quia post Dianium turbato ordine in Synodicis ad se missis eius nomen subscriptum invenerat, Flacillum tamen fuisse Antiochiæ Patriarcham, testatum reliquit D. Hieronymus in chronici Eusebiani supplemento, ubi enumerans Antiochenæ Ecclesiæ Episcopos : post Eustachium ob fidem in exilium trusum, usque in presentem diem, inquit, Ariani Ecclesiam occupaverunt. Id est Eulalius, Eusebius, Euphronius, Placillus. En post Euphronium non Placetum, sed Placillum, sicque habuisse Socratem in Græco, *φλακίλλου*, auctor est ante mille & centum annos Epiphanius Scholasticus, cuius versione in Historiâ tripartitâ usus est Aurelius Cassiodorus : ibi enim leguntur Socratis verba libro 4. cap. 9. *sic ergo Synodus in Antiochiâ sub presentia Constantij Principis consulatu Marcellini & Prohini; erat autem quintus annus mortis Constantini Patris Augustorum. Præsidebatque tunc Ecclesia Antiochena Flacillus successor Euphronij.* En ipsummet Flacillum, ex quo novissimè Henricus Valesius in versione Socratis & Sozomeni loco *Placeri*, restituit, *Flacillum*. Prout etiam admittunt Baronius in annalibus, & Godefridus Hermantius in vitâ Athanasij.

D. Hieron.

Cassiodorus.

Theodoret.  
Vers. Christ.Nicephorus.  
Constantin.

4. Ex loco D. Hieronymi supra colligere licet, hunc Flacillum fuisse Arianzæ seu potius Eusebianæ factionis Episcopum, qui Euphronio successerat, uti & Euphronius Eulalio in locum Eustathij Antiocheni substituto. Habet de Eustathio Antiocheno Theodoretus lib. 1. cap. 21. *magnus ille Eustathius defensor veritatis.* Nec mirum, fuit enim unus ex sanctissimis sui ævi Præsulibus, qui tantâ eruditionis gloriâ emicuerat in Nicæno Concilio, ut omnium ore celebratus extiterit. Hic tamen communi patens invidiæ inimicorum suorum calumnias effugere nequijt, nam Eusebius cum suâ factione Antiochiam adventans eum fornicationis vitio insinulavit, ac Imperatoris Constantini ope usus relegari fecit, tuncque factum est, quod D. Hieronymus enarrat in chronico, Arianos Ecclesiam occupasse, de quo & Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in chronologiâ : *Eustathius, qui fuit in primâ Synodo Nicenâ primarius. Idem ejicitur ab Arianis annis 18. post quem præfuderunt Ariani : Eulalius annis 3. Euphronius annis 8. Phacellius, tempore cuius celebrabantur encania Ecclesia magna Antiochia, annis 12.* Annotarunt jam alij ante me, Nicephorum



phorum Patriarcham Constantinopolitanum probabiliorem esse historicum, quam chronologiam: enim verò aliter & longè accuratius annos Eusebianorum, qui Antiochiæ præederunt, annotat Theodoretus libro 1. cap. 22. ubi scribit: *primum quidem Eustathij loco Eulalium ordinarunt. Qui cum exiguo admodum tempore supervixisset, ipsi quidem Eusebium Palestinum eo transferre conati sunt. Sed cum & is transpositionem hanc recusasset, & Imperator eam fieri prohibuisset, Euphronium elegerunt. Quo non multo post mortuo: anno enim & mensibus paucis post ordinationem superstes vixit, Ecclesia illius Episcopatum Flacillo tradiderunt.* Ita Theodoretus verisionis Valelij de Flacillo, qui jam Episcopus Antiochenus fuerat à tempore Tyrj Concilij anno 335. ut vidimus ex D. Athanasio: ponamus autem delectum fuisse Antiochiæ Episcopum anno 334. Euphronium, & paulò anteà Eulalium, facile colligere licebit circà an. 333. sedem Antiochenam, quæ olim à Principe Apostolorum instituta erat, ab Ignatio Martyre, totque alijs Sanctissimis Patriarchis, uno Paulo Samosatensi excepto, sacrata fuit, tandem hæreticorum faucibus hæreditario quasi jure cessisse, donec infelix illa contentio orta fuit, quando plures Antiochiæ de Patriarchatu contende-  
bant Episcopi, id quod tantas molestias excitavit in orbe Catholico.

Theodoret.

## III.

## NARCISSUS NERONIADIS.

5. Iulius primus tertio loco recenset Narcissum, quem Antiocheno Concilio adfuisse, testantur quoque subscriptiones prisce canonum collectionis & antiquissimi codicis Corbeiensis. Eum in præfatione exhibet codex M. S. Bibliothecæ Oxoniensis, & in suâ collectione inter subscriptiones huius Synodi refert Isidorus Mercator, Dionysius Exiguus in collectione canonum extante in Codice M. S. S. Germani à Pratis refert Narcissum Quysessyriæ, & editio vulgata eum ponit sub Provinciâ Ciliciæ ut Episcopum Irenopolis. Eum olim Orthodoxum fuisse, patet ex Concilio Ancyrano, cui subscripsit: *Narcissus Neroniadis Cilicia.* Ex Concilio item Neocæsariensi, cui subnotatus habetur: *Narcissus Neroniadis Cilicia secunda.* Demum ex sacrosancto Nicæno Concilio, in cuius Catalogo corruptè legitur: *Narcissus Neronianus*, cum ut notat Labbeus in margine, legendum sit *Nerodiadu vel Irenopolis.* Enimverò Ciliciæ secundæ civitas Neronias,



postea nomen obtinuit Irenopolis, ut fidem facit Gelasius Cyzicenus, qui ante mille ducentos annos scripsit historiam Nicæni Concilij, & Gelas. Cyzic. lib. 2. cap. 7. habet : *Narcissus Neroniadis secunda Cilicia, quam nunc Irenopolim vocamus.* Ex quo, ut obviam moneam, corrigitur insignis error Catalogi subscriptionum Nicæni Concilij, ubi sub Provinciâ Ciliciæ habentur duo Narcissi unus Irenopolis, alter Neronianus vel Nerodiadis, cum sit unus & idem Episcopus. Ex quibus item solvitur omne omninò dubium, quod Narcissus, ad quem scribit Iulius primus, & quem Catalogus subscriptionum Antiocheni Concilij habet : *Narcissus Irenopolis* : sit ipse Narcissus Neroniadis secundæ Ciliciæ Episcopus.

6. Hunc Episcopum à temporibus Nicæni Concilij in partes Eusebij tractum fuisse, testatur Gelasius Cyzicenus loco superius citato, cum inter 17. Arij fautores adfert Narcissum Neroniadis, de quo & aliis subdit : *qui se ipsos, quasi essent Orthodoxi, trecentorum choro miscentes Apostolicis dogmatis repugnabant Ario consentientes.* Notanda sunt Gelasij verba, *quasi essent Orthodoxi*, pro talibus enim se ipsos ubique gerebant Eusebiani, etiam pro tempore probantes Arij damnationem, uti fecerunt in sacrosancto Nicæno Concilio, ne pœnam exilij solverent, & tum iterum lævientes in catholicos Episcopos, ubi occasio ferret, uti de suâ per Eusebianos persecutione testatur D. Athanasius variis in locis, signanter verò & huius Narcissi mentionem faciens apologiâ 2. eum inter Socios Eusebij, qui improbius se gesserant, enumerat : huic consonat Sardicense Concilium in epistolâ Synodicâ proferens eos, qui ab Orthodoxis Episcopis ibidem coadunatis aufugerant, & Philippopolim declinarant : *quo in negotio, inquit, post Eusebium facile principes sunt Theodorus ab Heracliâ, Narcissus à Nerodiade Cilicia.* Quin & ab eodem Sardicensi Concilio damnatum fuisse, auctor est D. Athanasius, & post ipsum Sozomenus lib. 3. cap. 12. *Theodorum verò ex Thraciâ, Narcissum Irenopolis Episcopum. . . . Episcopali dignitate exuerunt.* Et hunc eundem esse, qui reperitur subscriptus Philippolitano conventiculo sub hoc nomine : *Narcissus Episcopus ab Anapoli*, indubitatum est ex dictis. Narcissus enim, qui à Concilio Sardicensi damnatus fuit ob fugam ad Philippopolitanum conventiculum, idem esse debet, qui Philippolitano conventiculo subscripsit, ut exinde pateat, pro Anapoli legendum esse Irenopoli. Et vel ex actis horum Conciliorum eruitur, hunc Narcissum tempore Sardicensis Concilij anno 347. habitum provecioris ætatis

Synodic.  
Sardicenf.

Sozomen.



*Eusebius Nicomediensis eiusque Acta.* 69

ætatis fuisse Episcopum, cum idem à tempore Ancyranæ & Neocæsariensis Conciliorum circa annum 314. Episcopus fuit Neroniadis, & ut talis eidem subscripsit. Ob ætatem autem hunc Episcopum à Iulio 1. Eusebio aliisque præpositum fuisse, existimat Valeſius observatione 1. in Socratem & Sozomenum.

IV.

EUSEBIUS EX NICOMEDIENSI CONSTANTINOPOLITANUS.

7. Quarto loco recenſetur à Iulio 1. Eusebius, quem famosum illum Nicomediensem Episcopum fuisse existimem, qui ad Iulium primum ex Antiochenâ civitate scripserat, & ad quem ad eò certum est rescripsisse Pontificem, ut historici passim notent, eum mortuum fuisse, antequam Iulij primi responsum obtinuerat. Notat Christianus Lupus parte 1. Dissertatione de Synodo Nicænâ cap. 1. hunc Eusebium regio sanguine Oriundum condiscipulum fuisse Arii sub Luciano Ecclesiæ Antiochenæ Presbytero, & hinc venisse, quod Arium ab Alexandro Patriarchâ Alexandrino Synodaliter damnatum, receperit, de quo ipse Alexander in epistolâ ad omnes ubique Episcopos conqueritur, quod Arium & aſſeclas Eusebius ad se admittat. Horum Apostatarum patrocinium suscipit, & litteras quaquaversus *ausus est scribere, commendans illos, ut imperitos homines ad pessimam Christianeque infensam hæresim traducat.* Ita apud Socratem libro 1. cap. 6. versionis Valeſianæ: erat hæc gravis in Eusebium censura Alexandri Patriarchæ Alexandrini, unde & Socrates eodem loco præmiserat: *porro opinioni Arii complures quidem alij favebant: sed præ cæteris eam tuebatur Eusebius, non ille quidem Cæsariensis, sed alter, qui cum ante Berytiorum fuisset Episcopus, tunc temporis ad Nicomedia, qua in Bithyniâ est, Pontificatum irrepserat.* Et ob hanc Arii sequelam, eiusque susceptum Patrocinium in sacrosancto Nicæno Concilio Eusebius Nicomediensis apud Patres tam malè audierat, ut non modo Arii impietatem scripto proditam, sed & Eusebij quandam epistolam ibidem discussam fuisse, testis sit magnus Mediolanensis Antistes Ambrosius libro 3. de fide, cap. 7. *Ariani nolunt verum Dei filium confiteri, sicut auctor ipsorum Eusebius Nicomediensis epistolâ suâ prodidit dicens: si verum, inquit, Dei filium, & increatum dicimus, & υἱοῦ θεοῦ cum patre incipimus confiteri.* Hac cum lecta esset epistola in Concilio

Alexander.  
Alex.

Socrates.

D. Ambros.



Concilio Nicano, hoc verbum in tractatu fidei posuerunt Patres, quod id viderunt adversariū esse formidini. Quo ex loco habemus, ipsius Eusebij Nicomedientis latentem animum in Nicæno Concilio fuisse patefactum, unde & alij legentes in Gelasio Cyziceno alijsque historicis, Arium & sequaces à Concilio Nicæno communione privatos, & à Constantino Imperatore statutum *tanquam Deo adversantes exilio mulcandos*: Eusebium Nicomedientem, & Theognium Nicænum vela vertisse, ac Synodi decretis subscripsisse putarunt, tuncque ab ipsis oblatum esse Synodo pœnitentiæ libellum, quem refert Socrates libro 1. cap. 10. versionis Christophorsoni, vel cap. 14. versionis Valesij: de hoc verò cum plura in controversiam trahantur alio loco illustranda, hic solum dicemus, libellum, si genuinus sit, non in ipso Concilio Nicæno oblatum fuisse, sed diu post Synodum, cum in exilio positi erant.

8. Enimverò Eusebium ipsi Concilio ad finem usque adfuisse, & metu exilij perterritum simulatè subscripsisse, testantur omnes antiqui: nec aliud voluit Constantinus magnus, quam Eusebium cum cæteris Arij fautoribus, *Synodi clementiâ ad agendam pœnitentiam servatos*: quo loquendi modo indicat Imperator, fuisse admissos in Concilio Nicæno: addit Arianos quosdam Alexandrinos, quos ad comitatum suum mitti jusserat, postmodum ab Eusebio & Theognio, non solum admissos sed in tuto collocatos, quin imo, inquit, *illorum depravatis moribus communicarunt: quamobrem erga istos ingratos aliquod supplicium censui statuendum: & propterea mandatum dedi, ut à suis abrepti sedibus, quam longissimè ablegarentur.* Eamdem hanc exilij rationem habet Synodica Alexandrina apud D. Athanasium apologiâ 2. ubi de Eusebio Nicomedienti: *qui igitur ipse, & Theognius potuerunt alios deponere, ipsi depositi & exauctorati, & vitio sua creationis famosi? bene si quidem cognitum habetis, Amphionem Nicomediæ, Chrestum verò Nicææ in eorum locum ob impietatem, & communionem, quam cum Arianis à Nicæno Concilio reprobati habuerant, Episcopos constitutos esse.* Tempus, quo Eusebius in exilium missus est, annotavit Philostorgius libro 1. excerptorum apud Photium, numero 8. ubi cum dixisset, *Secundum Ptolemaidis Episcopum cum Theone ob Arianam hæresim à tempore Nicæni Concilij in exilium missos,* subdit numero 9. de Secundo Ptolemaidis Episcopo: *secundum, cum in exilium proficisceretur, Eusebio dixisse: Eusebi subscripsisti, ne in exilium mitteris, ego verò Deo id mihi revelanti confido, te intra an-*

Constant M.  
epist. ad Ni-  
comed.

Synod. Alex.

Philostorg.



num in exilium abductum iri. Sanè Eusebius tribus mensibus post Synodum exactu relegatus est, quemadmodum Secundus prädixerat, cum ad pristinam impietatem palam reversus erat. Et hic est egregius ille locus, ex quo Henricus Valelius in notis ad l. 1. c. 14. Socratis, corrigendum putat opinionem Eminentissimi Cardinalis Baronij, qui putabat, Eusebium in Synodo Nicænâ depositum fuisse, quia noluit subscribere Arij damnationi, ideoque Amphionem in eius locum substitutum, & tum Eusebium à Constantino Imperatore fuisse relegatum: deinde corrigendum errorem ipsius Socratis, qui scribit libro 1. historiæ Ecclesiasticæ, cap. 14. de Eusebij ac Theognij libello, quasi editus fuisset ipso ferè Nicæni Concilij tempore, aut paulò postea. „ Verum nullum hic ordinem servat Socrates, inquit Valelius, revocatos enim esse dicit ab exilio Eusebium ac Theognium prius penè, quam in exilium missos esse dixerit. Rectius itaque Sozomenus, qui hæc in parte Socratis narrationem correxit. Nam libro 1. historiæ, cap. 21. refert, Eusebium ac Theognium paulò post Synodum missos esse in exilium ab Imperatore Constantino, & in eorum locum alios Episcopos successores esse. Deinde lib. 2. cap. 16. narrat, qualiter ab exilio revocati sint. Ex quo, ut obiter mentionem, colligitur, Sozomenum post Socratem historiam suam conscripisse, cum narrationem Socratis plerisque in locis emendet ac corrigat. Porro Eusebius ac Theognis, tribus post Synodum Nicænam elapsis mensibus missi sunt in exilium, ut testatur Philostorgius. Anno autem tertio post eandem Synodum ab exilio reversi sunt, ut scribit idem Philostorgius, id est anno Christi 328. „

Valelius.

9. Sic nimirum Eusebius Nicomediensis variam fortunam passus sedi suæ restitutus est, quo facto iterum incepit fovere Arium, qui sive in exilium missus fuerat, & jam revocatus erat, ut ex libello pœnitentiæ Eusebij tradit Socrates, sive solâ Alexandriâ exclusus totis viribus suum in patriam civitatem reditum meditabatur, ut ex variis antiquorum monumentis tradit ad annum 327. Cardinalis Baronius, scribit Socrates lib. 1. cap. 23. versionis Valelianæ, quod Eusebius ab exilio reversus Arium Alexandriam reducere omni studio contenderit. Scripsit igitur Eusebius Athanasio, ut Arium sociosque in Ecclesiam reciperet: & per litteras quidem obsecrabat, palam verò & publice minabatur. Idem testatur Athanasius apologiâ 2. quo nolente Arium suscipere, scribit Socrates, Eusebium in eum calumnias apud

Socrates.

Impera.



Imperatorem texuisse, usque dum in Tyrio Conciliabulo eundem deposuit, & relegari obtinuit à Constantino magno, conatus interrim Arium communioni cæterorum Episcoporum restituere. Hæc ex relatione Macarj Presbyteri, qui omnibus tunc interfuit, refert D. Athanasius epistolâ ad Serapionem, de quo jam egimus suprâ. Erat tunc temporis Byzantij, aut Constantinopolis Episcopus Alexander, & illo mortuo, inquit Theodoretus lib. 1. cap. 19. Eusebius relicta Nicomediâ Constantinopolitanam sedem invasit. Narrat Theodoretus, hoc factum esse ante Constantini obitum, sed gravi errore. Nam Constantinus circa finem vitæ Nicomedię Baptizatus est ab Eusebio adhuc Nicomediensi Episcopo, ut fatentur græci Historici, non igitur ab Eusebio Constantinopolitano tunc temporis Episcopo; adde Eusebium non in locum Alexandri, sed Pauli Episcopi Constantinopolitani suffectum, idque tempore Imperatoris Constantij. Sanè Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Catalogo Episcoporum Byzantij post Alexandrum refert: 25. *Paulus confessor annis 3. eiectus à Constantio.* 26. *Eusebius Arianus declaratus, qui prius fuerat Berythi, deinde Nicomediæ.* Et hoc magis consonum est historię Socratis enarrantis libro 2. cap. 3. tempore Constantij Imperatoris immediatè ante Concilium Antiochenum, Eusebium Byzantij Episcopum factum: *Imperator verò non multò post Constantinopolim ingressus, ob illam ordinationem gravissimâ exarsit irâ. Collectoque Arianorum Antistitum Concilio, Paulo quidem Episcopatum ademit: Eusebium verò ab urbe Nicomediâ translatum, Constantinopoleos Episcopum designavit.* His ita gestis Imperator Antiochiam profectus est. Eadem omninò habet Sozomenus lib. 3. cap. 4. & 5. ut manifestum sit, anno 340. Eusebium Constantinopolis factum esse Episcopum, ut annotat quoque Baronius in annalibus, & Philippus Labbeus in Chronicis.

10. Eusebius nondum ad Episcopatum Constantinopolitanum promotus de causâ Athanasij Iulium primum certiore fecerat, ut alibi vidimus exponentes ea, quæ ad legationem ab ipso transmissam spectare possunt: at occasione encæniorum Antiochiæ anno 241 celebrandorum, ab Imperatore Constantio Antiochenum obtinuisse Concilium, testantur omnes Historici: Sozomenus libro 3. cap. 5. inter Episcopos huius Synodi eum omnium primò recenlet, & Theophanes in Chronographiâ asserit de hâc Synodo: *cui Nicomediæ Antistes Eusebius præsidebat.* Et auctor libelli Synodici inter eos, quos huius Synodi præsides statuit: & præfuerunt, inquit, *Nicomediæ Episcopus Eusebius,*

Theophan.  
Auct. Libelli  
Synodici.

&c.



&c. Nempe tempora sua respiciebant auctores græci (quibus Constantinopolitanus Episcopus tamquam Regiæ civitatis Patriarcha primum sibi in Oriente locum vendicabat) unde & statuerunt huius Synodi prælidem fuisse Constantinopolitanæ civitatis Episcopum Eusebium. Quod Constantinopolitani Antistites ab hoc Eusebio factum & arrogantiam mutuarint, ut postea cervice erecto cum duobus Orientis Patriarchis de primo honoris titulo contenderint, facile mihi persuadeo: nam ea post Synodum Antiochenam jecit fundamenta, quæ totius Philippolitani conventiculi fuere perversionis argumenta. Hocce interim tempore Episcopus Constantinopolitanus suberat Ponticæ Diocesis Prælati, & Iulius primus in suâ ad Orientales responsoriâ eum non nisi quarto loco collocavit, nuncupando illum adhuc fratrem dilectissimum, quod speraret, exorta Ecclesiæ scandala brevi sopienda. Verum, inquit Socrates lib. 2. cap. 12. *Eusebio non licuit ea, quæ à Iulio in causâ Athanasij decreta erant, cognoscere. Etenim paulo post hanc Synodum decessit è vitâ.* Misit litteras suas Iulius primus circa Autumnum anni 342. & finitum fuit Concilium Antiochenum anno 341. ut & pateat, Eusebium obiisse anno 342.

Socrates.

V.

MARIS CHALCEDONENSIS.

11. Quinto loco refert Iulius Marim, quem constat fuisse Chalcedonensem Metropolitanum. Aduit Sacro-sancto Nicæno Concilio, & Gelasio Cyziceno teste, non subscripsit nisi metu exilij, quod & tunc stare à parte Eusebij, indeque cum Eusebio in exilium postea missum, tradit Philostorgius in excerptis apud Photium lib. 2. uti & post tres annos reversum fuisse: unde mirum esse non debet, quod una cum alijs adfuerit Tyrio Conciliabulo, à quo in Mareotem missus fuit contra D. Athanasium cum alijs factionis Eusebianæ Episcopis. Scribit namque S. Athanasius apologiâ 2. post exhibitum Meletij breviarium, se Eusebianos ut suspectos respuisse, sed illos tantò acrius Mareotem quosdam ex suis ablegasse: *Theognium scilicet, Marem &c.* En Marem Athanasius. Iulius 1. testatur eos fuisse, *Theognium, Marium, Theodorum, Vrsacium, Valentem, & Macedonium homines suspectos.* Quidquid tamen sit de simulatâ per eum circa illud tempus Arjhæresi, ut sæpius scribit Athanasius,



Socrates. Iulianus, unum est, quod in eo circà finem vitæ prædicant Socrates libro 3. cap. 12. Sozomenus libro 5. cap. 4. & Nicephorus Callistus, quod dum impius Apostata Iulianus Imperium obtinuisset, & Constantinopoli Idolatriam renovando fortunæ sacrificaret, *ferunt*, inquit Socrates, quod jam præ senio oculis orbatus manu ad Imperatorem Iulianum dedu&us fuerit: *illum graviter objurgavit, impium & apostatam vocans, & religionis expertem.* Addit plura, ac Iulianum blasphemias voces in Deum emittentem, & Marim cæcū vocitantem

Maris Chalc. his verbis refutasse: *gratias, ago Deo, qui me luminibus orbavit, ne viderem vultum tuum, qui in tantam prolapsus es impietatem.* Quod sanè responsum non dico Eusebiano, sed vel maximè Catholico dignum fuit Episcopo.

## VI.

## MACEDONIUS MOPSVESTIÆ.

12. Sextus, cuius meminit Iulius Papa, fuit Macedonius Mopsvestiensis nimirum Episcopus. Erat unus ex iis, qui Nicæno Concilio adfuerunt, ut patet ex eius catalogo sub Provinciâ Ciliciæ. Postmodum tamen cum Eusebio egisse contrà Athanasium in hoc Antiocheno Concilio, patet ex Iulio primo, qui schismaticas Eusebianorum litteras à Macedonio quoque subscriptas innuit, cum ad eum inter alios rescribit: fuit & unus ex illis, qui triennio post hanc Synodum cum prolixiori fidei formulâ transmissus est ad occidentales, ac idem plane est, qui tanti fiebat à Philippolitano Conventiculo, ut in Synodicâ ad Donatum Carthaginensem Episcopum prædiceretur, quod

Synod. Phil. *Paulini Maleficiorum libros Macedonius Episcopus atque Confessor à Mopso combussit.* Confessor, inquiunt, gloriantes in suæ factionis Episcopo, quod persecutionum tempore pro fide complurima passus fuisset; subscripsit Conciliabulo Philippolitano: *Macedonius Episcopus ab Amarquetius*, sed notat Labbeus in margine, legendum esse à *Mopsvestiâ*, ut dolendum sit, post fidei defensionem tam miserè ad fautores Arianorum deflexisse, ut & ipso Tyrij Concilij tempore suspectus esset, & ab ipso Athanasio ut Arianus rejiceretur. Hunc adfuisse Antiocheno Concilio, ultra Iulium primum testantur subscriptiones prisicæ canonum collectionis & Codicis antiquissimi Corbeien&is: deinde Codices M. SS. Dionysij exigui, & Codex M. S. Oxoniensis cum collectione Hidori Mercatoris, & editione vulgatâ.



V I I.

THEODORUS HERACLEOTES.

13. Septimus & ultimus, quem nominatim refert Iulius primus, est Theodorus, quem fuisse existimem Heracleotem illum, qui totius Thraciæ exarchatum obtinebat, & quem huic Synodo adfuisse testis est Sozomenus. Scribit de illo S. Sulpitius Severus libro 2. Historiæ, cap. 54. quod unus ex Arianorum principibus fuerit, ab Heracleâ Theodorus. Et revera inter socios Eusebii, eosque qui improbius se in maleficiis gesserant, Patres Sardicenses deposuerunt Theodorum Heracleiensem, inquit D. Athanasius apologiâ 2. Erat vir magni nominis, & ex celebrioribus sui sæculi, de quo Nicephorus Callistus libro 9. Historiæ, cap. 5. Theodorus Heracleotes seu Perinthus vir præclarus, qui Evangeliorum expositiones edidit. Mutuavit autem Nicephorus hoc Theodori elogium ex catalogo D. Hieronymi, ubi S. Doctor testatur: Theodorus Heraclia Thraciarum Episcopus elegantis apertique sermonis & magis historica intelligentia: edidit sub Constantio Principe commentarios in Mattheum & in Ioannem, & in Apostolum, & in psalterium. Operum istorum sæpius quoque meministi D. Hieronymus in epistolis ad Augustinum, & dum quæstio exurgebat, de reprehensione Petri per Paulum factâ, inter cæteros hunc Theodorum Heracleotem in sui favorem afferebat Hieronymus pro simulatoriâ Pauli reprehensione, & urget contra Augustinum epistolâ XI. inter Augustinianas: si igitur me reprehendis errantem, patere me, quæso, errare cum talibus. Et ipse Augustinus epistolâ 19. omnes authoritates à D. Hieronymo allatas perpendens, licet ex septem Patribus quatuor convincat nullius authoritatis, subdit tamen: tres igitur restant: Eusebius Emesenus, Theodorus Heracleotes, & quem paulo post commemoras, Ioannes. Neque aliud opponere habuit quam authoritatem latinorum Patrum, Ambrosij & Cypriani, ut ipso Augustino faterentur, scripta Theodori Heracleotis fuerint sæculo 4. in authoritatem admissa.

Sulpit. Sever.  
Athanasius.

Nicephorus.  
Callistus.

D. Hieron.

D. Augustin.

V I I I.

MARCUS AB ARETHUSIA.

14. Quod Marcus quidam Episcopus adfuerit Antiocheno Concilio



- Athanasius. *cilio, habes ex D. Athanasio lib. de Synodis, ubi testatur, amandatos in Gallias Narcissum, Marim, Theodorum, Marcum, qui quasi à Synodo emissi erant. Loquitur de quartâ fidei formulâ, quam Eusebiani per laudatos Episcopos ex Synodo Antiochenâ miserunt in Occidentem: & si quæras, quisnam ille Marcus sit à D. Athanasio memoratus, Socrates, Socrates libro 2. cap. 18. huius legationis mentionem fecit: missi sunt igitur Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Maris Chalcedonensis, & Marcus Syrus. Erat igitur Marcus in Syriâ Civitatis cuiusdam Episcopus, quem dum factionis Eusebianæ fuisse indicat Athanasius, & in Philippolitani Conciliabuli subscriptionibus reperitur Marcus Episcopus ab Aretius, seu ut ex alio Codice refert Labbeus, ab Aretusiâ, eumdem illum Marcum Syrum fuisse existimarem, Aretusiâ enim est una ex Syriæ Civitatibus Episcopatu insignita.*

## I X.

## ACACIUS CÆSAREENSIS.

- Nicephor. *Adfuit teste Sozomeno Acacius Cæsarensis in Palestinâ Metropo-*  
 Callistus. *lita, de quo Nicephorus lib. 9. cap. 5. erat Eusebii Pamphili Throni juxta ac eruditionis successor. Erat Eusebius Pamphilus insignis eruditionis Episcopus, ut patet ex eius scriptis posteritati consecratis, & illo mortuo scribit Sozomenus lib. 3. c. 2. Episcopatum Casarea in Palestinâ suscepit Acacius, qui utpote studiosus imitator Eusebii, & in sacris litteris ab eodem institutus, & copiosus in sententiis & in dicendo elegans fuit; adeo ut plurimos libros haudquaquam contemnendos reliquerit. Quinam illi libri fuerint non scribit Sozomenus, scripsit tamen D. Hieronymus in catalogo aut libro de viris illustribus, cuius hæc sunt verba: Acacius, quem quia luscus erat μονόφθαλμον nuncupabant, Casariensis Ecclesia in Palestina Episcopus, elaboravit in Ecclesiasten decem & septem volumina, & συμμικτών ζητημάτων sex, & multos præterea diversosque tractatus. In tantum autem sub Constantio Imperatore claruit, ut in Liberii locum Romæ Felicem Arianum Episcopum constitueret. Notanda sunt hæc ultima D. Hieronymi verba: enimverò licet magnæ eruditionis esset hic Acacius, & anno 340. in locum Eusebii Pamphili substitutus, constat tamen ad partes Eusebii paulatim accessisse, & forsan id primum factum est tempore huius Concilii ad finem anni 341. unde & Sulpitius Severus libro 2. cap. 54. nominat eum*



eum inter præcipuos Arianorum fautores, & D. Athanasius oratione 1. contra Arianos dicit, eum ad omnem impietatem audacissimum, ac postea à Synodo Sardicensi depositum: *sed ille*, subdit Theodoretus libro 2. cap. 27. *contemptâ tantâ Episcoporum multitudine, sententia contra se lata restitit.* Nec mirum id videri debet, cum certum sit, eum factiosis Philippolitani Conventiculi Episcopis adhæsisse, cui subscriptus legitur: *Acacius Episcopus à Casarea.*

Theodoret.  
Verf. Christ.  
Verf. Valer.  
lib. 2. c. 26.

X.

PATROPHILUS SCYTHOPOLIS.

15. Addit Sozomenus Patrophilum Scythopolis Episcopum: erat autem Scythopolis secunda Palestinæ Metropolis, ut refert Ioannes à Mosco in prato spirituali capite 50. & eiusdem civitatis Episcopus Patrophilus reperitur sub Provinciæ Palestinæ Episcopis in catalogo Nicæni Concilij, cui consequenter interfuit: attamen defecisse ad partes Eusebij, patet non modò ex Episcopis Ægyptiacis, qui Eusebij aliorumque, & inter cæteros *Patrophili conspirationem* in Tyrio Conciliabulo indubiam esse exclamarunt, sed & ex D. Athanasio oratione primâ contra Arianos connumerante Patrophilum inter eos, qui ad omnem impietatem erant audacissimi, & à magno Sardicensi Concilio rejecti.

XI.

EUDOXIUS GERMANICIÆ.

16. Refert quoque Sozomenus Eudoxium Germaniciæ, quem *Arianica factionis* fuisse, scribit D. Athanasius in epistolâ de Synodis. Reperitur etiam subscripsisse Philippolitano Conventiculo *Eudoxius Episcopus à Germaniâ*, sed corruptè, cum legendum sit, *Eudoxius Episcopus à Germaniciâ.* Hunc & antea tribus post Antiochenum Concilium annis missum fuisse ab Eusebianis cum fidei formulâ in Occidentem, testis est Socrates lib. 2. cap. 15. nec mirum id munus ipsi ab Eusebianis impositum, cum Nicephorus Callistus lib. 9. cap. 14. scribat, fuisse virum spectatæ doctrinæ, unumque ex ijs, *qui doctrina sua factus haud penitendos Ecclesiis relinquere.*

Athanasius.  
Synod. Phil.

Nicephor.  
Callistus.



## XII.

## GREGORIUS ALEXANDRINUS.

- Sozomenus. 17. Est quoque apud Sozomenum *Gregorius ad Episcopatum Ecclesiæ Alexandrinæ delectus*. Et rectè scribit delectum, nam tunc Alexandrinæ Ecclesiæ Antistes erat magnus Athanasius, in cuius locum impie delectus fuit hic Gregorius: unde Orientalibus Antiochiæ congregatis scribit Iulius primus, nullo canone licitum *immittere Γρηγόριον Gregorium peregrinum & externum hominem, neque Alexandria baptizatum, neque plebi cognitum*. Eum fuisse Eusebianæ factionis hominem, testatur auctor vitæ Pauli Constantinopolitani apud Photium in Bibliothecâ: *Gregorium eiusdem sectæ sufficiunt*. Et Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Chronologiâ per Anastasium Bibliothecarium latinitate donatâ: *suffecerunt Ariani sua quemdam factionis hominem*. Demum post alios historicos Græcos Theophanes in chronographiâ: *Gregorium quemdam Arianum cum validâ militum manu & Syriano duce Athanasium Alexandrinâ sede depulsurum vel certè interfectorum, mittunt*. Sæpius id deplorat ipse Athanasius, sed cum infra de hoc Gregorio, quem recentiores Georgium vocant, agendum sit, hic supersedebimus contenti addere illud Socratis lib. 2. cap. 10. vers. Valef. fidei formulis *Gregorius licet Alexandriam nondum ingressus esset, tamen ut Episcopus Alexandria subscripsit*. Quod intelligo per actorum ratihabitionem, initio enim nondum Alexandrinus Episcopus creatus erat, sed in fine dumtaxat favore Eusebianorum, ut suo loco latius.
- Iulius r.
- Auctor Vitæ Pauli.  
Nicephor. Constantin.  
Theophan.
- Socrates.

## XIII.

## GEORGIUS LAODICENUS.

18. Ex Laodiceâ Metropoli, adfuisse Theodorum, testari conatur auctor catalogi in vulgatâ huius Concilij editione exhibiti, sed ut rectè Godefridus Hermantius in notis ad Athanasium, error est manifestus. Adfuit Theodorus Laodicenus Concilio Nicæno, eique subscriptus legitur, obiitque ante Conciliabulum Tyrium, cui Georgius Theodori successor interfuit: hinc vel Theodorus in catalogis subscrip-



Subscriptionum relatus male dicitur Laodicensus in editione vulgatâ, vel loco Theodori legendum est, *Georgius*, quem reverâ huic Synodo interfuisse, testis est Sozomenus. Habet de eo in libro de Georgiis & eorum scriptis Leo Allatius: *interfuit cum reliquis Arianis Antiocheno Concilio*. Arianis eum accenset Leo Allatius, quod id ipsum apologiâ 2. censisset magnus Athanasius, eum vocans *Georgium ex Laodicea*. Hunc verò esse ipsissimum, qui à Synodo Sardicensi damnatus fuit, ipsa Sardicensis Synodica testatur, cum inter præcipuos Eusebianorum extet, *Georgius à Laodicea*. Et addatur: *Georgium, qui per metum huc ab Oriente venire non est ausus, quia tamen tum à sancta memoria Alexandro depositus ipse est, tum & ipse & ceteri illi sectatores sunt Arianica rabiei, atque ob reatum criminationem sacrosancta Synodus communi calculo exauctoratos omninò ab officio Episcopatus submovit*. Consonat Theodoretus hæreticarum fabularum lib. 1. in Manete. *Scriptit etiam Georgius Laodicensus, vir, qui ante alios Arianam hæresim defendebat, in Philosophicis autem disciplinis eruditus*. Sic de Georgio Theodoretus, qui eum tamen claris scriptoribus accenset, nec mirum, *pro veritate enim, inquit Leo Allatius, contra Manicheorum impia Dogmata editis voluminibus certavit*. Et S. Epiphanius libro 2. hæresi 66. de Manicheis num. 21. à magnis viris admirabiles ad illius refutandos errores lucubrationes sunt edita. *Velut ab Archelao Episcopo, ut antea dictum est: Origene, ut accepimus, Eusebio Casarensi, & altero Emeseno, Serapione Tmuensi, Athanasio Alexandrino, Georgio Laodicensi, &c.* Audis Georgium Laodicensem inter viros magnos à S. Epiphanio fuisse habitum, eumque à S. Cyrillo Hierosolymitano Episcopo fuisse in communionem receptum, habes apud Sozomenum libro 4. c. 24. quamvis idem scriptor Græcus testetur, hanc ob rem Cyrillum Hierosolymitanum ab Eusthatio & Elpidio Episcopatu privatum fuisse.

Leo Allatius.

Athanasius.

Synod. Sar.

Theodoret.

Leo Allatus.

Epiphanius.  
edit. Petavij.

X I V.

EUSEBIUS EMESEUS.

19. Ultimus, cuius meminit Sozomenus, est Eusebius hâc in Synodo creatus Emesæ Episcopus: *Eusebius quoque cognomento Emesenus, inquit Sozomenus libro 3. cap. 6. huic Synodo interfuit. Qui nobili genere natus apud Edessam urbem Osdroëna à puero juxta Patriam consuetudinem sacras scripturas didicit*: Addit plura de magistris, quibus

Sozomenus.  
Verf. Vales.



bus usus fuit, & qualiter Antiochiam accesserit, atque illic cum Flacillo Euphronij successore versatus sit. Porro, inquit, cum hanc Synodum Antiochia fieri contigisset, Eusebius Constantinopolitanus Episcopus ad capeffendam Alexandrina Ecclesia administrationem eum adhortatus est. Existimabat enim, illum utpote eximiâ sanctitate & summâ eloquentiâ praditum, Egyptiorum animos facile revocaturum à benevolentia, quâ Athanasium complectebantur. Sed cum ordinationem hanc recusasset, secum ipse reputans futurum baud dubiè, ut in paratum apud Alexandrinos odium incurreret, quippe qui nullum pati possent in locum Athanasij substitutum: Gregorius quidem Alexandrina præsicitur Ecclesia, ipse verò Emisena. Illic seditione populi appetitus; accusabatur enim quod eam Astronomia partem exoleret qua Apotelesmaticè vocatur, fugâ elapsus, Laodiceam ad Georgium illius urbis Episcopum, familiarem suum se contulit. Addit, Georgij Flacilli aliorumque ope sedi suæ fuisse restitutum, & Constantio Imperatori fuisse charissimum, multaque per illum à Deo facta esse miracula, quemadmodum testatur Georgius Laodicensis, ex quo hæc omnia à Sozomeno desumpta sunt. Scio quidem à Baronio in Annalibus & in notis ad Martyrologium, Miracula per ipsum facta negari, & à D. Hieronymo in chronico eum vocari, *Ariana factionis signiferum*. Verum quidquid sit, & Hieronymus scripsit hoc chronicon valde juvenis, & cum esset provectioris ætatis, Eusebium unum ex præcipuis sui sæculi viris existimavit, ut patet ex iis, quæ decrepitæ ætatis disputavit cum D. Augustino super quæstione de simulata Pauli reprehensione: inter illos enim quos adducit Patres, reperitur Eusebius Emesenus, cuius authoritatem non contemnere audebat Augustinus, ut videre licet suprâ sub Theodoro Heracleote. His adde eundem Hieronymum libro de scriptoribus Ecclesiasticis:

D. Hieron.

Eusebius Emesenus Episcopus elegantis & Rhetorici ingenij, innumera- biles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisque hi- storiam secutus, ab his qui declamare volunt, studiosissimè legitur, è quibus vel præcipui sunt adversum judæos, & gentes, & Novatianos, & ad Galatas libri decem, & in Evangelia homilia breves, sed pluri- ma. Floruit temporibus Constantij Imperatoris, sub quo & mortuus An- tiochia sepultus est.



X V.

THEOPHRONIUS TYANENSIS.

20. Absolutis Iulij 1. & Sozomeni de Episcopis huius Synodi locis, restant alia antiquitatis monumenta, unde potissimum constabit de Orthodoxis Episcopis: ac primò quidem hunc Theophronium Tyanensem in Cappadociâ Episcopum adfuisse, habemus ex sanctissimo istorum temporum præfule D. Athanasio Patriarcha Alexandrino, qui libro de Synodis Ariminensi & Seleucienſi scribit de Antiochenâ: *Theophronius porro Episcopus Tyanensis istiusmodi fidem à se Athanasius. compositam in præsentia omnium promulgavit, cui omnes, hominis religione approbatâ, subscripserunt.* Quibus verbis indicat Athanasius, fuisse Episcopum hac in Synodo conspicuum, & tantę religionis virum, ut tam Orthodoxi, quam Eusebiani veram fidem simulantes eius formulę subscripserint, de quâ infrâ latius. Erat Tyanea Cappadocię secundę Metropolis plures sub sese habens Episcopatus, signanter verò Sasimorum, cui Ecclesię Gregorium, Nazianzenum postea dictum, præfecit sanctus Basilius Cæsareensis Antistes, & totius Ponti Exarchus. Extat Tyanensis Synodus Orthodoxa anno 365. tempore Liberij Papę coacta, cui complures Orthodoxos adfuisse cum Gregorio Nazianzi Episcopo, testis est Sozomenus libro 6. cap. 12. At quisnam tunc fuerit Tyanensis Episcopus, non extat memorię proditum. Forſan quod fuerit hic Theophronius, quem jam dudum ante Synodi Antiochenę tempora ad Episcopatum illum constat fuisse promotum, & longè alium esse ab illo, qui à Socrate lib. 5. cap. 24. Sozomeno lib. 6. cap. 26. & Niceta lib. 5. thesauri exhibetur tamquam hæreticus, utpote qui Ennomij discipuluseffectus sub Theodosio Imperatore diu postea floruit, nec ullibi Episcopus fuisse traditur.

XVI.

MARCELLUS ANCYRANUS.

21. Mirum cuiquam videri posset, quod Marcellum Ancyrę Episcopum huic Concilio adfuisse arbitremur, cum ex Iulio primo alijsque constet, ipsum Romę cum Athanasio versatum fuisse, quo  
L  
tempore



tempore Antiochena Synodus in Oriente celebrata extitit. Verùm quomodo & Romæ fuerit anno 341. & initio tamen huius Concilij adfuerit, suo loco dicemus ex D. Hilario Pictaviensi Episcopo libro de Synodis. Fuit Ancyra Metropolis Galatię, ad quam Provinciam litteras misit Gentium doctor Paulus, quibus innuit, se ibi instituisse Ecclesias, ac prædicasse Evangelium, uti quoque attestatur individuus Pauli comes S. Evangelista Lucas in actis Apost. c. 16. & hinc venit, quod scribit de Marcelli Ecclesiâ Iulius 1. *Episcopi enim erant, & non vulgares Ecclesia, quæ ista patiebantur, sed quas ipsi Apostoli suamet operâ ad fidem instruxerunt.* Extat in catalogo subscriptionum Nicæni Concilij sub Provinciâ Galatię *Pancharius Ancyranus*, sed erroneè, ut notat Labbeus in margine ex alio & correctiori Codice substituens Marcellum. Enimverò Marcellus Ancyranus Episcopus adfuit Nicæno Concilio, ut ipsemet testatur in suo ad Iulium fidei libello apud Epiphanium hæresi 72. quo ex libello scribit idem Iulius ad Orientales Antiochæni Concilij: *neque jam tantummodo, sed etiam olim huius sententiâ se fuisse confirmabat, uti & nostri Presbyteri, qui tunc in Nicæno Concilio aderant, de ipsius rectâ fide contestabantur. Nam & eum tunc quoque in sententiis dicendis dimicasse cum Ariana hæresi, testes fuere.* Ita Iulius laudans Marcelli fidem, qui tanto odio infectatus est Arianos, ut ipsorum Eusebianorum communionem evitaret, adhærens semper magno Athanasio, qui plura de illo memoriæ tradidit in suis ad varios opusculis, quæ cum infra attingenda sunt, ab ulteriori eorum relatione hic superfedebimus.

Iulius 1.

Iulius 1.

## XVII.

## ANATOLIUS EMESENUM.

22. Extat in catalogo Nicæni Concilij sub Provinciâ Phœnicie *Antonius Emisenus*, sed rectius alius Codex, *Anatolius*, ut notat Philippus Labbeus. Illum autem adfuisse huic Antiocheno Concilio, colligitur in primis ex Priscæ canonum collectione ante 12. sæcula in Occidente editâ, ubi subscriptus legitur *Anatholius*, & ex M. SS. Codicibus Corbeiensi, Thuano, Oxoniensi, Colbertino, & collectionibus Dionisij Exigui, ac Isidori Mercatoris, ubi eodem planè modo subscriptus extat: *Anatolius*. Demum ex vulgatâ huius Concilij Antiochæni editione, quæ sub Provinciâ Phœnicie primo loco ponit



Anatolium Emesenum. Mirum id cuiquam videri posset, cum jam antea ex Socrate, Sozomeno, & aliis posuimus, huic Concilio adfuisse Eusebium Emesenum, quomodo enim duos eiusdem civitatis Episcopos uni Concilio subscripsisse continget? verum latius hanc difficultatem enodabimus infra ostensuri, hunc Anatolium esse debuisse unum ex Catholicæ fidei acerrimis defensoribus, & Eusebianæ factionis hostem ac adversarium, ideoque ab Eusebianis post veram Antiochenam Synodum fuisse depositum, substituto in eius locum Eusebio, qui tempore huius Synodi Emesenum Episcopatum ab Eusebio Nicomedienfi obtinuit.

XVIII.

S. PAULUS NEOCESARIENSIS.

23. Priscæ collectionis catalogus, tomo I. Bibliothecæ juris canonici editus, habet inter viginti & unum Episcopos ordine nonum quemdam Paulum, qui & reperitur in Codice Corbeienfi, & in alio catalogo in tomis Conciliorum edito, ac dicitur fuisse Paulus Neocesariensis Provinciæ Syriæ cœles. Fuit hic insignis Episcopus, qui ante tempora Concilij Nicæni sub Tyrannide Licinij Confessor extitit, & de eo habet Nicephorus Callistus libro 8. Historiæ, cap. 14. qui *ambarum manuum usu Licinij improbitate ignito ferro venis atque nervis, quibus vis movendi inest, perustus, orbatu fuerat.* Unde & patet fuisse unum ex sanctis illis Confessoribus, qui truncatis pro Christianâ fide membris ad sacrum Nicænum Concilium dicitur convenisse, cui & subscriptus legitur sub Provinciâ Syriæ cœles, Paulus Neocesariensis. Gregorius Presbyter Cæsareensis in editâ per Franciscum Combesium oratione de Patribus Nicænis: quippe erant quidam ex ipsis, inquit, qui Apostolicis gratiis ornati essent, alij qui Christi stigmata in corporibus suis circumferrent, ex quibus pauca representabo, quo & lectoribus maiorem de sanctis faciam fidem, conferamque aliquid ad animorum salutem. Sanctus itaque Iacobus Nisibenorum Praesul multos quidem à morbis liberavit, restantur etiam mortuos suscitasse. Neocæsareæ item Euphratesis Episcopus sanctus Paulus genitalia membra igni amisit, Licinij insania factus ludibrium. Audis inter Sanctissimos Nicæne Synodi Confessores Episcopos ab hoc Gregorio, qui ante mille annos scripsisse fertur, duos recenseri, Paulum Neocesariensem, de quo jam agimus, & Iacobum Nisibenum, de quo jam agemus.

Nicephorus  
Callistus.

Gregorius  
Cæsariensis.



## S. IACOBUS NISIBENSIS.

24. In catalogo editionis vulgatæ reperitur inter triginta variarum Provinciarum Episcopos, sub Provinciâ Mesopotamiæ *Iacobus Nisibensis*. De quo Binnius in notis ad Nicænum Concilium, vir planè Apostolicus, scripto & doctrina celebris, & mortuorum suscitator, fidei sub Maximino insignis Confessor. Interfuit hic Episcopus Concilio Nicæno, cui & sub Mesopotamiæ Provinciâ subscripsisse legitur. Tantæ fuit virtutis, ut Constantinus magnus Constantio filio in mandatis dederit, ut hunc Episcopum non viventem modo, sed cadaver etiam post mortem honore prosequeretur. Atque illum supervixisse usque ad Concilij Antiocheni tempora, patet ex iis, quæ Theodoretus lib. 2. cap. 30. narrat de eius miraculis, quorum virtute Nisibis urbs contrâ Saporem Persarum regem tutata fuit diu post Antiochenum Concilium, ut & illi adesse potuerit, & revera adfuerit, prout testantur præfatio antiquissimi Codicis Corbeiensis, catalogus subscriptionum apud Dionysium Exiguum in Codicibus M. SS. Sangermanensi & Colbertino, præfatio demum M. SS. Codicum Bibliothecæ Thuanæ & Oxoniensis, in quibus inter Patres Antiochenos reperitur Iacobus, de quo in scholio ad Gennadium de viris illustribus Aubertus Mireus: *interfuit non solum Nicæno sed & Antiocheno Concilio, ut habetur in actis S. Alexandri Constantinopolitani Episcopi*. Et ex his patet errare illos, qui putant cum Severino Binnio, hunc Iacobum Nisibensem non adfuisse Antiocheno Concilio, & nomen eius ab Arianis catalogo insertum ad Conciliandam per huius viri nomen Synodo Antiochenæ auctoritatem, quasi solius huius sancti nomen expressum erat, & non etiam S. Pauli Neocæsarensis Episcopi. Adfuit revera hic Iacobus Nisibensis, quem principem totius cætus indigitat Theodoretus in Sanctorum Patrum historiâ, & de quo Gennadius Massiliensis libro de viris illustribus: *Iacobus cognomento sapiens, Nisibena nobilis Persarum modo civitatis Episcopus, unus ex numero sub Maximino persecutore confessorum fuit*. Addit, eum in Nicæno Concilio pugnasse contra Arium, qui & eius oratione, ut Romanum habet Martyrologium, *condignam suæ iniquitatis mercedem effusus visceribus Constantinopoli recepit*. Iacobum hunc non confessorem

Mireus.

Gennadius.

Martyrolog.



rem solum & virum sanctitate conspicuum, sed & scriptorem editis viginti sex libris illustrem tradit Gennadius, ut Antiochena Synodus hoc viro decorata extiterit.

## X X.

## EUSEBIUS GADARENSIS.

25. Prisca canonum collectio latina in catalogo subscriptionum huius Antiocheni Concilij cum plerisque M. S S. codicibus ponit omnium primo Eusebium: *Eusebius presens omnibus subscripsit*. Hunc verò Eusebium fuisse ex Provincia Palestinæ, fidem faciunt collectiones canonum M. S S. Dionysij Exigui in Bibliothecis Sangermanensi & Colbertina servatæ, quibus accedit collectionis canonum epitome ab Hadriano Papâ ante nongentos annos Romæ Carolo Magno oblata. Ne verò quisquam existimaret cum Baronio, hunc Eusebium Palestinensem esse Eusebium Cæsarenses, notandum ex historiis, illum ante Concilium Antiochenum fuisse mortuum, & tempore huius Synodi Acacium fuisse Cæsarenses in Palestinâ Metropolitanam, uti vidimus suprâ sub Acacio. Rectè ergo in catalogo Episcoporum huius Concilij editionis vulgatæ vocatur hic Eusebius Episcopus Gadarensis Provinciæ Palestinæ, quem licet sacrosancto Nicæno Concilio interfuisse non constet, in cuius catalogo sub Provinciâ Palestinæ reperitur *Caianus Gadarensis*, attamen Eusebianæ factionis fuisse, non memini me ullibi legisse, nec subscripsit Philippolitano conventiculo, sed potius Orthodoxo Sardicensi Concilio, ut patet ex epistolâ ipsius Synodicâ ad omnes Orthodoxos Episcopos, quam refert D. Athanasius apologiâ 2. ibi enim sub Provinciâ Palestinæ inter plures Episcopos unus reperitur *Eusebius*, haud dubiè hic noster Gadarensis, quem Provinciæ Palestinæ fuisse, constat ex dictis. Et hunc ex præcipuis Orthodoxorum Episcoporum fuisse existimem, unde & ab auctore Priscæ canonum collectionis primo loco positus fuit, ut & ab auctore notitiæ Synodorum ante Isidori, Deusdedit, & Anselmi collectiones positæ, ac à Gratiano dist. 16. allatæ.



## X X I.

## THEODOTUS PROVINCIÆ MESOPOTAMIÆ.

Secundo loco adfertur in catalogo Priscæ collectionis Theodorus  
 Priscæ collect hisce verbis : *Theodorus omnibus constitutus in sancta Synodo præfens*  
*subscripti* : neque hunc esse eundem cum Theodoro Heracleenti à So-  
 zomeno exhibito , aut Theodoro Vasadensi à catalogo in tomis Con-  
 ciliarum edito , patet ex epitome canonum Hadriani Papæ primi,  
 qui secundo quoque loco habet : *Theodotus Mesopotamiensis*. Theo-  
 dorus enim Heracleotes erat Provinciæ Europæ in Thraciâ , & Theo-  
 dorus Vasadensis erat Provinciæ Isauriæ , hic autem Provinciæ Me-  
 sopotamiensis longè ab aliis distat , unde & Theodotus ab Hadria-  
 no 1. nuncupatur , qui hoc habuit à Dionysio Exiguo , cuius collectio  
 servata in duobus Codicibus M. SS. ( quorum unus spectat ad Bi-  
 bliothecam Sangermanensem , alter ad Colbertinam ) legit non Theo-  
 dorum , sed Theodotum Mesopotamiensem : quisnam vero ille Episco-  
 pus fuerit , & cuius civitatis , reperire nondum potui : cum tamen  
 inter Eusebianos non memoretur , eum tamdiu Catholicis adnume-  
 randum existimo , donec aliud probetur.

## X X I I.

## THEODORUS VASADENSIS.

Hic est tertius & ultimus , quem ex 30. Episcopis huius Synodi  
 nominatim citavit Hadrianus primus in epitome canonum , & ante  
 eum Dionysius Exiguus in subscriptionibus huius Synodi , qui eum  
 Catal. Nic. vocant *Theodorum Isauriensem* , quod Provinciæ Isauriæ fuerit , uti  
 attestatur catalogus in tomis Conciliarum editus , ubi sub Provinciâ  
 Isauriæ secundo loco profertur : *Theodorus Vasadensis*. Hunc Ortho-  
 Nicetas. doxum fuisse Episcopum , minimè dubium est , cum inter Illustres  
 Nicæni Concilij Episcopos reperiat *Theodorus Vasagadensis* , vel ut  
 alij , *Vialbitanus* Provinciæ Isauriæ Episcopus , & aliunde non infimu-  
 letur , Eusebiana factioni operam dedisse.



TARCONDIMANTUS ÆGERATES.

26. Prisca canonum collectio habet inter Episcopos huius Concilij ordine tertium : *Tharcudamantes*. Codex M. S. Corbeiensis habet *Tareadmandum*, sed corruptè, legendumque cum Dionysio Exiguo in M. SS. Codicibus : *Tercudimantes*, vel cum Codice M. S. Oxoniensi, *Tharcodimantus*, quem vulgata editio ponit sub Provinciâ Cilicię, *Tarcodimantus Egerates*. Philostorgius apud Nicetam libro 5. Orthodoxę fidei cap. 7. inter eos, qui pro Ario steterunt in Nicæno Concilio, enumerat ex Ciliciâ : *Tarcodimatum Egon*, ut & hunc Eusebianę partis Episcopum existimem, qui tamen S. Nicæno Concilio subscripsit, utpote in cuius catalogo subscriptionum sub Provinciâ Cilicię habetur : *Tarcondimantus Egetanus*, vel ex alio Codice : *Egirates*. Dion. Exig.

XXIV.

MAURICIUS EPIPHANIENSIS.

Ponit antiqua canonum collectio ordine quartum *Mauricium*, quem etiam referunt codex M. S. Corbeiensis in subscriptionibus, & Isidorus Mercator in suâ canonum compilatione : illum fuisse Epiphaniensem Episcopum, testatur catalogus in tomis Conciliorum editus ante hanc Synodum, ubi sub Provinciâ Syrię Cœles legitur : *Mauricius Epiphania*. Interfuit & hic Episcopus Nicæno Concilio, cui & subscriptus habetur.

XXV.

ÆTHERIUS EDESSENUM.

Cum prisicę collectionis catalogus quinto loco exhibuisset Macedonium utique Mopsvestenum, de quo supra, addit ordine sextum Ætheriũ relatum quoque in codicibus M. SS. Corbeiensis, Colbertinis, Codex M. S. & Oxoniensi. Eum fuisse Provincię Mesopotamię, testatur auctor catalogi editionis vulgatę, qui sub ea ponit Ætherium Edessenum : legitur in catalogo Nicæni Concilij sub Provinciâ Mesopotamię *Ethilaus Edessenus*, nec putem eundem esse cum hoc Ætherio, sed ex prædecessoribus alium. XXVI. Al.



## XXVI.

## ALPHION APAMEENSIS.

Ordine septimus in priscae collectionis catalogo extat Alphion, qui in codice M. S. collectionis Dionysianae vocatur *Alphius Siriciensis*, & in catalogo editionis vulgatae sub Provincia Syriae Coeles, referatur hoc modo: *Alphius Apamea*. Et ante Nicenum in Concilio Neocaesariensi, ubi inter alios Orthodoxos Episcopos habetur: *Alphius Apamea Coeles Syriae*.

## XXVII.

## BASSUS ZEUGMATIS.

Catal. Nic.

Sequitur in catalogo priscae collectionis Bassus, quem & omnes codices manuscripti referunt sine Provincia, aut civitate. Eum catalogus vulgatae editionis ponit sub Provincia Syriae Coeles, & nominat *Bassum Zeugmatis*. Idem subscripsit S. Niceno Concilio, ubi: *Bassus Zeugmatites*, vel ut alius codex: *Zeugmatos*.

## XXVIII.

## THEODOTUS.

Post Paulum, de quo supra, sequitur in catalogo priscae canonum collectionis Theodotus, qui in nullis aliis codicibus apparet, unde quis fuerit, divinare oportebit: leguntur in catalogo Niceni Concilij plures adfuisse Theodori, nullus Theodotus, nisi Theodorus Laodicee, qui & Theodorus juxta aliam lectionem scribitur: hunc autem non esse illum Theodotum, patet exinde, quod tempore Antiocheni Concilij Georgius fuerit Laodicee Episcopus, ut vidimus supra. For- san legendum est ex Cod. Corbeienfi Theodorus, & tunc de Theodoro aliquo posset intelligi, qui Niceno subscripsit, sive Tharsensi ex Cilicia, sive Sidonienfi ex Phoenicia, sive alio ex alia Provincia.

## XXIX. NICE.



XXIX.

NICETAS FLAVIADIS.

Undecimum refert prisca collectio Nicetam, quem alius catalogus in tomis Conciliorum editus ponit sub Provinciâ Ciliciæ, & testatur fuisse Episcopum Flaviadis. Hunc fuisse ex Episcopis sacrosancti Nicæni Concilij, fidem facit eius catalogus sub Provinciâ Ciliciæ, ubi legitur *Nicetas Flaviadis*, vel ut alia lectio. *Nicetas Flaviadis*. Codex M. S. M. S. Corbeiensis in subscriptionibus eum habet, uti & in præfatione sub nomine Nicetæ, sub quo etiam habetur in M. SS. Codicibus Colbertinis, Thuano, Sangermanensi, & Oxoniensi.

XXX.

ARCHELAUS DOLICHENUS.

Post Anatolium Emesenum & Narcissum à Nerodiade, quorum supra mentionem fecimus, ponitur in Priscæ collectionis catalogo uti & in Cod. M. SS. *Archelaus*, qui & in alio catalogo legitur sub Provinciâ Syriæ Cœles: *Archelaus Dolichenus*. Intertuisse Concilio Nicæno, colligimus ex eius catalogo, in quo sub eâdem Cœles Syriæ Provinciâ ponitur *Archelaus Dolichenus*, vel ut habet alia lectio, *Doloenus*.

XXXI.

SIRICIUS CYRRETICENSIS.

In Priscâ collectione habetur ordine decimus quintus: *Syricius*. At alius catalogus in tomis Conciliorum legit: *Siricus Cyrreticensis*, qui fuit Orthodoxus Provinciæ Syriæ Cœles Episcopus, ut patet ex Concilio Nicæno, cui subscriptus legitur *Syricius Cyrreticensis*. Aliæ lectiones habent *Cyricium*, vel *Dyriceum Cyresticentem*, Codex Corbeiensis in præfatione Synodi Antiochenæ corruptè habet *Sincium*, & in subscriptionibus *Serecium*, legendum enim cum Dionytio Exiguo in Codicibus M. SS. *Siricius*, prout etiam habet editio vulgata in subscriptionibus.



## XXXII.

## HESYCHIUS ALEXANDRIÆ MINORIS.

Sequitur in Priscâ canonum collectione : *Hysichius*. Codex M. S. Oxoniensis eum vocat *Hisichium*, & Dionysius Exiguus in Codice M. S. Sangermanensi : *Eusychium* : eum sub Provinciâ Ciliciæ statuit catalogus subscriptionum vulgatæ editionis, & testatur fuisse Alexandriæ Minoris Episcopum. Eodem modo subscriptus habetur in Concilio Nicæno, cui proinde interfuit.

## XXXIII.

## MANICIUS.

Decimus septimus in catalogo Priscæ collectionis recensetur Manicius, quem Codices M. SS. Thuanus & Oxoniensis vocant Manicum, forsitan errore amanuensis litteram i omittendo in exscriptione. In nullo alio catalogo reperitur, ut incertum sit, cuius loci fuerit Episcopus.

## XXXIV.

## MOYSES CASTABALÆ.

Succedit in Priscâ collectione Moses, qui in M. S. Codice Corbeienſi vocatur Moysus : at ex aliis M. SS. Codicibus retinenda est lectio Moysis, quem alius catalogus ponit sub Provinciâ Ciliciæ & nominat *Moysem Castabala*, quo modo etiam subscriptus habetur in catalogo Nicæni Concilij.

## XXXV.

## AGAPIUS SELEUCIÆ.

Post Moysen refert Priscâ collectio Agapium, quem etiam agnoscunt Codices M. SS. Corbeienſis, Thuanus, & Oxoniensis : de eo sub Provinciâ Ifauriæ habet catalogus vulgatæ editionis : *Agapius Seleucia*. Erat autem Seleucia Ifauriæ Metropolis, ex quâ & idem Agapius interfuit Nicæno Concilio, ut patet ex subscriptionibus, nec ullibi à fidei Catholicæ defensione abstinuisse reperitur.

## XXXVI.



XXXVI. ET XXXVII.

THEODOTUS, MOCIMUS.

Hos duos consequenter exhibet Prisca canonum collectio, at sicut Theodotus non reperitur in aliis antiquitatis monumentis circa hæc tempora, ita nec Mocimus, præterquam in huius Synodi M. SS. Codicibus: in Corbeienſi namque refertur *Mucimus*, in Sangermanenſi verò, Colbertino, Thuano, & Oxoniensī: *Mocimus*. Cod. M. SS.

XXXVIII.

ANTIOCHUS RHESINATIS.

27. Nunc pervenimus ad illos Episcopos, qui nec apud Iulium primum nominati inveniuntur, nec à D. Athanasio, Hilario, aut Sozomeno recensentur, nec in subscriptionibus huius Synodi Priscæ canonum collectionis, sed in præfatione & subscriptionibus enumerantur à Codice Corbeienſi omnium M. SS. Codicum (quos vidi) antiquissimo. Habetur in eo *Marcensius* tertio loco, cumque illud nomen nullibi inveniatur alteri tributum, hic quoque mendosum creditur, & legendum forſan *Marcellus*, qui huic Synodo interfuit, ut vidimus supra. Sequitur *Antiochus*, quem eodem modo exhibet Codex M. S. Oxoniensī. Codices canonum Dionysij Exigui in Bibliothecâ Colbertinâ & Sangermanenſi habent: *Antiochum Finicensē*: sed erroneè, cum Antiochus non fuerit Phœnicix sed Mesopotamix Provinciæ Episcopus, unde & in catalogo subscriptionum vulgatæ editionis ponitur sub Provinciâ Mesopotamix *Antiochus Rhesinatis*, qui & adfuit Concilio Nicæno, cui sub Provinciâ Mesopotamix subscriptus habetur: *Antiochus Rhesinatis*. Codex M. S. Corbeienſis. Codex M. S. Dionysij Exigui.

XXXIX.

MAGNUS DAMASCENUS.

Sequitur in Codice M. S. Corbeienſi *Paulinus*, pro quo legendum est: *Paulus*, de quo supra in Paulo Neocesarenſi, & post Paulinum *Sincius*, pro quo substituendus est Siricius, quem & huic Synodo adfuisse,



adfuisse, constat ex dictis. Aliud nomen refertur *Munichij*, quo neminem Episcoporum tunc temporis donatum invenio, ut & vitiosum existimem sicut & nomen quod sequitur *Aetheni*, pro quo legendum: *Ætherius*. Iis igitur omiſſis accedo ad Magnum, qui & in aliis Codicibus M. SS. Oxoniensi, Thuanus, & Colbertinis comparet, fuitque Provinciæ Phœnicæ, sub quâ in catalogo vulgatæ editionis refertur ut Episcopus *Damascenus*, pro quo etiam agnitus fuit in Concilio Nicæno, cui & subscripſit.

## X L.

## ÆNEAS PTOLEMAIDIS.

Post Magnum refertur in Codice Corbeiensi Æneas, qui in Codice M. S. Sangermanensi corruptè dicitur *Ænius*. Eum non modo nomine Æneæ habent M. SS. Codices Thuanus & Oxoniensis in præfatione Concilij Antiocheni, sed & editio vulgata collocat illum sub Provinciâ Phœnicæ, & addit locum Episcopatus, ibi enim legitur: *Provincia Phœnicæ Æneas Ptolemaidis*, qui eodem modo subscriptus habetur in catalogo Nicæni Concilij, cui proindè cum cæteris confessoribus Episcopis adfuit.

## X L I.

## AGAPIUS ARABIENSIS.

Omitto, quos Codex Corbeiensis corruptis vocabulis citat sub nomine Theori & Apri, quorum primum nomen notum est, si Theodorum legamus, secundum ignotum, & nulli hætenus, quod sciam, Episcopo tributum. Ad Agapium itaque venio, qui secundo loco in præfatione Antiochenæ Synodi citatur, uti & in subscriptionibus eiusdem Codicis Corbeiensis, ubi legitur: *Agapius, & Agapius*. Quod primus Agapius fuerit Provinciæ Ilauriæ, de quo supra in Agapio Seleucienti, secundus fuerit Provinciæ Arabiæ, ut testatur Codex M. S. Bibliothecæ S. Germani à pratis, in quo cum duo Agapij habeantur in subscriptionibus Antiocheni Concilij, unus citatur cum Provinciâ hoc modo: *Agapius Arabiensis*. Cuius autem civitatis hic Agapius fuerit Episcopus, nullibi annotatum inveni.



XLII. ET XLIII.

ALEXANDER, ET PETRUS GINDARENSIS.

Qui sequuntur in M. S. Codice Corbeienſi, *Tareadmandus & Barſus*, virtuoſè ſcripti ſunt, cum loco *Tareadmandi* poni debeat *Tharcodimantus*, & loco *Barſi Baſſus*, de quibus egimus ſupra. Subſequitur *Alexander*, qui etiam refertur in M. SS. Codicibus *Thuanò & Oxoniènſi*, uti & M. S. collectione *Dionyſij Exigui ſervatâ* in Bibliothecâ S. Germani à Pratiſ. Plures adſuerunt Synodo *Sardicènſi* paulò poſt hanc Synodum *Alexandri*, quiſnam verò hic noſter fuerit, ignoratur. Aliud quid eſt de *Petro* in Codice *Corbeienſi* poſt *Alexandrum* citato; licet enim in Codicibus M. SS. *Colbertiniſ, Sangermanenſi, Thuanò, & Oxoniènſi* eodem modo hic *Petrus* referatur ſine *Provinciâ & civitate*, eum tamen ponit catalogus *Antiochenæ Synodi vulgatæ editionis ſub Provinciâ Syriæ Cœleſt, ubi: Petrus Gindarensis*. Hic & unus fuit ex 318. Patribus *Niceniſ*, ut patet ex catalogo *Nicæni Concilij*, ubi ſubſcriptus habetur tamquam *Gindarensis Episcopus*.

Cod. M. SS.

Catal. edit. Vulgat.

XLIV.

PETRUS PALESTINUS.

Præter *Petrum Gindarenſem* citatur in Antiquiſſimo codice *Corbeienſi* alius *Petrus*, quod idem habent cæteri codices M. SS. *Thuanus & Oxoniènſis*, uti & collectio *Dionyſij Exigui* in codicibus M. SS. *Sangermanenſi & Colbertino*. Adſuerunt plures *Petri ſacro Nicæno Concilio* ex *Provinciâ Paleſtinæ*, ut *Petrus Abilæ, & Petrus Iamnites*, quod autem hic *Petrus* unus fuerit ex illis, facile contendì poſſet ex *Synodicâ Sardicènſi*, cui poſt *Antiochenum Concilium* ſubſcripſit ex *Provinciâ Paleſtinæ ultimo loco Petrus*.

Cod. M. SS.

XLV.

QUIRION PHILADELPHIÆ.

Hunc cum codice *Corbeienſi* refert codex M. S. *Oxoniènſis: Cy- rion*. At vitiò amanuenſis, cum in M. S. codice *Sangermanenſi* rectius legatur

Cod. Oxon.



legatur Quirion. Fuit hic Episcopus Provinciæ Arabiæ Petrææ, sub qua in catalogo editionis vulgatæ refertur *Cyrion Philadelpia*. Erat Eusebianus, & adfuit Conciliabulo Philippolitano, ut patet ex catalogo subscriptionum: ubi *Quirius Episcopus à Philadelpiâ*.

## XLVI.

## THEODOSIUS PALESTINUS.

Ultimus, quem refert præfatio Synodi Antiochenæ in codice Corbeiensis, est Theodosius, quod nomen bis occurrit in subscriptionibus eiusdem codicis, sed semel vitiosè, cum primo loco legendum sit: *Theodorus*. Theodosius itaque unus exhibetur in præfatione codicis Corbeiensis, & unicum dumtaxat exhibent cæteri codices M. SS. Sangermanensis, Thuanus, & Oxoniensis. Adfuit Concilio Sardicensi ex Provinciâ Palestinæ Theodosius, qui anno 347. eius Synodicæ subscripsit, cumque plures Palestini Antistites Concilio Antiocheno adfuerint, hunc eundem esse, qui Antiocheno Concilio interfuit, facile crediderim.

## XLVII.

## PATRICIUS PALESTINENSIS.

In subscriptionibus ex codice Corbeiensis suprâ allatis sequuntur plura ignota nomina, quæ vitio Amanuensium adscribenda existimo, ut Calcodimus, Alosus, & Esrehius, quibus omisiss, uti & ex codicibus Sangermanensi & Colbertino, Eufychio, pro quo legendum est, *Hifichius*, ad Patricium accedo, quem codices M. SS. Thuanus & Oxoniensis referunt ultrâ citatos. Eum codex Corbeiensis vocat *Patrecium*, sed minus rectè, cum quoque Patricium habeat catalogus subscriptionum editionis vulgatæ: adfuerunt duo Patricij Nicæno Concilio, quorum unus ex Provinciâ Pisidiæ erat *Patricius Ambladensis*, alter ex Provinciâ Pamphiliæ *Patricius Maximianopolitanus*. Adfuit & sacro Sardicensi Concilio ex Provinciâ Palestinæ unus *Patricius*, quem hunc nostrum fuisse existimarem, idque incompertè nobis civitatis Episcopum.

Cod. Corb.

## XLVIII.



XLVIII.

MAGNUS.

Præter Magnum Damascenum alium Magnum adfuisse Synodo Antiochenæ, testatur codex M. S. Corbeienfis, in quo duo Magni referuntur in subscriptionibus. Nicetas in thesauro Orthodoxæ fidei lib. 5. cap. 7. refert ex Philostorgio plures Arij fautores, de quorum ultimo hæc habet : Magnus quidam cognomine, qui Luciano Martyri familiaris fuerat, miraculisque clarus, ut qui maximè : ex quo etiam Magni cognomen adeptus est. Undenam hic Magnus fuerit, non dicit Philostorgius, nec addit Nicetas, eundem tamen esse potuisse cum hoc nostro, facile crediderim.

Philostorg.

XLIX.

THEODULUS THRAX.

28. Theoduli solum meminit codex M. S. Thuanus, & duos tantum invenio extitisse istius nominis Episcopos quarto sæculo in Oriente, quorum primus insignis fuit Episcopus, qui pro fidei catholicæ defensione ab Arianis occisus fuisset teste Synodicâ Sardicenfis Concilij, nisi eorum manus elapsus fugâ sibi consulisset : eo usque furoris progressi sunt, ut etiam Episcopum interficere tentaverint, adeoque illum interfecissent, nisi ex ipsorum manibus effugisset : obiit certe collega noster beata memoria Theodulus, cum eorum calumniam fugeret. Hunc Theodulum Thracem fuisse asserit D. Athanasius in apologiâ de fugâ suâ, ubi & addit, cum Olimpico per Arianos in exilium missum fuisse. Alius Theodulus refertur à Philostorgio lib. 7. excerptorum apud Photium num. 6. qui & eum Charetoporum Episcopum dicit, ac fautorem Aetij & Eunomij. Addit lib. 8. num. 2. eum postea ab Eunomianis factum Palestinæ Episcopum. Palestina vero Episcopus factus est Theodulus ex Episcopo Charetoporum. Nicetas lib. 5. thesauri Orthodoxæ fidei, cap. 13. ponit inter Arij fautores hunc Theodulum Charetoporum Phrygiæ, qui tamen non videtur idem fuisse, cum hoc nostro, qui anno 341. Antiocheno Concilio adfuisse exhibitur. Theodulus enim ille Eunomianus anno 359. innotescere cepit, & anno 379. obiit, ut notat Godofredus, unde si alij Theoduli

Synod. Sard.

Philostorg.

Nicetas.



duli non existerint in Oriente quam duo memorati, crediderim potius Theodulum Orthodoxum unum ex Patribus Antiochenis fuisse, utpote qui sese causæ Athanasij immiscuit, & ante tempora Sardicenis Concilij Arianorum manus elapsus interiit.

L.

## NICOMACHUS BOSTRORUM.

Extat hic Episcopus in solo catalogo vulgatę editionis sub Provinciâ Arabię Petreę, sub quâ etiam notatur in catalogo subscriptionum Nicęni Concilij, ut & hunc unum ex Catholicis Episcopis fuisse existimem.

LI.

## PIPERIUS SAMOSATENSIS.

Hic est ultimus, quem præter citatos exhibet catalogus subscriptionum Antiocheni Concilij editionis vulgatę, idque sub Provinciâ Syrię Cœles, sub quâ etiam subscriptus habetur in Concilij Nicęni catalogo.

29 Et hi sunt, quos ex 90. aut pluribus Episcopis, quos Antiochenę Synodo adfuisse narrant Historici, magno studio undecumque erutos adducere potuimus, in hoc præ reliquis scriptoribus feliciores, quod manuscriptos codices nacti fuerimus, ex quibus quam plures Patres Antiochenos proferimus hætenus ignotos, & ceteris incomptos. Cum enim ultrâ 30. Episcopos non haberet editio vulgata, hic ultra 50 retulimus, quorum aliqui Eusebiani fuere dolum pro tempore simulantes, alij Orthodoxę fidei acerrimi defensores, quos ab Eusebians separatos hic pro coronide placet referre.

EUSEB.



EUSEBIO FAVENTES EPISCOPI.

- Gregorius intrusus Patriarcha Alexandrinus.  
 Flacillus Patriarcha Antiochenus.  
 Darius Casarea Cappadocia, Exarchus Ponti.  
 Theodorus Heracleotes Exarchus Thracia.  
 Eusebius Nicomediensis Metropolitanus Bithynia.  
 Acacius Casareensis Metropolitanus Palestina.  
 Maris Chalcedonenfis Metropol. in Bithynia.  
 Patrophilus Schytopolitanus Metropol. secunda Palestina.  
 Georgius Laodicensus Metropol. in Syria.  
 Macedonius Mopsvestia Provincia Cilicia.  
 Marcus ab Arethusia Provinc. Syria.  
 Eudoxius Germanicia Provinc. Euphratesia.  
 Eusebius Emesenus Provinc. Phœnicia Libani.  
 Tarcondimantus Ægirates Provinc. Cilicia.  
 Quirion Philadelphia Provinc. Arabia Petrea.  
 Narcissus Nerodiadis Provinc. Syria Coeles.

Episcopi qui non inveniuntur fuisse factionis Eusebianæ.

- Theophronius Tyanensis Metropolita secunda Cappadocia.  
 Marcellus Ancyranus Metropolita Galatia.  
 Alphion Apameensis Metropol. Syria Coeles.  
 Agapius Seleuciensis Metropol. Isauria.  
 Magnus Damascenus Metropol. Phœnicia Libani.  
 Ætherius Edessenus Metropol. Osrobona.  
 Nicomachus Bostrorum Metropol. Arabia. Petrea.  
 Anatolius Emesenus Provincia Phœnicia.  
 S. Paulus Neocasareensis Provinc. Syria Coeles.  
 S. Iacobus Nisibensis Provinc. Mesopotamia.  
 Eusebius Gadarensis Provinc. Palestina.  
 Theodotus . . . Provinc. Mesopotamia.  
 Theodorus Vasadensis Provinc. Isauria.  
 Mauricius Epiphaniensis Provinc. Syria Coeles.  
 Bassus Zeugmatis Provinc. Syria Coeles.



Moyses Castabala Provinc. Cilicia.  
 Nicetas Flaviadis Provinc. Cilicia.  
 Siricius Cyrreicensis Provinc. Syria Coeles.  
 Hefychius Alexandria minoris, Provinc. Cilicia.  
 Antiochus Rhesinatis Provinc. Phœnicia.  
 Aneas Ptolemaidis Provinc. Phœnicia.  
 Agapius . . . . Provinc. Arabia Petrea.  
 Petrus Gindarensis Provinc. Syria Coeles.  
 Alius Petrus . . . . Provinc. Palestina.  
 Archelaus Dolichenus Provinc. Syria Coeles.  
 Patricius . . . . Provinc. Palestina.  
 Theodosius . . . . Provinc. Palestina.  
 S. Theodulus . . . . Provinc. Thracia.  
 Piperius Samosatensis Provinc. Syria Coeles.

Episcopi, quorum nec Provinciæ, nec civitates cognoscuntur.

Manicius.  
Theodotus.

Magnus.  
Theodotus.

Alexander.  
Mocimus.

Eustathius demum in anterioribus omissus, sed in editis & M. SS. Codicibus citatus, quocum Episcopi hic citati sunt numero 52.



DISSER-



DISSERTATIO III.  
 DE IIS  
 QUÆ AD FIDEM SPECTANT,  
 ET IN  
 ANTIOCHENO CONCILIO  
 DECRETA SUNT.

1. *Egerunt Patres Antiocheni de fide, nec formulæ ab ijs edita Ari-*  
*nismum sapiunt.*

1.



Uod de fide egerint Episcopi in Antiochenâ Synodo, adeò compertum est apud omnes, ut nemo unquam hâc de re dubitavit, licet plerique ob silentio involutam filij consubstantialitatem voluerint, hanc Synodum Arianismo infectam fuisse. Gravis planè obiectio, quæ vel una sufficiens esset ad omnem huic Concilio adimendam auctoritatem, meque re ipsa ab eius defensione avertendum, nisi re funditus examinatâ aliud planè cû S. Hilario Pictaviensi de formulis fidei Antiochię editis occurrisset. eum enim ad defensionem Antiocheni Concilij necessè sit, omnes adversariorum obiectiones retellere, non solum à nonaginta Episcopis ibidem coadunatis alienam fuisse disciplinæ Ecclesiasticæ destructionem, sed & fidei subversionem ab eorum cœtu longè remotam fuisse, in sequentibus demonstrandum venit.



## CAPUT I.

## De primordiis Antiocheni Concilij, &amp; primâ fidei formulâ illi tributâ.

1. Peractâ dedicatione templi Antiocheni, consilium ineunt Eusebiani, quâ viâ Athanasium rebus suis ubique infestum dejicerent: statuuntque, id in Concilio tentandum post simulatam religionu catholica defensionem.
2. Eusebians de Concilio Antiochia cogitantibus refragantur catholici, quibus ut Eusebius persuaderet, nec se nec suos Arianismo infectos, edita fuit prima fidei formula græcè-latinè ex Socrate subiuncta.
3. Formula illa ab Athanasio epistola vocatur, eamque recentiores Concilio Antiocheno tribuunt, sed minus rectè, cum à solis Eusebians edita sit ante Concilium Antiochenum.
4. Formulam hanc expendit Sozomenus, qui eam ita ancipitem putavit, ut à nemine accusari possit. Nec ob omissam vocem consubstantialitatis filij Ariana fuit, quin ob prædicatam filij divinitatem catholici cum Eusebians communicarunt.

1. **C**ongregatis in unum nonaginta aut pluribus ex omni Oriente Episcopis, nemo dubitare potest, quin hoc primò peractum sit, ad quod omnes convocati erant, dedicatio nimirum templi Antiocheni, in quâ solemnitate celebrandâ catholici æquè communicarunt Eusebio Nicomediensi & suæ partis Episcopis, ac Episcopi sanctitate illustres communicarunt Eusebians in simili solemnitate Hierosolymis celebratâ post Tyrium Conciliabulum, ut latius colligi potest ex dictis suprâ. Hanc itaque occasionem nacti Eusebians, in præcipuis fidei mysteriis convenientes cum catholicis, & si quâ in re Arianis favebant illud ipsum animo occultantes, & variis rationibus palliantes, consilium inierunt, quâ tandem viâ Athanasium suis rebus ubique infestum sede depellerent: cum enim scirent, id sine Concilio ratum esse non posse, & jam tum universi ferè Orientis Episcopi ad templi Antiocheni dedicationem confluerant, palam suum de fide catholicâ sensum ostentandum, & magnum præ sese religionis & disciplinæ



ciplinæ Ecclesiasticæ zelum ferendum duxerunt, ut sic catholicos Episcopos in partes suas traherent, & Confessores Antistites dolo religionis circumvenirent, rati post amotam à sese de Arij sequelâ suspensionem, & stabilitam canonibus Ecclesiæ disciplinam, facillè persuasuros esse, sese eodem religionis Zelo ductos Athanasij depositio- nem moliri.

2. Callidum reverà consilium, sed in propriæ factionis perniciem excogitatum: primùm enim cum à Constantio Imperatore Concilium Antiochenum ex Episcopis occasione encœniorum adunatis obtinuisent, refragari cœperunt catholicæ partis Episcopi, & dolum suspicati, Arij defensionem & sequelam ab ijs tentatam objiciunt. Et quia ab omnibus de heresi malè audiebant, inquit magnus fidei Athleta & Alexandriæ Patriarcha Athanasius libro de Synodis, *variis Athanasius. modis alia aliter scripserunt, qua autem in unâ Epistolâ scripserunt, sunt ista.* Subdit post hæc primam formulam fidei, quam & Socrates lib. 2. Histor. cap. 10. retulit, estque sequens.

## PRIMA FIDEI FORMULA.

**H**μεις οὐτε ἀκόλυθοι Ἀρείου γεγό-  
ναμεν· πῶς γὰρ ἐπίσκοποι ὄντες  
ἀκολυθήσομεν πρεσβυτέρῳ, ὅτε ἄλλω  
τινὰ πῶς παρὰ τὴν θεῆ ἀρχῆς ἐκλεθῆσαν  
ἐδεξάμεθα· ἀλλὰ ἡμεῖς θεοσεβῆ καὶ δοκι-  
μασθῶν τῆ πίστεως αὐτοῦ γενόμενοι, μάλ-  
λον αὐτὸν προσηκάμεθα ἢ περὶ ἡμῶν ἡκο-  
λυθήσομεν· καὶ γνώσεσθε ἀπὸ τῆ λεγο-  
μένης μεμαθήκαμεν γὰρ θεῆ ἀρχῆς, εἰς  
ἓνα θεὸν τὸν ὅλον πᾶσι θεῶν τῶν πάν-  
των νοητῶν τε καὶ ἀνοητῶν δημιουργόν τε καὶ  
προνοητῶν· καὶ εἰς ἓνα ἕν ὃ θεοῦ μο-  
νογενῆ, πρὸ πάντων τῶ ἀίωνων ὑπάρ-  
χοντα, καὶ ζωόντα τῶ γεγενηκότι αὐτὸν  
πατρὶ, δι' ὃ καὶ τὰ πάντα ἐγένετο τὰ  
ὄρατά καὶ τὰ ἀόρατα· τὸν καὶ ἐπ' ἐσχάτων

**N**os neque sequaces Arij  
fuimus. (Quo enim mo-  
do, cum Episcopi sumus, Pres-  
byterum sectaremur) neque  
ullam aliam fidem, quam ini-  
tuo edita fuit, amplexi sumus.  
Sed nos inquisitores & iudices  
fidei illius constituti, suscepi-  
mus illum potius, quam secuti  
sumus. Idque ex dicendis cog-  
noscetis. Didicimus enim ab  
initio, in unum Deum totius  
universitatis omnium tam in-  
telligibilem, quam sensibilem  
opificem & provisorum crede-  
re. Et in unum filium Dei uni-  
genitum,



τῶν ἡμερῶν κατ' εὐδοκίαν τοῦ πατρὸς  
κατελθόντα, καὶ Ἰάκωβον ἐκ τῆς ἁγίας παρ-  
θένης ἀνέληφόντα· καὶ πᾶσαν τὴν πατρι-  
κὴν αὐτοῦ βυβλίον ὡς κεπεπληρωκότα,  
πεπονηθέντα καὶ ἐγγεγραμμένον καὶ εἰς ὕψους  
ἀνελελυθέντα, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς  
καθήμενον· καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας  
καὶ νεκρούς, καὶ διακρίνοντα βασιλεῖα καὶ  
Θεόν εἰς τὴν αἰώνιον πνεύματι καὶ εἰς  
τὸ ἅγιον πνεῦμα· ἔτι δὲ προσδεῖναι  
πνεύματι καὶ περὶ Ἰακώβου ἀναστάσεως,  
καὶ ζωῆς αἰώνιας.

venturus est judicare vivos & mortuos, & permanet rex & Deus  
in sæcula. Credimus & in Spiritum sanctum. Et si quid adjicien-  
dum est, credimus carnis Resurrectionem, & vitam æternam.

3. Vocat D. Athanasius hanc formulam epistolam, quod ad omnes  
per Orientem Episcopos transmissa fuerit testante Socrate lib. 2. cap. 10.  
Socrates. *hæc cum in primâ scripserunt epistolâ, ad omnes singularum urbium  
Episcopos transmiserunt.* Putant autem omnes recentiores, hanc episto-  
lam seu fidei formulam Concilio Antiocheno adscribendam, cum  
reverà solis Eusebianis adscribenda sit ad templi dedicationem Antio-  
chiam confluentibus, & sese ad Synodum preparantibus. Neque ut  
hoc probem, alio monumento quam ipsâ epistolâ indigeo, in quâ notanda  
Eusebius. *Ἡμεῖς οὐτε ἀκόλουθοι Ἀρείου γεγονόμεθα. Nos  
neque Arij sectatores sumus,* Hic namque loquendi modus manifestissi-  
mè declarat, formulam ab impetratis de Arij sequelâ Episcopis esse edi-  
tam, quod in solis Eusebianis locum habere poterat, non verò in  
Orthodoxis Episcopis etiam Antiochiæ coadunatis, quos nulla um-  
quam sinistra suspitionis fama contaminarat. Quinimo cum Ortho-  
doxos illos Episcopos ab eorum Concilio abstinere voluisse, tradidimus  
supra, ipsos omnino in causa fuisse existimem, quod Eusebiani ante  
Synodum sese purgare conati sint per hanc fidei formulam, quam non  
solum Orthodoxis illis Episcopis legendam obtulerunt, sed & ad  
alios per Orientem transmiserunt, ut cum Socrate docet Sozomenus  
libro 3. capite 5.

4. Addit



4. Addit idem Sozomenus suum de hâc formulâ iudicium, & scribit: *litteras vero ad singularum urbium Episcopos miserunt, quibus indicabant, se utpote Episcopos, Arium nequaquam secutos esse. Quomodo enim, aiebant, illum, qui erat Presbyter, nos secuti essemus? sed cum fidem eius examinassetus, illum potius suscepimus. Porro se non aliter credere affirmant, quam juxta fidem ab initio traditam. Eam vero esse, quam epistola sua subjiciunt, in quâ substantia quidem Patris & Filij, & vocabuli consubstantialis nulla fit mentio: sensus vero adeo anceps & ambiguus est, ut nec ij qui Nicanam Synodum sequebantur, compositionem verborum illius accusare possent, quasi verba ignota essent sacra scriptura. Pratermissis enim de industriâ vocabulis, quæ utrique ex aquo rejiciebant, ea verba, quæ ab utrisque admittebantur, formula sua indiderunt. Nam & filium simul cum patre esse, & unigenitum ac Deum esse, & ante omnia existere: carnem item assumpsisse, & Patris voluntatem implese, aliaque eiusmodi consitentur. Vtrum vero coaternus & consubstantialis Patri sit, nec ne, neutiquam adscripserunt. Hisce vero in verbis duo notanda sunt, ac in primis sensum adeo ancipitem fuisse ac ambiguum, ut nemo verborum compositionem accusare posset, quasi verba ignota essent sacra scripturæ: deinde quia consubstantiale in terminis nullibi reperiebatur in sacra scripturâ, ideo hic prætermissum fuisse. Nolim autem hic propugnare, quod omissio nominis consubstantialis semper adeo manifestum signum fuerit Arianismi, ut qui illud in conscribendâ fidei formulâ omiserant, pro excommunicatis habendi essent, cum sciam nomen quidem consubstantialis in Symbolo Nicæno contra Arianos adscriptum, sed in plerisque aliis formulis non minus catholicis desideratum esse, ut postea fusius: quidquid autem sit, cum in hâc formulâ Eusebiani filium dixerant esse unigenitum ac Deum, eorum congressum non vitarunt Orthodoxi Episcopi, sed quotquot ad Encæniam advenerant, in unam Synodum convenerunt, in quâ duæ fidei formulæ editæ fuerunt, quæ inter Antiochenas sunt ordine secunda, & tertia.*



## CAPUT II.

## De duabus fidei formulis in Concilio Antiocheno editis.

1. Quod edita per Eusebianos de fide epistolâ suspicio remanserit, in causa fuisse existimant nonnulli edita secunda fidei formula.
2. Verum id certo fundamento non inniti, innuit Sozomenus: nec D. Athanasius hanc secundam fidei formulam editam putabat quam occasione Arianismi, cum tamen occasione alterius hæresis edita fuerit teste D. Hilario, ex quo formula illa adducitur.
3. Quod hac secunda fidei formula non habeat *ἐμοὺς οὖτος*, eam improbandam ducunt ex quorundam testimonio recentiores periti, quibus unus opponitur Petavius.
4. Accedit subinde D. Hilarius hanc difficultatem sibi obiectam dissolvens: Eusebiani etiam in hac secundâ formulâ suspensionem Arianismi à sese repellunt *ἡς* verbis, quæ ipse Athanasius contra Arianos postea urgere non dubitavit.
5. Fallitur Baronius, cum hanc secundam formulam occasione Gregorij à solis Eusebians editam conscripsit, cum constet ex D. Hilario, à 97. Episcopis fuisse expositam occasione alterius Episcopi, qui in Sabellij hæresim post Nicanum Concilium proruperat.
6. Secunda hac formula à Luciano Martyre quondam composita fuit, & sub ipsius quoque nomine à Patribus Antiochenis edita est, & quæ à S. Maximo Luciani formula reiecta fuit, alia corrupta fuisse monstratur.
7. Lucianus minus recte Arianismo insimulatur ab Epiphano, cum pro fide sub Maximino ante ortam Arii hæresim passus sit, ut ostenditur ex Eusebio, Philostorgio & variis Martyrologiis, unde etiam patet, minus rectè desiderari in hac formulâ *τὸ ἐμοὺς οὖτος*.
8. Editâ hac fidei formulâ aliam promulgavit Theophronius, quæ hic græco-latina subiungitur.
9. Erat hic Theophronius Tyaneæ in Pontica Diœcesi Metropolitanus, qui justâ de causâ hanc formulam conscripsit, unde & ab omnibus totius Synodi Patribus probari meruit.



10. Iusta causa fuit plenior nova hæresis expugnatio. Hæresis verò auctor  
huc usque quæsitus ostenditur fuisse Marcellus Ancyranus.

1. **E**ditâ de fide Epistolâ, suspensionem superfuisse existimant non-  
nulli, scribuntque, ob nimis jejunum de filij divinitate sermo-  
nem secundam ab Eusebianis fidei formulam editam fuisse, idque  
niti testimonio D. Athanasij libro de Synodis, ubi: *quæ autem in* Athanasius.  
*aliâ epistolâ iterum per idem festum encaniorum edidère, quum priorum*  
*pænituisset, novaque excogitassent, sunt ista: credimus congruenter*  
*pro Evangelicâ & Apostolicâ traditione, in unum Deum, &c.* Testi-  
monio item Socratis lib. 2. cap. 10. ubi enarratis ijs, quæ primam  
formulam spectabant, addit de secundâ: *verum post hac cum ali-* Socrates.  
*quandiu Antiochia substitissent, quasi priorem damnantes epistolam* Verf. Valef.  
*aliam denuò conscripserunt his verbis: credimus juxta Evangelicam &*  
*Apostolicam traditionem &c.* Testimonio demum Sozomeni libro 3.  
cap. 5. postea verò cum illos ut verisimile est, huius formula pænituisset, Sozomenus:  
*aliam rursus ediderunt, quæ in reliquis quidem cum Nicanâ fide consentit,*  
*ut opinor, nisi forte quis sensus mihi incompertus, in verbis abditus latet.*  
*Sed tamen nescio quâ de causâ consubstantialem filium dicere detrectan-*  
*tes, immutabilem nec conversioni obnoxiam eius divinitatem asseruerunt,*  
*eumque substantia, Consilij, potentia & gloria Patris nullatenus discre-*  
*pantem imaginem, & omnis creatura primogenitum pronuntiarunt.*  
*Aiebant autem reperisse se hanc fidem scriptam manu ipsius Luciani, eius*  
*qui Nicomedia Martyrium perpeffus est; viri tum in aliis rebus præstan-*  
*tissimi, tum in sacris litteris admodum exercitati.*

2. Relatâ Sozomeni sententiâ, videtur quidem ipse non parum  
accedere D. Athanasio & Socrati, ea tamen est inter illos disparitas,  
quod Sozomenus aliquatenus in controversiam trahere videatur pœni-  
tentiam aut retractationem prioris formulæ: utitur enim to *verisimile*,  
quod opinionis non certitudinis indicium est. Nec revera D. Atha-  
nasia adfuerat Antiocheno Concilio, & cum librum de Synodis scribe-  
bat, aspiciebat hanc formulam, quasi edita fuisset propter hæresim Aria-  
nam, ideoque Eusebianos animo fluctuantes non unam sed plures fidei  
formulas edidisse conscripsit, ut *επιποθέσιον* tolleretur. At id potius  
opinionem fuisse quam certam veritatem, merito edixit Sozomenus:  
quin imo aliud plane de hac fidei formulâ judicandum asserit D. Hi-  
larius Pictaviensis Episcopus, Divo Athanasio coetaneus, & vir sui  
sæculi eruditissimus, ac in omnibus, quæ tunc de fide acta fuerant, præ-  
clare



clare instructus, ut vel ex solis contrà Arianos editis ab ipso operibus constat. Operæ precium erit audire D. Hilarium de Synodis adversus Arianos, ubi & integram fidei formulam adducit, cuius versionis latinæ textum græcum apponemus, ut nihil sit, quod ulterius delideretur.

## EXPOSITIO ECCLESIASTICÆ FIDEI,

*Quæ exposita est in Synodo habitâ per encanias Antiochena Ecclesia consummata, quam exposuerunt, qui affuerunt Episcopi nonaginta & septem, cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret.*

Πειεύομεν ἀκολούθῳ τῇ εὐαγγελικῇ  
 καὶ ἀποστολικῇ παραδόσει, εἰς ἓνα Θεὸν  
 πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῶν ὅλων δημιουργόν τε καὶ ποιητήν· καὶ εἰς ἓνα κύριον  
 Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν ἕνα αὐτῶν τὸν μονογενῆ  
 Θεὸν δι' ὃ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν γεννηθέντα  
 πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ πατρὸς,  
 Θεὸν ἐκ Θεοῦ ὄντα, ἄρα ὄντα· μόνον,  
 ἐκ μόνου· τέλειον ἐκ τελείου. Βασιλέα,  
 ἐκ βασιλείου· κύριον, ἀπὸ κυρίου· λόγον  
 ζωῆς, Θεῖον, ζωῆς, ὡς ἀληθινόν, ὁδὸν  
 ἀληθείας, ἀνάστασιν, ποιμένα, δόξαν,  
 ἀσπληγὸν τε καὶ ἀναλλοίωτον· τὸν τὸ θεότητος  
 ὄντα τε καὶ διωμέως, καὶ βελῆς  
 καὶ δόξης ὁ πατὴρ ἀπαράμιχτον εἰκόνα·  
 τὸν πρωτότοκον πάσης κτίσεως τὸν  
 ὄντα ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν, λόγον Θεοῦ,  
 κατὰ τὸ εἰρημῶδες ἐν τῇ εὐαγγελίᾳ·  
 καὶ Θεὸς ὡς ὁ λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα

Consequenter Evangelicæ & Apostolicæ traditioni credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, cunctorum, quæ sunt ædificatorem, & provisorum, ex quo omnia. Et in unum Dominum IESUM Christum, filium ipsius unigenitum Deum, per quem omnia, qui generatus est ex patre, Deum ex Deo, totum ex toto, unum ex uno, perfectum de perfecto, regem de rege, Dominum de Domino, verbum, sapientiam, vitam, lumen verum, viam veram, resurrectionem, pastorem, januam, inconvertibilem & incommutabilem divinitatis essentiaque



ἐγένετο, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα Ἐσώθησαν τὸν  
 ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν καλεῖσθοντα  
 ἄνωθεν, καὶ γενηθέντα ἐκ παρθένου κατὰ  
 τὰς γραφάς, καὶ ἀνδραποῦ γενόμενον,  
 μεσίτῳ Θεῷ καὶ ἀνθρώπων, Ἀπόστολόν τε  
 τῆς πίστεως ἡμῶν, καὶ ἀρχηγόν τῆς ζωῆς, ὡς  
 ῥησι, καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἕχ' ἵνα  
 ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα  
 τῆς πατρὸς μετ' ἐμὴν τὸν παθόντα ὑπὲρ  
 ἡμῶν, καὶ ἀναστάντα ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ  
 ἡμέρᾳ καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανὸν, καὶ κα-  
 θεδόντα ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς· καὶ πάλ-  
 λιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως,  
 κρίνας ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ εἰς τὸ πνεύ-  
 μα τὸ ἅγιον, τὸ εἰς παράκλησιν καὶ  
 ἁγιασμὸν, καὶ τελείωσιν τοῖς πιστεύουσι  
 διδόμενον, καθὼς καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰη-  
 σὺς Χριστὸς διελάξατο τοῖς μαθηταῖς  
 λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα  
 τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνο-  
 μα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου  
 πνεύματος· δῆλον ὅτι πατὴρ ἀληθι-  
 νὸς πατὴρ ὄντως, καὶ υἱὸς ἀληθινὸς υἱὸς  
 ὄντων, καὶ πνεύματος ἁγίου ἀληθῶς  
 ὄντος πνεύματος ἁγίου, τῶν ὀνομάτων ἕχ'  
 ἀπ᾽ αὐτοῦ, ἐδέξατο ἀρχαῖν κλημάτων, ἀλλὰ Ἐ-  
 μάνοντων ἀκριβῶς τῆς ἰδίας ἐκείνου τῶν  
 ὀνομαζομένων ὑποσαίνετε, καὶ τάξιν, καὶ  
 δόξαν· ὡς εἶναι τῆς κοίτης ὑποσαίνε τρία· τῆ  
 δὲ Συμφωνία, ἐν ταύτῃ οὐκ ἔχοντες  
 τὴν πίστιν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ,  
 πᾶσαν ἀρετικὴν ἀναθεματίζοντες κακο-  
 δοξίαν· καὶ εἰ τις παρὰ τὴν ὑγιᾶ τῆς  
 γραφῶν ὁρθῶς πίστεως διδάσκει λέγων, ἢ

fentiaque & virtutis & Gloriæ  
 incommutabilem Imaginem,  
 primum editum totius creatu-  
 ræ, qui semper fuit in principio  
 apud Deum, Verbum Deus,  
 juxta quod dictum est in Evan-  
 gelio: & Deus erat verbum, per  
 quem omnia facta sunt, & in  
 quo omnia constant, qui in no-  
 vissimis diebus descendit de  
 summis, & natus est ex virgine  
 secundum scripturas, & Agnus  
 factus est mediator Dei & ho-  
 minum, prædestinatus fidei no-  
 stræ, & dux vitæ, dixit quippe:  
 non enim descendi de cælo, ut  
 facerem voluntatem meam, sed  
 voluntatem eius, qui me misit,  
 qui passus est & resurrexit pro  
 nobis tertiâ die, & ascendit in  
 Cælos, & sedet in dextrâ Patris,  
 & iterum venturus est cum  
 Gloriâ judicare vivos, & mor-  
 tuos. Et in sanctum Spiritum,  
 qui in paraclesim & sanctifica-  
 tionem, & consummationem  
 credentibus datus est, juxta  
 quod & Dominus Iesus Chri-  
 stus ordinavit discipulis dicens:  
 pergite & docete universas  
 gentes, Baptisantes eos in no-  
 mine Patris, & Filij, & Spiritus  
 sancti. Manifesta itaque Patris



καρὸν, ἢ αἰῶνα εἶναι, ἢ γεγονέναι πρὸ τῆ-  
 τὸν ὄν τῆ Θεῶ, ἀνάθεμα ἔστω· καὶ εἴ τις  
 λέγειν τὸν ὄν κλισμα ὡς ἐν τῷ κλισμά-  
 των, ἢ γένημα, ὡς ἐν τῷ γεννημάτων, καὶ  
 μὴ ὡς αἱ θεῶ γραφαὶ παραδεδόκασι τῷ  
 προσηγμένων ἕκαστα· ἢ εἴ τις ἄλλο δι-  
 δάσκει ἢ εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελά-  
 βορην, ἀνάθεμα ἔστω· ἡμεῖς γὰρ πᾶσι  
 τοῖς ἐκ τῷ θεῶν γραφῶν παραδιδό-  
 μοις, ὑπό τε τῷ προφητῶ καὶ Ἀποστό-  
 λων, ἀληθινῶς τε καὶ ἐμφανῶς, καὶ πιστεύο-  
 μεν, καὶ ἀκολουθοῦμεν.

que in finem habituri in conspectu Dei & Christi, omnem hæ-  
 reticam pravam sectam Anathematizamus : & si quis præter sa-  
 lubrem scripturarum & rectam fidem docet, dicens aut tem-  
 pus, aut spacium, aut sæculum, aut esse, aut fuisse, priusquam  
 generaretur filius, Anathema sit : & si quis filium conditionem  
 dicit, quemadmodum unum conditionum : aut nativitatem  
 sicut sunt nativitates : aut factionem sicut sunt facturæ, non si-  
 cut divinæ scripturæ tradiderunt, singula quæque superius di-  
 cta : & si quis alius docet aut Evangelizat, præter quod acce-  
 pimur, Anathema sit : nos enim omnibus, quæ divinis scrip-  
 turis tradita sunt, à Prophetis & Apostolis, verè & cum timore  
 credimus. *Hæc fidei formula, prout apud Hilarium reperitur edita.*

3. Et de hac est, quod jam dudum conqueruntur scriptores Ec-  
 clebasticæ, non habuisse ὁμοούσιον, seu silentio præterisse consubstan-  
 tialitatem filij, eam proinde formulam ab Eusebianis subdolo animo  
 editam, ut post Socratem & Sozomenum scriptum reliquit auctor  
 vitæ Pauli apud Photium : *improbo & fraudulento animo semina jacen-*  
*tes, ut Omousion tollatur.* Et auctor vitæ Athanasij apud eundem  
 Photium numero sequenti 258. *& Synodum Antiochia ad everfionem*  
*Orthodoxæ fidei coactam.* Quibuscum consonant Annalium parens  
 Baronius, Conciliorum collector Binius, scriptor vitæ Athanasij  
 Hermantius, & cæteri recentiores passim, quibus tamen oppono unum  
 inter

Vita Pauli  
 apud Phot.  
 Vita Athan.  
 apud eumd.



inter recentioris longè peritissimum Dionysium Petavium in annotationibus ad hæresim 72. Marcellianorum. Ediderat in hæresi illâ S. Epiphanius libellū fidei à Marcello Ancyrano Julio 1. Romæ oblatum, de quo scribit Petavius, „ edidit hæc fidei professionem  
 „ Marcellus, postquam ab Arianis sede suâ pulsus Romam ad Iulium  
 „ Papam confugit, ab eoque una cum Athanasio restitutus est. Vide  
 „ Annales Baronij anno 341. qui de hoc ipso libello dubitat, isne  
 „ sit, quem Iulio tum obtulit, cum in eo nulla sit τὸ ὁμοούσιον  
 „ mentio. Verum non semper in Catholicæ fidei professionibus aut  
 „ in convincendis hæreticis, recenti adhuc Nicæno Concilio tessera  
 „ illa fidei, ac τὸ ὁμοούσιον clara & diserta confessio solebat exigi.  
 „ Exemplo sit Ursacij & Valentis Arianæ factionis principum libellus,  
 „ quem Iulio Papæ obtulerunt, quo & erroris sui veniam deprecati  
 „ sunt, & Ario damnato Catholicam fidem professi. Extat apud  
 „ Athanasium Apologiâ 2. in eo verò de ὁμοούσιον verbum nullum.  
 „ Nam & in Concilio Aquileiensi, in quo adnitente Ambrosio Palladius & Secundianus Episcopi damnati sunt, cum tam studiosè id  
 „ ageret Ambrosius, ut ab eis indicium aliquod Arianæ professionis  
 „ eliceret, ideoque variis interrogationibus lacesseret, nullam con-  
 „ substantialis mentionem attigit: sed hæc tantum communia; ec-  
 „ quid filius immortalis, bonus ac verus esset, ac reliqua generis  
 „ eiusdem. Quin etiam Athanasij Symbolum, cum sit quædam fidei  
 „ expositio ab eo edita, qui τὸν ὁμοούσιον acerrime propugnaret,  
 „ eiusdem vocabuli mentionem omisit. „ Huc usque Petavius de  
 „ quatuor fidei professionibus, quarum ultima Symbolum Athanasij  
 „ vulgo dicitur, quod licet ab aliquibus recentiori auctori vindicandum  
 „ credatur, & à Vigilio Tapfensi aliòve latino Patre editum, negari  
 „ tamen non potest, quin fidei confessio Ursacij & Valentis edita fuerit  
 „ paucis post Concilium Antiochenum annis, ipsius verò Marcelli  
 „ libellus Antiocheni Concilij tempore, idque Romæ Julio 1. fuit obla-  
 „ tus: ut mirum non sit, formulam fidei Antiochiæ in Oriente exposi-  
 „ tam non habuisse τὸν ὁμοούσιον.

Petavius.

4. Quod si hæc omnia non sufficiant, accedat D. Hilarius Pictaviensis Episcopus libro *de Synodis*, ubi motam suo tempore quæstionem sibi objicit, & obiectam resolvit: *minus fortè expressè videtur*  
*de indifferenti similitudine Patris & Filij fides hac locuta esse, maxime*  
*cum de Patre & Filio & Spiritu sancto ita senserit significatam in nomi-*  
*nibus propriam uniuscuiusque nominatorum substantiam, & ordinem &*

Hilarius.

Gloriam,



*Gloriam, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum. Responder D. Hilarius: & primum sciendum est, non adversum hæresim, quæ dissimilis substantia Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum ausa est prædicare, in Antiochiâ fuisse conventum: sed adversus eam, quæ post sanctam Synodum Nicanam in id proruperat, ut tria nomina Patri vellet adscribere, de quâ suo loco tractabimus. . . . . volens igitur congregata sanctorum Synodus impietatem eam perimere, quæ veritatem Patris, & Filij, & Spiritus sancti nominum numero eluderet, ut non subsistente causa uniuscuiusque nominis, triplex nuncupatio obtineret sub falsitate nominum unionem, ut pater solus atque unus idem atque ipse haberet & Spiritus sancti nomen, & Filij. Idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personas per substantias edocentes, non substantiam Patris, & Filij, & Spiritus sancti diversitate dissimilis essentiam separantes. Quod autem dictum est, ut sint quidem per substantiam tria, per consonantiam vero unum, non habet calumniam &c. Et hic est D. Hilarij locus auro contra æstimandus, ex quo non modo docemur de rectâ fidei formulâ Antiochiæ expositâ, sed etiam de primordiis huius Synodi longè à communi peritorum sententiâ remotis. Cum enim illi communi errore tueantur, hanc fidei formulam ad destructionem consubstantialitatis filij editam in favorem Arianorum, occurrit huic principio D. Hilarius non Occidenti solum, sed Orienti quoque tunc temporis notissimus, & reponit, non adversum hæresim, quæ dissimilis substantiæ Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum ausa est prædicare, in Antiochenâ civitate fuisse conventum: id est: Synodum Antiochenam non coadunatam fuisse adversus hæresim Arianam, cuius authorem jam ante rejecerant scribentes, se ab illo alienos esse, neque se umquam sectatores ipsius fuisse, neque se cum Ario filij divinitatem negare, utpote qui credebant illum verum esse Deum, & pro ut in secundâ fidei formulâ confirmabant: τὸν τῆς θεότητος οὐσίας τε καὶ διωάμεως, καὶ βουλῆς, καὶ δόξης τε πατὸς ἀπαράλλακτον εἶκόνα. Id est: filium esse divinitatis, substantiæ, & voluntatis, & consilij, & gloria Patris incommutabilem imaginem. Quæ apud D. Athanasium libro de Synodis ex versione Petri Nannij leguntur: immutabilem, & inalterabilem Deitatis, substantiæ, voluntatis, potentia, & gloria Patris sine omni dissimilitudine imaginem. Vel apud Socratem ex versione Henrici Valesij: nec mutationi obnoxium nec conversioni: paterna divinitatis, substantiæ, potestatis, consilij, & gloria expressam undequaque imaginem.*

Hæc



Hæc autem omnia, quantum Ariano dogmati repugnabant, non modo ostendit S. Maximus dialogo 3. de Trinitate, sed & ipsi Ariani abundè indicarunt, cum hæc sultulerunt de formulâ fidei, quod in eis arguit D. Athanasius lib. de Synodis: nam cum in Encaniis promulgassent, Filium esse substantiæ Patris sine omni dissimilitudine Imaginem, jure jurandoque affirmassent, se ita sentire; & anathemate execrarentur, qui aliter sentirent; ac præterea cum Isauriæ ita scripssent. *Non refugimus fidem in Encaniis Antiochia editam, ubi nomen substantiæ adscriptum invenias, veluti horum omnium obliti, paulo post in ipsa Isauriâ scripserunt, se ὁμοούσιον & ὁμοιοούσιον, hoc est consubstantialem, & similem substantiam rejicere . . . si tu Acaci & Eudoxi non refugitis in Encaniis promulgatam fidem, & in ea scriptum est, filium substantiæ patris esse indifferentem imaginem, cur igitur Isauria scribitis, rejicimus vocem consubstantialem? si enim filius secundum substantiam non est similis Patri, quomodo sine omni dissimilitudine imago Patris fuerit? &c.* Quibus verbis & ipse Athanasius docet, hanc secundam fidei formulam esse Orthodoxam, & ipsis Arianis adversam; tantum abest, fuisse in destructionem fidei compositam.

Athanasius.

Eusebius.

Athanasius.

5. Scribit deinde Baronius ad annum 341. num. 22. hanc fidei formulam ab Eusebianis dumtaxat editam, sed error est, qui malè ex D. Athanasij verbis stabilitur: cum enim illam formulam ipse Athanasius urgeat contra Arianos tanquam ipsorum hæreseos destructricem, quis credet ab ipsis solis in propriam perniciem fuisse editam? sane D. Hilarius hunc errorem corrigit, dum scribit de hæc fidei expositione Antiochiæ factâ: *quam exposuerunt, qui assuerunt, Episcopi nonaginta & septem.* Non 36. tantum Ariani Episcopi, ut putavit Baronius, sed 90. vel quotquot Synodo assuerunt, eam fidem expoluere, etiam Catholici & sanctitate præclari confessores Episcopi Paulus Neocesærensis, & Iacobus Nisibensis, cæterique omnes, qui Nicæno Concilio adfuerant, idque cum unus ex Episcopis in suspicionem venisset, quod prava sentiret, quam pravitatem postea exponens, dicit fuisse hæresim illam, quæ post sanctam Synodum Nicænam *in id proruperat, ut tria nomina patri vellet adscribere.* Putat Baronius hunc, contra quem ut eiusmodi hæresis promotorem actum sit in hac Synodo, fuisse Gregorium: *id puto obiectum Gregorio eâ occasione, quod esset tunc electus Episcopus.* At nos, qui ostendimus primo de fine actum, & Gregorium subinde in fine Concilij electum, facile hanc conjecturam refellimus, cum Gregorius ne quidem fuerit

Hilarius.

Baronius.

Episco-



- Episcopus, dum quaestio fidei agitata fuit. Igitur alius quisquam fuit, qui post Synodum Nicænam in id proruperat, ut Trinitatem confunderet, & tria nomina Patri adscribere vellet. *Proruperat*, inquit, non inuenerat aut primò fabricarat, nam fuit hæc Hæresis diu ante tempora Nicæni Concilij fabricata per Noetum Ephesi Episcopum :
- Epiphanius. de quo D. Epiphanius Hæresi 57. *Noetus nomine surrexit, non ante multos annos, sed ante hoc nostrum tempus centumtriginta plus minus annis Asianus urbis Ephesi Episcopus existens . . . ausus est dicere patrem esse passum.* Et hinc ortos dicit Epiphanius Noetianos, qui palam dicebant, se ex scripturis unum Deum nosse : *si itaque Christus venit & natus est, ipse est Pater, ipse Filius, profectò ipse est Deus.*
- Noetiani. Inter Noetianos ponit & Philastrius, (qui post annum quadringentesimum scripsit,) Sabellium de Lybiâ Noeti discipulum, unde Sabelliani dicti sunt. Hunc Sabellium putat D. Augustinus libro de Hæresibus, fuisse famosiorum inter Noetianos, hinc & postea Noeti sequaces Sabellianos nuncupatos fuisse, additque ex Philastrio, Sabellium & sequaces eadem cum Noeto docuisse, Noetus autem inquit Augustinus hæresi 36. *dicebat Christum eundem ipsum esse Patrem & Spiritum sanctum.* Et hic jam habes hæresim, contra quam post Nicæni Concilij tempora à quodam Episcopo renovatam hoc Concilium Antiochenum initio exarsit. *Volens igitur congregata Sanctorum Synodus impietatem eam perimere, inquit D. Hilarius, quæ veritatem Patris, & Filij, & Spiritus sancti nominum numero eluderet, idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personas per substantias edocentes &c.* Quin imo anathematizantes omnem hæreticam pravam sectam, quod præcipuè intelligebant de Sabellianâ jam dictâ. Et ex his jam pater, quid sibi voluerit Sozomenus, aut Georgius Laodicensis in vita Eusebij Emeseni, dum dicit in crimen adductum fuisse, *quod Sabellij treretur opinionem, cum tamen jam tum decretis Concilij Antiocheni suffragaretur.* Voluit enim Sozomenus per hæc verba indicare, Antiochenum Concilium contra Sabellij hæresim fuisse coactum, & decretis suis illi restitisse, quibus Eusebius Emesenus subscripserat.
- Georgius Laodicen.
- Sozomen. 6. Hisce de fidei formulâ Antiochiæ editâ annotatis, unum restat inquirendum de illo, quod testatur Sozomenus, formulam editam sub nomine Luciani Martyris : *hanc fidei formulam his verbis scriptam, dixerunt se comperisse, Luciani fuisse formulam viri spectatissimi, & in sanctis litteris summè eruditi, qui Nicomedia Martyrio occubuit.* Dixerunt, quin imo titulo Martyris insignarunt, inquit Sozomenus libro 3.



libro 3. cap. 5. ut verosimile sit, hanc habuisse Epigraphen : *fides à B. Luciano, qui Nicomedia Martyr occubuit, conscripta.* Et licet de eius veritate hæreat Sozomenus, qui nullos forsan ex sanctis Episcopis eam fidei formulam edidisse noverat, nobis scientibus ex Hilario, omnes 97. huius Synodi Episcopos eam formulam non quidem composuisse, sed potius exposuisse, & inter illos extitisse Orthodoxos complures & sanctitate conspicuos, vix dubium esse potest, quin sub nomine Luciani edita Antiochiæ fidei formula, ipsius revera fuerit. Quod autem id consonum sit historiis, breviter animadvertere necesse est. Testatur Epiphanius hæresim Sabellianam ortam fuisse ante centum ferme & triginta annos, quam scriberet. Scripsit autem tempore Theodosij, ut facile contingat, Sabellium post tertij sæculi medium in hæresim erupisse. Eum anno 260. prodiisse, scribit Baronius, & eius hæresim eundo adauctam fuisse, non difficile colligitur ex historicis. Floruit autem ad finem istius sæculi S. Lucianus, qui dum Presbyter Antiochiæ creatus ibidem scholas instituisset, de Pauli Samosatani errore accusatus fuit, ut apud Theodoretum libro 1. cap. 4. testatur Alexander Patriarcha Alexandrinus : & hinc provenisse existimem, quod ad Ecclesiam reversus fidei libellos ediderit, de quibus D. Hieronymus. lib. de scriptoribus in Luciano : *feruntur eius de fide libelli.* Acta autem ipsius Martyrij auctore Anonymo ex Symeone Metaphraste apud Bollandum & Henschenium tomo 1. ad 7. Ianuarij, habent, ipsum in persecutione Maximiani ad agrum confugisse, ubi tunc forte erat *Pancratius quidam Antiochenus, qui Presbyteri quidem honorem erat affectus, idem vero sentiebat ac Sabellius : jam diu ante gloria illius invidens, ipsum prodit ijs, qui querebant.* At cur quæso Sabellianâ hæresi infectus in Lucianum exarsit ? rationem aliam dare nequeo, quam inter libellos eius de fide aliquos extitisse, quibus Sabellij hæresim oppugnavit & devicit, ut & laudatam ab Antiocheno Concilio fidei formulam Luciani esse, ipsæ circumstantiæ clament, quin imo confirmant ea, quæ de hac fidei formulâ objicit in notis ad caput XI. Vitæ Athanasij Godefridus Hermantius ex auctore quinque Dialogorum, ubi fatetur formulam à Luciano quidem compositam, sed postea per hæreticos fuisse corruptam. Cum enim magno Tertulliano testante, falsitas sit veritate posterior, corrumpi non potuit hæc Luciani formula, nisi vera extiterit : putat autem Hermantius auctorem Dialogi, qui corruptæ per hæreticos Luciani formulæ meminit, non quidem fuisse Athanasium, inter cuius opera quinque illi

D. Hieron.

Acta S. Luc.



Georgius  
Protosyncel.

Dialogi reperiuntur, sed qui tribus post Athanasium seculis floruit, S. Maximum Abbatem grecum, & rectè: Maximi enim opera nuper studio Francisci Combefilij in lucem edita habent hos quinque Dialogos de Trinitate, & Georgius Protosyncellus apologiâ adversus Marci Ephesini epistolam in appendice ad Synodum Florentinam loquens de addito filioque in Symbolo: *in hac etiam sententiâ, inquit, est etiam S. Maximus, ut constat ex eius Dialogo cum Eunomiano: interrogat enim ibi Macedonius Maximum: & subscribisne, inquit, expositioni Luciani? Max. quid enim est causa, cur improbatâ expositione Sanctorum Patrum trecentorum decem & octo Nicea in Bithyniâ congregatorum inquiras aliam? Macedonius. Tu vero, quâ de causâ improbas Luciani expositionem? Max. improbo quod addidistis contrarium fidei Patrum. Maced. quasi vos non addideritis ad fidem Nicanam. Orthodoxus: addidimus, sed non contraria. Hęc & plura ibidem S. Maximus, qui non asserit, fidem Luciani initio per Eusebianos fuisse corruptam, sed per Macedonianos, qui auctore Macedonio post Antiochenam Synodum exorti sunt: Macedonius enim non nisi post medium seculi quarti Spiritum sanctum creaturam somniavit, à quo edocti eius discipuli formulę Luciani addiderunt errorem de Spiritu sancto, quod additamentum S. Maximus contra mentem Luciani à Macedonianis insertum edixit: *possunq; monstrare inquit, hoc vos addidisse contra eius sententiam.**

S. Maximus.

Alexander.  
Patriarcha  
Alex.

Epiphanius.

7. Non ignoro quidem, Lucianum ab Alexandro Patriarcha Alexandrino tanquam Pauli Samosatensis sequacem describi, qui & pluribus annis à communione trium Episcoporum sese abiunxit. Ab Ario autem Eusebium Nicomediensem in datâ ad eum epistolâ vocari Conlucianistam, unde & D. Epiphanius hæresi 23. scribit de Luciano: *quem Ariani inter Martyres adscribunt. Fuit enim Lucianus iste junior Arianorum erroribus infectus, de quo postea, cum refutandus erit, acturi simus.* Ex quo loco contendit Gotofredus in notis ad Philostorgium, malè hunc Lucianum à Baronio sanctis adnumerari. Verum quæ Epiphanius hæresi 23. de Luciano juniore præoccupati animi sententiâ pronuntiat, in sequentibus nullibi resumpsit, ut credendum sit, illum re accuratius examinatâ ab huius Luciani hæresi, quæ nulla extitit, studio abstinuisse. Videbat forsan Epiphanius, errorem de filij consubstantialitate primum ab Ario seminatam, uti & ante hanc hæresim Lucianum occubuisse. Quamvis enim D. Epiphanius hæresi 49. de *Arianis*, cap. 5. scribat de Eusebio Nicomediensi: *quod cum Luciano Nicomedia*



*Nicomedia simul vixerat, inde nihil aliud habetur, quam Eusebium Luciani discipulum extitisse, ut testis est Philostorgius libro 2. excerptorum apud Photium num. 15. & hinc quoque provenit, quod Arius Eusebium Conlucianistam vocarit, quasi v. l. solius Luciani gloria sufficeret ad tegenda discipulorum errata: obicit enim Lucianus pro fide Catholicâ, & glorioso Martyrio coronatus ab omnibus non modo Arianis, sed & Catholicis in Oriente constitutis inter sanctos colebatur, unde D. Ioannes Chrysostronus in festo S. Luciani publicam orationem habuit, quibus eius in ferendis tormentis constantiam, & in confessione fidem coram omnibus apprimè laudavit. Consonat Eusebius Cæsareensis lib. 1. Historiæ cap. 6. versionis Valesianæ: sed &*

*Lucianus Antiochena Ecclesia Presbyter; vir tum vita continentia, tum sacrarum litterarum scientiâ conspicuus; perductus Nicomediam, in qua tunc civitate Maximinus morabatur, cum defensionem fidei illius, quam profitebatur coram præside edidisset, coniectus in carcerem trucidatur. Coniectus in carcerem inquit Eusebius, additque Philostorgius teste Photio in excerptis libro 1. cap. 14. Lucianum Martyrem, cum moriturus esset, visque tyrannica neque templi neque altaris copiam faceret, imo ne moveri quidem vincula plageque permetterent, in proprium pectus cubantem tremendum ita sacrificium peregisse, ipsumque participasse, & ut alij incontaminato sacrificio participarent, mandasse: peractum vero hoc sacrum ministerium in carcere, circumstante eum in orbem sacro cætu tanquam jam morientem. Nec his ultimis verbis voluit Philostorgius sic mortuum: trucidatus enim fuit teste Eusebio, & modum indicat vetustius occidentalis Ecclesiæ Martyrologium D. Hieronymo à Casiodoro, Beda, Walfrido, Notkero, aliisque tributum: in Nicomedia Luciani Presbyteri, qui quatuor partibus factus est. Ita habes ad 7. idus Ianuarij, quod ulterius exponit Notkerus: in quatuor partes dissectus est, quibus in singulis lapidibus ligatus, & in mare demersus, aliâ die Helenopoli Bithynia integrum corpus cum lapidibus inventum, honorificè sepultum est. Philostorgius libro 2. in excerptis cap. 12. ait, Helenam imperatoris Constantini Matrem ad fauces sinus Nicomedia urbem edificasse Helenopoli eâ vocatâ: delegisse vero locum illum haud aliam ob causam, quam quod Lucianus Martyr ibi post mortem Martyrio obitam à Delphino depositus fuisset. Quæ omnia de morte Luciani Nicomediæ, & sepulturâ Helenopoli conveniunt cum ijs, quæ habet D. Hieronymus libro de viris illustribus in Luciano: passus est Nicomediæ ob confessionem Christi sub persecutione Maximini, sepultusque*

Eusebius.

Philostorg.

Martyrol.

Notkerus.

Philostorg.



*Helenopoli Bithynia* sub persecutione Maximini, anno nimirum 311. ineunte, ut scribit Eminentissimus Cardinalis Baronius tomo 3. Annalium. Ex quo demum notandum cum Metaphraste, mirum non esse, quod in eius fidei formulâ posita non fuerit vox *ὁμοούσιος*, cum ea primum à sacrosanctâ Nicenâ Synodo ad eludendas omnes Ariatorum cavillas sapienter sit suscepta, & inibi apposita: ut & hinc pateat, Concilij Antiocheni Patres immeritò ob eiusdem vocis exclusionem fuisse à recentioribus in crimen adductos, utpote qui meram Luciani Sanctissimi Martyris formulam, contrâ Sabellianos olim editam, reexcuderint contra eorum hæresim noviter prorumpentem.

Athanasius.

8. Dum hanc fidei formulam à Luciano Martyre conscriptam exposuissent nonaginta & septem Episcopi, *Theophronius Episcopus Tyannensis* (inquit D. Athanasius lib. de Synodis) *istiusmodi fidem à se compositam in præsentia omnium promulgavit, cui omnes hominis religione approbatâ, subscripserunt.* Subdit eam Athanasius, quam hic græco-latina subnectimus.

### TERTIA FIDEI FORMULA.

Οἶδεν ὁ Θεός, ὃν μάρτυρα καλῶ ἐπὶ τῷ ἐμῷ ψυχῶ, ὅτι οὕτως πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, τὸν τῷ ὅλων κτίστω καὶ ποιητῶ, καὶ οὐτὰ πάντα καὶ εἰς τὸ ἕν αὐτοῦ τὸ μονογενῆ Θεὸν λόγον, δυνάμιν καὶ ὄψιν, καὶ ὑπερῶν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, διὸ οὐτὰ πάντα, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς πρὸ τῶν αἰώνων, Θεὸν τέλειον ἐκ Θεοῦ τέλειον καὶ ὄντα πρὸς τὸ Θεὸν ἐν ὑποστάσει, ἐπὶ ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν κατεβάντα, καὶ γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς κατὰ τὰς γραφάς, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθισθέντα ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ πάλιν

Novit Deus quem testem adversus animam meam invoco, quod credo in unum Deum Patrem omnipotentem, universitatis conditorem & auctorem, ex quo omnia: & in filium eius unigenitum, Deum, verbum, potentiam, & sapientiam, Dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnia: eumque genitum esse ex patre ante sæcula, Deum perfectum ex Deo perfecto, & apud Patrem existere in persona, & ultimis diebus descendisse, genitumque



ἐρχόμενον μετὰ δόξης, καὶ δυνάμεως, καὶ χρίματι ζῶντος καὶ νεκροῦς, καὶ μένοντα εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ εἰς τὸ πνεῦμα ἅγιον, τὸ παράκλητον, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ καὶ διὰ τῆς προφητείας ἐπηγγέλατο ὁ Θεὸς ἐκχεῖν ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ ὁ κύριος ἐπηγγέλατο πεμψαι τοῖς ἑαυτῶ μαθηταῖς, ὃ καὶ ἐπέμψεν, ὡς αἱ πράξεις τῶν Ἀποστόλων μαρτυροῦσιν· εἰ δέ τις παρὰ ταῦτά τινι τῶν πρῶτων διδάσκει, ἢ ἐχθρὸν ἑαυτοῦ, ἀνάθεμα ἔστω· καὶ Μαρκέλλου τοῦ Ἀγκύρας, ἢ Σαβελίου, ἢ Παύλου τοῦ Σαμοσατεύου, ἀνάθεμα ἔστω καὶ αὐτὸς, καὶ πάντες οἱ κοινωνῶντες αὐτῶ.

dominus discipulis suis pollicitus est, & secundum pollicitationem misit, ut acta Apostolorum testantur. Si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diversa in animo retinet, Anathema esto, aut quæ Marcelli Ancyрани, Sabellij, aut Pauli Samosetani sunt, sapiat, & ille quoque Anathema esto, & quicumque cum eo communicant. *Fuere autem numero, pergit Athanasius, qui tempore Enceniorum convenerant nonaginta, Consulibus Marcellino & Probino indictione quartâ præsentē ibidem impiissimo Constantio.*

9. Erat Tyanea secundæ Cappadociæ Metropolis, & consequenter Theophronius eiusdem civitatis Metropolitanus, qui in Pontica Diocæsi post Cæsarensē Exarchum primum obtinebat locum. Cumque vir esset tantæ religionis, ut eo fidem suam promulgante omnes hominis religione approbatâ eidem subscriperint, ex Arianis non fuisse, sed ex Catholicis & Orthodoxis, facile colligitur. Utque nullum omninò dubium superesset, cum D. Athanasius scripserit, hanc fidem in præsentia omnium promulgatam & ab omnibus subscrip- Athanasius.  
tam, subdit: *fuere autem qui tempore enceniorum convenerant nonaginta*, ac si diceret manifestè, non Eusebianus modo, sed omnes nona-



ginta Episcopos, qui Concilio aderant, subscripsisse, & consequenter Orthodoxos etiam Antistites, inter quos erant sanctitate conspiciui, confessione illustres, fidei defensores complurimi, quos insimulare, ac si malè fecissent subscribendo huic formulæ, nemo prudens dixerit, quin potius iustâ ex causâ factum, omnes admiserint. Quænam verò causa illa fuerit, si sedulo inquiratur, facile adducor, ut fuerit obscuritas prolixioris fidei formulæ à Luciano Martyre olim compositæ, in quâ exponendâ erant illa verba: *ut sint quidam per substantiam tria, per consonantiam vero unum.* Idque ut clarius appareat: en D. Hilarium de Synodis: *idcirco tres substantias esse dixerunt, subsistentium personas per substantias edocentes.* At quælo ubinam hoc edocuerunt Patres Antiocheni, quam in subscriptione formulæ à Theophronio compositæ, in quâ omni obscuritate sepositâ confitentur Deum Patrem omnipotentem, Deum filium, eumque *apud Patrem existere in sua persona?* En id ipsum, quod scribit Hilarius: *subsistentium personas per substantias edocentes.* Et hæc erat causa formulæ à Theophronio conscriptæ, non tamen sola, nam ut omnia aduersæ hæresis fundamenta eradicata forent, tam hæreseos auctoris nomen Sabellij, quam ipsius renovatoris anathemazandum erat, id quod hisce verbis præstat hæc formula: *Si quis igitur præter hanc fidem docet, aut diversa in animo retinet, anathema esto, aut quæ Marcelli Ancyranî, Sabellij aut, Pauli Samosatani sunt, sapiat, & ille quoque anathema esto.* Quibus etiam ex verbis clarè apparet, verissimum fuisse, quod scribit D. Hilarius: hanc Synodum Antiochenam non contra Arianam hæresim, sed contra Sabellianam, post Nicænum Concilium resuscitatam, fuisse coactam.

10. Unum est quod magno historiæ Ecclesiasticæ detrimento huc usque ignoratum fuit, quisnam nimirum fuerit ille Episcopus, occasione cuius de fide disputatum fuit in hac synodo, & de quo hæc habet D. Hilarius: *cum in suspicionem venisset unus ex Episcopis, quod prava sentiret.* Audivimus ex Eminentissimo Cardinali Baronio supra ad annum 341. n. 22. *Id puto objectum Gregorio ea occasione, quod esset tunc electus Episcopus Alexandrinus:* at pace Baronij dixerim, hic humani quid passum esse evicimus ex eo, quod Gregorius nondum fuerit Episcopus, cum hæc fidei formula edita fuit, ubi tamen D. Hilarius innuit, fuisse unum ex 97. Episcopis, qui tunc aderant. Quis ergo fuit? Theophronius Tyanensis id indicat in formula fidei à toto Concilio subscripta: *ὁ Μαρκῆτος τῶ Αγκύρας* Et quæ Marcelli Ancyranî sunt.

Hilarius.

Baronius.



sunt sapiat, & ille quoque anathema esto. Vivebat tunc temporis Marcellus Ancyranus Galatię primę Metropolitā, & hic erat unus ex illis, qui ad dedicationem templi Antiochiam contenderat, ac in suspitionem vocatus fuit, quod Sabellianismum saperet, de quo, quia plura exponenda sunt, speciatim agemus.

C A P V T III.

De actis circa Marcellum Ancyranum, tam ante quam in Antiocheno Concilio.

1. S. Nicæno Concilio ob Arii haresim extinguendam convocato adfuit Marcellus Ancyranus, qui non modo Arii sed omnium eius fautorum communionem vitavit.
2. Asterio Arianum Dogma propugnanti statim se opposuit Marcellus nimia contradicendi cupiditate in contrarium errorem lapsus.
3. Facta hac fuere ante dedicationem templi Hierosolymitani, unde & Episcopi Hierosolymis primum & Constantinopoli postea adunati damnarunt Marcelli librum.
4. Marcellus studio Eusebianorum in exilium missus fuit eodem tempore quo Athanasius, quocum anno 338. ab exilio reversus Ecclesiam Ancyranam ob Basilium competitorem suum turbatam invenit.
5. Episcopis Antiochiam evocatis ob dedicationem Dominici aurei, illic accessit Marcellus, ne iterum in crimen vocaretur ab Eusebianis, & ibi quoque coacta Synodo damnatus fuit ob hareses Sabellij, & Pauli Samosatani.
6. Ignota hæctenus fuit hæc Marcelli damnatio, post quam Marcellus Romam confugiens Iulio primo libellum fidei suę professionem continentem obtulit, ex quo varia deducuntur ad firmandam hanc Marcelli historiam & ad Chronologiam eius facientia.

1. **C**Um Arii Dogma in sacrosancto Nicæno Concilio damnandum esset, inter alios complures Episcopos adfuisse hunc Marcellum Ancyranum Episcopum, patet ex catalogo subscriptionum, in quo juxtà varios Codices habetur sub Provinciã Galatię Pancharij, Marcellus, vel Marcus Ancyranus: eumque verum attingisse, qui habet



Iulius 1.

habet: *Marcellus Ancyranus*, fidem facit Iulius primus in suâ ad Orientales epistolâ, ubi scribit, eum olim Orthodoxæ fidei fuisse, uti & nostri Presbyteri, qui tunc in Nicæno Concilio aderant, de ipsius rectâ fide contestabantur. Quibus etiam significat, ipsum insigniter tunc temporis hæreticis restitisse, quod ne gratis dicere videamur, adest Sozomenus li. 2. cap. 33. ubi testatur, Marcellum ita Dogma Arianum abhorruisse, ut ne quidem eius fautoribus communicare voluerit, nec cum eis in congressum venire: unde & de Eusebianis dicit Sozomenus: ei graviter succensuisse, quod neque in Concilio Tyri urbis Phœnicia habito, ipsorum decretis consentiret, neque Hierosolymis de Ario in Ecclesiam admittendo concederet, neque consecrationi magni templi ibi à Constantino adificati interesse vellet: idque non aliâ de causâ, quam ut ipsorum vitaret communionem. Denique scripsere isti ad Imperatorem, hacque ad calumniam probandam ei detulere, quod ipsum quoque Marcellus adeo contumeliâ affecerit, quod dedignatus esset, consecrationem templi Hierosolymis extructi suâ presentiam honorare. Hæc Sozomenus, quæ animo retinenda expoſtulo, donec obiecta Marcello crimina parum expendero.

Sozomenus  
Verf. Christ.  
lib. 2. c. 31. &  
Vales. lib. 2.  
cap. 33.

2. Dum Marcellus adeo Arianis resistebat, ut nequidem eorum congressui interesse vellet, contigit Asterium quemdam ex Cappadociâ Sophistam, (qui in persecutione idolis sacrificarat) Christi fidem suscipere, & ut ingenium suum monstraret, varios libros scribere, quibus Arianum Dogma omnino defendebat. Qui cum libros de fide scripsisset cum Arii opinione consentientes civitates circumiens, eos recitabat, & una cum Episcopis singulis ferè Conciliis intererat. Hæc Sozomenus libro 2. cap. 33. & pergit Socrates lib. 1. c. 36. hoc comperto Marcellus, cum adversus eum vellet scribere, nimiam contradicendi cupiditate in contrarium errorem delapsus est. Christum enim perinde ac Paulus Samosatensis, nudum hominum esse non dubitavit asserere. Id in libro suo contra Asterium edito scripsisse Marcellum, asserit idem Socrates, nec istam ob hæresim solum, sed & ob Sabellij aliorumque hæreticorum Dogmata accusatum fuisse Marcellum, scribunt Eusebiani in Philippolitani sui Conventiculi litteris: quibus ex rebus apertè manifesteque constitit hæreticus, quique assertiones suas quibusdam squaloribus miscens, nunc falsitatibus Sabellij, nunc malitiâ Pauli Samosatensis, nunc blasphemis Montani hæreticorum omnium ducis apertè permiscens, unamque confusionem de supradictis faciens, ut impudens Galata in aliud Evangelium declinavit.

Socrates.

Synod. Philippolit.



3. Contingebant hæc omnia post sacri Concilij Nicæni tempora, dum jam Tyrium Conciliabulum in D. Athanasij odium anno 335. fuisset coactum, & Episcopi litteris Constantini Imperatoris ex Tyriâ civitate eodem anno fuissent Hierosolymam evocati, ad dedicationem scilicet magnifici illius templi, cuius mentionem fecimus supra. Illic autem cum ne inter cæteros Orthodoxos Episcopos Alexandrum Thessalonicensem, & Millem Perfidem aliosque comparere voluisset Marcellus, æmulis quibusdam eius librum contra Asterium increpantibus, oblatus est Hierosolymis cœtui Patrum anno 335. vel 336. & huc est quo spectat Socrates loco supra citato: quod cum intellexissent Episcopi, qui tum Hierosolymis erant congregati, Asterij quidem nullam rationem habuerunt, quippe qui in ordinem sacerdotum adscriptus non esset. A Marcello verò, utpote sacerdote, exegerunt, ut libri à se conscripti rationem redderet. Cumque deprehendissent illum Pauli Samoſatensis errore implicatum esse, jusserunt, ut mutaret sententiam. Ille pudore suffusus, librum suum se combusturum promisit, Verum Concilio cum festinatione dimisso, eoque quod Imperator Episcopos Constantinopolim evocavisset; cum Eusebiani Constantinopolim venissent, Marcelli causa iteram discussa est. Et cum ille improbum librum, sicut antea promiserat, comburere recusaret, Episcopi qui aderant, ipsum quidem deposuerunt: Basilium verò eius loco Ancyram miserunt. Eadem plane habet Sozomenus lib. 2. cap. 33. agens de hac Constantinopolitanâ contra Marcellum Synodo, de cuius Episcopis scribit, quod non solum Basilium Ancyram miserint, sed & scripserunt præterea ad Ecclesias regionis illius, ut Marcelli librum perquirerent, & exemplaria abolerent: ac si quos eiusdem erroris labe aspersos reperissent, eos ad veram fidem reducerent. Meminerunt autem huius rei Eusebiani in Philippolitani Conventiculi epistolâ: magna autem fuit parentibus atque maioribus nostris sollicitudo de supradictâ prædicatione sacrilega. Conditur namque in Constantinopolim civitatem sub præsentia Beatissimi memoria Constantini Imperatoris Concilium Episcoporum, qui ex multis Orientalium Provinciis advenerunt, ut hominem malis rebus imbutum, salubri consilio reformarent, & ille admonitione sanctissimâ correptus, à prædicatione sacrilega discederet: quique increpantes illum, & exprobrantes, nec non caritatis affectu postulantes multo tempore nec quidquam proficiebant. Namque post unam & secundam multasque correptiones, cum nihil perficere potuissent (perdurabat enim & contradicebat recta fidei, & contentione malignâ Ecclesia Catholica resistebat) exinde illum omnes horre-

Socrates.

Sozomenus.

Synod. Phi-

lippolit.



re ac vitare ceperunt : & videntes quoniam subversus est à peccato, & semetipso damnatus, actis eum Ecclesiasticis damnaverunt, ne ulterius oves Christi pestiferis contractibus magis macularet. Tunc namque etiam eius aliquos pravissimos sensus contra fidem rectam Ecclesiamque sanctissimam, propter memoriam posterorum cautelamque, suis Sanctissimis scripturis in archivo Ecclesia condiderunt.

4. Hæc quidem ad annum Domini 336. in Conciliabulo Constantinopolitano, de quo auctor Libelli Synodici, quod Marcellum Ancyrae deposuerit, & Athanasium innocentem Treviros relegarit, ut hoc quoque anno factum sit, quod scribit D. Athanasius epistolâ ad solitariam vitam agentes : *de Marcello autem Episcopo Galatia, supervacuum fuerit fortasse mentionem facere, quum nulli non constet, Eusebianos ab eo de Hæresi reprehensos, hæreseos recriminationem pro talione illi vicissim impegisse, senemque hominem in exilium eiecisse.* Ubi testatur Athanasius, non modo ab Eusebianis depositum, sed eorum quoque curâ in exilium relegatum, id quod contigit hoc eodem anno, quo D. Athanasius relegatus fuit, ut ad annum 336. rectè ruetur Eminentissimus Cardinalis Baronijs. Addit D. Athanasius epistolâ ad solitarios, post obitum Constantini tres filios Augustos iussisse, quemque in suam Ecclesiam & patriam reverti, scribentes quidem de singulis ad singulas ipsorum Ecclesias : cui consonat Philostorgius in excerptis apud Photium lib. 2. num. 18. *post mortem Constantini magni cum ubicumque, qui exulabant, redeundi licentiam nacti essent, Athanasium quoque ex Gallis Alexandriam reversum esse.* Illud de Athanasio ab exilio reverso contigit anno 338. ostendimus suprâ, & cum omnes tunc redeundi occasionem nactos fuisse, scribant S. Athanasius, & Philostorgius, quis dubitare poterit, quin hic Marcellus Ancyram Imperatorum auxilio fuerit reversus. Sane id ipsum attestatur Sulpitius Severus lib. 2. Historiæ, cap. 52. *Marcellus quoque Episcopatu redditur,* id quod de hoc tempore verum est, quidquid rem gestam inordinatè enarret Sulpicius, & de eo nominatim reverso silentium agant Socrates, Sozomenus, & Theodoretus nihil planè de eius exilio memorantes, de quo tamen apertè testatur D. Athanasius. Reverso itaque ad annum 338. Marcello Ancyrano, cum Basilij ab Eusebio aliisque Constantinopoli existentibus Synodaliter suffectus erat ante duos annos, nullum omninò dubium esse potest, quin & Marcelli Ecclesia eadem omninò passa fuerit, quæ Alexandrina : ut nimirum pro partium studio, divisum habuerit populum, & varijs calumniis



acerroribus impetitur reducem ab exilio Episcopum : idque non so-  
lam coniecturam esse sed lucidam veritatem, colligimus ex insigni  
loco Iulij primi in epistolâ ad Orientales id ipsum testantis ex Mar-  
celli testimonio : & quemadmodum post Athanasij exilium contigit, Iulius 1.  
Episcopos homines Confessores flagris conscindi, alios in carceribus habe-  
ri, præfulesque longissimi in suo Episcopatu temporis publicis, ministeriis  
mancipari, & fere omnes clericos & populos Ecclesiæ Catholica infidiis  
appeti, & persecutionem pati, quosdam item Episcopos & fratres finibus  
suis electos esse, nullâ aliâ de causâ, nisi ut inviti cogerentur communi-  
care cum Georgio & Arianis : & Ancyra que in Galatiâ est, non pauca  
aut parva designata esse, sed prorsus eadem cum factis Alexandrinis. Audi-  
vimus etiam ista ab aliis, & Marcellus quoque Episcopus rem ita esse, suo  
testimonio confirmabat. Post Athanasij exilium, inquit Iulius, id est,  
non quæ existente in exilio Athanasio, sed quæ postea quoque facta  
sunt, ut patet ex rebus narratis, & sic quoque varia facta esse in An-  
cyrâ Galatiæ, testatur Iulius tum ex aliis, tum ex ipso Marcello An-  
cyrano Episcopo.

5. Variis itaque partiû dolis impetitus Marcellus vixit Ancyre post  
reditum ab exilio, donec à Constantio Imperatore omnes Orientis  
Episcopi Antiochiam evocati fuerunt, quo tunc accessit Marcellus An-  
cyranus, ne iterum in crimen vocaretur, quod ad dedicationem tem-  
pli accedere noluisset causâ evitandi communionem Eusebianorum.  
Adhuc mente retinebat, quomodo Eusebius & sequaces Episcopi eum  
accusaverant apud Imperatorem Constantinum, quod dedignatus  
esset consecrationem templi Hierosolymis extracti suâ præsentia hono-  
rare, noveratque, quantâ hanc ob rem Imperatorem contumeliâ affe-  
ctum proclamarant, & qualiter Constantinum ad exilij sententiam  
permoverant. Tanti itaque mali non immemor Marcellus, ut invi-  
diam Imperatoris Constantij evitaret, Antiochiam evocatus compa-  
ruit ad dedicationem templi Antiocheni, quo præsentem inter 97. E-  
piscopos, eius causa agitari cœpit accusatore forsân Asterio, qui una  
cum Dianio advenerat, & contra quem Marcellus ita scripserat, ut in  
alium contra fidem errorem inciderat. Et hisce positis, jam manife-  
stum fit, quomodo huic aptetur totum id, quod scribit D. Hilarius:  
ait confessionem fidei expositam in Antiocheno Concilio, cum jam  
unus ex Episcopis in suspicionem venisset, quod prava sentiret, idque  
scribit prorupisse post Nicænam Synodum : atqui Marcellus Ancyra-  
nus post Nicænam Synodum circa annum 336. in suspicionem venit,



quod prava sentiret, quin imò in Concilio Constantinopolitano per Eusebium Nicomediensem ob librum continentem Pauli Samosatani hæresim, quæ negabat Christum fuisse Deum, & Sabellij errorem negantem Trinitatem Personarum, condemnatus fuit, quin etiam de duobus his erroribus, cum apud Patres Antiochenos in suspicionem venisset, damnatus quoque fuit teste Theophronio Tyanensi Episcopo: *aut quæ Marcelli Ancyranæ, Sabellij, aut Pauli Samosatani sunt, sapiat, & ille quoque Anathema esto.* Ubi Marcellus Ancyranus licet tunc vivens, primo loco ponitur, ut indicetur per subsequenter citatas hæreses, quos ob errores in Concilio Antiocheno damnatus fuerit.

Theophron.

166. Dolendum plane est, acta Antiochena perisse circa Marcellum Ancyranum, quorum tam altum est silentium apud historiarum Ecclesiasticarum scriptores, ut nullus huc usque eorum meminerit, nec nos meminissimus nisi ex Theophronij formulâ de illorum veritate constaret, id quod mirari satis nequeo à peritis huc usque nõ fuisse animadversum.

Athanasius.  
Marcellus.

Quod si tamen hoc nobis illustrandum remanserit, cum fontem ipsum invenimus, scaturientes inde rivulos necesse est persequamur, ut ea quæ consequenter acta sunt, jam dictis per omnia cohærere demonstrentur. Scribit de Marcello D. Athanasius ad solitariam vitam ageñtes: *Ille autem Romam profectus, sese innocentem docuit: & attestatur ipse Marcellus in fidei formulâ Romæ Julio. 1. oblata: Necessariè Romam mihi veniendũ putavi, ut eos, qui contrà me scripserunt, accesseres: ut cum adveniissent, de duobus illis à me convincerentur, cum illa ipsa falsa esse, quæ in me scripserunt, tum eos in pristino errore perseverare, & indigna quadam adversus Ecclesias Dei, ac nos ipsos illarum præfides esse machinatos. Sed cum illi venire noluerint, tamen Præsbyteros ad ipsos miseris, ego vero anno integro ac tribus mensibus Roma commoratus fuero: faciendum mihi omnino censui, ut antequam hinc proficiscerer, me a fidei professionem tibi sincere, atque ex animo, meaque manu perscriptam offerrem.* Hæc ex versione Dionysij Petavij, ex quibus docemur primò; Marcellum non nisi post latam à Synodo Antiochenâ sententiam iter Romanum arripuisse, cum ideo Romam eundem duxerit, ut rationem redderet de eo, quod contrà se Præsides ipsorum Eusebii Andrum, utriusque in Synodo Antiochena coadunati, fuerant machinari. Secundò docemur ipsum Antiochiâ discessisse, antequam legati Romani Pontificis ibidem adventarent, alias namque non se Romam contulisset, ut Iulium primum ad accusatorum suorum evocationem incitaret. Tertio docemur, Romam adventare debuisse, postquam

Iulij



Iulij primi legati jam discesserant: licet enim Romam properarit Marcellus, ut Iulium primum ad Eusebianorum evocationem incitaret, nullibi tamen affirmat, ad suam instantiam evocatos fuisse, quod ante suum adventum Iulius primus Presbyteros suos dimiserat Eusebium cum sociis evocatos pro causâ Athanasij, quem non minus quam Marcellum damnarant. Docemur quinto, Marcellum Romam adventasse an. 341. circa initium Iulij, qua de re Sozomenus attestatur lib. 3. c. 8. dicens, quod eodem tempore, id est eodem anno, non autem eodem die aut mense, Romam appulerint: enim verò Athanasius Romæ moratus fuerat integro anno cum dimidio antequam Synodus Romana coacta fuit sub Iulio: Marcellus verò anno uno cum tribus mensibus ibidem hæserat, antequam hunc Libellum obtulit Iulio primo: obtulit autem in eadem illâ Synodo Romanâ, ut constat tum ex eo, quod Marcellus fateatur reditum suum instare, tum ex eo, quod roget in fine Libelli, ut Iulius eum inserat suis ad Episcopos, litteris, quæ litteræ erant Synodice Romanæ sub solius Iulij nomine ad Orientales scribendæ. Atqui ex his omnibus constat, non modo verisimile esse, quod Marcellus anno 341. circa initium mensis, Iulij Romam advenerit, sed & Synodus Romana anno 342. circa Autunum celebrata fuerit.

## CAPUT IV.

De actis circa Marcellum post Concilium  
Antiochenum in Synodis Romanâ  
& Sardicensi.

1. Marcellus in Synodo Antiochenâ damnatus Romam confugit, ibique in communionem recipitur à Iulio primo, quâ de re immeritò conqueruntur Eusebiani petentes, ut Marcellus fidei suæ confessionem Romæ ederet.
2. Rogatus de sua fide Marcellus formulam edidit, & transmitti ad Eusebianos summo perè rogavit.
3. Absoluto ob sinceram fidei formulam Marcello Eusebius absolutionem contumelij loco duxit, & Eusebiani in prolixiori formulâ anno 344. Marcellum denudò damnandum ducunt.



4. *Orientalibus ab occidentis dissidentibus, habita fuit Synodus Sardicensis, qua Marcellum absoluit, & Basilium eius competitorum Anathemati subiecit.*

1. **M**Aioris momenti & consequentiæ est hæc causa Marcelli Ancyrani, quam ut ab auctorum prosecutione superfedemus. Scribit Marcellus in formulâ fidei de evocatis Romam Eusebianis: *apparere non voluerunt, cum demiseris tu Presbyteros.* Id quod Iulius primus tam altè conquestus est in suis ad Eusebianos litteris, ubi eorum quoque tergiverbationes refellit, & inter alias querelam de Marcello in communionem admissio præclare in auctores retorquet.
- Marcellus.** Scribit D. Athanasius in epistolâ ad solitarios de Marcello: *ille autem Romam profectus sese innocentem docuit: enimverò ubi Iulium primum accessit, ita causam suam proponere novit, ut à Romano Episcopo non communionem privatus, sed donatus fuerit: docebat enim, se Orthodoxum fuisse, & olim in sacrosancto Nicæno Concilio fidem insigniter propugnasse, quod ipsum sæpius urget Iulius primus: Marcelli enim fides confessioque Nicæa spectata est, cum Arianus contradiceret.* Deinde se non temerè in communionem suscepisse Athanasium & Marcellum, scribit Iulius 1. demonstrari ex iis, quæ Eusebiani falsò de Athanasio scripserant, ut & idem suspicari posset, factum fuisse cum Marcello, qui se Orthodoxum fuisse docebat ex Nicæno Concilio, & se adhuc esse, profitebatur coram omnibus: deinde plurimos habebat, qui verbis scriptisque eius innocentiam tuebantur. Hæc enim ait Iulius primus suffecisse, ad communionem tam diu impertiendam Marcello, donec Eusebiani Romam adventassent, ubi communi Consilio res hæc cum D. Athanasij causâ erat pertractanda: interea verò dum hæc Romæ fiebant, Elpidius & Philoxenus, qui post initium anni 341. discesserant, Antiochiam adventarunt, nec de Marcelli communionem aliquid dicere potuerunt, cum ipsum Romæ non viderant: id sanè aliundè scire debuerunt Eusebiani, qui initio anni 342. legatos Romam remiserunt, culpantes Iulium primum, quod Marcellum toties damnatum in communionem recepisset, petentesque, ut illi juberet confessionem fidei edere, quod tum lucidè pateret, esse hæreticum: ad quæ Iulius primus rescripsit in suâ ad Orientales epistolâ: *de Marcello autem, postquam de illo quoque ut impio in Christum perscripsistis, vobis studui significare, eum, cum huc venisset, affirmasse, falsa esse, quæ de se in litteris vestris scripta essent, sed*
- Athanasius.**
- Iulius 1.**
- Iulius 1.**
- tamen*



tamen cum à vobis postularetur, ut de fide diceret, tantà cum fiducià per se respondit, ut nemo non perciperet, eum nihil à veritate profiteri alienum, sed eàdem cum pietate, quà Ecclesia de Domino ac Salvatore nostro sentire, neque jam tantummodo, sed etiam olim huius sententia se fuisse confirmabat, uti & nostri Presbyteri, qui tunc in Nicano Concilio aderant, de ipsius rectà fide contestabantur; nam & eum tunc quoque in sententiis dicendis dimicasse cum Arianà hæresi, testes fuere.

2. Dixit ergo de fide ad instantiam Eusebianorum Marcellus Ancyrae Episcopus, quo spectat illud Athanasij supra: ille autem Roman profectus, se innocentem docuit, & ut iussus ab illis fuerat, scripto suam fidem edidit. Edidit autem in Concilio Romano anno Domini 332. postquam anno uno & tribus mensibus Romæ hæsisset, de quo ipse Marcellus in libello fidei: cum illi venire noluerint, tametsi Presbyteros ad ipsos miseris, ego vero anno integro, ac tribus mensibus Roma commoratus fuerim: faciendum mihi omnino censui, ut antequam hinc profisciscerem, mea fidei professionem tibi sincerè, atque ex animo meaque manu per scriptam offerrem, qualem didici, atque ex divinis litteris sum edoctus: & ut in memoriam tibi revocarem, qua perperam ab illis asseruntur &c. Integrum hunc fidei libellum magno Ecclesiasticæ antiquitatis bono servavit nobis S. Epiphanius, qui hæresi 72. scribit ex versione Petavij: libet autem & illius orationem subjicere, quam purgandi sui gratiâ ad beata memoria Iulium Romanorum Episcopum scripsit. Et infra: Αντίγραφον ἐπιστολῆς Μαρκελλοῦ, ἐν ἡσέλειν ἢ Σύνοδος χάριν ἑτεροδοξίας. Exemplum epistola Marcelli, quem ob hæresim Synodus deposuit. Vel, quem deposuit Synodus prava opinionis gratiâ. Ubi notandum nomen Synodi, quod lucidè respicit Antiochenam, quæ Marcellum deposuerat, & ob quam hanc fidei formulam Iulio primo in Romanâ sub ipso Synodo obtulit, ut patet ex citatis Marcelli verbis. Rogat verò, ut exemplar huius fidei formulæ Iulius Papa ad Eusebianos transmittat: & postremo illud à te peto, ut eiusdem meae professionis exemplum tuis ad Episcopos litteris inferas: ne quis eorum, quibus accuratè perspecti non sumus, illorum de me scriptis fidem adhibens in errorem inducatur.

3. Edito libello Iulium primum admisisse justificationem Marcelli, patet ex datâ deluper absoluteione, de quâ Sozomenus lib. 3. cap. 8. versionis Valestianæ: Episcopus igitur Romanus, cum singulorum causas cognovisset, omnesque in Nicana fidei doctrinam consentientes reperisset, tamquam idem cum ipso sentientes in communionem recepit. Et quoniam propter

Athanasius.

Epiphanius.

Sozomenus.



propter sedis dignitatem omnium cura ad ipsum spectabat, suam cuique Ecclesiam restituit. Scripsit etiam Orientalibus Episcopis reprehendens eos, quod in supradictorum causis non recte iudicasset, & quod Ecclesiarum statum turbarent. Eadem habet Socrates lib. 2. c. 15. eiusdem versionis, & addit: itaque illi Romam digressi, & Iulij Episcopi litteris freti suas quisque Ecclesias occuparunt, & epistolas ad eos, quibus scriptae fuerant, miserunt. Verum hi acceptis Iulij litteris reprehensionem contumelia loco duxere. Probari id posset ex multis, sed cum de sola Marcelli causa agamus, sufficiunt in veritatis demonstrationem, quae Orientales anno 344. iterum Antiochiae coadunati scripsere in prolixa fidei formulam, quam per Eudoxium, Martyrium, & Macedonium ad Episcopos Italiae & Romanum in primis miserunt Pontificem: damnant errorem eorum, qui Christi divinitatem & regnum negabant ante incarnationem, & post mundi consummationem, in quo errore sunt Marcelliani, Photiani, Ancyrogalatiani. Ac si dicerent, eius erroris esse Marcellum, eius discipulum Photinum, & plebem suae civitatis Ancyrae in Galatiae Provincia Metropolis. Quibus ex verbis lucide apparet, Orientales habuisse Marcellum ut haereseos antesignanum, unde & nomen sortiti sunt Marcelliani haeretici.

Socrates.

Fidei form.  
Eusebian. 4.

Athanasius.

Synodic.  
Sardicenf.

4. Cum itaque Orientales non acquiescerent, & substitutum in Marcelli locum Basilium foverent, tum ob hanc, tum ob alias rationes factum est, quod scribit Athanasius in litteris ad solitarios: *Constans Imperator & quid Alexandria, & per universum orbem contra Catholicos gereretur, rescivit. Missa igitur sunt litterae a Constante ad fratrem Constantium, ibique de amborum sententia placuit, ut Synodus celebraretur, & de rebus actis cognitio fieret, ne ulterius injuriose habiti injuriis afficerentur, vel injuriosi ulterius pergerent injuriam facere.* Synodus haec, cuius hic meminit D. Athanasius, est ipsa Sardicensis habita anno 347. quae in tertia Synodali sua epistola refert acta circa Marcellum Ancyranum: *recitata quoque sunt scripta nostri in sacris collegae Marcelli, & deprehensa est Eusebij dolosa ars. Quae enim Marcellus per modum quaestionis tractaverat, ea tanquam ita esse profiteretur, calumniati sunt. Recitata quoque sunt in his quaestionibus, quae antecederent & subsequerentur, & inventa est bona & recta fides istius viri, non enim ex S. Maria, ut ipsi asseverabant, verbo Dei initium attribuit, neque finem eius regno constituit, sed regnum eius initio & fine carere, scriptis prodidit. Haec in sua epistola ad omnes ubique Episcopos Sardicenses Concilium, ex quibus manifestum fit, Marcelli librum ibidem*



ibidem fuisse discussum, Eusebij obiectiones propositas, & post omnia considerata, fidem Marcelli fuisse admittam: addunt Patres Sardicenses in eadem epistolâ, Marcellum cum cæteris coministris innocentes & puros pronuntiavimus litteris ad singulas parœcias missis, ut populi cuiusque Ecclesia cognoscant sui Episcopi sinceritatem, eumque pro Episcopo & habeant, & expectent: illos autem qui more luporum in horum Ecclesias invaserunt, Gregorium inquam in Alexandriam, Basilium in Ancyram, Quintianum in Gazam, eos neque Episcopos appellent, neque ullam cum eis communionem habeant, aut eorum litteras recipiant, aut vicissim mittant. Nihil addo, cum luce clarius pateat ex ipsius Synodi verbis, Marcellum in Sardicensi Synodo absolutum, & extruso invasore Basilio throno suo Episcopali fuisse restitutum.

## C A P V T V.

An Marcellus verè hæresim docuerit, ut tradit Antiochenum Concilium).

1. Absoluto per Synodum Sardicensem Marcello, & accedentibus D. Athanasij ac Iulij primi testimonio, videtur malè de hæresi accusari.
2. Attamen re funditus examinata patet, Marcellum animum suum occultasse & fraude egisse cum occidentalibus, ut Orientales ab initio objiciebant.
3. Neque interrogatus ab Epiphano Athanasius id postea negavit, sed teste D. Hilario ipsum Marcellum communionem privavit, id quod etiam scribit Sulpitius Severus.
4. Consonat D. Hilarius apud Hieronymum, & affertur hac de re locus D. Hilarij pluribus difficultatibus obnoxius.
5. Locus Hilarij exponitur, & historiam de abdicatione per Athanasium Marcello comprobare, firmatur.
6. Eusebiani post damnatum ab Athanasio Marcellum ipsum Athanasium adorantur, rati tam unum quam alium malè à Synodo Sardicensi absolutum, in quo ultimo licet deviarunt, de Marcello tamen obtinuerunt, ut patet ex D. Basilio, qui occidentales de Marcelli damnatione audire nolentes palam accusavit.
7. Occidentales aliquamdiu sub silentio prætereuntes causam Marcelli,





*eum tandem damnarunt, ut patet ex Paulino Trevirensi & Liberio Papâ, post cuius sententiam Marcellus ab omni sub cælo Ecclesiâ reiectus fuit.*

8. *Firmatur id ipsum ex Chrysostomo, Mario Victorino, Mario Mercatore, Philastrio, D. Augustino, Sulpicio Severo, & Epiphanio.*  
 9. *Demum ex sacro Chalcedonensi Concilio & aliorum testimonio, signanter vero ex testimonio Metrophanis Iulij primi & Sardicensis Synodâ sententiam in Synodo octavâ excusantis.*

1. **A**bsolute per Iulium primum Marcello, & latâ in eius defensionem à Synodo Sardicensi sententiâ, non levis difficultas exoritur de auctoritate Antiocheni Concilij, quod Marcellum damnavit, eisque hæresim Anathemati subiecit. Cum enim sedis Apostolicæ iudicio, & universi orbis Concilio ad hærendum videatur, ruet illa Episcoporum sinceritas, quam initio huius Synodi Antiochenæ adscribimus, & constabit potius, uti de Marcello malè & invidiosè processum circa ipsius primordia, ita nihil obesse, quin iidem nonaginta Episcopi, quos D. Athanasius affirmat in formulâ Theophrontij, Anathema dixisse Marcello, etiam cum ipso Athanasio invidiosè egerint. Gravis profectò difficultas, quæ plurimum augeri videtur ex Divo Athanasio epistolâ ad solitariam vitam agentes, cum scribit: *de Marcello autem Episcopo Galatiæ supervacuum fuerit fortasse mentionem facere, quum nulli non constet, Eusebianos ab eo de hæresi reprehensos, hæreseos recriminationem pro taliione illi vicissim impigisse, senemque hominem in exilium eiecisse. Ille autem Romam profectus sese innocentem docuit, & ut iussus ab illis fuerat, scripto suam fidem, quam Sardica Synodus amplexa est, edidit.* Scripsit hanc epistolam post Sardicense Concilium Athanasius, & quantumvis Antiochiæ damnatus fuerat Marcellus, id non nisi Eusebianorum dolo adscribere videtur, innuens & Romani, & Sardicensis Concilij auctoritatem prævalere. Item in epistolâ ad Orientales Antiochiæ adhuc congregatos scribit Iulius primus, refertque edito per ipsum fidei libello neminem non percipere, *eum nihil à veritate profiteri alienum, sed eâdem cum pietate, qua Ecclesia, de Domino ac Salvatore nostro sentire.* Quod Iulius primus ex fidei libello, hoc ipse Marcellus Ancyranus probare contendit in eodem à se edito, ex cuius testimonio cum Athanasij & Iulij testimoniis conjuncto concludit Natalis Alexander Doctor Sorbonicus parte 2. sæculi 4. Dissertatione

Athanasius.

Iulius 1.



ratione 29. „ Marcellus Ancyranus integerrimæ fidei Episcopus  
 „ fuit, unde in eius abfolutione non erravit Synodus Sardicenfis, „  
 Additque, plures teftes in contrarium ftantes audiendos non efle,  
 licet autoritate graviffimos.

2. Verum pace viri eruditi dixerim, & audiendi funt teftes nu-  
 mero plures, & fide digni funt Patres autoritate Graviffimi, qui  
 Marcelli hærefim prodiderunt. Verum quidem eft, à Sancto Epi-  
 phanio hærefi 72. Narrari, olim gravem controverfiam de mente Mar-  
 celli exortam fuiffe : à nonnullis eo nomine inceffitur, quafi ad Sa-  
 bellianorum cavillationes partim adhaferit. Verum alij eidem patrocini-  
 vantes verum id efle negant, è contrario verò præclare illum vixiffe, ac  
 rectè fenfiffe confirmant. Vnde magna de eo controverfia conflata eft.  
 Scribit hæc D. Epiphanius duobus poft Marcelli obitum annis, ex  
 quibus licet conftet, tunc difputatum fuiffe de hærefi Marcelli, his  
 tamen non obftantibus fepulta pro tempore veritas tandem in lucem  
 emerfit, idque pluribus poft Marcelli obitum annis, ut & Epiphanius  
 idem fenfiffet, fi patefactâ veritate Panarium contrâ hærefes conſcrip-  
 fiſſet : illa autem quomodo patefacta fit, non abs re feciſſe videbimur,  
 fi proſequamur. Merello itaque noviter per Sardicenſe Concilium  
 abſoluto & ſedi ſuæ reſtituto, magis exaſperata Euſebianorum fa-  
 ctio eodem tempore Philippopoli coadunata voluit orbi univerſo  
 oftendere, ſubdolis Marcelli fraudibus in factò erratum fuiffe. Plures  
 abſoluti erant in ſacroſancto Sardicenſi Concilio, eos omnes infe-  
 quebatur factio Ariana & enumerat in luâ Synodicâ : licet vero cau-  
 ſam Aſclepæ Gazæ, Pauli Conſtantinopolitani, & D. Athanaſij ibi-  
 dem pertractet, omnium tamen primò exaggerat cauſam Marcelli An-  
 cyrani, quod in eâ ſe putabat maximè fundatam. Affert, ipſum in  
 Concilio Conſtantinopolitano fuiffe damnatum etiam ab illis, qui  
 eum nunc admittebant, & inter illos à Protogene Sardicenſi Epifco-  
 po, cui, dum eumdem in Sardicenſi Concilio admiferat, opponunt :  
*nec confundebatur Protogenes Sardices Episcopus communicare Marcello*  
*hæretico, cuius & ſectam & reprobum ſenſum in Concilio quater ſenten-*  
*tias Episcoporum propriâ voce ipſe damnaverat.* Addunt tunc apud  
 Orientales omnes fuiffe habitum ut hæreticum : etenim Marcellus  
 eum apud ſuos hæreticus haberetur, peregrinationis auxilia requiſivit,  
 ſcilicet ut & illos falleret, qui & ipſum & eius ſcripta peſtifera ignora-  
 rent. Sed quidquid apud illos agit, impia ſua ſcripta ſenſuſque profanos  
 occultat, falſa pro veris opponens, queſtum ſibi de ſimplicibus atque in-  
 nocentibus

Epiphanius.

Synod. Phil.



nocentibus fecit, quique sub prætextu Ecclesiastica regula multos Ecclesia Pastores induxit, eosque in suam redigens potestatem, Sabellij hæretici sectam inducens, callidâ fraude decepit. Egregia nimirum hæreticorum licet, erroris in tacto exculatio: scriptorum suorum peltiferum sensum occultavit Marcellus, negans se ita sentire, sed asserens, quæ Orthodoxorum dogma sanciebant, intellexisse editâ fidei Professione quam maximè Catholicâ, unde & Iulium primum, & ipsam Sardicensem Synodum callidâ fraude decepit.

Epiphanius.  
hæresi 72.

3. Id ubique spargebant Eusebiani, ut ad omnium Catholicorum aures perveniret, quod adegit Epiphanium ad requirendum D. Athanasij de Marcello mentem: de quo, inquit libro de hæresibus, cum aliquando beatum Papam Athanasium interrogassem, cuiusmodi fuisse eum arbitraretur, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit: sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhorruisse significavit, & in eorum loco, qui se purgassent, habuit. Alia versio habet: interrogavi ipse aliquando beatum Papam Athanasium de hoc Marcello, quomodo de ipso sentiret, ille verò neque ipsum defendit, neque rursus graviter adversus ipsum invehit, at solum risu levi edito ostendit flagitium non magnum ipsum esse, sed habebat ipsum, velut qui se purgasset. Quibus ex verbis videre licet, jam tum Athanasium non amplius habuisse Marcellum tamquam ab omni hæreseos maculâ alienum, neque ipsum defendit, inquit Epiphanius, com tamen defendere debuisse iuxta Iulij primi & Sardicensis Concilij sententiam, si nullus tunc scrupulus fuisset de circumventionem. Quod & postea ipse Athanasius Marcellum habuerit ut hæreticum, audi D. Hilarium Pictaviensem Episcopum in fragmentis agentem de Sirmiensi Synodo: Fotinus hæreticus deprehensus, nec tunc quidem per factionem populi potuit ex Episcopatu amoveri, sed Athanasius Marcellum, qui post recitationem libri, quem scriptum ediderat, sententiâ Synodi Sardicensis Episcopatu erat redditus, ubi quadam alia nova miscere sentit, & ambiguè predicationibus eius, in quam Fotinus erupit, doctrina viam querere, à suâ communione separat: anteriore tempore quam Fotinus arguitur, præventam iudicio meditationem corruptæ voluntatis ostendens, & non ex libri editione condemnans. Et infra: negatâ sibi ab Athanasio communione, ingressu sese Ecclesia Marcellus abstinuit. De Fotino, subdit Christianus Lupus parte 1. dissertatione de Synodo Sardicensi c. 6. Marcelli olim diacono & discipulo, jam palam errante & seducente, agens cum Marcello Athanasius, advertit hominem à libri per Sardicensem

Hilarius.

Lupus.



sem Synodum absoluti & probati dogmatibus, datisque tunc expositionibus recedere, quod nimirum tunc Heterodoxum suarum propositionum sensum occultasset, quem nunc Athanasio inquirenti volens nolens per inadvertentiam fortè inter sermones detegit, unde & Athanasius ei communionem negavit, id quod etiam testatus est S. Sulpitius Severus Bituricensis Archiepiscopus lib. 2. historiarum, capite 52. interjecto deinde tempore Athanasius cum Marcellum parum sana fidei esse comperisset, à communione suspendit. Habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri iudicio notatus, sponte concederet. Utrumque hoc verum esse, notat Sigonius, & licet Ioannes Garnerius parte 2. Marij Mercatoris dissertatione 1. de hæresi & libris Nestorij cap. 4. §. 4. illa reiiciat scribens: neque Hilarius Pictaviensis Severusque Sulpicius latius credibiliter scripserunt de Marcello ab Athanasio damnato, tum quod Epiphanius hæret hac in re dubius, profertque geminam Marcelli confessionem, quarum altera omnino catholica est, altera varios sensus patitur. Dico hæc non satis rectè observata, cum quod D. Epiphanius hæserit, id factum sit ob responsum D. Athanasij ante damnatum à se Marcellum, quod idem dicendum de confessione fidei Iulio oblata, postquam detectus fuit ipse Marcellus, ut testatur D. Hilarius, qui illis temporibus floruit, & in Oriente circà illa tempora diu versatus fuit.

4. Habitus itaque fuit Marcellus ab ipso Athanasio hæresis reus, neque id solum ab ipso Patriarchâ Alexandrino, sed & ab Hilario, qui tenuit eum pro hæretico in libro ad Constantium, nam de D. Hilario scribit S. Hieronymus in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum sub Marcello: feruntur contra hunc Asterij & Apollinarij libri, Sabelliana eum hæresis arguentes. Sed & Hilarius in septimo adversum Arianos libro, nominis eius quasi hæretici meminit. Pluribus ostendi id posset ex Hilario, sed sufficiat hîc locum ex fragmentis de Synodis perscrutari, quem Dionysius Petavius particulari dissertatione tomo 2. Conciliorum Philippi Labbei editâ illustravit. Assumit hæc Hilarij verba: superest ut quid de Marcello, & Photino gestum sit, paucissimis dicam. Photinus Sirmiensis Episcopus fuit à Marcello imbutus. Nam & Diaconus sub eo aliquando fuit. Hic corruptis innocentia moribus, ac disciplinis, turbare Evangelicam veritatem persistebat novis predicatibus, . . . igitur ad tollendum ex Episcopatu Photinum, qui ante Biennium jam in Mediolanensi Synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis Provinciis congregantur Sacerdotes, hoc magis solliciti atque anxij, turbari rursus,



*miscerique omnia, quod jam pridem plures Episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum, vel communionis hæresis Ariana, ab Ecclesiâ necesse fuerat rescare. Quam opportunitatem nacti Ursacius & Valens Romana plebis Episcopum adeunt, recipi se in Ecclesiam deprecantur, &c. Plura notat eruditus Petavius: ac prin.º quidem ad illa verba ante Biennium, anno nimirum 347 post Sardicensem Synodum in Concilio Mediolanensi damnatum Photinum Marcelli discipulum, ac post Biennium anno 349. quo Ursacius & Valens, quorum meminit Hilarius, ad Ecclesiam redierunt, coactam esse Synodum Sirmiensem ex plurimis Provinciis Baronio aliisque incognitam, eamque Catholicorum fuisse colligit ex illis verbis. Hoc magis solliciti atque anxij, turbari rursus, miscerique omnia. Pergit verò de hac Synodo Hilarius: verum inter hac Sirmium convenitur. Photinus hæreticus comprehensus, & à communionem jam pridem veritatis, nec tum quidem per factionem populi potuit amoveri. Sed idem Athanasius Marcellum, qui post recitationem libri, quem scriptum ediderat (nam hunc quoque nos habemus) sententia Synodi Sardicensis Episcopatu erat redditus, ubi quadam alia nova misceri sensit, & ambiguis prædicationibus eius, in quam Photinus erupit, doctrina viam querere, a sua communionem separavit, anteriore tempore quam Photinus arguitur, præventam judicio meditationem corrupta voluntatis ostendens, & non ex libri editione condemnans. Sed quia promptum est ex bono malum efficere, præbuit non illis in Marcellum, qua gesta antea fuerant, sed his qua in Photinum gerenda erant, auctoritatem. Illud autem esse cognitum cunctis oportet, nullam unquam adversus Marcellum, præter eam que Sardicensibus est dissoluta sententia, deinceps Synodum fuisse contractam, neque huc unde Photino decretum ab Occidentalibus est, & ad Orientales est relatum, aliquod in eum expressum fuisse judicium. Sed homines mente callidos, ingenio subtiles, malitiâ pertinaces occasionem revolvendi eius, quod Athanasij absolute est dissolutum, quesivisse judicij, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, velut institutionum talium magistri addidisse, ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore questionem, & veritatis judicio conspultam in publicam recordationem causa novitas excitaret, & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen invehret.*

5. Dionysius Petavius assumit hæc D. Hilarij verba: Athanasius Marcellum à suâ communionem separavit, & commentatur dissertationis suæ cap. 1. quod Athanasij judicium Photini damnationem, ac Mediolanensi Synodo antè fuisse testatur Hilarius: atque his qua in Photinum

Petavius.

D. Hilarius.

Petavius.



Photinum gerenda erant, auctoritatem præbuisse. Verum fallitur vir eruditus, qui ex non recte intellectis D. Hilarij verbis ita ait, abstentum fuisse ab Athanasio Marcellum ante ipsam Sardicensem Synodum, nam certum est, D. Athanasium anno 347. quo Sardicensis & Mediolanensis Synodi habitæ sunt, communicasse Marcello, & hanc quoque causam fuisse existimem, cur primum Petavius eiusdem dissertationis cap. 3. & postea Garnerius loco supra citato, hanc Hilarij de separato per Athanasium à communione Marcello historiam reiecerint. At pace virorum eruditorum dictum sit, D. Hilarius hoc neutiquam indicavit: scripsit quidem iudicium Athanasij auctoritatem præbuisse, non tamen gestis in Marcellum, sed gerendis in Photinum, non quod D. Hilarius loquatur de gerendis in hac Synodo Syrmienti anno 349. in quâ Photinus hæreticus comprehensus fuit, & per factionem populi tum quidem amoveri nequivit, sed de gerendis postea per Eusebianos in depositione Marcelli, cuius anotationem jam tunc machinabantur homines mente callidi & malitiâ pertinaces, cum hæc scriberet Hilarius. Sensus itaque genuinus D. Hilarij est iste: in Synodo Mediolanensi damnatus fuit Photinus ante Biennium, puta anno 347. circa finem, & missa fuit in Orientem Photini damnatio forsan hoc ipso tempore, quo anno 349. auditum erat, Catholicos ex plurimis Provinciis congregari in unum, qui ob Eusebianorum querelas ex Philippolitano Conventiculo divulgatas Sirmium conveniebant: ad hanc enim Synodum transmissum fuisse latum in Photinum abdicationis iudicium, luce clarius patet ex his D. Hilarij verbis: *huc unde Photino decretum ab Occidentalibus est, & ad Orientales est relatum.* Ac si diceret, Sirmium ab Occidentalibus fuisse transmissam latam de Photino sententiam, & ab illo Concilio ad ceteros Orientales fuisse directam: quo tempore verisimile est, missum quoque fuisse ad D. Athanasium, qui & simul audiens Sirmiensis Synodi de Photini hæresi iudicium, cœpit Marcellum Ancyranum interrogare de discipuli hæresi, ac inveniens ipsum, ut ante vidimus, errore maculatum, eum à sua communione removit, qui sponte suâ tanti viri iudicio damnatus ab ingressu Ecclesiæ se ipsum abstinuit, idque factum cum celari non posset, jam tum Eusebiani extollere cœperunt obtentam de Marcello ipsius Athanasij iudicio victoriam, ac rescripserunt ad epistolam de Photini abdicatione, etiam Marcellum eius magistrum abdicatum esse, unde hæc D. Hilarij verba: *sed cur abnegata Marcello communionis Athanasius reus esse rescribitur.* Egerat immediate ante

D. Hilarius.



ante de significatâ Orientalibus Photini damnatione, & tum querit de rescripto Orientalium, quod & continebat, damnatum fuisse Marcellum ipsius Athanasij iudicio.

Hilarius.

6. Nec hic sistebat Eusebianorum fraus, sed homines mente callidos, ingenio subtiles, malitia pertinaces occasionem revolvendi eius, quod Athanasij absolute est dissolutum, quasivisse iudicij, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem velut talium institutionum magistri addidisse, ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore questionem & veritatis iudicio conspultam, in publicam recordationem causa novitas excitaret. Id est, sicut jam constare incipiebat de Marcelli pravitate ipsius Athanasij iudicio, sic arguebant malè de Marcello iudicatum à Sardicensi Synodo, & sicut de Marcello, ita factum de Athanasio.

Sulpit. Sever.

Et hoc est, quod scribit Sulpirius Severus libro 2. cap. 52. *nacti ergo Ariani istiusmodi occasionem, conspirant penitus Sardicensis Synodi decreta subvertere. Etenim eius color quidam suppetere videbatur, quod tam injustè fuisset pro Athanasio iudicatum, quam Marcellus fuerat absolutus, qui nunc etiam Athanasij iudicio, hereticus esse probaretur, namque Marcellus Sabelliana heresis assertor extiterat: Photinus vero novam heresim jam ante protulerat, à Sabellio quidem in unione dissentiens, sed initium Christi ex Mariâ predicabat. Igitur Ariani astuto consilio, miscent innoxium criminosis, damnationemque Photini & Marcelli & Athanasij eadem sententiâ comprehendunt: illud nimirum apud Imperatorum animos prastruentes, ut non putarentur de Athanasio perperam iudicasse, qui de Marcello atque Photino vera sensissent. Eadem sententiâ comprehendunt, inquit Sulpitius Severus, loquens de Arianis Synodum Sardicensem hac ratione oppugnare tentantibus, & hæc quoque ratio fuit, cur Occidentales non adeo libenter de Marcelli causâ post apertum eius animi dolum tractarint: id conqueritur D. Basilus epist. 10. ad S. Gregorium Nazianzenum: *quale nobis auxilium ab Occidentalium supercilio & fastu aderit! qui veritatem neque norunt, neque discere sustinent, verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, qua prius in Marcello pararunt. Oculo irâ perturbato loquebatur D. Basilus, quod sicut Marcellus deceperat dolosis vocibus Occidentales, ita & nunc Vitalis Apollinaristarum Episcopus dolosâ fidei confessione deceperat Damasum. Ad quod cum D. Gregorius respondisset, de duplici sensu, & quod de malo formulæ sensu ipse Apollinaris jam detectus, reprobatusque esset ab ipso Damaso, scripsit de missis à Romanâ Ecclesiâ in orientis subsidium legatis epist. 51. ad S. Atha-**

D. Basilus.



S. Athanasium : quaritur autem hoc à nonnullis illic , ut & nobis ipsis D. Basilius. videtur , necessario , ut Marcelli hæresim illi cum venerint , tanquam malam & nocivam , & à sanâ fide alienam exterminent . Quoniam ad hunc usque diem in omnibus quas scribunt litteris pessimè quidem audientem Arium sursum ac deorsum versantes , anathematizare , atque ex Ecclesiâ eliminare non cessant , Marcellum autem , qui ex diametro respondentem Ario impietatem attulit , atque contra eandem unigeniti , divinitatisque essentiam impiè egit , verbique appellationem malè usurpavit , ne semel quidem accusare videntur .

7. Magnæ auctoritatis , eruditionis , & sanctitatis fuit Basilius Cæsareæ in Cappadocia Exarchus , ideoque eius de Marcello iudicium non est contemnendum ; dolet & queritur , Romanam Ecclesiam & occidentis Episcopos silentio obvolvere Marcelli hæresim , cum toties scribant in Orientem contra Arium . At prudenter id fecit Romana Ecclesia , ut jam vidimus supra : interim non semper tacuit occidens : etiam ante ipsius Basilij epistolam sub Damaso Papâ conscriptam , oblatum fuit decretum Episcopis Occidentalibus ex parte Constantij Imperatoris tempore Concilij Mediolanensis anno 355. ut subscriberent damnationi Athanasij , Marcelli , & Photini , & Paulinus Sulpit. Sever. Episcopus Treverorum , inquit Sulpitius Severus libro 2. cap. 53. oblatâ sibi epistolâ , ita subscripsisse traditur , se in Photini atque Marcelli damnationem præbere consensum , de Athanasio non probare . Quin imò ipsum Liberium Pontificem , ob negatam in Athanasium subscriptionem tunc in exilium actum , consensisse damnationi Marcelli , docet in Synodo generali octavâ Metrophanes Orthodoxus Metropolita Smyrnenfis : Marcellum novissimè ad proprium vomitum reversum , & deprehensum Metrophan. hæreticum , hi , qui circum Sylvanum erant , anathematizarunt , quibus & Liberius per litteras suas , qui post Iulium fuit , concordat dicens : Marcellum denuò impiè dogmatizantem . Periëre aut latent illæ Liberij Pontificis litteræ , interim vulnus per illum Marcello inflictum , ut vir quidam eruditus ait , erat lethale , & post hoc omnis Ecclesia non destitit damnare Marcelli hæresim . Concilium generale 2. Constantinopoli anno 381. convocatum habet canone 1. damnatas hæreses , & inter alias Sabellianorum , & Marcellianorum , & Photinianorum . Ita Can. 1. Concil. Const. versio Dionysij Exigui , & Gentiani Herveti ex græco , ubi expressè legitur Μαριελλιανών , id est Marcellianorum : addit Gregorius magnus in epistolâ ad Eulogium Alexandrinum & Anastasium Episcopum Antiochenum , exceptâ Eudoxianorum hæresi , recepta esse cætera omnia



- Gregor. M. nia Concilij Constantinopolitani contra hæreses decreta : *Romana Ecclesia reliquas hæreses, quæ illic memorata sunt, ab aliis jam patribus memoratas reprobat. Ad quæ verba Christianus Lupus parte 1. in scholio canonis 1. Constantinopolitani : ex quo non vanè colligitur etiam Damasus Pontifex Marcelli Ancyрани damnationem admisisse.*
- Lupus. 8. Nec sola id admittit sedes Apostolica, præcipuum totius Orientis lumen Chrysostomus homilia 2. in epistolam ad hæbreos inter varias hæreses docet vitandam hæresim Marcelli : *ne hoc ergo accipias ô homo, neque labores morbo Marcelli & Photini. Marius Victorinus cum ex Africâ ellet oriundus scripsit libros 4. adversus Arium, & in eorum primo non semel sed sæpius Marcelli meminit hæretici : tu autem scribis ista & dicis, quæ Samosateus Paulus & Marcellus, & Photinus, & nunc Valens & Ursacius & alij istiusmodi in hæresi irreligiosi inventi destructi sunt. Et infra : quid Marcellus & Photinus tantum hominem ex homine Iesum, & esse triadem extra Iesum, &c. Extat hic Marius in Bibliotheca Patrum tomo 5. editionis de la bigne. Nestorius Constantinopolitanus Episcopus sermone 12. quem habuit in Ecclesia ad populum, cum recepisset litteras Cælestini Pontificis, agens de variis hæresibus, à quibus se alienum monstrare volebat : propterea & omnium Dominus indutus est nostram naturam nunquam spoliabile scilicet Deitatis vestimentum, inseparabile indumentum divina substantia, speculum Domini omnium, quod cum natura dignitatem propriam perdidisset, tamen decies millies irascatur audiens Manicheus, non ad usum naturalem accepit hoc vestimentum, sed in sempiternum, ut ad dexteram sua divinitatis faceret confidere. Manicheus hæbetur in*
- Nestorius. „ textu, ad quod verbum notat Garnerius : „ corruptus est locus, „ nam Manicheus pro Marcello suppositus est, naturalis usus pro „ temporali : neque enim unquam Manichæus legitur ita tenuisse de „ Christo, atque hic dicitur, sed Christi carnem phantasticam di- „ xit, & non verum vestimentum, Marcellus autem, ut est à vete- „ ribus proditum, deliravit assumptam fuisse ad tempus à verbo hu- „ manam naturam. „ Marius item Mercator ex præcipuis Nestorij oppugnatoribus, cuius opera nuperrimè edidit laudatus Garnerius, in dissertatione ad duodecimum anathematismum Nestorianum, cum egisset de Ebione regante divinitatem Christi : *hunc itaque Ebionem Philosophum secutus Marcellus Galata est, Photinus quoque &c. Philaster Brixientis in Italia Episcopus scribens circâ 400. Christi annum : est hæresis, quæ dicit velut triformem Deum esse & compositum, ut qua-*
- Marius Mercator. *dant*
- Philast. Brix.



dam pars Patris, quædam filij, quædam Spiritus sancti sit, atque ita credi debere asserit. Addit quidem postea, ita sentire Sabellium & Photinum, sed idem quoque sensit Marcellus Ancyranus Photini magister, unde cum D. Augustinus libro de hæresibus hæresi 74. innominato authore: est aliâ, quæ triformem sic asserit Deum, ut quædam pars eius sit Pater, quædam Filius, quædam Spiritus sanctus. Etiam Marcelli hæresim numerasse creditur, de eo scribente quoque S. Sulpitio Severo libro 2. cap. 53. *Marcellus Sabelliana hæresis assertor extiterat*, ad quem locum Sigonius: „ hoc idem scribit Epiphanius libro 3. tertio contra hæreses. „ Et ne ullum planè restet dubium, en Epiphanius hæresi 72. *Marcellus autem nonnullorum sententiâ, cum aliquid amplius his astruere vellet, in Sabellij errorem incidisse visus est. Ex quo factum est, ut inter hæreses ista quoque recensenda, ac confutanda veniret. Libet autem & illius orationem subjicere, quam purgandi sui gratiâ ad beata memoria Iulium Romanorum Episcopum scripsit. Quæ ex defensione & libello nonnulla contra sinceram fidem opinatum esse constabit. Etenim si nihil ab illa diversum sensisset unquam, cuiusnam rei gratia hanc illam sui purgationem institueret, nisi quædam ab illo parum rectè posita ac pronuntiata forent, quæ cum aliquos perturbassent, defendendi sui, atque excusandi necessitatem attulerint. Respondet quidem Natalis, legitimam non esse, rectamque S. Epiphaniij illationem, sed cum hoc respondet, Marcellum ab Epiphanio Hæreticis adnumeratum fatetur, quod ipsum prodit titulus hæresis 72. apud Epiphanium: contra Marcellianos.*

D. Augustin.

Sulpit. Sever.  
Sigonius.

Epiphanius.

9. Fortius urget, quod ex sacro sexcentorum triginta Episcoporum Concilio delimitur argumentum: Synodus namque generalis 4. scribens ad Marcianum Imperatorem, sic habet: Photinus atque Marcellus aliam adversus filium blasphemiam innovarunt, eum prorsus existere audaci calumniâ negantes, sed unum eundemque ipsum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum appellatum ipsi affirmarunt, & usque ad vocabulorum tantummodo sonum Trinitatis definitivè substantiam. Quid clarius, quid expressius? sacra Chalcedonensis Synodus Marcellum pro hæretico habuit, & post illam nemo scriptorum ulterius de Marcelli hæresi dubitare potuit: Socrates lib. 1. Historiæ, cap. 36. & Sozomenus libro 2. cap. 33. eum Pauli Samosatani erroribus obnoxium fuisse scribunt. Theodoretus Cyrensis Episcopus libro 2. Hæreticarum fabularum Sabellio eum consensisse asserit: *Marcellus Galata*

Concilium  
Chalcedon.

Theodorece.



- Harmenop. de sectis hæresi 12. sectatores Marcelli & Photini, & Sophronij, non  
constitentes S. Trinitatem &c. Mattheus Blastares in Syntagmate Alpha-  
betico: secta autem Marcellianorum quemdam Marcellum hæreseos  
Matth. Blast. auctorem habuit, qui ex Ancyra Galatiæ urbe oriundus, eiusdem Episco-  
pus erat, idemque quod prædictus Sabellius sentiebat. Nicetas deimur  
Nicetas. in thesauro Orthodoxæ fidei aduersus hæretes libro 5. cap. 29. Ga-  
lata Marcellus eodem modo, quo Sabellius Trinitatem negavit. Et  
hoc est, quod initio Antiocheni Concilij Patres omnes admiserunt,  
dum subcripserunt Theophronij Tyanensis Episcopi formulæ Ana-  
thema dicenti Marcello Ancyrano tanquam Sabellij hæresis defen-  
sori, ex quo tantum abest, Synodum Antiochenam aliquid con-  
tradictionis pati, ut potius vel ex hoc laudem mereatur æternam, quod  
illis potissimum temporibus, quibus omnia miscebantur, & fraudes  
cum dolo regnabant, id iudicavit, quod postmodum tota sub cælo  
recepit Ecclesia, exclamante in Synodo generali octavâ actione sextâ  
Zacharias Chalcedon. Zachariâ Metropolitâ Chalcedonensi: *Marcellum Ancyranum Iulius  
Romanus suscepit, & Sardicensis Synodus trecentos Episcopos habens  
iustificavit eum, sed usque in præsens ut hæreticus anathemati subicitur.*  
Erat quidem homo Schismaticus hic Metropoli conatus eo argu-  
mento probare, sedem Apostolicam errare potuisse circa Photij Exepiscopi  
Constantinopolitani personam, sed egregiè respondet Metrophanes  
Orthodoxus Metropoli Smyrnenensis, cuius ante mentionem feci-  
mus: *verum & quod dixisti multos Romanorum Ecclesiâ iustificante  
Metrophan. damnatos arbitramur, & rursus damnante iustificatos habemus, falsum  
est & procul à veritate: denique Marcellum quidem anathematizan-  
tem omnem hæresim, & eam maximè quam habere dicebatur, justè ac  
regulariter Iulius Papa Romanus, & Sardicensis Synodus recepit. Si-  
militer enim eum facientem & Athanasius Magnus, & Paulus confessor  
turre & columna Orthodoxæ fidei, & acceptaverunt, & comministrum  
habuerunt. Novissimè autem ad proprium vomitum reversum & depre-  
hensum hæreticum hi, qui circa Silvanum erant, anathematizaverunt,  
quibus & Liberius per litteras suas, qui post Iulium fuit, concordat di-  
cens: Marcellum denuò impiè dogmatizantem: hoc autem non est utique  
reprobatio Iudicij Iulij, vel Sardicensis Synodi ob factam Marcello mentis  
mutationem.* Respondit itaque Metrophanes, primo Marcellum  
hæresim sapuisse sed occultasse, etiam verbis dolosis sua regendo,  
donec & Orthodoxam fidem clarè coram Iulio primo, & Sardicensi  
Synodo confessus est, unde & rectè ab illis absolutus fuit. Et hoc est,  
quod



quod dixerat Athanaſius Epiphano, Marcellum non eſſe tantum malum, quia correctus erat. Poſteà verò iterum *ad vomitum reverſum* Liberius, per Athanaſium fuiſſe à communionem ſeparatum, & à Liberio vocatum *denuò impiè dogmatizantem*. Quod non erat damnare ſententiam Lulij, ſed mutatam mentem Marcelli, & probare Antiocheni Concilij iudicium: ex hoc verò ne quiſquam exiſtimet, in Synodi Antiocheni primordiis actum fuiſſe de perſonis, notandum eſt, Marcelli cauſam fuiſſe fidei, non vero cauſam D. Athanaſij, ut ſi quid initio huius Synodi ſtatutum ſit de Marcello, & de Athanaſio in fine, uti liceat illà Paulini Trevirenſis Epifcopi ſubſcriptione, nos *in Marcelli damnationem prabere conſenſum, de Athanaſio non probare.* Paul. Trevir.





DISSERTATIO IV.  
DE  
CANONIBVS ANTIIOCHENIS.  
CAPVT I.

Num Canones Antiocheni sint huius Concilij.

1. *Canones 25. Antiochenos alteri Concilio quam in Encaniis celebrato adjudicat Bellarminus, & post ipsum Bailius: non unius verò sed plurium Conciliorum canones esse, tuetur Hermantius.*
  2. *Hermantij conjectura in Sorbonâ passim probata, & per P. Natalem Alexandrum proposita nullo nituntur fundamento, & disparitas ostenditur inter canones Antiochenos, & Carthaginenses.*
  3. *Bellarmini sententia de Canonibus illis alteri Concilio Antiocheno quam in Encaniis celebrato adjudicandis expenditur, & erronea esse ostenditur tum ex aliis, tum ex Socrate, qui canones in Synodo Antiochenâ tempore Encaniorum celebratâ statutos fuisse indicat.*
  4. *Idem confirmant Codex Canonum Ecclesia vulgo universa, prisca canonum collectio, Dionysius Exiguus in editis & M. SS. Codicibus.*
  5. *Accedunt Codex M. S. Corbeiensis, Cresconius, Martinus Braccarenensis, Isidorus Mercator, Hadrianus primus, & omnes canonum collectiones tam editæ quam manuscriptæ.*
  6. *Demum affirmant auctores graci, auctor Vita Pauli, auctor Codicis M. S. graci in Bibliothecâ Colbertinâ servati, Ioannes Antiochenus, Photius, auctor libelli Synodici, Zonaras & Balzamon, epitomator græcus, Harmenopulus, & Blastares.*
  7. *Satisfit obiectionibus, quæ nullius momenti esse statuuntur.*
1. **I**nter omnia Concilia, quæ frequenter Antiochiæ fuerunt celebrata, referuntur Antiocheni Concilij canones 25. qui passim in omnibus rebus Ecclesiasticis dijudicandis recitari solebant & adhiberi: quæstio est, num illi 25. canones sint huius



huius Concilij Antiocheni occasione Encæniorum celebrati. Difficultas moveretur occasione Eminentiſſimi Eccleſiæ Cardinalis Bellarmini, qui libro 1. de Conciliis, cap. 6. notat : „ à ſumma Conciliorum, & ab aliis confundi hæc Concilium cum aliis quibuſdam : ſex enim fuerunt Concilia Antiochena. Primum & ſecundum contra Paulum Samofatenum tempore Dionyſij Papæ circa annum 269. vide Eufebium libro 7. Hiſtoriæ, cap. 23. & ſeq. Tertium Arianorum tempore Iulij 1. anno 345. ut ſuprà diximus. Quartum eſt Macedonianorum pro ſuâ hæreſi anno 367. tempore Liberij Papæ : Hieronymus in Chronico. Quintum eſt Catholicum Provinciale Episcoporum 30. cuius canones 25. habentur in tomo 1. Conciliorum. Videtur fuiſſe tempore Ioviniani & Liberij, vide Sozomenum lib. 6. cap. 4. Sextum eſt inſertum actione 4. Chalcedonenſi. Eadem illa ex Bellarmino ut optimè notata inſeruit tomo 2. Conciliorum Ludovicus Bailius Doctör Pariſienſis, ex quibus conſequens erit, Canones Antiochenos non eſſe Concilij Antiocheni in Encænii celebrati, ſed alicuius poſteà à 30. Episcopis habiti. Accedit non parum huic ſententiæ Godefridus Hermantius Doctör Sorbonicus, qui noviffimè in vitâ D. Athanaſij Gallicè editâ ſcribit, non facile credendum, canones 25. ſoli Antiocheno Concilio anni 341. tribuendos eſſe : *Voilà*, inquit tomo 1. cap. 12. poſt citatos canones, *les Canons, que l'on attribue depuis pluſieurs ſiècles au Concile d' Antiochie de l'an 341. mais ſi l'eſt permis de propoſer icy nos coniectures, il eſt difficile de croire, que tous ces Canons ayent eſte etablis dans un Concile dominè par les Ariens, & il y à lieu de croire, que l'on pourra bien avoir meſlè enſemblè les Canons de divers Conciles d' Antiochie, ainſi qu' il eſt arrivè à l'égard de ceux de Carthage.*

Bellarmin.

Hermantius.

2. Hermantij Doctör Sorbonici coniecturas complures alij in Sorbonâ admiſere Theologi, quos paſſim in ſuis Theſibus ſententiam Hermantij propugnare animadverti : eorum mentem exprimit P. Natalis Alexander diſſert. 25. parte 2. ſæculi 4. ubi ponit hanc conſiſionem : „ Antiochenos canones eiufdem Synodi factus non eſſe, veriffimile eſt. Probatür 1. ex convenientiâ decimi tertij & vigefimi ſecundi canonis. Cum enim idem omninò decernant, non videntur eâdem in Synodo editi. . . . Probatür ſecundò. Plures ex canonibus Antiochenis ſanctioris diſciplinæ ſtudium ſpirant : non eſt igitur veriffimile, quod ab hominibus Spiritu Sancto deſtitutis, & à veræ pietatis ſenſu alienis, quales erant Eufebiani, conditi

„ fue-



„ fuerint. „ Hæc Natalis Alexander Doctor Sorbonicus exprimens conjecturas illas, ob quas Hermantius canones Antiochenos non magis unius Concilij putavit, quam contentos in codice canonum Africanæ Ecclesiæ canones Carthaginienses. Verum leves sunt conjecturæ illæ, & vanum fundamentum, super quod construitur vanæ suspitionis ædificium. Canones Carthaginienses unius esse Concilij, nemo umquam edixit: Canones Antiochenos plurium esse Conciliorum ante Dominum Hermantium nemo somniavit: canones Carthaginienses in Codice Africano reperti non unius esse Concilij, testantur tituli variarum Synodorum in codice illo varijs locis exhibiti, & inter alia post canones triginta tres habetur in Manuscripto codice canonum Africanorum: *finis canonum Synodi SS. Patrum 217. cum Papa Aurelio Carthagine congregatorum.* Post quæ sequitur novus titulus: *Canones diversorum Conciliorum Ecclesia Africana.* Sicque exhibentur alij canones aut capitula usque ad numerum 138. quibus constat codex canonum Ecclesiæ Africanæ per Iustellum editus. At quæso, ubinam simile quoddam vestigium in canonibus Antiochenis? quonam in codice vel per umbram insinuatur, canones esse variorum Antiochenorum Conciliorum? forsan quod aliqui canones Antiocheni reprobati sunt ab Antiquis tanquam canones Arianorum, alij admissi ab Ecclesiâ tanquam canones Catholicorum; at id commentum est, si loquamur de 25. canonibus, nam omnes ab Ecclesiâ constat admissos, eosque auctores habuisse maximâ ex parte Catholicos, colligi potest ex dictis, ubi ostensum, Catholicos fuisse numero plures quam Eusebianos, & hos nequidem Eusebianismum præ sese tulisse, sed omninò simulasse.

3. Deinde ut jam Bellarmino faciamus satis, cuius quæso Antiocheni Concilij canones dicerentur, quam illius, quod in dedicatione celebratum fuit; unum Catholicorum adfertur, cuius meminit Sozomenus lib. 6. cap. 4. temporibus Ioviniani Imperatoris, & Liberij Pontificis celebrati, & ad hoc nos remittit Bellarminus: verum Sozomenus narrat hanc Synodum habitam fuisse sub Meletio Patriarchâ Antiocheno, ibidemque de fide tractatum: *per idem tempus cum Synodus Antiochia in Syriâ esset congregata, fides eorum, qui Nicea olim convenerant confirmata est, statutumque, ut sine controversiâ Filius consubstantialis Patri ab omnibus crederetur.* Eadem sese statuisse, testatur in Synodicâ ad Iovinianum à Sozomeno exhibitâ, nec meminit ullius alterius rei à sese statutz: qua fronte igitur huic Concilio attribuantur Canones Antiochei? quod si addas, à Sozomeno citari Episcopos,

Sozomenus.



copos, qui huic Antiocheno Concilio adfuerunt, cum Eusebio Samosateno, Pelagio Laodiceæ alijque, ubi Canonibus Antiochenis alij leguntur subscripsisse earumdem civitatum Episcopi, quis tam inoculatus, qui non videbit canones istos 25. non esse huius Antiocheni Concilij sub Meletio celebrati? adde tantum huic Synodo adfuisse 27. Episcopos, ut patet ex subscriptionibus Synodiceæ, Antiocheno autem canones edenti adfuisse 90. ut omnes fatentur. Alterius itaque Concilij Antiocheni sunt canones, de quibus agimus, & cum inter sex à Bellarmino allata nullum inveniatur canones edidisse, quam præfens in Encæniis celebratum, illi & non alteri canones attribuendos esse, adeo certum existimo, ut in controversiam trahi nequeat. Scribit de hoc Concilio inter Græcos scriptores ante mille ducentos annos Socrates Historicus libro 2. cap. 7. *ἡ μὲν ἐκτὴ τὸτε γενομένη σύνοδος ταῦτα πράξασα, καὶ ἄλλα τινὰ νομοθετήσασα διελύθη.* Id est juxta versionem Christophoroni: *Concilium autem jam tum ibi congregatum, cum istas res transgisset, aliasque nonnullas sanxisset, dimissum est.* At quænam sunt istæ res, & aliæ, nisi regulæ ibidem in Concilio expositæ: præter illas enim nihil aliud memoriæ proditum est, hac in Synodo statutum fuisse. Et hinc est, quod Henricus Valesius libro 2. cap. 9. laudatum supra locum sic vertit: *Et Synodus quidem illic tunc temporis congregata his rebus gestis, & quibusdam præterea regulis constitutis discessit. καὶ ἄλλα τινὰ, & quædam alia sumens pro quibusdam aliis regulis.*

Socrates.

4. Codex canonum Ecclesiæ vulgò universæ alicuius Episcopi & fortasse Stephani Ephesini industriâ, ut præferebat vetus Codex M. S. in Bibliothecâ Palatinâ servatus, editus est ante tempus Concilij Chalcedonensis, & in eo post canones Concilij Gangrensis anno 325. celebrati, ponuntur *Concilij Antiocheni Canones 25.* idque à numero 80. ad 104. inclusivè. Adduntur subinde Canones Concilij Laodicensi anno 364. vel ut aliis placet anno 357. celebrati, unde consequens est auctorem huius Codicis existimasse, Antiochenum Concilium medium fuisse inter Gangrense & Laodicenum, adeoque an. 341. coactum, ut scribit in margine ad canones Antiochenos Christophorus Justellus neque ulla hac de re dubitatio superesse potest post editam præfens canonum collectionem latinam, quæ paulo post Chalcedonense Concilium prodit, auctor enim illius editurus canones 25. Antiochenenses, hunc illis præfigit titulum: *incipiunt constituta canonum Antiochiensium in dedicatione.* Illo enim testimonio nec illustrius ali-

Cod. Canon.  
Græcus.

Prisca cano-  
num collect.



quod ex antiquorum monumentis desiderari potest, nec expostulari. Creditur hæc collectio fuisse illa, cuius meminit Dionysius Exiguus in suâ præfatione sub nomine priscae collectionis, & quia versio erat corruptior, correctiorem adornaturus Dionysius addit se cuncta ad *Gracam auctoritatem* recensere; quibus præmissis posuit ante 25. canones Antiochenos hunc titulum: *regula exposita apud Antiochiam in Encaniis* 25. Edita est hæc collectio tomo 1. Bibliothecæ Iuris canonici, nec dissentiunt Codices Manuscripti collectionis eiusdem Dionysij, quos nuper Parisiis vidi quatuor in Bibliothecis Sangermanensi & Colbertinâ. Codex M. S. antiquissimus Bibliothecæ Colbertinæ sub numero 156. habet hunc titulum: *incipit regula Antiocheni Concilij exposita apud Antiochiam numero 25.* Codex plusquam 700. annorum eiusdem Bibliothecæ sub numero 196. habet istum: *incipiunt regula Antiocheni Concilij*, subdit præfationem Synodicam, in quâ expressè asseritur, canones subiunctos, 25. nimirum Antiochenos, in eâ Synodo fuisse statutos. Tertius Codex M. S. eiusdem Bibliothecæ sub numero 301. habet duplicem titulum ante 25. canones Antiochenos, primum ante titulos: *tituli canonum Antiocheni Concilij numero 25.* Secundum ante ipsos canones: *incipiunt regula Antiocheni Concilij exposita apud . . .* Codex M. S. Sangermanensis habet hunc titulum: *incipiunt canones Antiocheni Concilij num. XXV. & 25. canonibus relatis subscribunt 30. Episcopi, qui in eodem Concilio convenerunt.* Quibus omnibus de unico Antiocheno Concilio, quod 25. canones edidit, clarius quidquam desiderari non potest.

5. Accedunt quotquot ediderunt canones Antiochenos, aut canonum collectiones: antiquissimus codex M. S. Corbeienfis circa annum 540. sub Vigilio Papæ conscriptus habet canones 25. Antiochenos, & illis præfatur hic titulus: *incipit Concilium Antiochenum & post 25. Canones: Explicit Concilium Antiochenum.* Quæ unicum sonant Antiochiæ Concilium. Eodem plane modo Cresconius incomperatæ nobis in Africâ civitatis Episcopus suam canonum collectionem adornans meminit canonum *Gangrensum, Antiochenum, Laodicensium*: & ne quisquam putet, eum plura Concilia Antiochenia intellexisse, in ipsâ collectione læpius citat canones Antiochenos, sed unius tantum Concilij, ut capite de ordinatione Episcopi legitur: *Concilio Antiocheno titul. 19. & cap. 10.* quo tempore Pascha celebretur *Concilio Antiocheno titulo 1.* Idem planè legitur in collectione Martini Braccarenensis in Hispaniâ Episcopi, & post ipsum in collectione Isidori Mercatoris,

Dionys. Exiguus.

Cod. M. SS. Bibl Colber.

Cod. M. SS. Bibl. Sanger.

Codex M. S. Corbeienfis.

Cresconius.



Mercatoris, ubi omnes 25. canones sub unius Antiocheni Concilij titulo collocantur : quibus ne defit expressum aliquod sedis Apostolicę testimonium, Hadrianus primus anno 774. in epitome canonum Romę Carolo Magno oblatâ ante hanc Synodum : *viginti quinque regula apud Antiochiam in encaniis exposita.* Quid in rem nostram præclarius ? consonant omnes codices manuscripti & editi : Codices canonum Bibliothecę Thuanę, & Oxoniensis editi in collectione, quam publici juris fecit Paschasius Quesnellius, habent ante 25. canones Synodicam Antiochenam cum hoc titulo : *Canones Antiocheni Concilij.* Codex canonum Herovallianus editus à Iacobo Petit in Pænitentiali Theodori Cantuariensis Archiepiscopi habet inter varios canonum titulos hunc : *Canones Antiocheni Episcoporum 32.* Ex quibus patet, auctorem huius M.S. Codicis existimasse, canones Antiochenos à 32. Episcopis simul constitutos. Unius insuper Antiocheni Concilij meminerunt Regino Abbas Prumiensis libro de Ecclesiasticis disciplinis, Burchardus Wdrmaciensis Episcopus in decretis, Ivo Carnotensis Episcopus in decreto, Gratianus in suo decreto cum Anselmo Lucensi Episcopo & Deusdedit Cardinali habent hanc adnotationem etiam editam ex antiquo manuscripto à Luca D'Acherio tomo 10. spicilegiorum : *quinta Synodus Antiochena, in qua Patres 30. statuerunt canones 25.* Eamque Synodum cum 25. Canonibus in encaniis Antiochię habitam agnoscunt, quotquot Concilia collegerunt in Occidente à duobus sæculis, ac pro indubitata habuerunt omnes eruditi Antonius Augustinus Tarraconensis Archiepiscopus libro 1. de correctione Gratiani Dialogo XI. Eminentissimus Cardinalis Baronius tomo 3. ad ann. 341. Dionysius Petavius tomo 2. de doctrinâ temporum lib. 13. ad annum 341. Onuphrius Panvinus in chronico ad eundem annum, Parisiensis Archiepiscopus de Marca in opere suo de concordia sacerdotij & Imperij, uno verbo omnes cæteri scriptores Ecclesiastici usque ad Godefridum Hermantium.

Hadrian. 1.

Cod. Thuan.

Cod. Herov.

Adnotatio  
de Synodis.

6. Quod si ista non sufficiant, græci de græco attestentur Concilio : auctor vitæ Pauli apud Photium numero 257. enarratis circâ Athanasium & fidem in Synodo Antiochenâ tempore encaniorum actis, subdit : *& nonnulla decernens dissolvitur.* Nulla autem alia decernere potuit, quam canones, quos tunc statutos indicat ipsum Antiochenum Concilium in suâ Synodicâ, quæ excusa est in tomis Conciliorum Græco-latina. M.S. Codex Græcus, qui extat in Bibliothecâ Colbertinâ sub numero 1262. habet hunc titulum : *Κάνονες*

Vita Pauli  
apud Phot.



- Cod. M. SS. Græcus. Ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἡ σύνοδος. Subsequitur præfatio, in quâ notatur, duas fuisse Synodos Antiochenas, unam tempore Aureliani Imperatoris propter Paulum Samosatenum, aliam sub Constantio filio magni Constantini, quæ statuit 25. canones, quos infra subnectit. Ioannes Antiochenus, qui sub Iustiniano Imperatore floruit in suâ ad 50. capitum collectionem præfatione inter varias Synodos enumerat unam
- Ioan. Antiochenus. *Patrum Antiochia congregatorum, à quibus expositi sunt canones 25.* Photius Patriarcha Constantinopolitanus in præfatione nomocanonis sui meminit unius tantum Antiochenæ Synodi post Gangrensem coactæ: *Synodi, inquit, Antiochia in Syria canones 25.* Auctor libelli Synodici, qui ante 700. annos floruit agit de hac Synodo tempore initiationis Ecclesiæ Constantinianæ, ut vocat, celebratâ, & pergit de eius Patribus: *divinum Pascha secundum Nicanam Synodum definirunt, & Canones, qui jam circumferuntur, exposuerunt.* Meminit hic auctor omnium, quotquot Antiochiæ celebrata fuerunt, Conciliorum, nec ullibi canones statutos asserit, quam hæc in Synodo tempore encæniorum celebratâ, cui canones 25. qui tunc etiam circumferebantur, vendicandos statuit. Floruit & ante quinque sæcula Zonaras inter græcos juris canonici peritissimus, qui una cum Theodoro Balsamone duas Antiochenas Synodos agnoscit, unam contra Paulum Samozatenum tempore Aureliani: *alia vero Synodus, inquit, rursus coacta est Antiochia sub Constantio filio Magni Constantini, quinque annis post mortem Patris, & canones edidit, qui sunt hi.* Sequuntur autem apud Zonaram & Balzamonem 25. canones Antiocheni, de quibus hic agimus. Antiqua canonum Synopsis græca apud Symeonem Magistrum & logothetam habet hunc titulum ante 25. canones:
- Epit. græcus. *Epitome canonum Synodi Antiochena.* Constantinus Harmenopulus in proloquio canonum à se editorum referens varias Synodos, testatur duas Antiochiæ celebratas fuisse, unam contra Paulum Samosatenum, alteram sub Constantio Constantini Magni filio, quæ canones exposuit. Et expressius Mattheus Blastares in præfatione Syntagmatis alphabeticæ: *altera Patrum Synodus in Antiochiâ, quæ Syria civitas est, sub Constantini Magni filio rursus congregata est post quinque annos à Patris ipsius ad Deum reditu numeratos, qui etiam viginti quinque ad communem Ecclesia utilitatem canones ediderunt.* Quid plura? tot testimonia adduximus, quot desiderari possunt ad firmandam veritatem, & traditionem inconcussam.

7. Objicitur quidem, in subscriptionibus aliquot Episcoporum nomina



nomina reperiri, quæ Synodo anni 341. subscripta esse non possunt, cum Episcopi ante illud tempus mortui fuerint ut Theodotus Laodicensis, qui anno saltem 335. obierat, & Anatolius Emelenus, qui fato functus est ante Synodum hoc anno 341. habitam: verum jam ante ostendimus, errorem irrepsisse in catalogum subscriptionum vulgatae editionis quoad nomen Theodoti, & ex Sozomeno legendum esse Georgij, nec obinde subscriptionum catalogos alteri Concilio tribuendos, quod error in unius Episcopi nomen irrepsit. Anatholium Emesenum adfuisse huic Synodo, indicavimus quoque supra, quod Eusebij Emeseni subscriptione nullatenus infirmari, sed potius confirmari ostendimus. Quæ igitur de Episcoporum subscriptionibus obijciuntur, nullius momenti sunt, nec tanti facienda, ut obinde præstantissima totius Antiquitatis testimonia rejicienda veniant; quod idem infra ostendemus de ijs, quæ ex convenientiâ canonis 13. & 22. deducuntur argumenta. Magnam enim in illis canonibus disparitatem esse, probabimus ad canonem 13. ut nihil sit, quod opponi possit consensui Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, quæ jam dudum in unam de 25. canonibus tamquam ab unâ Antiochenâ Synodo editis, conspiravit sententiam.

## C A P V T II.

An Canones 25. huius Synodi sint ab Ecclesia recepti.

1. *Canones Antiochenos eandem sortem quam Illiberitanos fuisse passos, patet ex canonibus Secundo, Quarto, Quinto, Duodecimo, & Decimoquinto, quos omnes à recentioribus tanquam dolosas Eusebianorum regnas habitas fuisse constat.*
2. *Idem antiquos sentisse, colligi videtur ex Iulio I. Innocentio I. & Chrysofomo apud Socratem, Palladium, & Georgium Alexandrinum.*
3. *Verum nullius momenti esse desumpta ex veterum testimoniis argumenta, ex ipso Chrysofomo canones Antiochenos servante indicatur, tum deinde ex aliorum indubitatis testimoniis, quorum unum omni exceptione maius suppeditat sacrum Chalcedonense Concilium.*
4. *Accedunt testimonia Ferrandi, Ioannis Antiocheni, Dionysij Exigu-*



gui, Ioannis secundi, S. Casarij Arelatensis Episcopi, Martini Bracarenensis, Vigily Papa in epistolâ à Concilio generali quinto probatâ.

5. Deinde testimonia Cresconij, Synodi Trullanae, Zachariae Pontificis Stephani secundi, Adriani primi, Caroli magni, & successorum in Capitularibus, Concilij Aquisgranensis, Concilij Parisiensis, Hrabani Mauri, Isaaci Lingonensis, & Hincmari Remensis.

6. Tempore Hincmari habemus Concilia Romana & Gallicana celebrata sub Leone 4. & Nicolao primo, quibus accedunt RATHERIUS Veronensis, Leo septimus, & universa demum Orientis & Occidentis Ecclesia.

1. **Q**UOD Canonibus Illiberitani Concilij, hoc & canonibus huius Concilij contigisse videmus, ut nimirum quosdam ex illis ab antiquis reiectos existimarit posteritas, quæ dum canones impugnavit, id non tam veritati innixa, quam errore quorundam præoccupata fecit: communis fuit omnium huc usque peritorum sententia, canonem duodecimum Antiochenum ab antiquis fuisse reiectum, nec hic stitit modernorum sententia: canonem 2. fuisse effectum malignitatis Eusebianæ contra Eustathium Antiochenum, dixit Dominus Hermantius in vitâ D. Athanasij lib. 1. cap. 12. Et de canone 4. addit: *on ne peut douter, que ce canon ne concerne S. Athanase, qui regardoit comme nul le jugement, que ces heretiques avoient prononcè contre luy, & nous verrons, qu'il se serviront de cette decision, pour deposer le Pape mesme.* De canone 5. Antiocheno notat Dominus Bailius tomo 2. summæ Conciliorum, ab Eusebianis hunc canonem ideò constitutum, ut Catholicos seorsim ab Arianis conventus agentes vexarent, *Canonem igitur hunc, inquit, Eusebiani ad vexandos Catholicos Synodali hac constitutione renovarunt, & in pravum usum converterunt.* Parisiensium Archiepiscopus de Marca canonem 15. & alios citat pro suprema Synodorum Provincialium autoritate, quam sententiam Schismaticorum opinioni accedere nemo eruditus ignorat, unde & vir quidam eruditus ad canonem 1. Calchedonensem: canones Antiochenos, inquit, *Romana & omnis latina Ecclesia eo usque abjicit tanquam dolosas Eusebianorum in S. Athanasium insidias.*

2. Nec novum videretur, cum antiquitas ipsa urgeat. Iulium primum in suâ ad Orientales epistolâ Schismatica eorum sententia Antiochiæ concepta explosisse, clamant omnes. Plures etiam illorum temporum Patres cum Athanasio Alexandrino, & Marcello Ancyrano idem sentiisse, ex re ipsâ demonstrant. Quinimò Innocentium primum

Hermantius.

Bailius.

de Marca.



num eiusdem sententiæ fuisse, tentari posse existimant. Aliquid namque post sæculi quarti finem contigit in causâ Ioannis Chrysoptomi, unde adversarij derogandum putant huic Concilio: cum enim Theophilus Patriarcha Alexandrinus ad causam dicendam Constantinopolim esset evocatus, studio Imperatricis Eudoxiæ à reo accusator factus & iudex, in ipsum Chrysoptomum sævit: primùm namque depositus absentem, & in exilium mitti curavit, deindè transmisit canones quosdam, quibus vetabatur, ne depositus à Synodo Episcopus iterum sedem invadens de ministerio attingere absque nova Synodo auderet, quem canonem D. Ioannes Chrysoptomus apud Socratem lib. 6. cap. 18. contendebat non Ecclesia Catholica, sed Arianorum canonem illum esse, Episcopi enim olim Antiochia congregati ad everendam consubstantialis fidem pro odio, quo adversus Athanasium flagrabant, eum canonem condiderunt. Idem fere edicebat Palladius Helenopolitanus Episcopus in dialogo Romæ habito cum Theodoro Romano Ecclesiæ Diacono. Et ista quidem regula, ut nequam & à nequissimis edita in Sardicensi Concilio à Romanis & Italis, Illyricisque & Macedonibus, & Græcis, ut ipse melius nosti optime Theodore, eliminata est, quando Liberius aut Iulius sub Constantis Imperio Athanasium & Marcellum Galatam admisit ad communionem, quorum Gratia etiam canon ille fuerat editus, & Elpidius Laodiceæ Episcopus apud Georgium Patriarcham Alexandrinum in vitâ Chrysoptomi: & nunc demum canones quos adferunt, docemus ab Ariano emanasse: quin & ipse Ioannes probavit hunc ipsum, quem obrudunt, canonem, non ab Ecclesiâ nostrâ profluxisse, sed Arianorum esse commentum revicit, editum quo tempore Antiochia convenerunt ad abrogandam fidem de consubstantiali Trinitate, quem ediderunt hostili odio insectantes magnum illū Athanasium.

3. Maioris quidem momenti hæc videri possent desumpta ex veterum auctoritate contra canones Antiochenos argumenta; verum si hic locus esset, antiquorum hæc de re placita perpendere, nec rationum momentis nec auctoritatum pondere destitueremur, quibus hæc omnia enodaremus, & 25. canonum auctoritati nullatenus adversari, nec contraria esse, demonstraremus. Sed servatis his omnibus pro fine huius operis, dissertatione ultimâ ostendemus, nec Athanasium juxta hosce 25. canones fuisse depositum, nec D. Ioannem Chrysoptomum eos habuisse pro Arianorum figmentis, sed pro veris Ecclesiæ regulis. Si enim canones hos Arianorum existimasset Chrysoptomus, cur eos sibi servandos dixisset, & nullatenus temerandos sæpius iterasset?

cur

Socras.

Palladius.

Georgius  
Alexandrin.



cur quæso universa Orientis Ecclesia hos 25. canones in corpus canonum ab Ephesino quodam Episcopo 30. circiter post Chrysostrum annis collectos, venerata fuisset, & tempore Leonis primi Latinitate donatos in Priscâ canonum collectione occidentis Ecclesia admisisset? cur aliàs Aetius Archidiaconus Constantinopolitanus aët. 4. & Leontius Magnesiæ Episcopus aët. XI. Chalcedonensis Concilij ex Codice citassent quatuor canones Antiocheni Concilij, & ad citatos canones exclamassent Paschasius & Lucentius sedis Apostolicæ legati cum Orientis Patriarchâ Maximo Antiocheno, Novæ Romæ Episcopo Anatolio Constantinopolitano, Exarcho Asiæ Stephano Ephesino, Metropolitâ aliis & Episcopis plusquam sexcentis ex omni Orientali Ecclesiâ coadunatis: *hæc juxta regula Patrum. Et juxta divinas sacrasque Patrum regulas* (Antiochenorum) esse judicandum? cur subinde Pergamius Metropolita Antiochiæ Pisidiæ cum 14. suffraganeis Episcopis eodem an. 451. ad Leonem Imperatorem canonem Antiochenum nominatim citassent, & juxta illum procedendum judicassent?

Concilium  
Chalced.

4. Nec hic sistit antiqua Patrum de canonibus Antiochenis traditio. Ferrandus Carthaginensis in Africâ diaconus canones Antiochenos in auctoritatem suscepit, quo tempore Ioannes Scholasticus ex Presbytero Antiocheno factus Patriarcha Constantinopolitanus ea in suâ 50. capitum collectione inseruit, & Dionysius Exiguus Abbas Romanus in suâ collectione Occidenti universo sub eodem Principe Iustiniano proposuit, idque magis innotescet ex dicendis, quam ut hic iis referendis in hæreamus. Ioannes 2. Pontifex Romanus, qui sub Iustiniano quoque floruit anno 534. canones plures ex Antiocheno Concilio retulit, & ad Galliam pro causâ contumeliosi Episcopi dijudicandâ transmisit, & S. Cæsarius Arelatenfis in Galliâ Primas canones illos cum summâ veneratione recepit, & observandos prædicavit. S. quoque Martinus Braccarenfis in Hispaniâ Episcopus novam canonum collectionem adornavit, & inter 68. canones, quos è variis Conciliis parti 1. inseruit, quindecim reperiuntur ex solâ Antiochenâ Synodo, eamque collectionem Synodo Lucensi an. 572. ex omnibus Hispaniæ Episcopis coactâ obtulit, ac per eam probari obtinuit. Quid plura? Vigilii Papa epist. 14. ad Rusticum & Sebastianum Diaconos canonem Antiochenum expressè citat, cuius epistola recitari, & actis Concilij generalis quinti anno 553. inferi meruit, ut post tam illustre Orientalis Ecclesiæ in Synodo generali iudicium, omne testimonium videri posset superfluum.

5. Habemus



5. Habemus præterea Cresconium incompertæ nobis civitatis in Africâ Episcopum, qui in collectione suâ canonum Antiochenis sæpius meminit: sæculo 7. habemus Synodum Trullanam plusquam ducentorum Episcoporum Orientalium, qui anno 692. canone 2. admiserunt canones illos, qui in Antiochiâ Syria constituti sunt. Et sæculo 8. Zachariam Pontificem, qui in epist. ad Pippinum Antiochenum Concilium in suis canonibus expressè laudavit: & Stephanum 2. eius successorem, qui an. 754. in responsis ad Francos canonem Antiochenum verbatim retulit: & Adrianum 1. qui anno 784. omnes canones Antiochenos à sede Apostolicâ admissos ostendit, cum illos in epitomen redactos cum cæteris Carolo magno Romæ obtulit, unde & idem Francorum Imperator cum regni successoribus eos passim in capitularibus suis retulerunt, ut videre licet apud Ansegisum Abbatem Lobeiensem, qui librum 1. capitularium Caroli M. à canonibus Antiochenis nominatim citatis inchoavit: & apud Benedictum levitam, qui passim canones Antiochenos in ultimis capitularium libris retulit: unde Concilium Aquisgranense sub Ludovico Pio Imperatore anno 816. ex omni Galliâ coadunatum à titulo 70. refert quatuor canones Antiochenos, & in auctoritatem à suis recipi mandat. Et Concilium Parisiense 6. an. 829. sub eodem Imperatore Ludovico, & Lothario eius filio ex quatuor Galliarum Provinciis Rhemeni, Senonensi, Turonensi, & Rothomagensi canones quoque Antiochenos in auctoritatem recipit, & duos nominatim exhibuit. Alios laudavit Hrabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus libro de chorepiscopis, alios Isaac Lingonensis Antistes in suis capitulis, alios Hincmarus Laudunensis alios Hincmarus Rhemensis passim in scriptis contra se invicem editis, nec enim adversantes sibi Episcopi de canonum Antiochenorum sensu contendissent, nec eos in favorem suum exponere tam acriter studuissent, nisi auctoritatem istorum canonum summam, & ut Hincmarus Rhemensis expressè fatetur, à sede Apostolicâ & universâ sub cælo Ecclesiâ receptam pro comperto habuissent.

6. Quid ultrò in confirmationem huius veritatis Leonis Papæ IV. testimonium proferam, qui non modo in secundâ ad Britannicæ Antistes epistolâ expressè fatetur, Antiochenos canones esse inter illos, quos pro Ecclesiasticis judiciis usurpare consuevit Ecclesia, sed & in Romana an. 853. celebratâ Synodo cum 60. & amplius Italiæ Episcopis, Presbyteris 19. & Diaconis 6. canonem Antiochenum egregiè



depredicatum in causâ Anastasij Cardinalis dijudicandâ exhibuit. Quid proferam celebrata sub Nicolao Papâ primo Concilia, Sueffionense 3. an. 866. ex omni Galliâ ad eiusdem Pontificis instantiam coactum, & aliud, cuius Synodicam habemus à Theodgaudo Belgicæ Galliæ Primate, Gunthario Agrippinensi Colonia, Arduico Vefontionenfi, Rotlando Arelatenfi, & Tadone Mediolanensi Archiepiscopis ad Nicolaum 1. datam, in quibus canones Antiocheni laudantur? cum ipse Nicolaus primus in epistolâ ad Michælem Imperatorem canonem Antiochenum laudet & admittat. Quid demum ex Italiâ Ratherium Veronensem Episcopum opusculo de contemptu canonum, & clerum Veronensem epistolâ ad Romanam Ecclesiam exhibeam, cum Leo 7. epistolâ 2. ad Galliæ & Germaniæ Episcopos idem imitatus canonem Antiochenum exhibeat, & quod amplius est, universa occidentis & Orientis Ecclesia conspiret. Quotquot habemus in occidente canonum collectores Reginonem, Cardinalem Deusdedit, Anselmum Lucensem Episcopum, S. Ivonem Carnotensem, Burchardum Wormatiensem, & Gratianum monachum: quotquot reperire est in Oriente, qui canones exposuerunt, aut collectionem canonum adornarunt: Photius Patriarcha Constantinopolitanus, Ioannes Zonaras græcorum doctissimus, Aristenus vir canonum peritissimus, Theodorus Balzamon Schismaticus Patriarcha Antiochenus, Constantinus Harmenopolus Nomophilax & iudex Thessalonicensis, Matheus Blastares, & Arsenius ex monacho factus Patriarcha Constantinopolitanus, omnes unanimi voce canones Antiochenos deprecant, in auctoritatem admittunt, & pro iudiciis exercendis adhibuerunt, quæ ne gratis dixisse videamur, in referendis singulis canonibus latius demonstrabimus.

KANO-



## ΚΑΝΟΝΕΣ ΣΥΝΟΔΟΥ

ΤΩΝ ΕΝ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑ.

*Canones Synodi Antiochena.*

I.

Πάντας τὸς τολμῆρας ᾧσαλύην τὸν ὄρον τῆς ἀγίας  
 ἢ μεγάλης συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθείσης  
 ἐπὶ παροισία τῆς δυσεβείας τῆς Θεοφιλεστάτου Βασι-  
 λέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἀγίας ἐορτῆς τῆς Ἐπι-  
 φανίας πάχα, ἀκοινωνήτας ἔσονται ἀποβλήτες εἶναι  
 τῆς ἐκκλησίας, εἰ ἐπιμύσειεν φιλονεικότερον ἐπιστά-  
 μνοι πρὸς τὰ καλῶς δεδωγμένα· ἢ ταῦτα Εἰρή-  
 στω πρὸς τῶν λαϊκῶν· εἰ δὲ τις τῶν πρεσβύτων τῆς ἐκ-  
 κλησίας Ἐπίσκοπος, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος,  
 μὴ τὸν ὄρον τῆτον τολμήσειεν ἐπὶ διαστροφῇ τῶν  
 λαῶν, καὶ ταραχῇ τῶν ἐκκλησιῶν, ἰδιάζειν ἢ μὴ  
 τῶν Ἰουδαίων ἐπιτελεῖν τὸ πάχα· τῆτον ἡ ἀγία Σύ-  
 νodus ἐντεῦθεν ἤδη ἀλλότριον ἔκρινεν τῆς ἐκκλησίας·  
 ὡς ἔ μόνον ἑαυτῶν ἀμαρτίας, ἀλλὰ πολλοῖς δια-  
 φθορᾶς καὶ διαστροφῆς γινόμενον αἴτιον· καὶ ἔ μόν-  
 ον τὸς τοιοῦτους καθαιρεῖ τῆς λειτουργίας, ἀλλὰ  
 καὶ τὸς τολμῆρας τέτοις κοινωνεῖν μὴ τιῶν καθά-  
 ρεσιν· τὸς δὲ καθαιρεθέντας ἀποσερεῖσθαι καὶ τῆς ἐξου-  
 θεν τιμῆς, ἧς ὁ ἅγιος κανὼν ἔσται Θεοῦ ἱεραλεῖον  
 μετέληφεν.



## VERSIO DIONYSII EXIGVI

De his qui contraria gerunt his , quæ regula-  
riter de Pascha statuta sunt ,  
in Nicæno Concilio.

Versio Dio-  
nyfij Exi-  
gui.

Omnes qui ausi fuerint dissolvere definitionem san-  
cti & magni Concilij , quod apud Nicæam congregatum est sub præsentia piissimi & venerandi Principis Constantini de salutifera solemnitate sacratissimæ Paschæ : excommunicandos & de Ecclesia pellendos esse censemus , si tamen contentiosus adversus ea , quæ bene sunt decreta , persistierint : & hæc quidem de laicis dicta sint. Si quis autem eorum qui præesse noscuntur , Ecclesiæ , aut Presbyter , aut Diaconus post hanc definitionem tentaverit ad subversionem populorum Ecclesiarumque perturbationem , seorsum colligere , & cum Iudæis Pascha celebrare : sancta Synodus hunc alienum jam hinc ab Ecclesiâ iudicavit , quod non solum sibi , sed & plurimis causa corruptionis & perturbationis extiterit. Nec solum tales à ministerio removeret , sed etiam illos , qui post damnationem huiusmodi communicare tentaverint : damnatos autem omni quoque extrinsecus honore privari , quem sancta regula & sacerdotium Dei promeruit.

*Epitome Canonis Hadriani Papæ I.*

Quicumque cum Iudæis contrà statuta Nicæni Concilij Pascha celebraverit , excommunicetur , & damnatus



natus clericus omni quoque honore extrinsecus, quem sancta regula vel sacerdotium promeruit, privetur.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Qui legibus sancitam Paschæ traditionem immutare molitur, si quidem laicus sit, qui hoc agit, excommunicetur, si clericus, ab Ecclesiâ arceatur.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras: decretam à sanctis Patribus in primâ Synodo congregatis, quod tamen inter canones eius Synodi non extat, de Pascha solemniter editum fuisse, huius Synodi auctores asserunt; idque ab omnibus servari, quique ei non obtemperaverint, si quidem laici sint, communionem privari & ab Ecclesia exterminari jubent. Quod si sacro ordini constitutionis illius violatores adscripti fuerint, ijque cum judeis diem Paschatis celebrandum esse doceant, depositione ipsos, & qui iisdem post depositionem communicare ausi fuerint, mulctari volunt; ac ne externum quidem sacerdotij honorem, ut cum à sacrorum celebratione arceantur, tamen Cathedra prerogativam Episcopique aut sacerdotis appellationem retineant, hominibus concedi patiuntur. Ac ij quidem, qui cum judeis Pascha diem agunt, septimo quoque Sanctorum Apostolorum canone deponi jubentur, porro inter canones primæ Synodi nihil quidquam de Paschate decretum invenitur: an vero extra canones aliquid eiusmodi constitutum sit, cum illius Concilij apud me acta non extent, haud facile dixerim.

A istenus: dicitur & in 7. Apostolico canone, quod Presbyter qui cum judeis Pascha celebrat, deponitur. Idem itaque & hac presens canon statuit; quod si quis laicus legitimam Paschatis traditionem transgreditur, illud cum judeis vel per se ipsum privatim alio tempore celebrat, excommunicatus erit, & Ecclesia eiectus, si clericus autem sit, qui hoc facit, deponetur. Privabitur autem & Cathedra honore, ut & quotquot è clericis tali post depositionem simul communicaverint.

Balzamon: de Festo Sanctæ Paschæ, quando debet fieri, satis tractatum est in septimo canone Apostolico, & lege eum, & qua in ipsum scripta sunt, presentis autem Synodi Sancti Patres dicunt de hoc festo à prima



Synodo fuisse definitum. Atque hoc in canonibus Patrum prima Synodi invenitur. Eos ergo qui audent, quæ de Pascha sic definita sunt, solvere, & cum judeis festum agere, si sint quidem laici, & ad Ecclesiasticam traditionem non facile redigantur, sed contentiose resistent, decernunt absolutè excommunicationis pœnis subjici; eos vero qui sunt sacrati, deponi: & non solum ipsos, sed & eos qui illis post depositionem communicant. Quin etiam ipsi una cum sacrorum celebrandorum privatione, honorem quoque canonicum, qui ad illos utpote sacratos, extra sacrum tribunal pertinet, adimunt. Neque enim Cathedræ neque vocationis honore digni habebuntur: sed nec alio sacerdotali privilegio. Nota ergo ex hoc, quod si non est magnum crimen, propter quod quispiam est depositus, sed leve (forte duxit uxorem post depositionem) ea quæ sunt extra tribunal peraget: & externum etiam honorem habebit. Lege & IX. canonem Neocæsariensis Synodi, & VI. Synodi can. 21. & 26.

## SCHOLIION.

### De salutiferâ solemnitate Sacratissimæ Paschæ.

1. Suppositâ contentionis de Paschate inter Polycratem & Victorem olim orta historiâ, ostenditur variantium regionum de Paschate consuetudinem occasionem dedisse statuto Nicano.
2. Post Nicanum Concilium Syriis & vicinis populis orientalibus in eodem festo claudicantibus, eorum audaciam reprimere voluit Synodus Antiochena, que occasionem statuendi hunc canonem exinde desumpsit.

1. **I**nitium controversiæ circâ celebrationem Paschatis lunâ decimâ quartâ cum Iudeis, vel die Dominicâ post decimamquartam lunam cum Romanâ Ecclesiâ, acerrimam subinde contentionem Polycratis Episcopi Ephesini cum Victore Pontifice deluper habitam hîc repetenda non ducimus, utpotè quæ tomo priori antiquitatis illustratæ abundè illustravimus, ostendentes ex restituto Sozomeni loco, initam fuisse concordiam inter utramque partem hac conditione, ut Polycrates cum Asianis retineret quidem propriam consuetudinem celebrandi Pascha decimaquartâ lunâ, sineret tamen reliquas orbis regiones cum Romanâ Ecclesiâ observare Pascha die Dominicâ post 14. Lunam: quo concordiaæ pacto Asiani recedebant. ob errore in fi-  
de,



de, ut Fufius ibidem expoſuimus. Durabat hæc varia regionum conſuetudo uſque ad tempora Sylveſtri Pontificis, ſub quo Concilium Arelatenſe primum in litteris Synodicis ad Sylveſtrum Papam ſe ſtatuendum duxiſſe profiteretur canone 1. *de obſervatione Paſche Dominica, ut uno die & tempore per omnem orbem à nobis obſervetur, & juxta conſuetudinem litteras ad omnes tu dirigas.* Diſplicebat totius occidentis Episcopis in Synodo Arelatenſi adunatis variantium regionum in præcipuo Chriſtianorum feſto diverſa conſuetudo: quia tamen ipſi poteſtatem non habebant mandandi Orientis Eccleſiis, rogant Sylveſtrum Papam, ut ſuâ autoritate uſus litteras hæc de re per orbem univerſum mittat, quod & conſequenter feciſſe vix dubito, cum & ſecundus catalogus tempore Juſtiniani Imperatoris conſectus habeat in Sylveſtro: *hic fecit conſtitutum de omni Eccleſiâ.* Quæ eadem repetit Anaſtaſius Bibliothecarius in Pontificali Damali, unde & D. Athanaſius epistolâ de Synodo Ariminenſi & Seleucienſi: *Nicæna Synodus non temerè habita eſt, ut qua habet graviſſimos uſus, & legitimam rationem. Syri enim, Cilices, Meſopotamiani in feſti cauſâ claudicabant, atque una cum judeis Paſcha celebrabant.* Enimverò niſi ad omnes Synodi Arelatenſis per Sylveſtrum decreto, non poterant Syri, Cilices, Meſopotamiani, & ſiqui erant alij detrectantes obedire mandato, aliam cauſam adferre, quam olim Aſiani attulerant contra Viſtorem Papam, quod neceſſariò regionum ſuarum conſuetudinem ducerent retinendam tamquam ex traditione Apoſtolicâ manantem, forſan & regulam fidei & doctrinam Evangelij ſomniabant cum Polycrate, unde eos claudicare ſcripſit magnus Athanaſius, & horum aliorumque errorem correctum volens magna Nicæna Synodus, reſte Athanaſio morem obſervandi Paſcha Dominicâ die in Romanâ Eccleſiâ & plerisque Orientis regionibus uſitatum ab omnibus ſervandum firmavit, quâ de re Eusebius Cæſareenſis in vitâ Conſtantini libro 3. cap. 14. *ut non modo unius fidei conſonantia apud omnes obtineret; verum etiam unum idemque tempus in ſalutaris feſti celebratione ab omnibus firmaretur.* Et ipſe Conſtantinus in litteris ad Eccleſias apud Eusebium cap. 18. *communi omnium ſententiâ decretum eſt, eam feſtivitatem uno eodemque die ab omnibus ubique celebrari oportere:* Et infra cap. 19. poſtquam oſtendiſſet, nequaquam convenire, ut Catholici cum judeis Paſcha celebrarent, pergit: *cumque hic ordo decentiſſimus ſit, quem omnes tam occidentalium, quam Meridianarum & ſeptentrionalium orbis partium Eccleſia, ac nonnulla quoque Orientalium ſervant:*

Canon 1.  
Arelatenſe.

Acta Sylveſt.  
ex 2 Catal.  
Athanaſius.

Eusebius.

Conſtantin.



idcirco id æquum rectumque esse omnes judicaverunt, quod & vobis placiturum esse spondi, ut scilicet quod in urbe Româ perque omnem Italianam, Africam, Ægyptum; per Hispaniam, Gallias, Britannias, Libyas; per universam Achaiam; per Asianam & Ponticam diocesim; per Ciliciam denique concordî sententiâ observatur, id vestra quoque prudentia libentibus animis amplectatur. Et infra: atque ut summatim & breviter dicam, placuit communi omnium iudicio, ut Sanctissima Pascha festivitas uno eodemque die celebraretur. Meminit quoque huius statuti ipsum Nicænum Concilium in Synodicâ ad Ecclesiam Alexandrinam: controversiam de festo sacratissimo susceptam esse prudenter & commodè sedatam, ita ut omnes fratres, qui Orientem incolunt, & judeorum consuetudinem ante imitabantur, jam Romanos & Ægyptios, qui rectam viam à primis temporibus tenuere, consentientibus animis jam sedulo sint secuturi. Quod idem repetunt Gelazius Cizycenus in Historia Nicæni Concilij, & Gregorius Cæsareensis Cappadociæ Presbyter in actis eiusdem Synodi per Franciscum Combefis ex Photij excerptis editis, alijque Historici græci.

2. Eos verè, qui in festo claudicabant, vocavit Athanasius Syros, Cilices, & Mesopotamianos, qui omnes erant Patriarchatus Antiocheni, unde & Nicænum Concilium in Epistolâ Synodicâ meminit fratrum, qui Orientem incolunt, quod nimirum Patriarcha Antiochenus præisset Diocesi Orientis. Et hæc omninò in causa fuere, quod 16. annis post Nicænum Concilium Synodus Antiochena censuris & excommunicatione animadvertat in temerantes communem totius Ecclesiæ morem etiam ab Asianis, ut Constantinus scribit, ante Nicæni Concilij tempora amplexum. Erant in Orientis Diocesi alij quot quartodecimanorum reliquiæ perturbantes populos & Ecclesias, & Synodus Antiochena in Orientis Metropoli coadunata volens orbi Catholico persuadere, sese ab Ecclesiæ disciplinâ nolle discedere, canone 1. renovat statutum Nicænum Orientis causâ per Constantinum Imperatorem ubique transmissum, censetque laicos in primis obstinatius resistentes excommunicandos & Ecclesiâ pellendos, si tamen contentiosius persisterint: quo agendi modo acrius animadvertere non poterat in Nicæni Concilij temeratores, neque illustriori Exemplo ostendere, se initio Concilij bono Ecclesiæ fuisse intentam.



*Si quis autem Præsidentium Ecclesiæ aut  
Episcopus, aut Presbyter,  
aut Diaconus, &c.*

C A P V T I I I.

De Præsidentibus Ecclesiæ.

1. Meminit canon præsidentium Ecclesiæ, pro quibus positum erat in Ecclesiis solium cum sedili ab utroque latere, quod sacrum tribunal dicebatur.
2. Inter præsidentes fuisse Episcopos & Presbyteros, demonstrant Ignatij, Tertulliani, & Cypriani testimonia.
3. Præsidentibus etiam annumerandos esse Diaconos in tribunali adstantes, evincunt testimonia S. Policarpi, Ignatij, & Cypriani.
4. Viduas quoque præsidentes vocatas fuisse, patet ex Clemente Alexandrino, & Tertulliano, cuius locus exponitur de petendo marito à viduâ.
5. De viduis attestatur Cyprianus, agit item canon XI. Laodicenus viduas auferens, quem canonem exponit Balzamon, & illustrat Atto Vercellensis Episcopus.
6. Locus Attonis plurium Deo consecratarum meminit, earumque quatuor genera exhibet Morinus, Virgines nimirum, Viduas, uxores Clericorum, & Diaconissas. Quanam earum præsidentes vocata.
7. Vidua præsidentes sedem habebant non in sacro tribunali, sed in medio Ecclesiæ, & defecerant ante Nicani Concilij tempora, ut mirum non sit, hoc Antiocheno canone nullam illarum factam esse mentionem, præterquam quod hic canon agat de præsidentibus Clericis.

1. **H**Æc est secunda canonis pars agens de Clericis cum priori actum esset de Laicis. In utroque pœnas eas statuit, quas canon exhibet, & interpretes græci clarius exponunt, quam ut à



nobis iterato præstari necesse sit, ideoque ex toto canone hæc solum verba assumo: *προεσώτων τῆς Ἐκκλησίας. Præsidentium Ecclesia*, quæ Dionysius vertit: eorum qui præesse noscuntur Ecclesiæ, quod antiquam de Præsidentibus Ecclesiæ disciplinam respicit, occasione cuius hic Præsidentium munia, & quinam in singulis Ecclesiis plebi Christianæ præsidere censebantur, ex intimâ antiquitate repetemus. Ut verò hoc ex ipso Præsidentium loco demonstrare aggrediamur, notanda sunt verba auctoris Constitutionum Apostolicarum libro 2. capite 57. ubi Ecclesiæ constructionem & fidelium in ea loca designans scribit: *primum sit ades oblonga Orientem versus navi similis, utrimque Pastophoria in Orientem. Sit solum Episcopi in medio positum, & ex utroque eius latere sedeant Presbyteri, & astent Diaconi.* Hoc Episcopi solum erat *θρόνος*, ut habetur in græco: tradit autem vir eruditus Christianus Lupus ad caput 3. Tertulliani de præscriptionibus hæreticorum: „ Thronum fuisse positum in eminentiori circumca altare loco, quem sacrum tribunal appellavit antiquitas. „ Enimvero fuisse olim in Ecclesiâ sacrum tribunal, in quo sedebant ac præsidebant plerique cum loci istius Episcopo, memoriæ proditum esse ab antiquioribus, evincunt illa quorundam Præsidentium nomina, & Tertulliani in exhortatorio ad castitatem libro verba: *differentiam inter ordinem & plebem constituit Ecclesia auctoritas, & honor per ordinis confessum sanctificatus.* Ubi inter Clerum & populum duplex ponitur distinctio, & prærogativa: auctoritas & præfectura, & huius index eminentior in Ecclesiæ tribunali sedes posita, unde populus quoad Ecclesiastica leges aut monita recipere solitus erat.

2. Inter illos, qui hocce in tribunali præsidebant, fuisse Episcopum, nulla potest esse dubitatio, cum S. Ignatio Patriarchâ Antiocheno testante constet, *Episcopum præsidere.* Et juxta D. Cyprianum epistolâ 55. ad Cornelium Papam: *singulis Pastoribus portio gregis sit adscripta, quam regit unusquisque & gubernet.* Unde & addit: *oportet utique eos, quibus præsumus, non circumcursare.* Plena sunt Patrum scripta huiusmodi testimoniis, nec mirum, quandoquidem gentium doctor in primâ ad Timotheum epistolâ capite 5. scriptum reliquerit: *qui bene præsumunt Presbyteri.* Quæ D. Ambrosius ad illum locum intelligere viderur de Episcopis, qui etiam sub Presbyterorum nomine aliquoties exprimuntur. Verum Presbyteros etiam præfuisse cum Episcopis, vel ex eo patet, quod sedebant olim in sacro tribunali ab utroque latere Episcopi, ut habet auctor Apostolicarum Constitutionum, idque

Constitut.  
Apostolor.

Lupus.

Tertullian.

D Ignatius.  
Cyprianus.



idque tanquam eius consiliarij : sic libro 2. cap. 28. dicit : haberi tanquam consiliarij Episcopi & Ecclesia corona, sunt enim Concilium & senatus Ecclesia. Idem habet Sanctus Ignatius Martyr in sua ad Tral-  
lenles epistola : quid vero sacerdotium aliud est, quam sacer cætus consiliarij & assesseres Episcopi. Unde jam intelliges locum Tertulliani libro 1. ad uxorem : quantum obstrepant sanctitati nuptia secunda, disciplina Ecclesie & præscriptio Apostoli declarat, cum digamos non finit præsidere. Arripit hæc ultima verba Beatus Rhenanus, & commentatur : præsidebant Presbyter & Episcopi, unde prædentes dicti., Tertullianus de coronâ militis loquens de Eucharistiâ : nec de aliorum, Tertullian.

3. Addit Constitutionum Apostolicarum auctor, non sedisse, sed adstasse olim Diaconos, quod ex antiquâ traditione retinendum duxit Gelasius 1. epistola 9. non in Presbyterio residere, cum divina celebrantur, vel Ecclesiasticis habetur quicumque tractatus. Hinc tamen colligas, non præfuisse. Scribit enim S. Polycarpus Smyrnenfis Episcopus epistolâ ad Philipenses : subiecti Presbyteris & Diaconis, ut Deo & Christo. Et S. Ignatius Martyr epistolâ ad Trallianos : subiecti Episcopo & similiter Presbyteris & Diaconis. Et iterum ad Philadelphenses : Episcopo attendite, & Presbyteris, & Diaconis. Apostoli enim non solos constituerunt Episcopos & Presbyteros, sed inquit Cyprianus epistolâ 65. Diaconos sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesie ministros, utique tales, qui simul cum Episcopis & Presbyteris Ecclesie præessent, testante Antiocheno Concilio hoc canone 1. si quis presidentium Ecclesie aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus. Ex quibus jam colligere licet, unde provenerit illa apud antiquos consuetudo celebrandi Concilia, quibus intererant Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, & unde post obitum Fabiani provenerint de rebus Ecclesie inscriptæ à Cypriano epistolæ Presbyteris & Diaconibus Romæ consistentibus, & responsa desuper à Presbyteris & Diaconis Romanis data.

4. Verum nec hi soli præerant Ecclesie, fuerunt olim viduæ, quæ præsidebant una cum Episcopo, Presbyteris & Diaconis, unde & prædientium nomen sortitæ : mirum quid antiquitatis Ecclesiasticæ ignaro videbitur, sed verum tamen & ex Apostolorum instituto à Patribus in Ecclesiâ receptum : meminit harum Gentium Doctor primâ ad Timotheum epistolâ, statuitque, sexaginta annorum minores eligi non debere; earum sæpius meminit S. Ignatius Martyr, & Clemens



Clemens  
Alexandrin.

Tertullian.

Albaspineus.

Cyprianus.

Constitut.  
Apostolicæ.

mens Alexandrinus libro 3. pædagogi cap. 10. Eas inter electas personas numerat cum Episcopis, Presbyteris & Diaconis, quod una cum iis præliderent: *præcepta quæ ad electas personas pertinent, in sanctis libris scripta sunt, hæc quidem presbyteris, alia vero Episcopis, alia Diaconis, alia autem viduis, de quibus fuerit aliud dicendi tempus.* Sæpius earum meminit Tertullianus signanter verò in primo ad uxorem libro cap. 7. cum scribat de Apostolo: *Digamos non sinit præsidere, cum viduam adlegi in ordinem, nisi univiram non concedit.* Et libro de velandis virginibus cap. 9. agens de sede viduali: *ad quam sedem præter annos sexaginta non tantum univira, id est nupta aliquando eliguntur, sed & matres, & quidem educatrices filiorum, scilicet ut experimentis omnium adfectuum structa facile norint cæteras & consilio & auxilio juvare.* Sedem earum in Ecclesiâ supponit, ex quâ consilio & auxilio juvant cæteras, & si quoddam hæc de re exemplum requiras, idem Tertullianus libro de Monogamiâ memorat, suo tempore matrimonium postulatum ab Episcopo Monogamo, à Presbyteris, à Diaconis eiusdem Sacramenti, à viduis: quem locum interpretaturus Gabriel Albaspineus Doctissimus Aurelianensis in Galliâ Antistes, quærit, quid tandem significet, maritum petere à viduis? ac responderi libro 1. observatio-  
 ,, ne 24. se reperisse, olim in Ecclesiâ statutum fuisse, ,,  
 ,, uxorem duceret, aut de nuptiis cogitaret, quin prius Ecclesiam id  
 ,, est Episcopum, Sacerdotes, Viduas, cæterumque clerum consulisset,  
 ,, eisque conditiones futuri conjugis, statum, religionem, sectam,  
 ,, Patriam denique, ac mores & ætatem exposuisset. ,, Et infra de  
 ,, horum viduarum officio: ,, certæ quædam viduæ natæ annos ma-  
 ,, gis sexaginta, cæteris mulieribus præficiabantur, ut non solum  
 ,, eas ope & consilio in domesticis negotiis juvarent: sed etiam ut eis in  
 ,, rebus sacris & religionis ritibus operâ suam præstarent. ,, Putat igitur,  
 ,, si quid ab Episcopo cæteræ mulieres cuperent obtinere, iisdem  
 ,, viduis utebantur, quibus solis illius adeundi tum erat potestas:  
 ,, nuptias neque facere, neque de iis cuiquam mulierum fas erat co-  
 ,, gitare, quin prius per easdem viduas Episcopum consulissent. ,,  
 Hæc Albaspineus.

5. Nec sola Tertulliani tempora viduas habuerunt: qui post tertij sæculi medium in Africâ floruit Cyprianus libro 3. ad Quirinum numero 74. *Viduas probatas quasque honorandas ex Apostolo repetit.* Constitutionum Apostolicarum auctor, qui tertio sæculo scripsisse fertur, libro 3. ferè per totum agit de viduis, ac *Gradus vidualis* exprèsse



expressè meminit : quinimo Concilium Laodicenum sæculo 4. in Phrygiâ Asiaticâ habitum canone XI. hæcè viduas vocat seniores & presidentes, ac statuit : *quod non oportet eas, quæ dicuntur viduæ, seniores, vel presidentes in Ecclesiâ constitui.* Ad quæ verba Theodorus Canon. XI. Laodicen. Balzamon : *antiquitus quadam vetula mulieres, in Catholicis Ecclesiis sedentes, reliquas fortè mulieres ad bonum & honestum ordinem servandum deducebant. Quia autem ex earum consuetudine, eo quod honestum est non rectè utentium, vel propter arrogantiam, vel propter turpem quæstum quidam offendebantur, prohibuerunt Patres, ne deinceps omnino essent in Ecclesiis Presbyteræ vel presidentes.* Qua de re operè precium erit audire ex latinis scriptoribus Attonem Vercellensis Ecclesiæ Antistitem, qui in rescripto ad Ambrosium Presbyterum rem ipsam ordine describit : *videtur nobis, quoniam in primitivâ Ecclesiâ, quia secundum Dominicam vocem mæsis multa, operarij pauci videbantur, ad adjumentum virorum, etiam religiosæ mulieres in sanctâ Ecclesiâ cultrices ordinabantur. Quod ostendit Beatus Paulus in epistolâ ad Romanos cum ait : commendo vobis Phœbem sororem meam, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchrus. Vbi intelligitur, quia tunc non solum viri, sed etiam fœminæ præerant Ecclesiis, magna scilicet utilitatis causâ. Nam mulieres diu paganorum ritibus assuetæ, Philosophicis etiam dogmatibus instructæ, bene per has familiariter convertebantur, & de religionis cultu liberius edocebantur. Quod postmodum Laodicense prohibuit Concilium : quod non oportet eas, quæ dicuntur Presbyteræ vel presidentes in Ecclesiis ordinari. Diaconas vero credimus fuisse talium ministras. Nam Diaconum dicimus ministrum, à quo derivatam perspicimus Diaconam. Addit idem Vercellensis Episcopus Atto : Diaconas olim fuisse Episcopi in Baptizandis mulieribus ministras, & pergit : sicut hæc, quæ Presbyteræ dicebantur, predicandi, jubendi, vel edocendi, ita sane Diaconæ ministrandi vel Baptizandi officium sumpserunt, quod nunc minimè expedit. Refert hoc Attonis rescriptum Christianus Lupus in caput 3. Tertulliani de præscriptionibus hæreticorum, & addit, esse insigniter eruditum, nec immeritò :*

6. Enimverò cum plures essent olim mulieres Deo consecratæ, quarum quatuor genera à Patribus memorata exhibet Morinus parte 3. de sacris ordinationibus, exercitatione 10. ut nimirum quædam dicantur virgines apud Patres notissimæ; secundæ essent viduæ, quæ defuncto marito castitatem Deo vovebant, 3. uxores clericorum, quibus non licebat cum maritis cohabitare, & obinde viris ad sacros



- ordines promotis cum statim continentiam voverent, uxor Episcopi dicebatur Episcopa, uxor Presbyteri Presbyterica, uxor Diaconi Diaconissa sive Diacona, Hypodiaconi uxor Hypodiaconissa: 4. denique essent propriae Diaconae, quae ut Diaconi ordinabantur, non in ordine ad sacrificium, sed ut muliebris sexus honestati consulatur inquit Epiphanius heresi 79. & inter haec omnia mulierum genera rectè animadvertit Atto, duo fuisse, quae in sanctâ Ecclesiâ cultrices ordinabantur, quarum primæ erant viduæ, quas nunc seniores vocabat antiquitas ob ætatem sexagenariam à Paulo ad viduitatem requisitam, nunc Presbyteras ob munia quædam cum Presbyteris communia, qualia enumerat Atto prædicandi vel edocendi non quidem publicè in in Ecclesiâ, sed privatim, cum instruendæ essent cathecumene, vel refellendi essent Ethnicis, ut insinuat auctor Apostolicarum Constitutionum libro 3. cap. 16. & latius confirmat D. Chrysofostomus super epistolam ad Romanos ponderando hæc verba: mulieri docere non permitto, illi prohibet sedem in pulpito, inquit, non doctrina verbum non eam disputationem doctrina, quæ ad privatum usum pertinet, amputando hoc dicit, sed eam quæ in medio fit & in communi teatro, quæ ipsis congruit doctoribus. Vocatae etiam fuerunt præsidentes, quod una cum Presbyteris suas sedes haberent non quidem in tribunali, sed in medio Ecclesiæ ubi de plerisque rebus communi præsidentium consilio iudicium ferebat Episcopus, unde illud Tertulliani: *matrimonium postulas ab Episcopo, Presbyteris, Diaconis, viduis, & alibi: prosterne in medium ante viduas ante Presbyteros.* Quod utique pœnitentes non minus ad præsidentium examen obtinere debebant reconciliationis gratiam, quam matrimonio jungendi suas uxores aut maritos. Et cum viduæ essent in præsidentium collegio, magnus Chrysofostomus in homiliâ ad Apostoli verba: *vidua eligatur non minor sexaginta annorum*, magnam disparitatem constituit inter viduas pauperes, quas ad suum usque tempus alebat Ecclesia nullum munus obtinentes in eâ, & viduas sexagenarias, quarum mentionem facit Apostolus: his enim honorem præ dignitate deferendum edicit, & comparat earum dignitatem potestati magistratus secularis, ut etiam illis attribuat honoris summi fastigium. Operæ precium erit integrum D. Chrysofostomi locum exhibere: *viduitas est duplex quadam res. Quid hoc est tandem duplex? honorum operum specimen & honoris summi fastigium. ut igitur magistratus est res quadam duplex. Habet enim opera & dignitatem. Magistratus dignitas est potestas, & cultus qui à vulgo exhibetur.*
- Epiphanius.
- D. Chrysof.
- Tertullian.
- D. Chrysof.



tur, & ipsum esse magistratum, opera vero magistratus sunt injuriâ affectis succurrere, injuriam inferentes compescere, urbibus præesse, in communibus reipublica curis animo excubando pernoctare, & reliqua innumera, Sic & viduitas est & dignitas & opus. Maxima dignitas est, esse viduam. Opus est secundum maritum non adscissere, sed priori esse contentum, filios procreare, hospitio suscipere. Sanctorum lavare pedes, tribulationem patientibus ministrare, omne opus bonum sectari. Itaque Paulus de junioribus loquens opera quidem vidua finit illas perficere, ad vidua autem dignitatem & cæstum, ac ordinem provehi non finit, donec sexagesimus annus præterierit, quasi dicat: opera quidem vidua faciat, dignitatem verò tum obtineat, cum his omnibus perfectis securitatem temporis beneficio fuerit affecta, & ex operibus demonstrationem ac æternum testimonium.

7. Varia ex hoc D. Chrysofomi loco deducit Christianus Lupus, qui cum animadvertat, viduitatem à Chrysofomo non constitui in sola continentia professione, sed statui Ecclesiasticum officium, magistratum, grandem varij operis dignitatem, summi honoris fastigium, addit etiam fuisse ordinem in solemnibus Ecclesia conventu solemniter sedendi. Quin imò in solemnibus totius Ecclesia appariturâ habuisse suam sedem in sacro tribunali, atque ita cum Episcopo & Presbyteris omni populo præsedisse. Verum pace viri eruditi dixerim, difficile mihi quicquam persuadere poterit, viduas in sacro tribunali habuisse sedes suas, ubi ex supradictis constat, Diaconos in sacro bemate aut tribunali numquam sedisse, sed stare debuisse, & aliundè patet ex can. 44. Laodic. quod non oportet mulierem ad altare ingredi. Si itaque viduæ præsidentes dictæ sint ab antiquis, id ob sedem, non in sacro tribunali aut bemate, sed potius in medio Ecclesia positam, dicendum existimarem, cum ex antiquâ Ecclesia disciplinâ constet, pœnitentes ab Episcopo in medio Ecclesia susceptos, aliaque peracta fuisse, quæ à Tertulliano etiam coram viduis facta describuntur: Sicque auctor constitutionum Apostolicarum non meminit ullius sedis in sacro tribunali pro viduis positæ, sed in Ecclesia. Desierat hæc viduarum dignitas in Oriente jam inde à temporibus Nicæni Concilij, quod nullam earum mentionem fecit, ut mirum non sit, hoc canone Antiocheno inter præsidentes non enumerari, quamvis & ex ipso canone constet, tantum agi de præsidentibus Clericis, inter quos viduæ, licet tunc fuissent, non erant enumerandæ.



Πάντας οὖν εισιόντας εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τῶ  
 Θεῷ, ἢ τῶν ἱερῶν γραφῶν ἀκούοντας, μὴ κοινοῦ-  
 νοῦντας ἢ διχῆς ἅμα τῷ λαῷ, ἢ ἀποσεφομύνας  
 τὴν \* μεάληψιν τῆς διχαρείας κτ' ἵνα ἀταξίαν·  
 τῆς ἀποβλήτες γίνεσθαι τῆς Ἐκκλησίας, ἕως ἂν  
 ἐξομολογησάμενοι καὶ δείξαντες καρπὸς μετα-  
 νοίας, καὶ παρακαλέσαντες τυχεῖν διωθῶσι συ-  
 γνώμης· μὴ ἐξεῖναι ἢ κοινωνεῖν τοῖς ἀκοινωνήτοις,  
 μηδὲ κατ' οἴκους συελθόντας συδιχεσθαι τοῖς μὴ  
 τῇ Ἐκκλησίᾳ συδιχομύνοις, μηδὲ ἐν ἑτέρα Ἐκ-  
 κλησίᾳ ὑποδέχεσθαι οὖν ἐν ἑτέρα Ἐκκλησίᾳ μὴ  
 συαγομύνας· εἰ ἢ φανεῖται τοῖς Ἐπισκόπων,  
 ἢ Πρεσβυτέρων, ἢ Διακόνων, ἢ πῶς ἔκανόνθαι,  
 τοῖς ἀκοινωνήτοις κοινωνῶν, καὶ τῶν ἀκοινωνήτων  
 εἶναι, ὡς ἂν συγγέοντα τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας.

*De his qui se à perceptione S. Communionis  
 avertunt, & qui excommunicatis  
 per domos communicant.*

Versio  
 Dionys. Exi-  
 gu.

Omnes, qui ingrediuntur Ecclesiam Dei, & scrip-  
 turas sacras audiunt, nec communicant in oratione  
 cum populo, sed pro quadam intemperantia se à per-  
 ceptione sanctæ communionis avertunt. Hi de Eccle-  
 sia



ſia removeantur, quamdiu per confeſſionem pœnitentiæ fructus oſtendant, & præcibus indulgentiam conſequantur. Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his, qui per domos conveniunt, devitantes orationes Eccleſiæ, ſimul orandum eſt: ab alia quoque Eccleſia non ſuſcipiendum, qui in alia minime congregatur. Si quis autem de Episcopis aut Presbyteris, vel Diaconis, ſeu quilibet ex clero deprehenſus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam ille privetur communione, tanquam qui regulam confundat Eccleſiæ.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Ut quicumque ſe à ſancta communione pro quadam intemperantia ſuſpenderit, vel qui excommunicato communicaverit, excommunicetur.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Qui Eccleſiam ingreditur, & ſacras ſcripturas attente audit, deinde deſpicit, & egreditur & averſatur communionem, ejiçiatuſque dum pœnitentiæ fructum oſtendens, veniam aſſequatur. Et qui cum excommunicato communicat, excommunicatus erit, & qui iis comprecatur, qui Eccleſiæ non comprecantur, reus eſt, & qui eum ſuſcipit, qui Eccleſiæ conventibus non intereſt, non eſt extra culpam.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras: *Qua huius quoque Synodi Patres decrevère nono Apoſtolico canoni reſpondent, illo namque, quicumque fideles Eccleſiam ingredituſque ſcripturas audiunt, tum precatatione ſancta que communione non-*



dum peractis discedunt, ut confusionis in Ecclesia auctores segregare oportere decernitur. Hic igitur eodem modo Patres quicumque Ecclesiam ad-euntes precectioni haud assistunt, neque communicant, ex quadam per-versitate ac licentia, hoc est, nulla justa causa intercedente, sed petu-lanter ac temere; eos extra Ecclesiam expelli, hoc est segregari, atque extra fidelium cœtum eliminari iussere. Aversionem porro hoc loco Patres, non odium erga divinam communionem nuncupavere, quo impulsus quidam ab illa abstinent; sed quamdam ab ea fugam, à reverentia fortasse veluti ab animi demissione profectam. Qui namque ex odio & animi offensione sacram communionem averfarentur; eos non segregatione sed omnino ab-soluta excommunicatione atque anathemate damnari oportuisset. Ex eo vero, quod segregationis mentio iniecta est, illud quoque addidit; ut ne quiquam cum iis, qui communionem moti vel extra Ecclesiam eiectioni sunt, communicare, neque in privata domo cum iis precectioni vacare, neque vero in alteram eos Ecclesiam admitti liceat: qui vero eiusmodi homines ad precectionis societatem aut in Ecclesiam receperint, quippe Can. Ec-clesiastici turbatores, ipsos quoque communionem privatos esse. Eadem 10. & 11. Sanctorum Apostolorum Canonibus constituta fuerant; 33. quoque Laodicensis Synodi canon hæreticos aut schismaticos ad prece-ctionis societatem admitti vetat.

Acilteus: Ille etiam Ecclesiâ est eiectionis, qui in oratione cum populo non communicat, sed ante absolutionem exit, ut divinam participatio-nem contemnens & averfans, usque dum respiciens pœnitentiæ fructum ostenderit: sed ardenti animo pœnitentiâ agens admittitur. Qui eum autem, qui Ecclesiâ se non conjungit, nec cum fidelibus comprecatur, recipit, & privatim cum eo comprecatur, vel etiam in alia Ecclesiâ pœnis Canonis obnoxius erit. Quemadmodum & qui cum excommunicato com-municat, erit excommunicatus.

Balzaion: In VIII. & IX. canone Apostolico expositum est, quinam sunt, qui orationem non expectant, & participationem, & quomodo puniuntur: similiter & in X canone, de iis qui excommunicatis commu-nicant. Consequenter ergo præsens quoque canon decernit, ut ñ segregentur, qui Ecclesiam ingrediuntur, & orationem non expectant, vel se ad sanctam participationem non convertunt, propter insolentiam; & sint eiectioni donec dignam cum confessione pœnitentiâ ostenderit. Quia au-tem verisimile erat, iis, qui sic sunt segregati, communicare quosdam, seu una cum eis orare; non in Ecclesiâ, ex qua eiectioni sunt; sed in pri-vatis domus oratorio, vel in alia Ecclesiâ, & dicere ob hoc pœnam in se non



non cadere, eo quod segregatus sit ab una Ecclesia electus, in qua jus habet is, qui eum segregavit: dicit canon unam esse Ecclesiam, oratoria & templa, ubicumque sunt, nec debent ulli clerici cum eo, qui est segregatus orare, etiamsi sint ex alia regione; ij autem qui prater hanc faciunt, eidem excommunicationis pœna subjiuntur. Et hæc quidem dicit canon. Tu autem lege, qua in dictis Apostolicis Canonibus scripta sunt, & secundum illa præsentem quoque canonem intellige, & dic quod ij non existimabuntur sacram participationem aversari, qui eam odio habent, & abominantur; vel qui ut nonnulli dicebant, propter pietatem & humilitatem eam fugiunt: (illi enim non solum segregabuntur, sed etiam ut hæretici exterminabuntur: hi vero propter pietatem condignam Sacramentorum reverentiam veniã digni habebuntur) sed illi, qui præ contemptu & arrogantia ex Ecclesia ante sanctam participationem inordinatè exeunt, nec sacram divinorum Mysteriorum participationem intueri sustinent. Cum autem audis can. dicentem, esse excommunicatos Episcopos & reliquos sacris initiatos, qui una cum excommunicatis præcantur; ne dixeris argumento à contrario sumpto, laicos nulli esse pœna affines, qui præter canonem faciunt. Nam & ij segregabuntur secundum decimum canonem Apostolicum, qui non distinguit clericos & laicos. Quare & 9. can. Carib. Synodi. Propter minas ut verisimile est can. 8. & 9. S. Apostolorum & præsentis etiam excogitata est, ut videtur, Antidori distributio; ut necesse haberent, etiam qui non possunt incruentorum sacrificiorum participes esse, usque ad preces & absolutionem perseverare; ut è manibus sacra peragentis sanctificati fragmenti benedictionem acciperent de liturgia autem eaque solà dictos can. hæc decrevisse intellige; non item de aliis Ecclesiasticis officiis. Quoniam autem dicunt quidam, & quamobrem Patriarcha universalis sancta Dominica à loco eius prodiens non perseverat usque ad liturgia absolutionem; sed post Evangelium recedit? hisce dicimus, quod divina liturgia post sancti Evangelij lectionem propriè celebratur. Quandoquidem enim in sanctis Ecclesiis omnia canimus in Dei Gloriam, sive è veteri sint testamento, sive è novo; post principium enim protinus ordine recitantur psalmi, usque ad Apostoli lectionem, qui quidem sunt ex veteri testamento, post Evangelium autem incipit cœremonia celebrandi incruenti sacrificij: Patriarcha ante hanc, & post sanctum Evangelium rectè discedit, & canonem non transgreditur. Ut nec quis transgreditur, si post Evangelium vel ante Evangelium discedit; verum ob necessariam piamque causam, non ob vituperabilem.



## SCHOLIION.

1. Quod canon secundus statutus sit ad vexandos Catholicos sese occasione Eustathij Antiocheni separantes ab Eusebianorum communione, putant plures post Baronium.
2. Verum notandum primò, graviter errare Eusebium, cum ponit Eustathij exilium sub Constantino magno, ubi certum est, id ponendum sub Constantio.
3. Notandum 2. Constantium Imperatorem renuntiatum fuisse an. 337. & consequenter Eustathij exilium non ante annum 337. contigisse.
4. Notandum 3. Eustathium in exilio obiisse non sub Imperio Valentis, ut somniarunt Socrates & Sozomenus, sed sub Imperio Constantij, idque ante ipsum Antiochenum Concilium.
5. His positis sequitur, nec secundum hunc canonem rejiciendum fore, etiamsi occasione disidij ob Eustathium exorti editus fuisset, cum tempore Antiocheni Concilij Eustathius obiisset, & Flacillo Arianum dogma improbandi Catholici Episcopi communicarent.
6. Aliam tamen occasionem fuisse huius canonis, suadet Historia Audianorum, qui tunc temporis Antiochia degebant, & teste Epiphanio, sese à communione Catholicorum separabant Pascha cum judeis celebrando, & tempus pœnitentiæ confessis non imponendo.
7. Errores Audianorum occasionem dedisse huic canonis, patet ex canonis verbis, prout quoque animadvertit Baronius.

1. **Q**UOD hic canon occasione Eustathij Antiocheni à factione Eusebianâ constitutus fuerit, ut Catholicos, qui post Eustathij depositionem seorsim colligebant, & Eusebianæ factionis communionem vitabant, sibi subditos redderent, & de manu Flacilli communionem participarent, indicavit Annalium parens Baronius tom. 3. ad annum 341. ab Eusebianis, inquit, ad vexandos Catholicos haud dubiè statutus fuit. Idem ex Hermantio audivimus supra, & idem illud est, quod vir quidam eruditus indicabat, ratus hunc Ethiopem numquam ita lavandum iri, quin fraudis Eusebianæ nevus supermaneret. Enimverò negari non potest, hanc esse communem scriptorum traditionem, quod ob depositionem Eustathij Antiocheni dissidium exortum sit populo in duas partes diviso: ita post Eusebium Socrates & Sozomenus, additque Theodoretus, unam partem alteri non communicasse:

Baronius.



municasse : atque idcirco, ( inquit libro 1. cap. 22. ) multi tum ex clerico Nicephorus.  
 ricis tum ex plebe , quibus religio cordi erat , conventus Ecclesiasticos de-  
 clinantes , seorsum collectas agebant , qui vulgò ab omnibus Eustathiani  
 dicebantur , eo quod post discessum Eustathij coire in unum cœpissent.  
 Substituto in locum Eustathij aliquo partis Eusebianæ Episcopo , ple-  
 bem in duas partes divisam fuisse , quarum una Catholicorum Eusta-  
 thium sequuta sese ab aliâ parte Eusebianæ factionis Antistitem se-  
 quente separavit , clarius testari non potuit Theodoretus , ut & ob  
 hanc Catholicorum intemperantiam canone 2. statuisse videantur Eu-  
 sebiani : nec cum his qui per domos conveniunt , devitantes orationes  
 Ecclesia , simul orandum est. Can. 2. Ant.

2. Verum notandum primò in magnâ illâ scriptorum discrepantiâ,  
 quâ historiam depositionis Eustathij alij aliter posteritati consecrarunt,  
 illud in primis certum videri , quod graviter errarit Eusebius , cum  
 narrat Eustathium Antiochenum sub Constantino magno fuisse depo-  
 situm , cumque lib. 3. de vitâ Constantini magni , c. 60. litteras Constan-  
 tini de suâ in Eustathij locum subrogatione adduxit. Enimverò indu-  
 bitatum est D. Athanasij ad solitarios testimonium , quo fateretur Eu-  
 stathium ab Arianæ factionis hominibus ita apud Constantium fictâ Athanasius.  
 calumniâ accusatum , quasi in matrem principis contumeliosus fuisset ,  
 tumque sine morâ in exilium ejectum fuisse. Idem habet D. Hieronym.  
 de viris illustribus sub Eustathio : Eustathius genere pamphilius Sidites  
 primus Berae Syriae , deinde Antiochia rexit Ecclesiam , & adversus  
 Arianorum dogma componens multa , sub Constantio principe pulsus est  
 in exilium Traianopolim Thraciarum , ubi usque hodiè conditus est. Et  
 sic jam habemus historiam depositionis Eustathij apud Nicetam lib. 5.  
 Orthodoxæ fidei , cap 9. ubi refert , Eustathium per Eusebium Ni-  
 comedientem ob fictam muliercule calumniam sub Constantio dam-  
 natum , & ab eodem Constantio litteras ad Eusebium Cæsariensem  
 datas , quas ipse Eusebius Constantino magno falsò adscripserat. D. Hieron.

3. Notandum secundò , hanc Eustathij depositionem factam fuisse  
 sub Constantio ante Concilium Antiochenum in encæniis habitum.  
 Enimverò tempore Antiocheni Concilij fuit eiusdem civitatis Epif-  
 copus Flacillus , quem ut unum ex Eustathij successoribus habent om-  
 nes scriptores Ecclesiastici. D. Hieronymus in chronico : Eustathio ,  
 inquit , in exilium ob fidem truso , usque in præsentem diem Arriani  
 Ecclesiam occupaverunt , id est Eulalius , Eusebius , Euphronius , Flacil-  
 lus , &c. Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in catalogo  
 Episco-



Nicephorus. Episcoporum Antiochia. XXIV. Eustathius qui fuit in primâ Synodo Nicenâ primarius. Idem ejicitur ab Arrianis, annis 18. post quem praesederunt Ariani. XXV. Eulalius, annis 3. XXVI. Euphronius, annis 8. XXVII. Phacellius, tempore cuius celebrantur encania Ecclesia magna Antiochia annis 12. Quod Phacellius seu potius Flacillus fuit tertius post Eustathium in sede Antiochenâ successor, rectè dixit Nicephorus: quod autem ponat Eulalium sedisse annis 3. & Euphronium annis 8. erroneum esse constat ex eo, quod jam vidimus ex Athanasio & Hieronymo, Eustathium fuisse depositum sub Constantio, qui tempore Concilij Antiocheni tantum incipiebat quintum imperij annum. Rectius itaque scripsit Theodoretus libro 1. Historiæ cap. 22. *primum quidem Eustathij loco Eulalium ordinarunt. Qui cum exiguo admodum tempore supervixisset, ipsi quidem Eusebium Palestinum eo transferre conati sunt: sed cum & is translationem hanc recusasset, & Imperator eam fieri prohibuisset, Euphronium elegerunt. quo non multo post mortuo: anno enim & mensibus paucis post ordinationem superstes vixit: Ecclesia illius Episcopatum Flacillo tradiderunt. Constantius anno 337. Imperator renuntiatus est, quo anno ad summum deponi potuit Eustathius: eodem itaque anno tantum eligi potuit Eulalius, cui exiguo temporis spatio vitâ functo successit Euphronius, qui postquam sedisset anno uno cum paucis mensibus, & vitâ functus est sedem relinquens Flacillo, qui ante annum 339. eligi non potuit: si itaque contentio inter populum Antiochenum orta sit ob depositionem Eustathij, eamque ob causam hic canon secundus constitutus sit, divisio inter partes esse non potuit nisi ab anno 337.*

Ufuardus.

4. Norandum tertio Eustathium Antiochenum in exilio mortuum fuisse ante annum 341. quo sacrum Antiochenum Concilium habitum fuit. Quod in exilio mortuus fuerit, jam suprâ indicavit nobis D. Hieronymus libro de viris illustribus, & in vetusto Occidentalis Ecclesiae Martyrologio ad 16. Iulii id ipsum confirmavit, cum inter sanctos Antiochenos enumeret Eustathium, de quo item Ufuardus in Martyrologio ad 17. Cal. Augusti: *apud Antiochiam Syria Natalis beati Eustachij Episcopi & Confessoris sub Constantio Imperatore: qui ob Catholicam fidem Traianopolim civitatem Thracia pulsus exilio, ibidem requievit.* Quod verò ante sacrum Antiochenum Concilium obierit. habet Eminentissimus Cardinalis Baronius, tomo 3. Annalium: cui mortem Eustathij inferuit ad annum 340. Scio quidem huic repugnare Leonem Allatum in notis ad editum à sese Eustathij Antiocheni

Hexahe-



Hexahemeron, ubi putat illum scripsisse tempore Constantini, quamvis auctor, inquit, diu vitam trahens tempus illud excefferit. Loquitur Leo Allatius cum Menologio Græcorum ad 5. Iunii apud Canisium tom. 2. antiquarum lect. ubi referrur, Eustathium ad centesimum annum pervenisse, id quod Græci desumpsisse videntur ex suis historicis Socrate lib. 4. cap. 14. & 15. Sozomeno lib. 6. cap. 13. auctore Anonimo in excerptis de vitâ Athanasij apud Photium, & Simeone Metaphraste in vitâ Athanasij, qui omnes tradunt, Eustathium post tempora Iuliani sub Ioviniano sedi suæ restitutum fuisse, & propè Constantinopolim degisse sub imperio Valentis, quando in locum electi ab Arianis Demophili propriis manibus ordinasset Evagrium, & hanc ob rem Eustathium quidem armatâ manu Bizyen Thraciæ urbem in exilium pulsum fuisse, Evagrium verò alibi ablegatum. Hæc omnes illi Historici, ex quibus consequens esset, Eustathium superfuisse sub Valente, qui imperium adeptus est anno Domini 364. Verum explodit hunc græcorum errorem Baronius, qui de Socrate & Sozomeno meritò scriptum reliquit ad annum 370. : „ graviore planè „ errore uterque lapsus est, dum Eustathium Episcopum Antioche- „ num diu ante Constantij tempora vitâ functum, redivivum indu- „ cunt à Ioviniano restitutum, & hoc tempore res Catholicorum „ curantem. „ Rationes suas addit Baronius, quod nullatenus verisimile sit, Catholicos superviventi Eustathio alium Episcopum ordinasse Antiochiæ, cum tamen constet, etiam ante Iovinianum sub Iuliano Imperatore ordinatum fuisse à Lucifero Calaritano Paulinum, & ab aliis Catholicis in Episcopum susceptum fuisse ipsius Iuliani temporibus Meletium Paulini competitorem, cui adhærebat D. Chrysostomus ab ipso ordinatus Presbyter Antiochenus. Addo ego, ridiculum videri & planè absolum, quod Eustathius in proprium locum ordinasset Evagrium Paulini successorem, qui Evagrius teste Theodoretò ordinatus fuit à Paulino morti proximo, id quod adeo canonibus contrarium erat, ut vel ob hanc rationem scripserit D. Ambrosius ex mente Synodi Capuanæ : *nec Evagrio donamus speciem bonæ causa.* Accedit Testimonium Theodoretì libro 3. cap. 4. ubi in terminis fatetur, *quod ante ordinationem Meletij mortuus esset Eustathius* : ordinatus autem fuit Meletius Episcopus diu ante Valentis & Ioviniani Imperium, utpote qui non modo subscripsit Synodici Antiochenæ anni 363. sed & sub initium imperij Iuliani floruisse fertur. Quid plura? habent allata per Leonem Allatium græcorum testimonio

Leo Allatius.

Menologium  
Græcorum.

Baronius.

D. Ambros.

Theodoret.



nia, Eustathium Antiochenum post ordinationem Evagrii in exilium missum fuisse Bizyen Thraciæ urbem, ubi tamen omnia Martyrologia referunt cum D. Hieronymo, sub Constantio Imperatore ob Catholice fidei defensionem Traianopolim Thraciæ in exilium pulsum ibidem in Domino requievisse. Sub Constantio itaque, ut rectè notavit Baronius, obiit in exilio S. Eustathius, idque ante Concilium Antiochenum, utpote in quo Catholici Episcopi nullatenus siluissent, si Eustathio supervivente Flacillum sedem tenere conspexissent, nec siluisset Iulius Papa in epist. ad Eusebianos adhuc Antiochiæ coadunatos, nec siluisset ipse Eustathius, sed cum S. Athanasio, Paulo Constantinopolitano, Marcello Ancyræ, aliisque pro sui restitutione egisset.

5. His quantum licuit pro veritate ex omni antiquitate deductis, ponamus jam verum esse, quod anno 340. mortuus sit in exilio S. Eustathius, & à tempore sui exilij usque ad annum 341. dissidium fuerit in populo Antiocheno, & ob hoc dissidium è medio auferendum eodem anno 341. in Synodo Antiochenâ statutus sit Canon 2. quo vetatur Eustathianis, ne seorsim colligant: an canon ideo rejiciendus esset, aut Patres eum constituentes ideo Arianae factioni favisse dicendi sunt? pulso circa annum 337. in exilium Eustathio, ipsique Eulalio superordinato dissidium exortum est Antiochiæ, populusque in duas partes scissus asseritur: nec Catholici ratione destituti erant, quod scirent, confictâ per meretricem calumniâ depositum fuisse, & huic ipsi depositioni complures Episcopos refragatos fuisse. At mortuo anno 340. D. Eustathio, solus Antiochiæ Episcopus erat Flacillus, qui cum omnibus Eusebianis sese ab Arij doctrinâ & sequelâ alienum dicebat, sicque re ipsa suam mentem occultabat, ut omnes Catholici Episcopi Flacillo Antiochiæ communicabant, neque Sanctissimi Orientis Antistites Synodum eius devitabant: numquid igitur & tunc statui poterat, ut dissidium, si quod esset Antiochiæ, è medio tolleretur, & nemo seorsim colligeret, aut Catholicorum Episcoporum communionem vitaret? at inquires, Flacillus ipsumque subsecuti successores Eusebiani Ariano dogmati favisse inveniuntur, ac veri schismatis auctores sese præbuerunt hoc eodem anno 341. cum & in Athanasium insurgentes sese Iulio primo opposuere, & tam nefanda egerunt ac scripserunt, ut omnem sub cælo scandalizarint Ecclesiam. Verum respondemus, postquam sic agere cœperunt Eusebiani, & in apertum schisma proruperunt, ab omnibus vitari potuisse, & latâ contra eos in Sardicensi Synodo sententiâ vitari debuisse, sicque



hæcque & Antiochiæ dissidium durare potuisse, & Athanasium apologiâ defugâ non immeritò scripsisse: *nonne Antiochia ob Eustathium confessorum & Orthodoxum virum ademptum in mœrore est?* Paulino insuper duce Eustathianos, (ita Catholici vocabantur) seorsim colligere potuisse, & Athanasium cum illis solis communicasse. Neque his omnibus repugnat canon, sed potius ea ipsa confirmat, dum statuit, cum excommunicatis non licere communicare, & qui communicant, etiam ipsos communionem privandos esse: unde & Cæsar Baronius in notis ad hunc canonem Antiochenum scribit, in eâ firmari antiquam Ecclesiæ disciplinam, *adeo ut eum canonem rejicere, videretur contra Apostolica instituta pugnare.*

6. Et hæc quidem, si supponatur canon statutus occasione dissidij inter Eustathianos & Eusebianos exorti: at si mentem meam liberè exprimerem, non de Catholicis sed Quartodecumanis canonem intelligendum existimarem. Cum enim canone 1. statutum esset de Quartodecumanis ab Ecclesiæ communionem separandis, videntur Patres Antiocheni hoc secundo canone voluisse modum indicare, quo aliqui Quartodecumani essent detegendi: enimverò erat certum hominum genus, quod ab Audæo Arii coætaneo seductum acerrimam Catholicæ religionis defensionem præ se ferebat, in quibusdam tamen rebus à cæteris Catholicis dissidebat. Egit de Schismate Audianorum D. Epiphanius hæresi 50. aliàs 70. scribitque de Audæo: *seipsum ab Ecclesiâ segregavit: atque ita pluribus cum illo desciscens, novum ab eo divortium conflatum.* Et infra numero 9. *seque ab Ecclesiâ coniunctione segregarunt, quibus & alios plerumque conturbatos ab eadem Ecclesiâ divellunt utriusque sexus homines, nam cum judeis Pascha celebrare volunt: hoc est quo tempore judei azyma sua peragunt, tunc illi Paschatis celebritatem obeunt, ut ab Ecclesiâ dissentire videantur.* Et numero 15. *sed illud reliquis omnibus ad horrorem & atrocitatem maius est, quod cum nemine precantur, tametsi honestis ac integris moribus esse videatur, neque quidquam habeant, quod illis objiciant; non stupri, non adulterij, non avaritiæ crimen ullum, nisi hoc dumtaxat, quod Ecclesiâ communionem continetur.* Est hoc verò, uti diximus horrendum, Christianorum commutare nomen, qui in Sanctâ Ecclesiâ censentur, quæ sola & Christianorum appellatione contenta, adscititium omne nomen respuit. Pro illo, inquam, nomine Audianos appellari, coitiones inter se facere, ac tesseram meri hominis nomine inscriptam exigere. Hæc D. Epiphanius ex versione Dionysij Petavij. Consonat auctor libri de he-

Athanasius.

Baronius.

Epiphanius.



Prædestinat.  
de hæresib.

Theodoret.

S. Prosper.

Theodoret.

resibus per Iacobum Sirmondum typis editi, qui hæresi 50. scribit de Audianis : quod autem nobis non communicant, divitias habere nostros Episcopos clamant, quas Christus etiam laicos contemnere jubet. Pascha cum iudeis celebrant. Aliam Schismatis rationem adfert Theodoretus libro 4. hæreticarum fabularum, ubi de Audianis : prætulerunt autem se fugere Ecclesiæ communionem propter fœneratores & eos, qui cum mulieribus cohabitant. Et intra alium adiungit eorum errorem : confessi donant remissionem, non tempus ad pœnitentiam, ut jubent leges Ecclesiæ, præscribentes, sed sua potestate condonantes.

7. Ex hisce de Audianorum hæresi à tribus antiquissimis scriptoribus posteritati consecratis non difficile erit colligere, canonem hunc contra Audianos editum fuisse : enimverò canonem hunc prosecutionem esse prioris, jam indicavimus, cumque primus canon egit de Quartodecumanis à communione arcendis, hunc secundum canonem diximus egisse de modo cognoscendi Audianos, qui tunc in Syriâ serpebant, testibus D. Hieronymo & S. Prospero in chronicis, qui ultimus Marcellino & Probino Consulibus ponit sequentia : *Audans in Syriâ agnoscitur, à quo hæresis Audeana.* Audianos verò idem cum Quartodecumanis sentivisse, indicant D. Epiphanius, S. Augustinus & Auctor anonymus sub nomine prædestinati à Sirmondo editus, qui manifestè asserunt, Audianos Pascha cum Iudeis celebrasse 14. lunâ, qui erat proprius Quartodecumanorum error. Deinde agit canon secundus Antiochenus de quibusdam, qui seorsim aut per domos conveniebant, devitantes orationes Ecclesiæ, adeo ut Ecclesiam Dei ingressi scripturas audiebant, nec tamen communicabant in oratione cum populo, sed ante communionem pro quâdam inordinatione egrediebantur. Id autem propriè locum non habebat in Catholicis, qui evitantes communionem Eusebianorum, nullatenus ad illorum Ecclesias accedebant, sed potius in Audianis, qui cum summam religionem præ sese ferebant, initio cum Catholicis permixti fuerunt, sic tamen ut eorum orationes teste Epiphanio penitus evitabant, ut si quando cum Catholicis in eadem Ecclesiâ inveniebantur, Audiani vel ex hoc cognosci poterant, quod ante communionem & orationes exhibant. Quod si hæc non sufficiant, accedit, hunc canonem non secludere à communione præsentis schismaticos, nisi quamdiu per confessionem pœnitentiæ fructus ostendant, id quod propriè impetit Audianorum errorem, utporè de quo attestantem habemus Theodoretum Cyri Episcopum : *non donant tempus ad pœnitendam, ut jubent leges Ecclesiæ,*



*Ecclesia, præscribentes.* Absolvebant Audiani, nec satisfactionem tertiam pœnitentiæ partem admittebant: ut igitur suos filios probaret Ecclesia, jubet hos exeuntes per confessionem pœnitentiæ fructus ostendere, & precibus indulgentiam consequi, id quod adeo certo statutum est contra Audianos, ut Eminentissimus Annalium Parens Baronius id ipsum præclare animadvertit tomo 3. ad hunc canonem, quem non modo in auctoritatem receptum esse constat ab omnibus antiquis, sed & præstantissimum sacræ antiquitatis pro religione Catholice thesaurum continere, sic ut meritò huius canonis commentario diutius inhærendum putemus.

*Omnes qui ingrediuntur Ecclesiam Dei.*

C A P V T IV.

*De antiquis Orientalium Ecclesiis.*

1. Templorum origo apud Iudeos, qui primum sub Dio, postea ad tabernaculum, deinde in templo Hierosolymitano adorabant, & apud Christianos, qui primum in privatis domibus conveniebant.
2. Inde tamen non sequitur, omnem plane domum privatam, sed particulares dumtaxat fuisse divino cultui aptatas, uti colligitur ex Philone Iudeo, & Ignatio Martyre, Dionysio confirmante eius testimonium S. Petro Cluniacensi.
3. Meminit S. Petrus Cluniacensis oratoriorum in cœmiteriis, quæ apud omnes nationes fuisse, ut in Ægypto, Africâ, Hispaniâ, Italiâ, Galliâ, aliisque locis, deducitur ex variis antiquorum testimoniis.
4. Initio florescentis Ecclesia templa Deo dicata fuisse, idque adhibitis Martyrum reliquiis, habes ex D. Ambrosio, & variis Canonibus.
5. Descriptio templorum veterum ex auctore Constitutionum Apostolicarum pastophoria habentium, quibus neglectis quatuor templorum delineationes adducuntur, quarum prima à Beveregio edita fuit & notis illustrata.
6. Omne templum trifariam dividit Beveregius in sacrarium, templum ipsum, & porticum, de quo ultimo hic ante omnia agendum, quia ibi erat lugentium seu primi gradus Pœnitentium locus.



7. Templum ipsum, si sumatur pro toto oratorio murorum ambitu circumsepto habebat duas partes, quarum prima erat Narthex, ubi locum suum habebant audientes, qui constituiebant secundum penitentium gradum.
8. Alia pars templi propriè Ecclesia aut Naos dicta, continebatque locum à portis speciosis usque ad Ambonem, in quo erant substrati, existentes in tertio penitentia gradu.
9. Continebat quoque locum ab Ambone usque ad portas sanctas, & in eo erant consistentes & fideles, ut firmatur variis antiquorum testimoniis.
10. Sacrarium sive Bema, quod cancellis separatum erat à navi Ecclesie, & in quo solis Presbyteris, & Diaconis cum Episcopo locus erat.
11. In sacrario positum fuisse altare, admittit Beveregius, qui & crucem ei impostam fuisse significat.
12. Vnicum dumtaxat altare fuisse in antiquis Ecclesiis, eruitur ex S. Optato, & Augustino: unicum item sacrificium diebus singulis oblatum fuisse, colligitur ex S. Athanasio, id quod per responsum Leonis magni ad Dioscorum Alexandria mutatum creditur.
13. A tergo altaris erat thronus Episcopi cum sedili ab utroque latere pro Presbyteris, quæ omnia sacrum tribunal dicebantur. Varia antiquorum hac de re testimonia.

Mendoza.

1. **D**E templorum vel Ecclesiarum origine pluribus egit Ferdinandus Mendoza ad canonem 1. Concilij Illiberitani cap. 3. & quidquid sit de templis gentium, initio renascentis ex diluvio mundi non fuisse certa quædam loca Deo sacrata, sed in montibus & agris sub Dio orasse tunc temporis fideles, innuit scriptura, cum de Isaac testatum reliquit, quod in agrum exibat, ut meditaretur, id est oraret. Permanit hæc inter iustos consuetudo usque ad Moysen Prophetam, qui ex præcepto divino tabernaculum Deo constituit, quod & domus Dei dictum, ad quod Elicana cum Anna accedebant annis singulis. Erat tabernaculum istud portatile, utpotè cum quo Israeliticus populus peragraverat terras deserti: cum vero devictis hostibus terra Canaan cessisset in divisionem populo electo, regium & magnificentum templum à Salomone constructum est Ierosolymis, ad quod singulis annis ex omni Israël confluere solebant tot Iudæi, ut Evangelista Lucas testetur de parentibus Christi, & ibant Parentes eius per omnes annos in Hierusalem in die solemnè Paschæ. Non ignoro quidem profecto



perfecto in plenam ætatem Christo, templum Ierosolymitanum sæpius ab ipso fuisse frequentatum : at ipsum in monte Olivarum orare consuevisse, ut turbam hominum fugeret, Sanctorum Evangelistarum testimoniis constat; ac incipiente post Christi Resurrectionem Christianâ Ecclesiâ, Apostolos non in templo sed in privato quodam loco perseverasse *unanimiter in oratione cum mulieribus, & Mariâ Matre Iesu, & fratribus eius*, memoriæ prodidit S. Lucas actorum primo Capite. Legitur quidem, Apostolos in Synagogis Iudeorum frequentius inventos, sed id ad disputandum cum Iudeis, demonstrandumque, veram esse & Prophetis conformem Christianorum fidem, non verò ad orandum aut fidei nostræ mysteria peragenda, cum ea in privatis Domibus occultisque locis metu persecutionis exercebant, quâ de re illustre habemus testimonium actorum 12. ubi Petrus Angelicâ manu ex carcere eductus venisse dicitur noctu *ad domum Maria Matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati & orantes*. Et hæc fuit omninò primitivorum fidelium consuetudo, ut in privatis Domibus convenirent, ibique cunctos religionis Christianæ ritus & mysteria observarent.

2. Neque per hæc quisquam existimet, omnem planè Domum æquè divino cultui fuisse aptatam : nam licet Minutius Felix in octavio inducat gentes de fidelibus loquentes : *latebrosa & lucifuga natio in publico muta, in angulis garrula*. Et Plinius secundus ad Traianum Imperatorem de Christianorum genere referens scribat, se comperisse, cœtus antelucanos ad canendum Christo, ut Deo, & ad confederandam disciplinam; latebrosi, lucifugi, & antelucani fideles cœtus suos ab ipsis Apostolorum temporibus in certum locum Deo ad id sacratum adunabant, ut enim rectè Mendoza ad canonem 21. „ c. 41. „ fas non erat in alicuius privatas ædes ad Dominicam cœnâ manducandam convenire, dicente Paulo 1. Corinth. 11. nunquid Domos non habetis ad manducandum & bibendum, quasi diceret : in loco publico ad sacros conventus Deo dicato nihil profanum, & quod sacris non congruatysteriis agendum. „ Subscribit Philo Iudeus, quem Romæ cum Petro locutum refert Eusebius libro 2. cap. 15. hic enim in libello de vitâ contemplativa nomini Christianorum parcens, eorum tamen propè Alexandriam sub Theurepeutarum vocabulo mentionem faciens, ut sentiunt Eusebius libro 2. cap. 16. Epiphanius hæresi 9. & Suidas verbo Philo, sic inquit : *est in quoque agro Domus sacra, qua appellatur σεμείον id est Augustum templum*, vel

Actor. 1. cap.

Actor. 12.

Minut. Felix.

Plinius 2.

Mendoza.

Philo Iudeus  
apud Euseb.  
Verf. Christ.



vel monasterium, quod latinè locus solitarius separatusque dici potest, in quo illi ab aliis separati seiunctique vita pia, & propter virtutem Augustè mysteria obeunt: nihilque eo vel cibi vel potionis, vel aliarum rerum, qua ad corporis usus necessaria sunt, omninò secum apportant: sed leges & oracula à Prophetis divinitus edita, hymnosque ibi recolunt, & alias denique res, quibus divina scientia & vera erga Deum pietas crescat, & perficiatur. Ex eo quod loca illa sacra describat, in quæ nihil cibi aut potionis adferre licebat, rectè collegit Eusebius de fidelium Ecclesiis intelligenda, de quibus Paulum audivimus supra, & de his locis Deo sacratis intelligendus est D. Ignatius Martyr, dum in suâ ad Magnesianos epistolâ adhortatur fideles: *omnes ut in templum concurrere Dei ut ad unum altare.* Plura de templis & altaribus scribit quoque in libro de Ecclesiasticâ Hierarchiâ Dionysius Areopagita, & ne hocce titulo quisquam opera Dionysij impugnet, audi quid S. Petrus Cluniacensis adversus Petrobrulianos hæreticos reponat: *quid enim? numquid per 25. annos, quibus Roma Petrus Apostolus sedit, absque templo vel Ecclesiâ, id est orationis Domo vel parvo saltem oratorio fuit? nonne ut gestorum veracium series narrat (si tamen præter divinum canonem gestis aliquibus assensum datis) primus ipse Princeps Apostolorum Petrus in urbe orbis capite templum Christo inter innumera gentilium templa construxit, & juxta quod Beatus & Magnus Papa Leo nobili sermone pronuntiat, tropheum Crucis Christi Romanis arcibus invexit? nonne & nos ipsi Roma positi frequenter vidimus in Cryptis antiquissimis oratoria & altaria, qualia eo tempore fieri poterant, que ab eodem Apostolo constructa & sanctificata (sicut per successionem fama consentiens ac celeberrima protestatur) in monumentum tanta sanctitatis fidelibus ostenduntur, & ab eisdem fidelibus dulcissimè ac devotissimè deosculantur.*

3. Meminit S. Petrus Cluniacensis oratoriorum in Cryptis antiquissimis constructorum, nec post editam in lucem Romam Subterraneam res hæc nostrâ defensione indiget: ut tamen appareat, non solum urbem Romam habuisse ædificatas in locis Subterraneis Christianorum Ecclesias, alia quoque orbis loca in medium adducenda sunt, ubi metu persecutionum fideles in cryptis suos habuerunt conventus: quid namque aliud innuit Emilianus Ægypti præfectus in actis cum Dionysio Patriarchâ Alexandrino apud Eusebium libro 7. cap. 11.

Emilianus.

*Verf. Valelianæ: nullatenus autem licebit vobis, nec quibuscumque aliis conventus agere, aut ea, qua vocantur cæmeteria, adire. Quid aliud pro*

Africa



Africâ Proconsul Carthaginensis in actis Passionis Cypriani, cuius meminit Pontius eius Diaconus: *jussum est, ut nulla conciliabula faciant, neque cœmeteria ingrediantur?* Quid aliud pro Hispaniâ Patres Illiberitani Concilij, cum canone 34. statuunt: *ne cerei in cœmeteriis incendantur.* Et canone 35. *ne femina in cœmeteriis pervigilent?* Quid aliud pro Italiâ Cornelius Pontifex in epistolâ ad Lupicinum Viennensem in Galliâ Episcopum? *neque in Cryptis notioribus missas agere Christianis licet?* Quid demum aliud Maximinus Imperator, cum Christianorum conventus persequi tentabat, de quo Eusebius Cæsarensis in Palestinâ Episcopus libro 9. cap. 2. *Primum quidem nostros à conventibus, qui in cœmeteriis fieri solebant, nescio quo pretextu, arcere aggressus est.* In tantum scilicet tempore persecutionis frequentata erant à Christianis cœmeteria & loca subterranea, ut vel illa ob cultum ibidem liberius exercitum à tyrannis prohiberentur fidelibus, qui etiam diu post illa tempora in cœmeteriis Ecclesias retinuerunt, ut ad sepulchra suorum Martyrum orationes funderent: unde & Cassiodorus Historiæ tripartitæ libro 5. cap. 3. *populus jejunans & egressus ad cœmeterium orationis causâ.* Alia religionis nostræ mysteria & munia ibidem quondam peragi solita, latè & doctè probat Onuphrius Panuinus tract. de cœmeteriis.

4. Quomodo autem initio florescentis Ecclesiæ pleraque Christianorum templa noviter constructa per consecrationem Episcoporum Deo dicata fuerint, enarrat variis in locis Eusebius Cæsarensis in Palestinâ Episcopus, ut vidimus suprâ: his verò addo Concilium Londonense anno 1237. sub Henrico 3. Angliæ rege celebratum, quod tradit canone 1. *Basilicarum dedicatio à veteri testamento initium dignoscitur habuisse, & in novo est à sanctis Patribus observata.* Ac si diceret, continuatâ utriusque legis consuetudine templa Deo fuisse dedicata: templorum dedicationes cum Martyrum reliquiis ibidem reconditis fieri consuevisse, addit canon septimus Concilij generalis septimi. Enimverò ut scribit S. Ambrosius ad sororem suam Marcellinam, epist. 54. *Cum ego Basilicam dedicare vellem, multi tamquam uno ore interpellare ceperunt, dicentes: sicut in Romanâ sic Basilicam dedices. Respondi: faciam si Martyrum reliquias inveniam.* Addit „ Christianus Lupus: „ reperit vero Sanctorum Martyrum Gervasij „ & Protasij reliquias, atque ita Romano more dedicavit. „ Quin & Romanum dedicandi Basilicas morem ubique per Orientem postea fuisse receptum, testatur canon 7. Concilij Generalis 7. *Quacumque*

Acta Martyr.  
Cyprian.

Canon. 34.  
Illiberit.  
Canon 35.

Cornel Papa

Eusebius,  
Verf. Valef.

Cassiodorus.

Canon. 1.  
Londonens.

Ambrosius,

Lupus.

Canon. 7.  
Concil. 7.




ergo templa consecrata sunt absque sanctis reliquiis Martyrum, in iis fieri statuimus reliquiarum depositionem: cum consuetis precibus, qui autem templum consecrat sine sanctis reliquiis, deponatur, ut qui Ecclesiasticas Traditiones transgressus sit. Ad quæ verba Theodorus Balzamon: mos erat Ecclesiasticus, divina templa per sanctas Martyrum reliquias consecrare. Et Mattheus Blastares in synagmate Alphabetico littera E. cap. 12. Septimus septima Synodi canon illum, qui absque sanctis reliquiis Ecclesiam consecrat, à sacerdotio alienat, & hoc aliquando, inquit, aliis impiis, iconomachis, & Christianorum accusatoribus contigit, qui Christianis venerandarum imaginum cultum, tanquam idololatriam, vitio vertebant. Templi autem consecratio hoc modo fieri solebat: primò quidem per Provincia Episcopum eius fundamentum cum precè & crucis fixatione positum fuit; & quando structura erat absoluta, consecratio, & dedicatio & imbronzatio sequebantur, & Antiminsij super sacram mensam impositio. Et pergit de Antiminsijs: appellantur *επιμινσια*, quod exprimant & referant multas eiusmodi mensas, quæ sanctam Dominicam mensam perficiunt; deinde sacro unguento & templum & hæc omnia inuncta sunt, & ita Sanctorum Martyrum reliquie sub sancta mensa reconduntur. Et hæc quidem de templorum dedicatione.


5. Nunc ipsarum Basilicarum structuram consideremus, de quâ Apostolicarum Constitutionum auctor libro 2. cap. 57. *sit ades oblonga Orientem versus navi similis, utrimque Pastophoria in Orientem.* Quod omnis ferme antiquorum Ecclesia navis instar oblonga fuerit, ostendunt antiqua illa à temporibus Constantini Magni extructa templa: quid verò Pastophorium significet, asserit D. Hieronymus in Isaiam, quod nimirum sit *thalamus, in quo habitat prepositus templi*, thalamus autem idem hic omninò est, quod habitaculum, unde apud Esdras sic legitur: *exurgens Esdras in Pastophorium Ionathæ, & hospitatus illic, non gustavit panem, nec bibit aquam.* Quo ex loco satis manifestè colligitur, quid Pastophoria olim significarunt. Quidquid tamen sit de Pastophorijs, ædem oblongam Orientem versus ædificatam, quam templum, Basilicam & Ecclesiam appellarunt antiqui, descripserunt plures moderni, quorum aliquot Ichnographias pro maiori claritate duxi iterandas: habes igitur in hac tabula quatuor antiquas Orientalium Ecclesias, quarum ultima tantum pars est interior S. Sophiæ Constantinopolis extructæ, quam in sua Constantinopoli Christianâ integram edidit Dominus du Cange. Tertia est Ichnographia




*Ichnographia Templorum Beveregii*



*Ichnographia Leonis allatii*




*Ambo.*




- A. Synthronus.
- B. S. Bema.
- C. altare.
- D. porta sancte
- E. cancelli bema
- F. prothesis
- G. diaconicum
- H. solea
- I. naos
- K. ambo
- L. porta speciosa
- M. narthex
- V. baptisterium
- O. magna porta
- P. porticus
- Q. circuitus
- R. locus Episcopi extra S. Bema
- S. locus diaconorum
- T. locus lectorum
- V. pulpitum
- X. sedes imperialis
- Y. locus mulierum
- Z. ciborium

*Ichnographia Iacobi Goar.*



*Ichnographia partis interioris S. Sophiae*



*Porta occidentalis*

de  
phia templor

descentes quid  
& egredientis  
Et ex hisce





tyrum, in his

s est interior  
nstantinopoli  
est Ichnogra-  
phia



phia templorum Orientalium edita per Iacobum Goar in rituali græcorum : Secunda est Ichnographia templorum veterum edita per Leonem Allatum libro de templis Græcorum : & Prima est Ichnographia templorum græcorum per Beveregium edita tomo 2. pandect. canonum, qui & doctissimas de templorum structura notas adiunxit, quas hîc breviter recentebimus, tum ut constet de antiquâ fidelium in erigendis altaribus cæterisque Catholicæ Ecclesiæ ritibus consuetudine, tum ut orbi universo manifestum fiat divinæ providentiæ consilium, quo ipsius Ecclesiæ adversarios novissimis hîc temporibus ad antiquitatis Ecclesiasticæ elucidationem, non minus in hæreticorum perniciem, quam in fidelium confirmationem excitare novit.

6. Præ omnibus itaque observandum cum Leone Allatio ex Balzamone in canone 74. Trullanum : *quod omnis locus Domino consecratus Dominicus dicitur, etiamsi non est Ecclesia, sed templi vestibulum,* Balzamon.  
& pergit Beveregius cum Symeone Thessalonicensi libro de templo : *alio consilio sacrum templum ut trifariam divisum consideratur, Symeone Thessalonice. in locum ante templum, in ipsum templum, & in bema sive sacrarium.* Additque in sacrario Episcopum & sacris initiatos, ut muneribus suis fungantur, habuisse locum, in Ecclesiâ sive templo fideles, ut sacris celebrandis interfint, extra templum illi, quibus fidelium cœtu interdicitur, quippe vel qui nondum Baptizati sunt, vel qui excommunicati erant ob crimina sua. Utque de hoc tertio loco initium faciamus, notat Beveregius illum à Zonarâ vocatum porticum templi, qui columnis sustentari solitus est, ut patet in antiquissimis Ecclesiis Romæ extructis : hic vero stabant lugentes viliori habitu amicti, & omnes fideles qui Ecclesiam intrabant, luctu & lacrymis obsecrantes, ut ad Deum pro ipsis preces effunderent, & tandem Ecclesiam ingredi permitterentur : sic Gregorius Taumaturgus canon. 111. *Luctus est ἔξω τῆς πόλης τῆς ἐκκλησίας extra portam oratorij, ubi peccatorem stantem oportet fideles introeuntes orare, ut pro se precentur.* Et Georgius Taumaturg. D. Basilii Magni canone 56. de homicidâ : *debet quatuor annis deslere* D. Basilii. *stans extra fores oratorij & fideles ingredientibus rogans, ut pro eo precentur suam iniquitatem pronuncians.* Ad quæ Scholiastes Hermenopuli : Schol. Harm. *lucens, hoc est stans ἔξω τῆς ἐκκλησίας extra Ecclesiam ingredientibus orans, ut pro se precentur.* Et Mattheus Blastares littera M. cap. 7. Matth. Blast. *descentes quidem sunt, qui extra sacrarij ostium stant & ingredientium & egredientium fidelium precationem rogant, & peccati remissionem.* Et ex hisce intelliges Tertullianum libro de pœnitentiâ : *mandans*



- Tertullian. sacco & cineri incubare, Presbyteris advolvi, caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis sua injungere, & quod Eusebius libro 8. cap. 27. Verf. Christop. enarrat de Natalio Confessore in
- Eusebius. Theodoti Coriarij errorem lapsio: cum magno maxore & lachrymis ad pedes Zephyrini Romani Pontificis se abiecerit supplicem, & non modo ad Cleri, sed & ad Laicorum quoque genua advolverit, ita ut Christi misericordis Ecclesia, illum magnopere miserata lamentis una se dederet. Plura eius rei testimonia congerit Leo Allatius observatione 1. de Narthece veteris Ecclesie, & post ipsum Christianus Lupus in cano-
- Lupus. nem 11. Nicænum, ubi de pœnitentium Gradibus disputat, ac ait: fletus itaque primus Gradus fiebat extra portam oratorij in Ecclesie porticu vestibulari.
7. Secundus locus erat ipsummet templum, quod bifariè sumi potest, semel pro loco, ubi fideles congregantur, & semel pro toto oratorio murorum ambitu circumsepto, ut loquitur Theodosius Augustus in edicto de Asylo Ecclesiastico. Si sumatur pro toto Oratorio, tunc Narthex dici debet pars Ecclesie: et autem Narthex illa pars, quæ est vicinior foribus intrâ portam tam Ecclesie, & in ea erant audientes, qui erant in secundò pœnitentium Gradu: audientes verò, inquit Mattheus Blastares loco superius cita, qui intrâ ostium stantes, in loco Narthece dicto, sacras scripturas, & communem disciplinam audiunt, deinde cum cathecumenis egrediuntur. Hunc quoque locum respicit D. Basilius canone 56. cum homicidam post fletum inter auditores recipiendum statuit, quod utique locus auditorum à cæteris esset distinctus, de quo Gregorius Taumaturgus canone 11. Auditio est intra Portam in Narthece, ubi oportet eum, qui peccavit, stare, usque ad cathecumenos, & illinc egredi. Quandonam verò egredi necessè fuerit, Hierarchie Ecclesiasticæ auctor cap. 3. Post sacrorum librorum lectionem, inquit, sacro ambitu ejiciuntur cathecumeni, & post eos energumeni, & ij qui sunt in pœnitentiâ, manent autem qui divinarum rerum aspectu & communione digni sunt: ad quæ verba Be-
- veregius: ,, è quibus non modo colligimus tria hominum genera, cum mysteria celebrari cœperint, Narthece exterminata esse, Cathecumenos, Energumenos, & pœnitentes, verum etiam, quo ordine egrediebantur, primò scilicet cathecumeni, deinde energumeni, & ultimo pœnitentes, at eodem haud dubiè ordine egrediebantur, quo collocati sunt, itaque cathecumeni portis proximis, atque ideo primi egressi sunt, quos sequebantur energumeni



„ & hos poenitentes, ut à portis remotiores. „ Pluribus hâc de re agit Leo Allatius, qui totus est in refellendis ijs, qui Narthecem extra templi fores collocarunt, quod ex Gregorio Taumaturgo refellitur, cum ipsius testimonio Narthex intra portam templi constitutus dicitur. Scio quidem vocabulum Narthex recentioris ævi existimari, quam ut Gregorio tribuatur, attamen rem ipsam antiquam esse admittit Christianus Lupus qui scribit: „ græci enim Ecclesias suas quomodo nos belgæ & plerique Galli & Germani diviserunt in tres partes enumeratas à Theodosio Augusto in edicto de Asylo Ecclesiastico, quod habes ad finem Synodi Ephesinæ: *sacro sanctum altare cancellis clausum, quadratum templi oratorium murorum ambitu circumseptum, & locum residuum usque ad Ecclesia fores exteriores.* Hoc est Sanctuarium seu Sanctum Sanctorum, aulam seu chorum, & populi atrium, quod est Narthex.

Lupus.

Theod. Aug.

8. Alia templi pars, quæ propriè Ecclesia dicitur, continebat parvum ab introitu Ambonem, cuius figuram nuper in Constantinopoli Christiana edidit Dominus de Cange, ex quo eam delineari curavimus, & tabulæ superius editæ apponi. Perficiebatur in eo lectio scripturarum, & quædam alia, unde canon 15. Laodicenus à Dionysio Exiguo in compendium redactus habet in terminis: *de his qui debeant in Ambone seu in pulpito psallere.* Et de eo habet Symeon Thessalonicensis: *Ambon è conspectu porta bematæ statuitur: & postea: sacratissimum bema ad Orientem statuitur, & ex opposito Ambon statuitur.* Et Codinus de offic. Cur. Const. cap. 17. *& descendit Imperator ex Ambone, non eâ parte, qua ascendit, ea scilicet, qua ad speciosas portas respicit, sed ex altera parte solea, & sancto bema obversa.* Ubi observare etiam licet, duplicem fuisse ascensum in Ambonem, unum ad speciosas Portas, alterum ad sanctas respicientem. Porro inter Ambonem & speciosas Portas stabat tertius poenitentium gradus substratorum nimirum, de quibus canon XI. Nicænus: *sex annos omni se contritione dejiciant: græcus simpliciter legit ὑποκρίσειντα subiacent, & Theorianus ita vertit: Ecclesiam quidem ingredientur, sed in parte Ambonis posticâ stabunt, & cum cathecumenis egredientur.* Ita habes apud eruditum Lupum ad canon. XI. Nicænum. Et confirmat ad eundem canonem Theodorus Balzamon: *substerni sive intra Ecclesiam stare, sed post Ambonem & cum cathecumenis exire.* Et Aristenus ibidem: *intra Ecclesia ambitum introducantur, & cum succumbentibus in postica Ambonis parte septem annos permaneant, una cum*

Canon 15.  
Laodicen.

Canon. XI.  
Nicæn.  
Theoriani  
versio.

Balzamon.

Aristenus.

cathecum.



- Zonaras. *cathecumenorum exclamatione exeuntes. Et Zonaras: in substratione sint, hoc est: in Ecclesiam quidem ingrediuntur, verum post Ambonem stent, & cum cathecumenis exeant. Et Mattheus Blastares littera M. substrati sunt, qui intra Ecclesiam stant, verum post Ambonem, & ipsi etiam cum cathecumenis exeunt, cum à Diacono acclamatum est, quocumque cathecumeni &c. Ita auctor ille Græcus, quocum agit de his substratis Sozomenus libro 7. cap. 16. cum scribit: illic enim in propatulo est pœnitentium locus, in quo illi stant mœsti, ac veluti lugentes, peractisque jam missarum solemnibus, exclusi à communione sacrorum, quæ initiatis præberi mos est, cum gemitu ac lamento pronos se in terram abjiciunt: tum Episcopus cum lacrymis ex adverso occurrens, pariter ipse humi provolvitur, & universa Ecclesia multitudo simul confitens lacrymis perfunditur. Post hæc verò primus exsurgit Episcopus, ac prostratus erigit, factaque ut decet, precatione pro peccatoribus pœnitentiam agentibus, eos dimittit. Quo ex loco non minus quam ex Cypriano læpius memorante manus ab Episcopo & clero in pœnitentiam impositas, & Tertulliano de pudicitia, cap. 13. narrante de Zephyrino Papâ, quod pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in Ecclesiam inducens, conciliatum & concineratum cum dedecore & horrore compositum prostratis in medium ante viduas, ante Presbyteros, omnium lacrymas suadentem &c. Colligimus inquam substratos etiam debuisse lacrymabiliter exorare fraternitatem, hocque factò Episcopum & clerum eis manus imposuisse ad pœnitentiam, quod licet Gabriel Albaspineus libro 2. observatione 24. circa portam extrâ Ecclesiæ*
- Albaspineus. *„ adyta & Sanctuarium factum asserat, addit tamen, „ nisi quis „ velit eos paulo altius in conspectum fidelium venisse, mediâque*
- Tertullian. *„ in Ecclesiâ constitisse. „ Quod magis congruit Tertulliano: prostratis in medium ante viduas ante Presbyteros.*
9. *Iam verò ante Ambonem usque ad Bema aut sanctuarium stabant fideles orantes & mysteriis præsentés, una cum eis, qui in quarto pœnitentium gradu constituti erant, qui consistentes vocantur. Consistentia est, inquit Gregorius Taumaturgus, ut cum fidelibus consistat & cum Cathecumenis non egrediatur. Concilium Nicænum de consistentibus, populo sine oblatione in oratione communicent. D. Basilius canone 56. solum stabit cum fidelibus, sed non erit oblationis particeps. Hincmarus Rhemenfis: quidam autem sola intra Ecclesiam fidelium oratione jungi sacra mysteriorum celebritati, à Dominica autem mensa convivio segregari. Scholiasies Harmenop. epit. can. lect. 5. tit. 3<sup>o</sup> consistens*
- Gregorius Taumaturg.  
Canon XI. Nicæn.  
D. Basilius.  
Hincmarus Remensis.



consistens, hoc est cum fidelibus orans, qui necdum tamen admittitur ad Sacramenta. Demum Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico litterâ M. Consistentes autem sunt, qui simul cum fidelibus orant, canuntque, à sacrorum autem Sacramentorum participatione abstinentes, donec adveniente secundum leges illis præscripto tempore, perfectio eos in divinam communionem recipiat. Erat ergo fidelium locus in Ecclesiâ ab Ambone usque ad portas Sanctuarij, idque potissimum in Græcorum Ecclesiis, quas ædificatas fuisse cum Ambone parum à portis speciosis in ipsa Ecclesiâ collocato, & cum Sanctuario per portas sacras à loco fidelium Laicorum separato, colligere licet ex Ichographiâ per Beveregium editâ. At aliud quid existimem de Ecclesiis Latino- rum, quarum antiquissimæ extant nunc temporis Romæ: illæ enim non videntur Ambonem habuisse in medio, nec habuerunt portas speciosas, quibus Cathecumeni à fidelibus separabantur, nec portas sacras, quibus Sanctuarium erat coopertum: sed si mens nostra de Ecclesiis Latinorum inquiratur, putarem ego, loca pœnitentium per quædam septa lignea, uti & Sanctuarium per parvos cancellos fuisse separata: Ambonem autem non in medio navis more Græcorum, sed à latere circâ mediam columnam fuisse collocatum, ut etiamnum moris est per Occidentem universum.

10. Iam ad tertium Ecclesiæ locum transeamus, quem Symeon Thessalonicensis Bema sive sacrarium vocat, Theodosius verò Augustus sacrosanctum Altare, quod cancellis est clausum. De eo habet Nicephorus Callistus libro 12. cap. 41. pertractans Theodosij Imperatoris pœnitentiam à Mediolanensis civitatis Antistite Ambrosio impostam: postquam verò tempus advenit, quum eum more recepto munus ad sacram mensam afferre oporteret, lacrymans surrexit, & divinum sacrarium ingressus est: & dono ex consuetudine oblato, intra sacros cancellos permansit, in sanctiore Sacerdotum loco, ubi antiquitus Imperatores consistere mos erat, propter dignitatis sublimitatem à plebe segregatos, quam rem quod Ambrosius adulationis magis, quam ordinis recti esse putabat, Imperialis quoque stationis locum ita ut par erat, in ordinem suum redegit, pro tabulatis seu cancellis sacrarij sede illi designatâ: ut Imperator honoratiorem quidem præ populo stationem haberet, præ illo autem sacer ordo locum sublimiorem obtineret. Eum ordinem ut optimum Theodosius tunc laudavit, posteri quoque confirmarunt: qui inde adhuc usque tempora servatur. Nec ex suo id desumpsit Nicephorus, sed ex antiquo sæculi 5. scriptore Sozomeno, libro 7. Historiæ Ecclesiæ.

Schol. hærm.

Matth. Blast.

Theod. Aug.

Nicephorus.  
Callistus.







„ tanquam fundamentum nostrum. „ Illud etiam altare à quatuor columnis sustentari solitum, refert ex Germano Constantinopolitano in Myltagog. Et finit cum testimonio Synesij in Carastasi : *sacratas amplectar columnas, qua incontaminatam à terrâ mensam sustinent, illic ego & sedeo vivus, & mortuus jacebo.* Hisce habes ad veritæ partis ingenuum de sacri altaris usu apud antiquos testimonium, quod ut toti Angliæ, & septemtrioni ac orbi universo manifestum faceret, id quod ex omni antiquitate eruerat, in Ichnographia representari fecit, cruce super altare positâ : „ & insuper crucem ei apposuimus, inquit, sine qua nullum unquam in quavis ferè Ecclesiâ, græcâ præsertim, per multa retro sæcula erectum altare legitur. „ Habes hic Ichnographiam ipsius Beveregij, quâ Græcorum Ecclesias utcumque representavit, cui nos tres alias addidimus, ne quidquam hac in re ulterius desideretur.

12. Cum vero altaris mentio facta est, notandum cum Christiano Lupo, olim in Basilicis unicum dumtaxat fuisse altare, idque altè clamare antiquas Romanorum Basilicas, in quibus altare inverso modo constructum videmus ad initium sacrarij, unde & celebrans non respicit ad tribunal aut synthronum, sed potius ad fideles & populum : Africæ Basilicas describit S. Optatus Milevitanus Episcopus libro 1. contra Parmenianum : *confertur, inquit, erat Ecclesia populis : plena erat Cathedra Episcopalis : erat altare loco suo, in quo pacifici Episcopi retro temporis obtulerunt, Cyprianus, Lucianus & ceteri. Sic exitum est foras, & altare contra altare erectum est.* Ac si diceret, Carthaginienlem Basilicam, in quâ Cyprianus & Lucianus obtulerant, unicum dumtaxat habuisse altare loco suo collocatum. Hinc & magnus Hipponensis Antistes Augustinus tractatu 3. in epistolam Ioannis : *si cum Donatistis in unitate sumus, quid in hac civitate faciunt duo altaria.* Altaria pro Basilicis sumit Augustinus, ac si diceret, duas Basilicas habuisse duo dumtaxat altaria, quorum unum alteri esset oppositum, unde scripsit S. Optatus, *altare contra altare fuisse erectum.* Et hinc colligitur, immerito dubitare Eminentissimum Cardinalem Bona, lib. 1. rerum liturgicarum cap. 14. numero 3. num olim in latinorum Ecclesiis unicum dumtaxat altare fuerit. De græcis id rectè admittit, de quibus loquitur Tyrius orator apud Eusebium lib. 10. cum in oratione tempore dedicationis templi *unigenam aram* vocat : nempe conluetum erat apud Græcos unum in singulis Basilicis altare, & unicum diebus singulis super illud sacrificium solemne, cui dum in festis solemniori-



Athanasius. bus omnes fideles adesse non poterant, quod eos Ecclesiæ non cape-  
rent, se in Basilicâ nondum dedicatâ sacrum celebrare coactum fuisse,  
valde conqueritur Magnus Alexandrinæ Ecclesiæ Patriarcha Athana-  
sius Apologâ 2. ad Constantium : factum est agnosco, festum erat  
Pascha, & tanta vis populorum aderat, quantum Christianorum in urbe  
esse Christicola principes optarint. Cum igitur & Ecclesia pauca parva-  
que essent, magnoque tumultu posceretur, ut in magnâ Ecclesiâ conven-  
tus celebrarentur, atque ibidem preces pro tuâ salute fierent, quod &  
factum est. Addit in testo Pentecoltes magnam populorum compres-  
sionem cum plurimorum afflictione fuisse, in Synaxibus Pentecostes ob  
multitudinem populorum & in locis angustiis plurimos pueros, nec paucas  
puellas, & aniculas complures, & adolescentes multos jacuisse afflictos,  
ac domum delatos fuisse. Quod nimirum in eadem Basilicâ unicum  
esset altare, in quo sacrificium eodem die non posset iterari, populus  
compressus erat in Ecclesiis, quin imò sæpius ob multitudinem ab iis  
exclusus, quamobrem dum Leonem Magnum consulisset Dioscorus  
Patriarcha Alexandrinus, hoc à Pontifice epistolâ 81. tulit responsum :  
Leo 1. ut in omnibus observantia nostra concordet, illud quoque volumus custo-  
diri, ut cum solemnior festivitas conventum populi numerosioris indixe-  
rit, & ad eam tanta fidelium multitudo convenerit, quam recipere Ba-  
silica simul una non possit, sacrificij oblatio indubitanter iteretur. Addit  
Leo primus, hanc esse consuetudinem Romæ, qua ex forma paterna  
traditionis insedit, Et tunc apud Græcos sacrificia in eodem templo  
solemnioribus festis fuisse iterata, vix dubitare sinit illa Orientalium  
Ecclesiarum cum Romanâ necessitudo antiqua.

13. A tergo altaris in ipso bematis sinu thronus exhibetur, inquit  
Beveregius, in quo nimirum ipse Episcopus sedet. Addit ad utrumque  
Episcopalis illius throni latus sacerdotibus etiam sua subsellia constituta  
fuisse. Plura de his habes apud Morinum parte 2. de sacris ordi-  
nat. num. 20. adnotationum in Græcas ordinationes. Sicque ad can. 58.  
Balzamon. scribit Theodorus Balzamon, Presbyteri etiam prope Episcopos sedent  
in superioribus Cathedris. Symeon Thessalonicensis de templo : in sa-  
cro vero *συνδρόμῳ* sedens Episcopus, Christum imitatus, confessores  
Symeon Thessalonic. habet Coepiscopos, & Sacerdotes, qui Apostolos imitantur : & longe  
ante ipsos S. Ignatius Martyr in epistolâ ad Trallianos editionis prio-  
ris : quid vero est Presbyterium, nisi cœtus sacer consiliarij & confesso-  
res Episcopi ? Hunc cœtum Pius I. in epistolâ ad Iustum Vien-  
nensem, vocat senatum : salutet te senatus pauper Christi apud Ro-  
mæ



nam constitutus, & D. Hieronymus epistolâ ad Rusticum: *Ecclesia* D. Hieron.  
*babet senatum cœtum Presbyterorum.* Locus autem ab hoc sacro senatu  
 nomen sortitur Bema aut tribunal, juxta illud canonis 56. Laodicensi:  
*quod non oportet Presbyteros ante Episcopi introitum sacrum tribunal* Canon 56.  
*ingredi, & sedere in tribunali.* Quibus verbis, inquit Theodorus  
 Laodicen.  
 Balzamon, *Patres prohibent sacerdotibus, ne Episcopum contemnant,*  
 Balzamon.  
*& ante eius introitum sacrum tribunal ingrediantur.* Sæpius huius sacri  
 tribunalis meminerunt græci canonum interpretes, nec mirum, cum  
 in illo Episcopus & assessores Presbyteri tanquam sacer senatus in tri-  
 bunalis de rebus Ecclesiasticis iudicium ferrent, unde & præside-  
 ntium nomen apud Tertullianum sortiti sunt: *nec, inquit sacram* Tertullian.  
*Eucharistiam de aliorum manu quam presidentium sumimus.* Et hunc  
 locum esse oportuit, de quo supra mentionem fecimus, cum præsi-  
 dentium meminimus: hisce sane expositis, habes omnia ad Bema  
 spectantia, quæ Synesius in Catastasi attingit: *primum enim ad Dei* Synesius.  
*templum accedam, tum altare circumibo. Prætiostissimum pavementum*  
*lacrymis perfundam, non prius abscedam, quam januam illam thronum-*  
*que illum osculatus fuero. O quoties Dei fidem appellabo, ac vultum con-*  
 „ *vertam? ô quoties cancelli manus injiciam.* „ Egregia sane verba,  
 „ inquit Beveregius, quibus quidquid fere ad Bema pertinet, comme-  
 „ moratur: sancta porta illuc ducens, cancelli, altare, & ipse quo-  
 „ que Pontificis Thronus. „ Unde ea omnia in usu olim fuisse apud  
 Ecclesiam Pentapolitanam, ex Synesij Ptolemaidis Episcopi verbis  
 conclusum maneat.

*Et Scripturas sacras audiunt.*

C A P U T V.

De Missâ Cathecumenorum.

1. Initium Missæ Cathecumenorum repetitur ex Constitutionibus Apo-  
 stolicis, & liturgiâ Iacobo Apostolo adscriptâ, ex quibus constat de  
 lectione Scripturam, ut & ex testimonio Dionysij, quem Areopagi-  
 tam non fuisse, putant plures.
2. Omisâ hic de operibus Dionysij controversiâ, ante Cathecumeno-  
 rum



rum dimissionem lectas olim fuisse scripturas, firmatur ex Constitutionibus Apostolicis, quarum auctorem primis saeculis floruisse, probat Cardinalis Bona.

3. Ad stipulatur quoque Iustinus Martyr, ex cuius loco deducitur, etiam tractatus Episcoporum habitos fuisse ante missam Cathecumenorum, id quod à tribus primis saeculis alienum putabant recentiores periti.
4. Tertulliani locus à recentioribus allatus exponitur, & canone Laodicensi sententiam nostram firmari probatur: adduntur Timothei, Ambrosij, Augustini, & Chrysostomi testimonia.
5. Citant quidam canonem Arausicanum, & alium ex Concilio Valentino desumptum, quibus accedit testimonium Amalarij, de dimittendis ante Evangelium Cathecumenis, sed ijs tantum agi monstratur de particularis regionis consuetudine, quam ad generalem totius Ecclesiae componendam statuunt.
6. Ex hisce colligitur, quid Canon Antiochenus voluerit per hac verba: & scripturas sacras audiunt.

1. **Q**uid olim coactis in unum fidelibus fieri consuevit in Ecclesiis, lucidè edicit Apostolicarum Constitutionum auctor, dum libro 1. cap. 57. post ordinatum à Diaconis populum factum testatur, ut in medio lector ex loco edito legat libros Moysis, & Iesu nave, Iudicum, & Regum, item Paralipomena, & Esdras de reditu populi, praterea Iob & Salomonem: ad hac sexdecim Prophetas. Peractis vero binis lectionibus de binis libris, alius quispiam psalmos David canat, populus vero initia versuum, qua dicuntur acrostichia, succinat. Deinde acta nostra legantur, item epistola Pauli adiutoris nostri, quas Ecclesiis misit Spiritus S. instinctu dictatas: postea Diaconus aut Presbyter Evangelia legat. Agit manifestè de initio missae, quam missam Cathecumenorum vocarunt antiqui: cum enim congregato olim populo introductio pararetur ad sacrificij oblationem, pleræque orationes præmittebantur, & deinde legantur fufissimè oracula sacra veteris testamenti & Prophetarum, ut habetur in missâ Iacobo Apostolo adscriptâ, quam Eminentissimus Cardinalis Bona libro 1. rerum liturgicarum, cap. 8. numero 3. ex perpetuâ Ecclesiae græcæ traditione ei vendicat cum Leone Allatio epistolâ ad Bitholdum Nihulium, licet alij abjudicent, velintque cum Natali Alexandro in selectis Historiæ Ecclesiasticæ saeculo 1. cap. 10. artic. 5. post Synodum Ephesinam circa tempora Felicis tertij, qui vixit anno 480. consarcinatam. Verum quid  
quid

Auctor  
Constitut.  
Apostolic.

Liturgiâ  
D. Iacobi.



quid sit, post orationes lectas fuisse scripturas, attestatur in mysterio Synaxeos Dionysius: reversus autem ad divinum altare, inchoat sacram psalmodiam, una canente cum eo sacrum psalmodiarum eloquium universo Ecclesiastico ordine. Deinceps per ministros sacra scriptura librorum consequenter fit recitatio: & postea foras exiguntur sacro ambitu Cathecumeni, & præter hos energumeni & pœnitentes.

Dionys.

„ Eruditus & antiquus scriptor, quem passim dicimus Sanctum Dionysium Areopagitam, ( inquit Christianus Lupus in caput 41. Tertulliani de præscriptionibus ) in soâ Ecclesiasticâ Hierarchiâ ;  
 „ non solos energumenos ac pœnitentes, sed etiam Cathecumenos  
 „ admittit ad divinam psalmodiam ac librorum divinatorum auditionem. Est firmum argumentum, quod quarto sæculo scripserit,  
 „ post datam Ecclesiæ à Constantino pacem. „

Lupus.

2. Necessè non est in præsentì retractare magnam illam de operibus Dionysij Areopagitæ controversiam, quam allatis pro utraque parte argumentis Eminentissimus Cardinalis Bona iudicio lectoris reliquit, & licet unus ex recentioribus peritis pro abjudicandis Areopagitæ operibus auctorem putarit natione Ægyptium, professione Monachum, religione Severianum, sexto Christi sæculo natum, nos tamen parte 2. antiquitatis illustratæ putavimus fuisse Pauli Apostoli Discipulum. Quod si auctor operum non fuerit verus Areopagita, sed recentioris Ævi scriptor, eum sane inter Catholicos, non vero inter hæreticos numerandum existimarem, & re ipsa ex variis demonstrare possem. Cum tamen hæc controversia non sit huius loci, ut ad eruditi Lupi argumentum revertar, ex eo, quod Dionysius Cathecumenos ad sacram psalmodiam admittit, statui posse auctorem operum quarto sæculo scripsisse post datam Ecclesiæ à Constantino pacem, huc usque non video. Doctissimus Aurelianensis Antistes Albaspineus libro 1. de Eucharistiâ, cap. 5. disertis verbis testatur: quod duobus aut tribus primis sæculis, post orationes quasdam, & aliquot psalmos, fiebat missa Cathecumenorum: *aux deux ou trois premiers siècles doncques, apres quelques prieres, & quelques psalmes, on faisoit la messe des Cathecumenes.* Et auctor Constitutionum Apostolicarum manifestè consentit loco superius citato, dum narratis scripturarum lectionibus, psalmodiarum cantu exhibito usque ad Evangelij auditionem, tandem statuit: *deinde cuncti pariter consurgentes & in Orientem spectantes, egresis Cathecumenis & pœnitentibus, precantur Deum.* Quin hic auctor primam Ecclesiæ disciplinam ab Apostolis & primitivis Patribus

Albaspineus.

Constituit.  
Apostolicis



traditam posteritati consecrarit, nemini dubium videtur; ipsumque ante datam à Constantino pacem floruisse, vidimus alibi, ac consentit Cardinalis Bona libro 1. rerum liturgicarum, cap. 8. numero 4.

Bona.

„ Quidquid autem sit de auctore harum Constitutionum, certum  
 „ apud omnes & exploratum nunc est, quod si ab Apostolis imme-  
 „ diatè dictatæ non fuerunt, Concilio tamen Nicæno antiquiores  
 „ sunt, & in his continetur disciplina Ecclesiastica, quâ Orientalis  
 „ Ecclesia sub ethnicis Imperatoribus ante magnum Constantinum  
 „ regebatur, ut vir eruditissimus Ioannes Morinus docet parte 2. de  
 „ sacris ordinationibus, pag. 20. cui adstipulatur Ioannes Fronto in  
 „ prænotatis ad Kalendarium Romanum §. 5. Petrus item de Marca  
 „ libro 3. concordia, cap. 2. eius libri auctorem saltem sæculo 3.  
 „ floruisse ait, idque omnibus hodie persuasum esse. Est igitur missa  
 „ Clementis antiquissima, eiusque testimonio sæpius utar, si non  
 „ præcisè ut ab Apostolis editæ, & à successoribus auctæ, quod  
 „ valde probabile est, saltem ut à Patribus secundi vel tertij sæculi  
 „ usurpatæ. „

S. Iustinus.

3. Sed revertamur ad lectionem sacræ scripturæ olim apud fideles in Ecclesiis fieri consuetam. S. Iustinus Martyr, qui ad secundi sæculi medium floruit, in Apologiâ pro Christianis: *die vero, qui solis dicitur, omnes qui in oppidis vel agris morantur, unum in locum conveniunt, commentariaque Apostolorum vel Prophetarum scripta leguntur, quamdiu res patitur. Deinde ubi is, qui legit, destitit: is qui præest admonet & hortatur, ut ea, qua lecta sunt, bona imitemur, tum surgimus omnes ac comprecamur.* Loquitur manifestè cum auctore Apostolicarum Constitutionum, præterquam quod addat, Episcopum post scripturarum lectionem habuisse de iis tractatum aut Sermonem ad populum, ex quo colligere licet, olim ante missam Cathecumenorum, aut preces fidelium, & scripturas lectas, & tractatus Episcoporum fuisse habitos. Gabriel Albaspineus libro 1. de Eucharistiâ cap. 5. putabat, duobus aut tribus primis sæculis post preces & psalmos factam missam Cathecumenorum,

Albaspineus.

*mais peu apres les peres ayant reconnu, que l'explication de l'escriture, & les Sermons des Evêques, pouvoient toucher & convertir les estrangers; il fut ordonné, qu'il se feroient avant la messe de Catechumenes: si bien, que depuis cette ordonnance quelques prieres estant faites, l'Evangile se chantoit, & en suit l'evêque en traitoit, & en donnoit l'explication en la presence des fideles & de tous les estrangers, de quelque qualite, qu'ils fussent, juifs, payens,*



payens, schismaticus, hereticus, Catechumenus, energumenus, & pœnitens. Cela se prouve par un canon, du quatrieme de Carthage, & par le premier de Valence en Espagne. Incontinent apres, ce qu' on appelle la messe de Catechumenus commençoit, par l'ordre qui s'ensuit. Exponit ulterius, quomodo ad instantiam Diaconorum orantibus fidelibus pro Cathecumenis, ij post submissionem capitum ad preces Episcopi egredierentur primi: post eandem ceremoniam peractam secundo loco energumeni, tum Cathecumeni quarti gradus & pœnitentes tertij: & hanc dimissionem cum precibus voluit Albaspineus vocatam missam Cathecumenorum, de quâ etiam loquitur Cardina-

„ *lis Bona libro 1. cap. 16. numero 1. „ orta duplicis missæ divisio*  
 „ *à duplici missione, quarum una Cathecumenorum, altera fidelium*  
 „ *dicebatur. Et illa quidem duobus vel tribus primis Ecclesiæ seculis,*  
 „ *aliquot precibus & psalmis constabat, quibus absolutis voce*  
 „ *Diaconi dimittebantur Cathecumeni, & alij, qui missæ fidelium*  
 „ *adesse non poterant. Sed cum postea sancti Patres & Episcopi ani-*  
 „ *madvertisent, sermones & scripturarum expositiones ad infide-*  
 „ *lium conversionem, ceterorumque instructionem multum con-*  
 „ *ferre, admissi sunt omnes in Ecclesiâ, donec lecto Evangelio fieret*  
 „ *sermo; quo habito & illis exclusis, missa fidelium incipiebat; „*  
 „ *& ex hisce fundamentis Franciscum Bernardinum Ferrarium erroris*  
 „ *insinuat Christianus Lupus in c. 41. Tertulliani, ad illa verba; Cathecu-*  
 „ *meni & fideles pariter adeunt, pariter audiunt. Scripsit ad ista Ferrarius*  
 „ *in opere de antiquo sacrarum Concionum ritu: Tertullianus cum asser-*  
 „ *mat, in Ecclesia ipso Concionum tempore secerni vix posse & internosci*  
 „ *fideles à Cathecumenis, demonstrat utique, ad ipsas Conciones audiendas*  
 „ *Cathecumenis aque ac fidelibus aditum paruisse. Et hisce opponit Lu-*  
 „ *pus: „ nulla discernit Ecclesiæ tempora, ac ex presenti Doctoris*  
 „ *loco censet, & fideles & Cathecumenos semper adisse simul ac au-*  
 „ *divisse. Est erudito viro horrendus lapsus. Etenim Septimius non*  
 „ *laudat hic Catholicæ Matris disciplinam, sed damnat hereticæ*  
 „ *conversacionis levitatem, inconstantiam, variam prævaricationem.*  
 „ *Et inter ista ponit, quod eorum fideles & Cathecumeni simul*  
 „ *adeant, simul audiant, simul orent. „ Hęc vir eruditus asse-*  
 „ *rens presentem Tertulliani locum palam evincere, „ quod isto*  
 „ *tempore Cathecumeni, longe magis gentiles aut judei, ad audien-*  
 „ *dum Dei in Ecclesiâ verbum cum fidelibus non admitterentur. „*

4. Verum pace eruditorum virorum dixerim, unicus Iustini Mar-

Bona.

Tertullian.

Ferrarius.

Lupus.

tyris



Tertullian.

Canon. 19.  
Laodicen.

Zonaras.

Timotheus  
Alexandrin.  
Balzamon.

tyris locus longè aliam fuisse Ecclesiæ disciplinam evincit : scribit ille, ante orationes fidelium scripturas lectas fuisse, & tractatus ab Episcopo desuper habitos, ut verosimile non sit, aliquam hac in re mutationem factam fuisse post tria prima secula. Scribit quidem magnus Tertullianus de hereticis cap. 41. præscriptionum : *in primis quis Cathecumenus, quis fidelis, incertum est : pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant. Etiam ethnici si supervenerint. At illis verbis non influmat Tertullianus Cathecumenos, quod Ecclesiam adeant, vel in illâ audiant, sive orent, sed quod sese cum fidelibus miscerent, nec observato Narthecis loco in ipsâ interiori Ecclesiâ, ac si fideles essent, audirent, & sacrificio interessent. Et hoc vult Tertullianus, cum scribit, pariter audiunt. Ac si diceret, separatim & in alio loco audire potuisse Cathecumenos : sicque licet male ex Tertulliano concludat, verum tamen esse potest, quod observavit Bernardinus Ferrarius, ad ipsas Conciones audiendas Cathecumenis æquè ac fidelibus aditum patuisse. Certè id ipsum satis luculenter confirmat auctor Constitutionum Apostolicarum, qui sæculo 3. floruit. Et Concilium Laodicenum canone 19. *Quod oportet seorsum primum post Episcoporum sermones, Cathecumenorum orationem peragi.* Nihil novi statuit per antiquum Laodicenum Concilium, sed antiquam Ecclesiæ Traditionem in regulam canonicam redigit, ideoque contrâ nonnullas forsitan Ecclesiarum innovationes, utitur solo verbo *Δείν oportere* : habet ad illum canonem eruditus Græcorum canonum interpret Zonaras : *Concio ad Cathecumenos ijs docendus ac erudiendus primo loco ab Episcopis habebatur; tum precatio in Cathecumenos recitata illi egrediebantur. Qualiter post lectas scripturas suo tempore Cathecumeni dimittebantur, in missâ suâ ab antiquioribus mutuata clarè elucidat S. Basilius, ac confirmat canone 75. in epistolâ canonicâ ad Amphilo- chium. Et Timotheus Patriarcha Alexandrinus, qui Concilio generali 2. interfuit, rogatus, an clericus in præsentia Arianorum orare possit, respondet : in divinâ oblatione Diaconus ante salutationem loquitur : qui non communicatis, ambulate, quæ verba sic interpretatur Theodorus Balzamon : respondit, quod quando ad sacram mensam sancta offerenda sunt, dicitur prophanis, qui non communicatis, ambulate. Huc est, Cathecumeni exite. Quo ex loco manifestum fit, solius sacrificij oblationi interesse prohibitum Cathecumenis, adeoque & olim admissos ad lectionem scripturarum & tractatum Episcopi, ut luce clarius demonstrant hæc S. Ambrosij verba epistolâ 14. ad sororem eius*  

Marcel-*



Marcellinam : post lectiones atque tractatum dimissis Cathecumenis. D. Ambros.  
 Et hæc quidem pro Italia D. Ambrosius. Pro Africâ verò S. Augustinus, dum ut animadvertit Ferdinandus Mendoza de confirmando Illiberitano Concilio, libro 3. cap. 19. frequenter apud eum occurrit Sacramentum, quod norunt fideles. Cum enim crimen erat in primitivâ Ecclesiâ de Sacramento altaris agere coram infidelibus aut Cathecumenis, dum Augustinus in Ecclesiâ concionabatur præsentibus Cathecumenis, usus est laudato loquendi modo, ut tractatu XI. in Ioannem : *nesciunt Cathecumeni, quid accipiunt Christiani.* Et tractatu 96. *Cathecumenis non fidelium Sacramenta produntur.* Et libro 10. de Civitate Dei, cap. 6. *Sacramento altaris fidelibus noto, & alibi sæpius.* Signanter vero serm. 46. de verbis Domini cap. 1. *cum sanctum Evangelium legeretur, Dominus Iesus Christus exhortatus est promissione vita æterna ad manducandam carnem suam, & bibendum sanguinem suum, qui audistis hæc, necdum intellexistis. Qui enim Baptizati & fideles estis, quid dixerit, nostis. Qui autem inter vos adhuc Cathecumeni vel audientes vocantur, potuerunt esse, cum legeretur, audientes, numquid & intelligentes.* Quibus pro Oriente adtipulatur magnus ex Antiocheno Presbytero novæ Romæ Episcopus Chrysostomus, cuius hæc communis cum cæteris Patribus inter concionandum audita vox est : *norunt fideles : & tomo 6. in oratione de Domini præcursores : si quis est vestrum dilecti nondum Baptismo initiatus, veniat, &c.* Quibus verbis manifeste indicat, sermoni suo adfuisse Cathecumenos, licet *extra vestibula regia starent, longeque à sacris cancellis,* ut scribit homilia 2. super secundam ad Corinthios epistolam. Et hinc jam varia habes ex intima antiquitate notanda : ac primo quidem, cur antiqui Ecclesiæ Patres tam parcam de Sacramento altaris memoriam in suis orationibus reliquerunt : ,, ea erat, inquit Mendoza in celan- Bona.  
 ,, do hoc Sacramento veterum Patrum religio, ut in publicis Concionibus, à quibus nec Pagani arcebantur, nec Cathecumeni, non nisi ,, parcissime rectissimeque de eo loquerentur., Secundo cur Patres Illiberitani olim prohibuerint picturas in Ecclesiâ haberi, *ne quod colitur & adoratur, in parietibus pingatur* : circa quem dum periti se varios in modos torserunt, Eminentissimus Cardinalis Bona hereticorum tela exinde contrâ Imaginum usum petita vertit, aitque, vetuisse Patres, ,, non pingendum quod *colitur & adoratur*, ,, ut soli fideles intelligerent, eo canone prohiberi imagines Dei & Christi Salvatoris, ne ,, à gentilibus irruentibus sæpe in Ecclesias contumeliâ afficerentur,



Canon A. C. 3. & irriderentur Christiani, ac si hominem colerent Deum; neve  
 3. Cathecumeni Deum, quem incircumscriptum, immensum & ma-  
 9. teriæ expertem prædicari audiebant, humanâ figurâ pictum vi-  
 7. dentes, aliquid alienum ab eius maiestate conciperent: „ tertio  
 demum, nullam unquam mutationem in Ecclesiâ factam circâ Cathec-  
 5. umenos in audiendis scripturis & tractatu Episcoporum.

Canon. 18.  
 Arauf. 1.

5. Scio quidem, Gabrielem Albaspineum in notis ad canonem 18.  
 Concilij Arauficani primi: *Evangelia deinceps placuit Cathecumenis*  
*legi apud omnes Provinciarum nostrarum Ecclesias: firmare suam sen-*  
 tentiam de exclusis ab Evangelij auditione Cathecumenis tam ex  
 Constitutionibus Clementis, quam ex cap. 1. Concilij Valentini sta-

Canon. 1.  
 Concil. Val.

tuyente: *ut sacrosancta Evangelia ante munerum illationem in missâ*  
*Cathecumenorum, in ordine lectionum post Apostolum legantur, quate-*  
*nus salutaria precepta Domini nostri Iesu Christi, vel sermonem Sacer-*  
*dotis, non solum fideles, sed etiam Cathecumeni, ac penitentes, &*  
*omnes, qui ex diverso sunt, audire licitum habeant.* At præterquam  
 quod de Constitutionibus Clementis contrarium constet ex dictis,  
 respondeo canonem Concilij Valentini corrigere particularem consue-  
 tudinem, & Concilij Arauficani canonem non aliud velle, quam  
 quasdam particulares in Galliâ Ecclesias post lectum Apostolum expu-  
 lisse Cathecumenos: cumque aliæ Galliæ Ecclesiæ ipsis prælege-  
 rent Evangelia, hunc morem *apud omnes Provinciarum nostrarum*  
*Ecclesias inquit observandum: & licet diu post hanc Synodum*

Amal. Fort.

scripserit in opere de divinis officiis Amalarius Fortunatus: *consuetu-*  
*do nostra tenet, ut Cathecumenos repellamus ante Evangelium.* Hæc  
 tamen obesse non possunt, cum ut rectè Iacobus Sirmondus, hoc in  
 Metensi Ecclesiâ suo etiam tempore fieri solitum improbet Amalarius

Amal. Diac.

Diaconus libro 3. de Ecclesiasticis officiis cap. 36. *Non mihi, inquit,*  
*hoc videtur ex ratione incumbere, cum proculdubio prædicatoribus gen-*  
*tium præceptum sit, ut Evangelium eis prædicent.* Respicit Amalarius  
 ad Dominicum præceptum, quo Apostolis incumbit prædicare  
 Evangelium omni creaturæ, idque vult cum jure traducis competere  
 cunctis gentium prædicatoribus, & meritò: nam gentes converti ne-  
 queunt nisi per Evangelicum verbum, sicque Apostolos ubique ter-  
 rarum dispersos initio nascentis Ecclesiæ fecisse, attestatur in actuum  
 libro individuus Pauli Comes Evangelista Lucas. Morem illum in  
 docendis Cathecumenis retinuit Ecclesiâ, ut jam abundè ostensum est,  
 & quamvis Ethnicos, Iudeos, & hæreticos numquam admiserunt,

primitivi



primitivi fideles intra Dominica aut templa, eos tamen admittit Africana Ecclesia in quartâ Carthaginienſi Synodo, dum itatuit: *Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive judeum, usque ad missam Cathecumenorum.* Dicit canon solos gentiles, hæreticos, aut judeos non prohibendos ingredi Ecclesiam, nec mentionem facit Cathecumenorum, quod illi in Africâ essent admissi, non verò ad illa usque tempora alij jam citati.

6. Et ex hisce jam habemus sensum canonis Antiocheni de citatis supra verbis: *Scripturas sacras audiunt.* Quod nimirum sacre scripturæ olim in Ecclesiis ante missam Cathecumenorum prælegebantur, cui lectioni aderant non modo fideles in Ecclesia positi, nec soli prostrati post Ambonem collocati, sed ipsi audientes in Nartheco constituti: *audientes vero,* inquit Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico, litterâ M. *qui intra ostium stantes in loco Nartheco dicto, sacras scripturas, & communem disciplinam audiunt.* Et inter illos fuisse Cathecumenos, ex ipsorum nomine colligi potest: nam Isidoro Hispalensi teste: *Cathecumenus gracè auditor est.* Consonat Dionysius libro de Hierarchiâ Ecclesiasticâ cap. 3. *post sacrorum librorum lectionem, sacro ambitu ejiciuntur Cathecumeni, & post eos energumeni, & ñ qui sunt in pœnitentiâ.* Ex quo loco habemus tria audientium genera ad sacrorum librorum lectionem admissa, non tamen de omnibus his loquutus est canon noster Antiochenus, sed de solis illis, qui audiebant scripturas sacras, & communicare in oratione cum populo debebant, quod solis fidelibus competeat, ut jam videbimus.



*Nec communicant in oratione cum populo.*

C A P U T V I.

De orationibus tempore Sacrificij, aut Missâ  
fidelium.

1. *Primos fideles observasse varias orationum horas, cum Eminentissimo Cardinali Bona deducitur ex actis Apostolorum, & confirmant ipsa Ethnicorum testimonia.*
2. *Accedunt lucidissima Sanctorum Patrum testimonia usque ad tempora Antiocheni Concilij.*
3. *Verba Antiocheni Concilij non intelligenda esse de quavis oratione, sed de illâ, qua fieri solita est à sacerdote in altari tempore sacrificij, & his verbis exprimi solet, communicare in orationibus, probatur ex Canonibus Ancyrano & Nicano.*
4. *Firmatur subinde ex auctore Apostolicarum Constitutionum, Dionysio, & Iustino Martyre.*
5. *Accedunt Tertullianus & Augustinus, qui post missam Cathecumenorum orationes seu missam fidelium habitam testantur, id quod etiam habetur canone 19. Laodiceno.*
6. *Canon Laodicenus inchoat missam fidelium à variis orationibus, prout etiam videre est in Liturgiis D. Basilij & Chrysostomi, ex quibus colligitur, Symbolum fidei primis saculi decantatum non fuisse post Evangelium, sed hoc recentius liturgia additum esse, ut patet ex Theodoro lectore & Bernone Augiensi.*
7. *Post orationes pax dabatur, & mox fiebat oblatio. Canoni Laodiceno consonat auctor Constitutionum Apostolicarum.*
8. *Omnes fideles olim panem & vinum sibi consecranda obtulisse, ex variis antiquorum testimoniis ostenditur in usu fuisse sex primis saculis usque ad Gregorium Magnum.*
9. *Corrigitur sententia Albassinei putantis ea, qua de oblationibus dicta sunt, de Eulogio intelligenda, cum tamen intelligenda sunt de oblationibus in ordine ad communionem, unde mos inquirendi nomina offerentium.*



10. Plures non modo obtulisse ex populo, sed & plures ex clero cum Episcopo olim celebrasse sacrificium post Morinum, & Christianum Lupum ostenditur ex variis antiquorum testimoniis.
11. Oblatione peractâ lavat manus suas minister, & subsequitur præfatio, ut patet ex Constitutionibus Apostolorum, Cypriano, Augustino, & Cyrillo Hierosolymitano.
12. Post præfationem sequitur canon, cuius meminit D. Ambrosius. Fiebat in ea commemoratio pro omnium generum fidelibus, & vocatur apud quosdam oratio super diptycha, quorum tria fuerunt genera, de quibus fatus ex variorum testimoniis.
13. Post diptychorum recitationem sequebatur consecratio, quam refert auctor Apostolicarum Constitutionum. Meminit Iustinus Martyr, consecratione peractâ populum respondisse Amen, id quod etiam habent Tertullianus, Dionysius Alexandrinus, D. Ambrosius, & Basilius.
14. Sequitur elevatio, quæ apud Latinos & Græcos vario tempore solebat fieri, tum deinde sacrosancta hostia in plures partes divisio.

1. **A**N uberius quisquam de primorum fidelium orationibus egerit, quam Eminentissimus Cardinalis Bona libro de divinâ psalmodiâ, pœnitens ignoro. Quod redemptor mundi Christus Dominus pernoctavit in oratione, animadvertit ex Lucâ cap. 6. Apostolos orantes horâ tertiâ accepisse Spiritum Sanctum, ex capite 2. actum manifestum est. Petrum ascendisse in superiora, ut oraret circa horam sextam, habes cap. 10. eiusdem libri. Petrus autem & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam, ut habetur cap. 3. actum. Et Philo judeus in libro, cui Suidas titulum tribuit de vitâ Christianorum, Eusebius vero libro 2. cap. 17. titulum de vitâ contemplativâ inscribit, docet, olim fideles in ædibus sacris hymnos recoluisse. Hymnos canunt in Dei laudem, &c. S. Carpus Philo judeus apud Dionysium epistolâ ad Demophilum surgebat mediâ nocte ad divinos hymnos cantandos, illudque potissimum Ethnici improperabant Christianis, ut Lucianus in Philopatre, ubi post irrisionem Lucianus, fidelium Christianos in sine arguit, quod ad hymnos totâ nocte cantandos vigilarent. Et Plinius 2. libro 10. epistolâ 97. referens ad Traianum Imperatorem de Christianis nihil aliud dici posse, præter Plinius 2. quam, quod primo diluculo è somno excitati, Christum ut Deum hymnis celebrent. Et Cæcilius apud Minucium in Octavio nocturnas congregationes Christianorum calumniatur, latebrofa & lucifugax natio, Cæcilius.



- in publico muta, in angulis Garrula.* Ac si diceret: coram Ethnicis silentio mutos, in cœtibus vero fideles de nocte ob hymnos, preces, & cantica garrulos. Et antiquus Origenes libro 1. contra Celsum, Primum caput criminationis adversus Christianos fuisse scribit, quod clancularios conventus haberent, ad Agapen nimirum, Synaxim, & orationes. Et hæc quidem eruditus ille piæ memoriæ Cardinalis Bona de Ethnicorum calumniis, quorum furore Catholici latitare coacti, preces & hymnos suos de nocte cantare consueverant, id quod Ariani etiam impedire conati sunt, conquerente D. Basilio epist. 64. *Hymnodia nocturna non habentur.*
2. Nec sola habemus de nocturnis Christianorum orationibus primitivæ Ecclesiæ testimonia. Auctor Constitutionum Apostolicarum libro 8. cap. 34. *preces facite mane, tertiâ horâ, ac sextâ, & nonâ, & vesperè, atque ad Galli cantum.* Singulorum temporum rationes subnectit, ac pergit: *quod si ad Ecclesiam prodire non licuerit propter infideles, congregabis Episcopo in domo aliquâ:* quo ex loco colligere licet, preces illas variis temporibus in sacro loco communiter habitas: Iustinus item Martyr epistolâ ad Zenam, & initio colloquij cum Tryphone Iudeo Hymnorum & laudum meminit, precumque nocturnarum & diurnarum. Tertullianus quoque non solum in Apologetico & libro de coronâ militis cœtus antelucanos fidelium exhibet, sed libro de jejuniis adversus psychicos laudat ex Apostolico instituto horas orationis tertiam, sextam, & nonam, de quâ ultimâ subdit: *nonam, cui & quarta Sabbati, & sexta plurimum fungimur.* Et Clemens Alexandrinus septimo Stromatum libro tertiæ, sextæ & nonæ meminit, deinde subdit: *jam vero triplicem horarum divisionem, quotidem sunt honorata precibus, sciunt, qui norunt beatam sanctarum mansionum Trinitatem.* Et D. Cyprianus sermone 6. de oratione Dominicâ, postquam ex veteri instituto novæ legis moribus comprobato docuisset, horam extitisse orationis tertiam, sextam & nonam, subdit: *sed nobis fratres dilectissimi præter horas antiquitus observatas orandi, nunc & spatia & Sacramenta creverunt. Nam & manè orandum est . . . recedente item sole ac die cessante necessariò rursus orandum est.* Et Arnobius contra gentes libro 1. *Quotidianis precibus Deum colimus.* Magnus Athanasius libro de virginitate: *sol oriens videat librum in manibus: post tertiam Synaxem conficies, quoniam ea hora defixum est lignum crucis. Sexta horâ absolves deprecationes cum psalmis, ploratu, & supplicationibus, quoniam hac hora pependit filius Dei*

Origenes.

Constitut.  
Apostolic.

Tertullian.

Clemens  
Alexandrin.

Cyprian.

Arnobius.

Athanasius.

Dei



Dei in cruce. Nona hora rursum in hymnis & glorificationibus eris, quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit Spiritum. Duodecima hora maiorem & longiorem facies Synaxim. Mediâ nocte excitaberis & hymnis celebrabis Dominum Deum tuum. Matutino tempore hunc psalmum dicito: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et benedicite omnia opera Domini Domino. Quid plura testimonia referam, quæ Eminentiſſimus Cardinalis Bonæ usque ad sextum sæculum ex luculentissimis Patrum operibus repetit: sufficit ad tempora Antiocheni Concilij Ecclesiæ sensum investigasse, & ex tot Sanctorum testimoniis indubitatum orbis Catholici morem de variis orationum horis & temporibus deposuisse.

3. Nunc inquirendum restat, cum tot fuerint primitivæ Ecclesiæ preces, quænam illæ censendæ sint, quarum mentio fit in hoc nostro Antiocheno Concilio: *nec communicant in oratione cum populo*. Illa verba enim non intelligenda esse de quavis oratione, sed de illâ, quæ fit tempore sacrificij per Episcopum aut Sacerdotem in sacro altari, planè existimarem cum & eruditus Lovaniensium Doctor Lupus in cap. 41. Tertulliani de præscriptionibus ponderans hæc verba contra hæreticos scripta: *pariter audiunt, pariter orant*: „ non de quavis, inquit, sed de illâ, „ cuius gratiâ integrum librum scripsit, oratione loquitur hic Septimius, de in cruce Christianorum sacrificio, cuius auditionem „ antiqui canones passim nuncupant communionem in precibus. „ Id communi antiquorum sensui conforme asserit Christianus Lupus ex plerisque canonibus, quod ne quisquam sine fundamento dictum existimet, notandus est loquendi modus à Concilio Ancyrano canone 23. usitatus: *duos annos communicent in oratione sine oblatione*. Et ille sacrosancti Nicæni Concilij canone 11. *Duobus autem annis sine oblatione populo communicent in orationibus*. Agunt canones manifestè de quarto pœnitentium gradu, qui nomen consistentium obtinuerunt, quod pœnitentes illi una cum fidelibus in Ecclesiâ consistenter, absque eo tamen, quod panem & vinum à Sacerdote consecrandum offerre possent: panem enim & vinum offerebat populus in Eucharistiâ sibi consecranda, de alieno participare erat illicitum: & quia consistentes sacrificio quidem intererant, cum fidelibus tamen de Eucharistiâ nondum participabant, hinc statuunt canones ut sine oblatione in orationibus cum populo communicent. Et jam vides ni fallor, antiquos canones communionem in oratione cum populo intelligere de auditione sacrificij, quin

Concilium  
Antiochen.

Lupus.

Canon. 23.  
Ancyran.  
Canon XI.  
Nicæni.

imo



imo participatione Eucharistiæ, ubi illa restrictio, sine oblatione, deesse reperitur.

4. Quod autem canon Antiochenus per communionem in oratione cum populo intelligat communionem in oratione ipsius sacrificij tempore, plurima evincunt: ac illud in primis, quod Patres Antiocheni hic agant de illo hominum genere, qui Ecclesiam adeunt, & scripturas lacras audiunt, nec ijs auditis in oratione cum populo communicant, illâ nimirum, quæ sacrarum scripturarum lectionem subsequitur, de quâ auctor Apostolicarum Constitutionum libro 2. cap. 57. *deinde cuncti pariter consurgentes, & in Orientem spectantes, egressis Cathecumenis & pœnitentibus precentur Deum, qui ascendit super cælum cæli idque ad Orientem. Vnde primus homo neglecto Dei mandato consilio serpentis ejectus est. Diaconi autem post precationem alij oblationi Eucharistiæ operam dent ministrantes Corpori Domini cum timore, alij observent turbam, & faciant, ut silentium teneant.* Deinde ad instantiam Diaconi salutatione Christianorum & precatione pro cunctâ Ecclesiâ enarratis, subdit: *postea vero fiat sacrificium, cuncto populo stante & silentio precante.* Afferit auctor, hæc omnia facta egressis Cathecumenis, & pœnitentibus, qui juxtâ illum egrediebantur post lectionem scripturarum, ideoque hæc est communio in oratione cum populo, quæ scripturarum lectionem subsequitur: de eâ item agit Dionysius de mysterio Synaxeos mentionem faciens: *deinceps per ministros sacra scriptura librorum consequenter fit recitatio: & postea foras exiguntur sacro ambitu Cathecumeni & præter hos energumeni, atque pœnitentes: manent autem, qui divinorum inspectione & communione sunt digni. E ministris vero partim stant pro templi foribus clausis, partim aliud quidpiam sui proprium ministerium exercent: alij ordinis ministrorum selecti præcipuique, cum sacerdotibus in altari divino proponunt sacrum panem, & benedictionis calicem, jam ante toto Ecclesiâ cætu Catholicam Hymnologiam professo. Ad hæc divinus Hierarcha orationem sacram absolvit, & sanctam pacem omnibus denunciat: & osculatis se invicem omnibus, mystica sacrarum tabularum recitatio absolvitur &c.* Quibus ex verbis item manifestum redditur, communem illam populi orationem, quæ post recitationem sacrorum librorum fit in Ecclesiâ, esse Eucharisticam, ut lucidissimè attestatur Iustinus Martyr in Apologiâ pro Christianis: *die vero qui solis dicitur, omnes qui in oppidis vel agris morantur, unum in locum conveniunt, commentariaque Apostolorum vel Prophetarum scripta leguntur, quamdiu res patitur.*

Constitutur.  
Apostolic.

Dionys.

S. Iustinus.

Deinde



Deinde ubi is, qui legit, destitit: is, qui praeest, admonet & hortatur, ut ea, qua lecta sunt, bona imitemur, tum surgimus omnes, ac comprehendamur: conclusisque nostris precibus, panis jam ut dixi, vinumque & aqua afferuntur, &c.

5. Consonat perantiquus latinæ Ecclesiæ scriptor Tertullianus libro de anima, cap. 9. *jam vero prout scriptura leguntur, aut psalmi canuntur, aut adlocutiones proferuntur, aut petitiones delegantur, ita inde materia visionibus ministrantur.* „ Hæc ille, inquit Car. Bona. „ dinalis Bona, missam Cathecumenorum accuratè describens, can- „ tum scilicet psalmodiarum, orationes, & adlocutiones sive „ homilias. „ De quibus supra, ijsque in Ecclesia finitis, fiebat quod magnus Ecclesiæ Doctor Augustinus testatum reliquit sermone 237. de tempore: *ecce post Sermonem fit missa Cathecumenis, manebunt fideles, venietur ad locum orationis.* Post Sermonem Episcopi dicit fieri missam Cathecumenis, exinde nomen sortitam, quod una post Evangelium & Sermonem, quando Cathecumeni, infideles, pœnitentes, & alij, quibus vetitum erat Sacramentorum participationi interesset, à Diacono dimittebantur hac voce: *si quis est Cathecumenus, exeat foras.* Vel ut auctor Constitutionum Apostolicarum libro 8. cap. 5. *ne quis adsit audientium.* Vel ut D. Basilus in liturgiâ: *omnes Cathecumeni procedite; vel ut magnus Chryostomus: quicumque Cathecumeni recedite.* Vel demum ut S. Gregorius magnus, libro 2. dialogorum cap. 23. *si quis non communicat, det locum.* Et hæc dicebatur missa seu missio Cathecumenorum, cuius ritum partim audivimus supra à Gabriele Albaspineo, quod nimirum Cathecumeni (submisso capite Episcopo) uti & cæteri pœnitentes dimitterentur laudatis Diaconorum vocibus: ij dicebantur admitti in Ecclesia usque ad missam Cathecumenorum, uti loquitur Concilium Ilerdense canone 4. & si canonem exoptules antiquiorem, en Laodicenum 19. *Quod oporteat seorsum primum, post allocutiones Episcoporum orationem super Cathecumenos celebrari: & postquam Cathecumeni egressi fuerint, super eos, qui sunt in pœnitentiâ, precem fieri. His etiam accedentibus ad manum Sacerdotis & discedentibus tres orationes consummari fidelium: ita ut prima quidem sub silentio, secunda verò & tertia per exclamationes solitas expleantur, & ita demum pacem sibi invicem dabunt, & posteaquam dederit Episcopus Presbyteris osculum pacis, tunc laici sibi tribuent. Et ita Sancta celebrabitur oblatio: solis autem ministerio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.*

Tertullian.

Bona.

D. Augustin.

Constitut.  
Apostolic.  
D. Basilus.  
Chryostom.  
D. Gregor.

Concil. Ilerd.

Canon 19.  
Laodicen.



6. Egregium est hoc canonis de missâ Cathecumenorum testimonium, ex quo habemus & alia plura ad missam fidelium spectantia, quam inchoat à tribus orationibus fidelium, consonans magno Ecclesiæ Doctore Augustino loco superius citato: *missis Cathecumenis, manebunt fideles, venietur ad locum orationis.* Sicque missam fidelium à variis orationibus inchoat D. Basilus Cæsareæ in Cappadociâ Episcopus, ut videre est in liturgiâ, quam plerique putant ab eo ex missâ Iacobi Apostoli compilatam. Idem planè colligitur ex missâ S. Ioannis Chrysoctomi, quam in suo Euchologio edidit Iacobus Goar, & cum pluribus tam impressis quam M.SS. exemplaribus contulit. Ex ijs autem abundè constat, verissimum esse, quod Cardinalis Bona animadvertit libro 2. cap. 8. §. 2. recitationem symboli post Evangelium esse aliquid recentius liturgiæ additum, utpote de quo Theodorus lector libro 2. Collectaneorum: *Timoteus, qui anno 510. Patriarchatum Constantinopolitanum obtinebat, ab amicis rogatus symbolum fidei 318. Patrum per singulas Synaxes dici curavit, ad reprehensionem scilicet Macedonij, quasi ille Symbolum hoc non receperit, cum antea semel tantum in anno, in Parasceve scilicet Dominica passionis tempore, quo Episcopus catechizabat, recitatum esset.* Idem primum ad instantiam Reccardi Regis per omnes Ecclesias Hispaniæ & Galliciæ publicè cantari iussum à populo testatur canone 2. Concilij Tolletani 3. anno 589. celebrati, hocque Galliarum & Germaniarum Ecclesias primum imitatas regnante Carolo Magno, testis est Walfridus cap. 22. quin & Romæ non recitatum fuisse usque ad tempora Imperatoris Henrici, ex oculato teste Bernone Augiensi refert Cardinalis Baronius ad annum 1014. Verba autem Bernonis sunt: *Romani, symbolum post Evangelium, usque ad hac tempora diya memoria Henrici Imperatoris nullomodo cecinerunt. Sed ab eodem interrogati, cur ita agerent, me coram assistente audivi eos huiusmodi responsum reddere, videlicet quod Romana Ecclesia non fuisset aliquando ulla hæreseos face infecta; sed secundum Sancti Petri doctrinam in soliditate Catholica fidei permaneret inconcussa. Et ideo magis necessarium esse illud Symbolum sapius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. At Dominus Imperator non antea desit, quam omnium consensu id Domino Benedicto Apostolico persuasit, ut ad publicam missam illud decantarent.*

7. Post Evangelium itaque dicebantur orationes, sed non Symbolum recentius liturgiæ additum. Pergit autem canon Laodicensis, post

Augustinus.

Theod. lect.

Bernone Aug.

pos  
libi  
que  
cap  
Ecc  
cum  
cul  
fem  
ne  
ple  
aut  
in  
ne  
fit  
qu  
bit  
ni  
  
ni  
no  
ver  
fir  
no  
ca  
m  
ga  
ti  
h  
p  
&  
m  
p  
D  
qu  
g  
ob  
id  
li



post orationes datam ab Episcopo pacem Presbyteris, uti & à laicis sibi invicem, quod ipsum congruit omnibus antiquis liturgiis, additque perantiquus ille Constitutionum Apostolicarum auctor, libro 8. cap. 11. *Ac postea dicat Diaconus, attendamus, & salutet Episcopus Ecclesiam: & dicat pax Dei cum omnibus vobis, & respondeat populus, & cum Spiritu tuo. Et Diaconus dicat omnibus, osculamini vos mutuo osculo sancto, & clerici osculentur Episcopum, & viri laici laicos, & femina feminas, pueri stent apud suggestum, & præsint eis alii Diaconus, ne turbent ordinem. Alij autem Diaconi deambulent, & contemplantur viros & mulieres, ne quis fiat strepitus, ne quis nutus faciat, aut musitet, aut dormierit. Diaconi autem stent ad januas, quibus viri in templum ingrediuntur, & Hypodiaconi ad januas, quibus mulieres, ne quis egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis, quamvis sit aliquis fidelis. Meminit oblationis immediatè post osculum, cuius quoque meminit canon Laodicensis ubi supra: & ita sancta celebrabitur oblatio. Cum verò quædam circà oblationem notatu digna inveniantur, parum latius de ea tractandum est.*

8. Quod mos antiquorum fuerit, ut ad sacram Synaxim convenientes panem & vinum secum adferrent, idque ut per manus Diaconorum altari inferrentur à Sacerdote pro offerentibus consecranda, est verissima sententia, quam eruditus Mendoza sustinet libro 2. de confirmando Illiberitano Concilio ad canonem 28. & post ipsum Eminentissimus Cardinalis Bona libro 2. cap. 8. §. 5. S. Ireneus libro 4. cap. 34. cum pleraque de oblationibus Christianorum tradidisset, etiam mentionem facit de sacrosanctâ Eucharistiâ, & addit: *Deus nos quoque offerre vult munus ad altare frequenter sine intermissione.* Et perantiquus Carthaginensis Ecclesiæ Presbyter Tertullianus libro de exhortatione Castitatis cap. 7. *omnes Sacerdotes dixit, non quod omnes potestatem consecrandi habent, sed inquit Bona, quod omnes panem & vinum ad altare Dei offerebant: quique divites erant, & communicaturi sine oblatione accedebant, arguendos judicabat D. Cyprianus libro de opere & Eleëmofynâ: locuples, inquit, & dives es, & Dominicum celebrare te credis, qua in Dominicum sine sacrificio venis, qua partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis.* Consonat Augustinus vel quisquis auctor est Sermonis 215. de tempore dicens: *oblationes, qua in altario consecrentur offerte. Erubescere debet homo idoneus, si de alienâ oblatione communicaverit.* Et Eligius Noviomensis tractatu de rectitudine Catholicæ conversat. tomo 9. operum Augustini:

Constitut.  
Apostolic.

Ireneus.

Tertullian.

Cyprianus.

Augustinus.



Eligius Nov. gustini : ille bonus Christianus est , qui ad Ecclesiam frequentius venit , & oblationem , qua offeratur Deo , in altari exhibet . Utque nihil aliud præter materiam consecrandam altari offerretur à fidelibus . Statuit Concilium Carthaginienſe anno 397. celebratum canone 37. Codicis Ecclesiæ Africanæ : ut in Sacramentis Corporis & Sanguinis Domini , nihil offeratur , quam quod ipse Dominus tradidit , hoc est panis & vinum aquâ mixtum . Et Concilium Matisconenſe 2. canone 4. item statui- mus , ut in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus offeratur , tam panis , quam vini , ut per has immolationes & peccatorum suorum fascibus careant , & cum Abel vel cæteris justè offe- rentibus , promereantur esse consortes . Habitum fuit hoc Concilium sub Pelagio 2. anno Domini 585. à totius Galliæ Episcopis , & Pelagij successor S. Gregorius magnus in libro Sacramentorum per Pamelium edito : & offeruntur à populo oblationes & vinum , è quibus in altari ponuntur , ut sacrentur . Ex quibus alijsque patet , recte dixisse aucto- rem vetustum , Anonymum tamen , de ritu missarum cap. 38. fertur , quod olim Sacerdotes de singulis domibus vel familiis farinam accipie- bant , quod adhuc græci servant , & inde Dominicum panem faciebant , qui pro populo offerebant & hunc consecratum eis distribuiebant , nam singuli farinam offerentium missa interfuerunt , & pro his in canone dicebatur , & omnium circumstantium , qui tibi hoc sacrificium laudis offerunt . Et colligitur ex dictis , non solum ad tempora Gregorij magni hanc fidelium consuetudinem perdurasse , sed corrigitur quoque Al- baspineus , qui libro 1. observat. 5. & sequentibus , ea quæ de obla- tionibus allata sunt , nihil ad Eucharistiam pertinere , sed ad Eulo- gias referenda esse autumavit .

9. At præterquam quod testimonia superius laudata aliud plerum- que evincant , id ipsum demonstrari potest ex communi loquendi modo à canonibus usitato , *communicare sine oblatione in precibus* , & *communicare cum oblatione* , ex quo docemur , jus oblationis an- nexum habuisse jus communionis , ut offerentes apud Antiquos partici- parent Eucharistiæ , non verò jus habentes communicandi in præ- cibus sine oblatione . Quia vero pluribus olim interdicta erat commu- nio , mos fuit omnium dona in Gazophilacium sive secretarium ante missarum solemniam ferri , una ut puto cum nominibus offerentium , idque ut oblationum & offerentium diligens inquisitio per Diaconos fieret , indeque legibus sancitum , signanter verò canone 28. Con- cilij Illiberitani : *Episcopum plasuit ab eo qui non communicat , munus*

Canone 28. Illiberit.

accipere



accipere non debere. Ad quæ verba eruditus Mendoza : ,, cum autem Mendoza,  
 ,, oblationes panis & vini, aliarumque rerum in Ecclesiâ fiebant,  
 ,, non statim inferebantur in Ecclesiam, & ad altare à populo offere-  
 ,, bantur ( id enim ad Diaconum spectabat, ut D. Isidorus scribit  
 ,, ad Ludifredum ) sed adducebantur extra corpus Ecclesiæ in loco ad  
 ,, eam rem deputato ( Gazophylacium vocabant, aliquando secreta-  
 ,, rium, nos verò vulgò sacristiam dicimus, ut colligitur ex Possidio  
 ,, in vitâ Augustini, & ex Concilio Carthaginensi 4. & ex vetusto  
 ,, illo libro de antiquo ritu missarum : loquens enim de Episcopo rem  
 ,, divinam facturo, illum de secretario ornatum debere procedere  
 ,, refert ) in eo offerentes munera exquirebantur à Diacono, an digni  
 ,, essent, ut eorum oblationes acceptaret Ecclesia, non enim sine  
 ,, delectu maximo recipiebant Episcopi omnium oblationes, sed eo-  
 ,, rum tantum, qui vitæ integritate præstantes, in Catholicæ Eccle-  
 ,, siæ existerent communione. ,, Delectu itaque habito inter dona  
 offerentium, panis jam ut dixi, inquit Iustinus Martyr in Apologiâ, Iustinus.  
 vinumque & aqua afferuntur. Et auctor Constitutionum Apostolicarum  
 libro 8. cap. 12. his peractis adhibeant Diaconi dona ad altare Episcopo. Constitur.  
 ,, Ritusque describit Cardinalis Bona libro 2. cap. 8. §. 4. ,, solent Apostolic.  
 ,, etiam Græci ingenti pompa & apparatu è Prothesi ad maius altare Bona.  
 ,, sacra Dona consecranda adferre, quam ceremoniam maiorem in-  
 ,, gressum vocant. Egressi enim tam celebrans quam ministri è porta  
 ,, minoris aræ per Ecclesiam procedunt, incipientes à parte virorum.  
 ,, Antecedunt lectores cereas faces præferentes, & Diaconi cum thu-  
 ,, ribulis thus adolentes : sequitur Diaconus sive sacerdos, qui panem  
 ,, in disco positum & opertum velamine in capite gestat : & post il-  
 ,, lum alius qui calicem item opertum ante pectus defert. Quod si  
 ,, adsint plures Sacerdotes concelebrantes, hi Processionem comi-  
 ,, tantur. ,,

10. Meminit in fine plurium Sacerdotum concelebrantium, &  
 sacris initiatorum, qui soli ad bema aut sacrum altare ingrediuntur,  
 quod ultimum est ex canone Laodicensi illustrandum : *solis autem mi-* Canone  
*nisterio sacro deditis ad altare ingredi, & communicare ibidem liceat.* Laodicen.  
 Morinus parte 3. exercitat. 8. cap. 1. & 2. diu ante nos hanc veritatem Morinus.  
 exposuit, ostendens Missam multis simul sacrificantibus cum Epif-  
 copo Sacerdotibus fuisse communem ritum celebrandi apud Græcos,  
 ut nimirum Episcopus vel principalis celebrans habeat Diaconum pa-  
 nem super caput portantem, & celebranti sacrum Bema ingresso ex  
 D d 3  
 utraque



- utraque parte per modum coronæ circumstent Diaconi retro Presbyteros una cum Episcopo sacrificium offerrentes: firmat hoc primum ex libro 8. Constitutionum capite 12. ubi disertè testatur auctor: *Adhibeant Diaconi dona ad altare Episcopo, & Presbyteri ad dextram & levam eius, ut Discipuli magistro assistunt.* Idem planè supponit canon 8. Apostolorum, cum Episcopum, Presbyterum, & Diaconum ac unumquemque ex Sacerdotali catalogo uni oblationi communicare oportere decernit: eius mentem exponit Theodorus Balzamon, quod qui in Sacerdotalem catalogum adnumerantur, & Sacramentorum mysteria peragunt, oblationi autem qua fit, non communicant, segregantur. Clarissimè hæc Sacerdotum simul celebrantium & de una oblatione participantium consuetudo firmatur à canone 18. sacrosancti Nicæni Concilij, quandoquidem supponat Presbyteros olim non seorsum sacrificasse, sed ab Episcopo vel celebrante Presbytero Eucharistiam suscepisse cum Diaconis. Idem planè colligi potest ex canone 13. Neocæsarensi, sed rem conficit gravissimum magni Athanasij testimonium Apologiâ 2, ubi Ischyram inlimulat, *numquam ut Presbyterum decet, Synaxim cum aliis fecisse.* Et in Synodo Chalcedonensi actione 11. ex Ephesinâ sede detrusus Bassianus: *Stephanus Presbyter meus fuit. Quatuor annis missas mecum celebrabat, mecum communicabat, & communicabat à me tanquam ab Episcopo. Et ipsa die, qua recluserunt me, simul communicavimus.* Ad quæ verba Christianus Lupus in appendice ad Synodum Chalcedonensem: „ ostendunt vetustum & græcæ & latinæ Ecclesiæ morem, juxtâ quem „ Episcopo aut Presbytero solemnem missam celebranti omnes presentes Episcopi aut Presbyteri concelebrabant, ac per eius manus de „ communi sacrificio participabant. „ Addit varia huius veritatis testimonia, ac præcipuè Cyrilli Alexandrini libro 1. Ephesini Concilij, capite 14. scribentis ad Celestinum Papam, quod ubi Dorotheus Marcianopolitanus Episcopus post concionem è cathedra descendisset, eidem Nestorius novæ Romæ Episcopus *in divinatorum mysteriorum celebratione communicavit.* Legatos Ecclesiarum secum sæpius ad missarum celebrationem admisisse, ex Leone primo, Gregorio magno, & Nicolao Papa ostendit, nec opus est huic diutius inhærere, cum hunc morem simul sacrificantium exhibeat ordo Romanus, & Ecclesiæ Gallicanæ antiqua ritualia habeant hunc titulum: *de diversis Sacerdotibus super unam oblatam celebrantibus.* Ex quibus aliisque rectè ostendit Morinus, immerito à quibusdam recentioribus dubitari
- Constitut. Apostolic.**
- Balzamon.**
- Athanasius.**
- Actione XI. Chalcedon.**
- Lupus.**
- Cyrillus Alexandrin.**
- Ritual. Gall.**

dub  
Pre  
ra l  
leb  
cap  
diss  
&  
tra  
sur  
  
ac  
van  
&  
M  
pri  
Sac  
scr  
luc  
vin  
sel  
Ca  
por  
ris  
cel  
pra  
do  
Et  
pr  
ste  
di  
&  
vo  
ten  
tia  
Ep  
ver  
cer  
sur



dubitari de ritu illo huc usque in novi Episcopi consecratione, aut Presbyterorum ordinatione servato. Riturum illum ad sua usque tempora Romæ viguisse, ut omnes Presbyteri Cardinales cum Pontifici celebrarent, testatur Innocentius tertius libro 4. de missæ sacrificio cap. 25. & contradicenti Durando reponit Lupus verba Capreoli, Capreolus, dissertatione 13. quest. 3. *Ad ea quæ dicit Durandus contra Innocentium & Ecclesiam Romanam, non oportet respondere, quia temere & detractoriè dicta sunt.* Eadem habet Morinus, ex quo illa desumpta sunt.

11. Allatis ad sacrum altare donis & circumstantibus Presbyteris ac Diaconis fit offertorium panis & vini aquâ mixti, cuius usum ex variis ritualibus antiquis adfert Cardinalis Bona libro 2. cap. 9. §. 1. & sequentibus, consentitque Augustinus libro 20. contra Faustum Manicheum capite 21. dum refert, soli Deo, non Petro, Paulo, Cypriano, ac aliis sanctis Antistites ad sacrum altare offerre. Et postquam Sacerdos thus adolevit lavat manus cum adstantibus Presbyteris, uti scribit Dionysius cap. 3. Ecclesiasticæ Hierarchiæ: *cumque manus ab-* Dionys.  
*luerunt aquâ Hierarcha & Sacerdotes, Hierarcha quidem in medio divini altaris insistit, circumstant vero soli cum Sacerdotibus è ministris selecti & precipui.* Adstripulatur Cyrillus Hierosolymitanus initio Catechesis Myltagogicæ 5. *vidisti Diaconum aquam lavandis manibus porrigentem Sacerdoti & illis, qui circum altare Dei stabant Presbyteris, quibus ex locis etiam confirmatur, quod antea diximus de simul celebrantibus cum Episcopo Sacerdotibus.* Hisque peractis sequitur præfatio, quam in missæ sacrificio antiquissimam esse, docet non modo liturgiâ Iacobi Apostoli nomine edita, & ex Iacobi instituto auctor Apostolicarum Constitutionum libro 8. cap. 12. *Igitur Episcopus* Constitus.  
*precationem silentio faciens una cum Sacerdotibus, & splendidam vestem indutus, & stans ad altare, & facto manu in fronte trophæo crucis dicat: gratia omnipotentis Dei, & caritas Domini nostri Iesu Christi, & communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Et omnes una voce respondent: & cum Spiritu tuo: ac rursus Episcopus: sursum mentem, respondeant omnes: habemus ad Dominum. Et Episcopus: Gratias agamus Domino, & omnes: dignum & justum est. Deinceps dicat Episcopus: vere dignum & justum est, laudare ante omnia te Deum verum, &c.* Consonat D. Cyprianus libro de oratione: *ideo & Sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo: sursum corda, ut dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur.* Cyprianus.



*tur, nihil aliud se, quam Dominum cogitare debere.* Hanc verò Cypriani mentem laudat ac recitat Eligius Noviomenſis Epiſcopus homiliâ 11. deinde poſt Cyprianum in Africâ S. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus variis in locis, ſignanter verò de bono viduitatis, cap. 16. *inter ſacra myſteria cor habere ſurſum jubemur, ipſo adjuvante hoc valemus, & ideo ſequitur, ut de hoc tanto bono Domino Deo gratias agamus, quia hoc dignum, hoc juſtum eſt recordari.* Et Concilium Milevitanum, canone 12. præfationis miſſæ in terminis meminit, cui ſuffragatur ex Galliâ Cæſarius Arelatenſis homiliâ 12. ex Cappadociâ D. Baſilius in liturgiâ, ex Antiochiâ & Thraciâ Magnus Chryſoſtomus homiliâ de Euchariftiâ, ex Paleſtinâ Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi 5. Myſtagogicâ: *clamat Sacerdos: ſurſum corda . . . vos deinde reſpondetis: habemus ad Dominum . . . dicit deinde Sacerdos gratias agamus Domino. Certe gratias agere debemus, quod nos adeo indignos ad tantam gratiam vocavit. Adhuc vos ſubjicitis; dignum & juſtum eſt. Quid plura? Cyrillus totius præfationis meminit, uſque ad Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth; & conſonant omnium gentium Chriſtianarum ritus.*

12. Sequitur canon, quem aliqui Gelafio Papæ, alij Gregorio magno vel citato per Gregorium Scholaſtico cuidam adſcribunt, cum canon fere ad verbum reperitur apud D. Ambroſium libro 4. de Sacramentis cap. 4. *oratio præmittitur pro populo, pro Regibus pro cateris: ubi venit, ut conficiatur Venerabile Sacramentum, jam non ſuis ſermonibus utitur Sacerdos, ſed utitur ſermonibus Chriſti.* Idem plane canon reperitur in liturgiis S. Ioannis Chryſoſtomi, D. Baſilij Cæſareæ in Cappadociâ Epiſcopi, & S. Iacobi Apoſtoli apud auctorem Constitutionum Apoſtolicarum libro 8. cap. 12. ſingulas orationes pro *Magiſtratibus, exercitibus, regibus, familiaribus, inimicis adhuc vitam degentibus & reſolutis corporum vincione,* (ut loquar cum Arnobio adverſus gentes libro 5.) expendit fuſius Cardinalis Bona libro 2. cap. 11. à §. 3. uſque ad illa verba *memento Domine,* que in quibuſdam miſſalibus manuſcriptis inſcribitur: *Oratio ſuper Diptycha.* Tria autem genera fuiſſe Diptychorum ſive tabularum, quibus nomina in ſingulis Eccleſiis inſcribebantur, notat Bona libro 2. cap. 12. §. 1. primum erat peculiare præclarorum Epiſcoporum, eorum præſertim, qui illam Eccleſiam rexerant. Sicque Dionyſius in myſterio Synaxeos, *& oſculatis ſe invicem omnibus myſtica ſacrarum tabularum fit recitatio & in theoriâ: ſacrarum porro tabularum poſt pacem recitatio commen-*

dat



dat eos, qui piè vixerunt. Agit præcipuè Episcopi, de quibus ex sacris Diptychis delendis tanta sæpius in Oriente exarsit perturbatio, ut vel ex unicâ D. Chrylostomi vitâ ostendunt Theodoretus Cyrensis Episcopus libro 5. Historiarum, cap. 34. & post ipsum Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui discretè attestatur: *sed & Episcopi partibus occidentis nequaquam se complexuros eorum communionem decernunt, qui in Ægypto erant, toto Oriente, in Bosphoro & Thracia, tantisper dum illius admirandi Ioannis nomen sacris diptychis inscripserent secundum iussuionem Innocentijs, (Romani utique Pontificis.) Atticus vero (is erat Constantinopoli Episcopus) intelligens Ecclesiam in partes deductam, quod qui communicabant Ioanni, se ab ipsâ Ecclesiâ sequestrarent, edixit, ut eius memoria celebraretur in precibus, sicuti & fieri consuevit aliorum Episcoporum qui in Domino obdormierunt. Et in Synodo Constantinopolitana sub Menna act. 5. sæpius à fidelibus clamatum est: quatuor Synodos diptychis, Leonem Episcopum Romanum diptychis, diptycha ad Ambonem. Non contentus erat populus in altari diptycha recitari, ad clariorem notitiâ volebat recitari in Ambone per Diaconos, at subdunt acta, per Ioannem Patriarchâ in diptychis relata esse nomina supradictorum & post psalmodiam multis horis continuatam Cantores ascendentes permisi sunt dicere trisagium, & cum ipsi cœpissent, totus populus quievit, & audiebat attentis auribus trisagium, & post lectionem sancti Evangelij, ex more sacra missa finita, & Ianuis clausis, ac sancta lectione iuxta consuetudinem lecta, tempore diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circumcirca altare, & audiebant, & cum sola lecta fuissent à Diacono appellationes prædictarum sanctarum quatuor Synodorum, & sancta memoria Archiepiscoporum, Euphemij, Macedonij, & Leonis, voce magnâ universi clamaverunt, gloria tibi Domine, & post hoc cum omni modestiâ completa fuit cum Deo divina missa. Celebratum est hoc Concilium Constantinopoli sub Mennâ anno Domini 536. & ex hoc loco infigne habemus testimonium, hætenus dicta confirmans, post Evangelium nimirum finitam fuisse missam Cathecumenorum, tum clausis januis sanctam lectionem peractam, orationes utique cum præfatione & parte canonis, tumque à Diacono in altari lecta esse diptycha, in quibus memoria erat Episcoporum piè defunctorum, nec sola, sed etiam vivorum, qui dignitate aliquâ excelebant: tum & pro fidelibus præsentibus, de quibus toties mentio fit apud sanctos Patres, quod offeratur nomen ad altare, de quo D. Hieronymus in Hieremiam libro 2. capite 11.*

Georgius  
Alexandrin.

Synodus  
Constantin.



- D. Hieron. nunc publicè recitantur offerentium nomina. Et in cap. 18. Ezechielis : publicèque Diaconus in Ecclesiâ recitet offerentium nomina. Et Innocentius primus epistolâ ad Decentium Eugubinum, prius ergo oblationes sunt commendanda ac tunc eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, quæ ut rectè Eminentiſſimus Cardinalis Bona lib. 2. cap. 12. §. 2. non sic intelligenda sunt, ac si omnium prorsus fidelium nomina intra sacram Synaxim à Diacono fuissent recitata, sed eorum dumtaxat, qui inter cæteros aliquo speciali munere præminebant, facta de reliquis generali commemoratione, sicut nos, hodierno tempore exprimimus per illa verba : & omnium circumstantium: vel ut exprimebant diptycha ex Codice M. S. ducentorum & amplius annorum Bibliothecæ Christianissimi Regis apud Iacobum Goar in variis lectionibus liturgiæ Chrysostomi : pro residui populi salute, & cunctorum, & cunctarum.

13. Post tabularum mysticarum recitationem brevi quadam oratione præmissâ sequitur consecratio, quam ex Iacobi Apostoli instituto referi auctor Constitutionum Apostolicarum libro 8. cap. 12. in qua nocte enim tradebatur, cum accepisset panem sanctis & ab omni labe puris manibus suis, substulissetque oculos ad te Deum suum, ac Patrem, ac fregisset, dedit discipulis suis dicens : hoc est mysterium novi testamenti : accipite ex eo, comedite : HOC EST CORPUS MEUM, quod pro multis frangitur in remissionem peccatorum. Similiter & calicem postquam miscuit ex vino & aqua, & sanctificavit, dedit eisdem dicens : bibite ex eo omnes. HIC EST SANGUIS MEUS, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hoc facite in meam commemorationem : quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & biberitis calicem hunc, mortem meam annuntiabitis, donec veniam. Atque hæc sunt, quorum sub gratiarum actionum nomine meminit Iustinus Martyr Apologiâ pro Christianis : panis jam ut dixi, vinumque & aqua afferuntur, tumque is, qui primum locum tenet, eodem modo preces gratiarumque actionem pro virili mittit, populusque acclamat dicens, Amen. Ex quo & aliud habemus, olim nimirum fideles post consecrationem respondisse Amen : unde Tertullanus libro de spectaculis cap. 25. in eos invenitur, qui eo ore, quo Amen in sanctum protulerant, gladiatori testimonium reddere non verebantur. Et Dionysius Alexandrinus epistolâ ad Xistum Pontificem apud Eusebium libro 7. cap. 9. qui gratiarum actionem frequenter audierit, & qui cum cæteris responderit Amen, qui ad sacram mensam assiterit. Et D. Ambrosius libro de iis, qui



qui initiantur : ante consecrationem aliud dicitur : post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis Amen, hoc est, verum est. Et D. Basilus in liturgiâ post hæc consecrationis verba : HOC EST CORPUS MEUM, quod pro vobis frangitur in Remissionem peccatorum. Populus, inquit, respondet Amen. Idem post consecrationem calicis.

14. Latini post consecrationem elevant Corpus & calicem Sanguinis Dominici, adduntque orationes cum memoria Defunctorum, pro quâ Eminentissimus Cardinalis Bona libro de divinâ psalmodiâ capite 13. §. 4. citat ferè innumeros, qui post illud subdunt orationem Dominicam, de quâ S. Optatus Milevitanus libro 2. mox ad altare conversi Dominicam orationem prætermittere non potestis : & Augustinus homiliâ 42. inter 50. in Ecclesiâ ad altare Dei quotidie dicitur oratio Dominica. Et Ioannes Diaconus libro 2. cap. 26. vitæ Gregorij magni : orationem Dominicam mox post canonem super hostiam censuit recitari. Tum Hostiam in tres partes dividunt, ac lic orationibus consuetis ad communionem perveniunt. Sed Græci paulo post elevationem frangunt in quatuor partes sacrosanctam Hostiam, & elevationem ipsam non in medio sacrificij, sed paulo ante communionem peragunt, unde & Dionysius cap. 3. Hierarchiæ Ecclesiasticæ : divinissima, inquit, consecrat mysteria, & in aspectum ducit, qua celebravit. Et intra : nam pane, qui opertus erat & indivisus, patefacto, & in multas partes secto. D. Basilus libro de Spiritu S. cap. 27. invocationis verba, cum ostenditur panis Eucharistia & poculum benedictionis, quis sanctorum scripto nobis reliquit ? & in liturgiâ ante communionem : Pontifex exaltans panem dicit : respice Domine, &c. Divisionis verò hostiæ meminit Basilio æqualis Gregorius Naianzenus epistolâ 240. ad Amphiloichium : quando incruentâ sectione Corpus & Sanguinem Dominicum secas. Et magnus Orientis Antistes Chrysostomus in liturgiâ circa finem : & Sacerdos se inclinans suscipit portionem, qua est in sancta patena, & modicum sustollens dicit : Sancta Sanctis. Et accepto cleri ac populi responso, addit, quod Sacerdos partitur portionem sanctam in quatuor partes : quibus consonat S. Germanus Episcopus Constantinopolitanus in theoria rerum Ecclesiasticarum : post elevationem statim partitio divini Corporis fit. Et editus à Iacobo Goar Symeon Metropolitâ Theſsalonicensis libro de templo & missâ : quoniam autem profecto opere, & ad elevandum panem, atque in partes dividendum, & ad capiendum, aliisque distribuendum accedit. Et hucusque ritum Christiani sacrificij illustrasse sufficiat, nunc ipsam fidelium communionem,

D. Ambros.

D. Basilus.

S. Optatus.

Augustinus.

Ioan. Diac.

Dionysius.

D. Basilus

Gregorius  
Naianzenus.

D. Chrysost.

Germanus.

Symeon  
Theſsalonic.



nionem, ob quam sacra hostia dividebatur, exponamus, utpote de quâ Patres Antiocheni consequenter pronuntiant :

*Sed pro quâdam intemperantiâ se à perceptione sanctæ Communionis avertunt, hi de Ecclesia removeantur.*

## C A P U T VII.

### De frequenti fidelium Communione.

1. Licet nunc semel in anno communicare debeant fideles, olim pluries communicabant, etiam quotidie in certis regionibus, de quibus afferuntur Hieronymi, Augustini, & Chrysostomi testimonia.
2. Quod laici etiam ante quintum sæculum quotidie communicabant, ex variis antiquorum testimoniis deducitur.
3. Et ex his intelligendus canon Antiochenus, qui excommunicat avertentes se à sancta communionem, quod non intelligendum de ijs, qui unâ aut alterâ vice abstinebant permanentes in oratione cum populo, pro quibus inventa antidori seu panis benedicti distributio.

1. **Q**UOD hoc canone Patres Antiocheni egerint de oratione cum populo tempore sacrificij, licet abundè monstratum sit supra, hic tamen ulterius monstrari potest ex laudatis verbis in canone subjunctis : *sed sese à perceptione sanctæ communionis avertunt* : ἡ ἀποστροφὴ τὴν μεταλήψιν τῆς εὐχαριστίας, quæ Gentianus Herveyus, & Christophorus Justellus rectè vertunt : *participationem sanctæ Eucharistie*, Quam in sacrificio subsequutam audivimus supra. Enimverò quantumvis Catholici hodierno tempore ex Concilij Tridentini decreto sessione 13. canone 9. innovante canonem 21. Concilij Lateranensis 4. teneantur semel tantum per annum in Paschate ad communionem : Hoc frigescente dumtaxat fidelium charitate obtinuit, cum antea si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicarent, ut sub Leone 3. statuit Concilium Turonense 3. cap. 50. quod non ita intelligendum erat, ac si ter dumtaxat commu-  
nicare



nicare possent, sed ter ad minus in anno communicare deberent : unde & Jonas Aurelianensis Antistes in edito apud Lucam d' Acherium tomo 5. spicilegiorum de institutione regiâ ad Pippinum Regem Opusculo, suadet cap. 16. ad perceptionem sacri Corporis & Sanguinis Dominici sapius, *sicut Christiana religioni expedit*, animum præparari : & vehementer suo sæculo D. Ioannes Chryostomus homiliâ 17. ad Hebreos indoluit, quod *plurimi ex hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno, alij bis, alij sapius*. Ad initium enim sæculi quinti cœpit Christianorum charitas frigescere, & introducta variarum regionum consuetudo quotidianam communionem abrumpere : *alij quotidie communicant Corpori & Sanguini Dominico*, inquit, D. Augustinus, epistolâ 118. *alij certis diebus accipiunt, alibi tantum Dominico, alibi nullus dies intermittitur, qua non offeratur, alibi Sab- bato tantum & Dominica*. Et ante Augustinum duo Ecclesiæ Doctores præcipui, quorum unus quidem Hieronymus epistolâ 50. ad Pam- machium, Romæ eam consuetudinem perseverasse testatur ad sua usque tempora, *ut fideles semper Christi Corpus accipiant*, alter vero Ambrosius, aut quicumque auctor est librorum de Sacramentis inter opera Ambrosij extantium libro 5. cap. 4. hortatur ad quotidianam commu- nionem à laicis etiam hominibus sumendam.

2. Nec mirum cuiquam videri debet, laicos homines ad quotidiana- nam communionem instigari à Patribus. Enimverò doctrina est Ange- lici Doct. Thomæ Aquinatis in 3. q. 80. art. 10. ad 5. *quod in primiti- vâ Ecclesiâ, quando magna vigeat devotio fidei Christiana, statutum fuit, ut quotidie fideles communicarent*. Et licet vir sanctus ex supposititiâ Anacleti Papæ epistolâ putaverit, id ipsum statutum fuisse ab Apo- stolis, & Romanâ Ecclesiâ, in eo saltem non aberravit, quotidie olim fideles participasse de sacrâ communionem in Ecclesiâ, *nam in primordiis Ecclesia certum est & exploratum*, inquit Cardinalis Bona libro 2. de rebus liturgicis, capite 17. §. 2. *Omnes fideles quorum erat cor unum & anima una*, Quotidie perseverasse in communicatione fra- ctionis panis, ut acta Apostolorum testantur : nec ullus sacris myste- rii interesse permittebatur, nisi qui offerre poterat, & de oblatis participare. Quam constitutionum diu viguisse, evidens est. Enim- verò canone 8. Apostolorum statutum fuit, *ut qui ex Sacerdotali cata- logo factâ oblatione non communicaverit, causam dicat, alioquin segre- getur*, & canone 9. fideles in sacrâ communionem permanere debere non tam præcipitur, quam supponitur : cum namque sacrificium ad

Jonas Aurel.

D. Chrysof.

D. Augustin.

D. Hieron.

D. Thomas.

Bona,

Astor. 2.

Canone 2.

Apostolor.



- Iustinus.** communionem Sacerdotis perductum erat, & *ijs*, inquit Iustinus Martyr Apologiâ pro Christianis, qua cum gratiarum actione consecrata sunt, unusquisque participat. Et auctor Constitutionum Apostolicarum libro 8. capite 12. & 13. pro communionem referens hæc sacrificantis verba: *Sancta Sanctis*: responso à populo accepto, inquit, postea sumat Episcopus, deinde Presbyteri & Diaconi, & Hypodiaconi, & lectores & cantores & ascetici, & ex feminis diaconissa, ac virgines & vidua: postea pueri, & deinde cunctus populus ordine cum pudore & reverentiâ, sine tumultu & strepitu. Et D. Cyprianus, qui post medium 3. sæculi floruit, libro de oratione: *Eucharistiam quotidie ad cibum salutis sumimus*. Et libro de lapsis scribit, se sacrificante locum communicandi etiam puellis datum. Et huic fidelium consuetudini innititur canon Antiochenus, dum eos communionem privat, qui pro quâdam intemperantiâ sese à perceptione communionis avertunt, & tempore sacrificij cum aliis fidelibus communicant.
3. Observanda autem sunt illa verba, pro quâdam intemperantiâ, vel ut vertit ex græco Gentianus Hervetus, propter aliquam insolentiam se à perceptione communionis avertunt. Enimvero quantumvis communicare consueverant fideles tempore sacrificij, non omnes tamen à communionem abstinentes statim segregari oportebat. Neque hoc voluit adductus à S. Thomâ auctor supposititiæ Anacleto Papæ epistolæ, dum scribit: *peractâ consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticum carere liminibus, sicque enim Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia*. Remittit namque se auctor ad Romanam Ecclesiam, in qua usque ad tempora D. Hieronymi consuetudinem quotidie communicandi invenio, præceptum sub excommunicationis pœnâ non reperio. Remittit se quoque ad Apostolorum statuta, quæ reperiuntur canone 8. & 9. Apost. quos cum ita interpretaretur Theodorus Balzamon, ut segregarent eos, qui in Ecclesiam conveniunt, & non ad finem usque expectant & communicant, exclamare coactus fuit: *presentis canonis constitutio est acerbissima*. Sed non ita acerbâ fuit, quam Theodorus Balzamon somniavit: canon Apostolicus agit non solum de iis, qui à communionem quotidianâ abstinent, sed cum sacrificio interfuerint, ante communionem egrediuntur *velut inquietudines Ecclesiæ commoventes*. Et de similibus etiam loquitur canon Antiochenus, qui se pro quâdam intemperantiâ vel insolentiâ à perceptione communionis avertunt. Tales antea vidimus fuisse Quarto-decumanos, qui post auditam Cathecumenorum missam volebant commu-

Constitut.  
Apostolic.

Cyprianus.

Anacletus  
Papa

Balzamon.



communicare fidelibus, sed exhibant ante communionem, quod initio Ecclesiæ signum fuit apud fideles, vel indignitatis ad communionem, vel aversionis à sacræ Eucharistiæ perceptione. Enimverò alia omninò disciplina fuit in primitivâ Ecclesiâ, quam nostris sæculis vigere videmus. Ad missam Cathecumenorum admittebantur Cathecumeni, pœnitentes, & quandoque infideles: ad sacrificium verò quod inchoabat post Evangelium, nullus admittebatur nisi fidelis, unde egressis Cathecumenis, infidelibus, & pœnitentibus clauderentur ostia templi, vel certè observabantur ab Ostiariis, & fideles omnes quasi anima una communicabant in oratione tempore sacrificij, nec ullus egrediebatur, sed omnes participabant de sacrâ communionem, aut si ob aliquam rationem abstinerebant unâ vel alterâ vice, remanebant ad finem sacrificij in Ecclesiâ orantes Dominum, ut Theodorus Balzamon obinde excogitatum existimet antidori distributionem, *ut necesse omninò*

Balzamon.

*haberent etiam ij, qui sanctorum & vivificorum mysteriorum participes esse non possunt, usque ad finem divina sacrorum celebrationis perseverare, & ex manu sacerdotali sanctificationem accipere.* Per Antidorum intelligitur panis benedicti huc usque in Galliis usitati distributio, quam ex Pij Papæ decreto exponit in notis ad hunc canonem Gulielmus Beveregius, qui & totus in antidori expositione inhæret. Sed quorundam de antidori distributione agere, cuius homo Schismaticus occasionaliter meminit, & non potius aliquod ex Catholicæ fidei mysteriis pertractare, de quibus canon ipse ex professo egit. Non antidori distributionem, sed sacræ communionis inprimis, vel ut in græco habetur, *Eucharistiæ* participationem attingit canon Antiochenus, cuius occasione attingemus & nos suppletes defectum illius, qui religioni suæ timens lucem odio habuit, ne suis scilicet errorem proderet, & ex antiquâ Ecclesiæ traditione instructos novitatis admoneret.

Sanctæ



## CAPUT VIII.

Sanctæ communionis aut Eucharistiæ  
Mysterium, cur Antiquitus oc-  
cultari solitum.

1. Eucharistia mysterium impugnant hæretici ex rara & obscura apud antiquos de veritate illius memoria.
2. Verum ex obscurâ Patrum loquelâ deducitur planè contrarium, cum initio Ecclesia obscure de hoc mysterio erat loquendum. Christi & Petri Apostoli de hoc disciplina Ecclesiastica momento testimonia.
3. Confirmatur ex Paulo, cuius locum exponit Clemens Alexandrinus.
4. Item ex auctore Constitutionum Apostolicarum, & Dionysio Areopagita, cui opera sub ipsius nomine edita ex hoc fundamento vindicari possunt.
5. Saculo quarto idem confirmant Iulius 1. in Synodicâ Italiæ, & D. Athanasius allatâ Synodicâ Egypti.
6. Accedit præclarum D. Basilij testimonium, quod luce clarius laudatam supra veritatem confirmat.
7. Idem sentierunt Innocentius primus & Epiphanius, quorum loca afferuntur.
7. Demum confirmant Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus Alexandrinus, Sozomenus, & Theodoretus.
9. Et ex his concluditur, nihil veritatî Eucharistica officere obscuram Patrum loquelam, aut raram mentionem apud eos factam.

1. **C**um *τοξαριστας* seu sacræ Eucharistiæ nomen à mille trecentis, & quod excurrit annis, ab Antiocheno Concilio traditum inaudio, admiratio animum subit, qui fieri potuit, ut eius notionem infinitis Patrum testimoniis posteritati relictam impugnare ausi fuerint novatores hæretici. Quod realis præsentia Corporis & Sanguinis Dominici in Eucharistiâ non sit antiquum Ecclesiarum documentum, præterito sæculo in Gallis effutire non erubuit Ioannes Calvinus. Quod Corpus & Sanguis Dominicus sit in Eucharistiâ, licet negare ausus non sit in Germaniâ Lutherus, transubstantiationem ta-  
men



men impugnarunt Discipuli, quod tantâ animorum conspiratione imitantur moderni per Septemtrionem & Europam dispersi novatores hæretici, ut quantumvis variæ sectæ in variis dissentiant, quoad præsens tamen mysterium manus sibi invicem dedisse videantur ad opugnandum, & unitis quasi viribus prævalendum. Unum ex præcipuis, quibus novatores hæretici nituntur argumentis, illud quidem videri posset, raram apud primitivos Ecclesiæ Patres de sacrosancto hoc mysterio fieri mentionem, eamque iis terminis factam, qui figuram potius quam veritatem Corporis Dominici sonant, & sub variis Symbolis ac metaphoris Christianorum sensum obruunt. Enimverò, si Christus verum suum Corpus, & verum suum Sanguinem in animarum salutem reliquisset Ecclesiæ dispensandum; si ad hoc instituti fuissent novæ legis Presbyteri, ut divinum hoc sacrificium in altari offerrent Patri Æterno, & de hoc participandum tribuerent populo Christiano; ut quid primis Ecclesiæ sæculis Patres plerique cum Clemente Alexandrino, Lactantio Firmiano, Eusebio Cæsareensi, Basilio Cappadoce, Hieronymo Stridonensi, aliisque nullam de hoc sacro mysterio mentionem fecissent, ubi sciebant esse præcipuum Ecclesiæ Sacramentum, quo Christus infinitum erga fideles suos monstrabat amorem, & ob quod Ecclesiam suam tanquam incomparabili dote conspicuam orbi universo reddebat amplectendam? ut quid, inquires, Ireneus, Tertullianus, Hilarius, Theodoretus alijque primorum sæculorum scriptores tam obscure locuti, & figuris ac aliis Metaphoris usi fuissent, si verus Christi Sanguis & verum Christi Corpus fidelibus proponi debebat adorandum? cum namque fideles scire debebant, & veritate fidei amplecti, quod singulis diebus adorabant & sumebant, debuissent primitivæ Ecclesiæ doctores & monumenta non minus quam posterioris Ævi concionatores & scripta, in huius veritatis expositione elucescere, & debuisset veritas ista non sub modio occultata, sed super candelabrum posita in Domo Dei, quæ est Ecclesia, singulis proposita fuisse.

2. Dum hæc primo intuitu pervolvis, mentem in tenebris versari clamabis: sed ea est vis veritatis, ut ignis instar ex tenebricosis terræ visceribus erumpat in lucem, & ubi tenebræ apparent, lux ipsa splendescere solcat. Nec aliter hic factum putes: ubi novatores hæretici tenebras ingerunt, veritatis radij splendescunt, nec contemnendum contra ipsos fundamentum tribuunt, cum quod illi piscari conantur ex silentio aut obscurâ Patrum loquelâ negativum argumen-



Matth. 7.

Clemens 1. 3  
recognit, in  
initio.Paulus 1.  
Ad Corint.  
cap. 3.

tum, ad ipsum veritatis Eucharisticæ mysterium sit janua & ostium. Militabat primitiva Ecclesia non modo in terris adversus hostes invisibiles, sed & pugnare debebat in Imperio adversus ethnicos homines, quorum de mysteriis Catholicæ fidei ludibria adeo semper abhorruit, ut ne convertendis, quamdiu Cathecumenorum nomen gerebant, vellet esse exposita. Samaritanis hominibus carnalibus locuta de hac veritate ipsa veritas æterna, invenit oblocutores, qui scandalizati abibant, & duriora in Christum effutiebant: & numquid ob hæc & similia dixit Matthei 7. *nolite dare sanctum canibus, neque mittatis Margaritas vestras ante porcos?* Scio quidem Angelicum Doctorem Thomam cum plerisque aliis Catholicorum hæc ita interpretatos fuisse, ut Christus vetaverit Corpus suum dari peccatoribus: sed antiquiores quique etiam intellexerunt, de non exponendis Christianæ fidei Sanctioribus Mysteriis, nisi fidelibus. Præclarum est, quod hac de re testimonium æternitati consecravit auctor perantiquus recognitionum Clementis primi, in quarum lib. 3. refert, Petrum in medio fratrum dixisse: *nihil est difficilius, fratres mei, quam de veritate apud permixti populi multitudinem disputare. Quod enim est, omnibus, ut est, dici non licet, propter eos qui malignè & insidiosè audiunt: fallere verò non expedit, propter eos qui sincerè audire desiderant veritatem. Quid ergo faciet, cui ad indiscretum populum sermo est: occultet, quod verum est? & quomodo instruet eos, qui digni sunt: sed si meram proferat veritatem his, qui salutem consequi non desiderant, illi, à quo missus est, injuriam facit, à quo mandatam accepit, ne mittat verborum eius margaritas ante porcos & canes, qui adversum eas argumentis ac sophismatibus reluctantes, ipsas quidem cæno intelligentiæ carnalis involvant latrantibus autem suis & responsonibus sordidis, rumpant & fatigent predicatores verbi Dei. Propter quod & ego in plurimis circuitu quodam verbi utens, tentare nitebar, ne principalem de summa divinitate intelligentiam minus dignis auribus publicarem. Hæc Apostolorum Princeps Petrus, juxta eisdem Clementis, vel antiquissimi auctoris græcæ ex interpretatione Ruffini.*

3. Mira quidem hæc videri possent, sed non nisi antiquitatem ignorantibus, idque ut probem, à Paulo incipiam, qui dum in primâ suâ ad Corinthios epistolâ verba Christi Sacramentum hoc instituentis proponeret capite nono, præmisit cap. 3. *Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. Qui-*  
bus



bus verbis inquit Clemens Alexandrinus libro 5. Strom. *Cautionem*, Clemens Alexandrinus, *ne sermones in vulgus exeant, docet*, utique de cibo & escâ spirituali, quam Paulus capite sequenti à Christo institutam descripturus erat, & Clemens Alexandrinus statim Carnem & Sanguinem verbi interpreta- tur. Miramur læpius, quid Lucam moverit, quod primitivæ Eccle- siæ Historiam in actis describens, ubi ad hoc mysterium à fidelibus celebratum pervenerat, catholicos potius *in communicatione fractionis* panis, quam communione Corporis & Sanguinis Domini perseve- rasse descriperit cum ritibus tunc observari solitis; sed instructus Evangelista à præceptore suo Petro noverat præstare, mysterium hinc sub verbis involvere, quod sciret, acta Apostolica etiam ad infidelium & hominum Ethnicorum manus deventura.

4. Fuit hæc Apostolorum cautela, quam sibi perspectam edocuit auctor ille, qui traditiones Apostolicas in canones redegit, dum in ultimo canone locuturus de Apostolicis constitutionibus scriptum reliquit: *qua non sunt omnibus divulganda propter ea, qua sunt in eis mystica*. Agebant Constitutiones Apostolorum de variis Christianæ fidei mysteriis, & exposuerant ritus liturgiæ aut sacrificij Christiani, & quia cautum erat traditione Apostolicâ, fidei nostræ mysteria non omnibus esse proponenda, & palam divulganda, hinc Apostolorum menti non male adscripsit, Constitutiones illas non esse divulgandas. Fuit hæc ipsa mens edocti (ut creditur) à Paulo Apostolo Dionysij Areopagitæ, qui dum ad Timotheum librum de Hierarchiâ Eccle- siasticâ mitteret, in quâ sacrosancta Eucharistiæ & ordinationum mysteria fusius exposuisset, expressè cavet cap.1. ad initium: *vide autem, ne Sancta Sanctorum enunties, sed reverearis ea potius, & qua occulta Dei sunt, cognitione mentis & animi in honore habeas & pretio: ita tamen ut ea non tradas, & intacta nullo Sacramento initiatis conser- ves: solis verò Sacramento aliquo initiatis cum Sancta illustratione pro sacrarum rerum dignitate communices*. Similia cap.2. de cælesti scribit ad eundem Timotheum, *ut res sacrosanctas obiectas à prophana multi- tudine tueretur, quandoquidem inquit, fas non sit margaritarum . . . Ornatum ante suos projicere*. Et ni fallor, ex hisce principiis licet ratio- nem reddere, cur scripta Dionysij Areopagitæ tam diu latuerint, & pau- cis cognita fuerint, donec sæculo 6. è tenebris in lucem prolata omni- bus manifestari cœperint. Putabant ante nos plerique ex peritioribus etiam scriptores Catholici, multum obesse, quod scripta Dionysij Areopagitæ primis sæculis non innoverint, & per Ecclesiam vulgata fuissent.

Constitut.  
Apostolic.

Dionys.  
Areopagit.



fuiſſent. Sed non obinde ſuppoſitionis arguenda veniunt, cum rei iſtius jam rationem invenerimus, & ſi ulla alicuius Patris opera ob deſcripta Catholica fidei myſteria, & expoſitos ſacraſſimos Eccleſiæ ritus paſſim occultari congruum erat, id ipſum de ſuis libris faciendum merito Dionyſius iudicarat.

Iulius 1.

5. Sæculo quarto mirum quid contigit, quod hanc Eccleſiæ doctrinam confirmat; cum namque Athanaſij Presbyterum coram prophano iudice accuſaſſent Eufebiani de calice fracto & Sanguine Chriſti effuſo, eorum impudentiam arguit Iulius primus in ſuâ ad Eufebianos reſponſoriâ: *jam quis non excretur ſub externo iudice præſentibus Cathecumenis, & quod peius eſt, Ethnicis & judeis Chriſtianiſmum blaſphemantibus, queſtionem de Sanguine & Corpore Chriſti haberi? Audis, quid Iulius primus Sanctiſſimus Eccleſiæ Pontifex ad annum 342. in Eufebianis arguit, ipſos nimirum morem Eccleſiæ prætergreſſos, dum coram prophanis judeis & Ethnicis de ſacroſancto Chriſti Corpore & Sanguine ſermonem inſtituiſſent, quem Eccleſia ne quidem Cathecumenis propoſuiſſet. Refert hanc epiſtolam Iulij Primi S. Athanaſius Patriarcha Alexandrinus, & dum Apologiæ ſuæ 2. vel ut alij volunt, collectioni monumentorum de re ſuâ agentium, inferuit, non obſcurè hæc omnia à ſe probata eſſe indicavit. Et Synodus ex omni Ægypto Alexandria habitata in litteris pro cauſâ Athanaſij ubique tranſmiſſis Eufebianos eiſdem criminis inſimulavit: *nec pudet eos, inquit, coram Cathecumenis, & quod peius eſt, coram Ethnicis ita de myſteriis tragicari. Quum oporteat, ſicut ſcriptum eſt, myſterium Regis celare, & ut Dominus præcipit, non eſſe ſancta porrigenda canibus, neque projiciendas margaritas ante porcos. Non enim fas eſt myſteria gentibus prodere, ne per imperitiam ea ſubſannent, aut Cathecumeni per curioſitatem ſcandalizentur. Sic loquuntur univerſi Ægypti, Thebaidis, Libyæ & Pentapolis Epilcopi, ut luce manifeſtius fiat, in unam eandemque Ægyptum & Italiam conſpiralle doctrinam.**

Synod. Alex.

D. Baſilius.

6. Præclarum eſſe, negari nemo poteſt, quod allatum eſt antiquitatis monumentum, ſed præclarior multo cenſeri debet, quod ex S. Baſilio Cæſareæ Cappadociæ Exarcho deſumitur argumentum. Floruit ille eodem cum Athanaſio ſæculo, ſed in regione longè ab Ægypto diſſitâ, & Orienti potius vicina, ac in illo quem de Spiritu Sancto ad Amphiloſochium ſcripſit opulculo, capite 27. docet de hac ipſâ Eccleſiæ diſciplinâ, quod *ad eum modum, qui in primordijs Eccleſiæ*

certos



certos ritus præscripserunt Apostoli & Patres, in occulto silentioque mysterijs suam servavere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio, cur quadam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum. Eadem dixerat parum antea. Dogmata quæ in Ecclesiâ prædicantur, quadam habemus è doctrina scriptorum prodita, quadam rursus in mysterio, id est in occulto tradita recepimus. Et posteriorum exempla allegans: ut signo crucis eos, qui spem collocarunt in Christum signemus, quis scriptor docuit? ut ad Orientem versi precemur, quæ nos docuit scriptura? invocationis verba, quum ostenditur panis Eucharistia & poculum benedictionis, quis Sanctorum in scripto nobis reliquit? nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque & ante & post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione citra scriptum accepimus. Consecramus autem aquam baptismatis; & oleum unctionis, præterea ipsum qui Baptismum accipit, ex quibus scriptis? nonne à tacita secretaque traditione? ipsam porro olei inunctionem, quis sermo scripto proditus docuit? jam immergi hominem, unde est traditum? reliqua item, quæ sunt in Baptismo, veluti renuntiare Sarrana & angelis eius, ex qua scriptura habemus? nonne ex privata & arcana hac traditione? nonne ex Doctrina, quam Patres nostri in silentio, quod curiosos & otiosos submovet, servarunt? pulchre quidem illi nimirum docti arcanorum venerationem silentio conservari. Nam quæ nec intueri fas est non initiatis, quæ conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri scripto? Et hic est locus ille vel auro contra æstimandus Basilij Cæsareæ Cappadociæ Episcopi, quem Gregorius Naianzenus Apostolis æquat, S. Ephrem instar Petri prædicasse, instar Pauli docuisse exclamat, Philostorgius, quantumvis Arianus inter cæteros sui sæculi viros eminuisse in doctrinâ faretur, & Photius in Bibliothecâ numero 231. decus Ecclesiæ fuisse testatur. Notandum verò vel ex hoc unico D. Basilij loco firmari hæcenus dicta, de silentio potius involvendo ex Apostolorum traditione etiam hoc Eucharistiæ mysterio, nam quæ nec intueri fas est non initiatis, non conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri. Ut proinde mirandum non sit, nullam fere de S. Eucharistiæ mysterio, præterquam loco citato, mentionem extare apud S. Basilium aliosque Patres istius sæculi.

7. Dubitantes quondam audiivi etiam viros doctos, sed in antiquitate parum versatos, quid interrogatus à Decentio Eugubino Episcopo



Innocent. r. copo de Sacramento confirmationis Innocentius Primus sibi voluerit, cum inter alia respondet : formæ verba dicere non possum , ne magis prode videar , quam ad consultationem respondere. Putabant id dictum ob magnam de formæ verbis inter Patres istorum temporum contentionem , sed ignorant Ecclesiæ disciplinam. Audivimus jam supra à D. Basilio rationem , quæ Patres arcebat à mysteriorum in scriptis expositione , & ex illâ motus Innocentius Primus verba formæ Confirmationis detrectavit litteris mandare , uti & Basilio teste Patres verba invocationis scripto mandare detrectarant. Et ex illis jam percipies , quid sibi voluerit S. Epiphanius , dum in anchorato scriptum reliquit : *hoc meum est hoc*. Basilio suppar Epiphanius Salaminensis in Cypro Episcopus verba consecrationis adducturus , Corpus omisit , ne morem Ecclesiæ temeraret , & magis prode videretur mysterium , quam de eo docere.

8. Quid ultrò proferam aliorum Patrum post Epiphanium testimonia , cum S. Ioannes Chrysostomus , qui initio sæculi 5. sub Innocentio primo floruit , homiliâ 40. in 1. ad Corinthios acturus de sacro Eucharistiæ mysterio scribat : *volo quidem apertè hoc dicere , non audeo tamen propter eos , qui non sunt initiati*. Et S. Augustinus Hippo- nensis in Africâ Episcopus ac totius Ecclesiæ Doctor præcipuus , quotiescumque de altaris Sacramento ageret , non exponebat mysterium , sed celabat passim utendo his verbis : *norunt fideles*. S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus cum libro 7. adversus Iulianum tractaret de Baptismi mysteriis : *agerem , inquit , de his , nisi reverer aures non initiatorum*. Et Sozomenus Historicus Græcus lib. 1. cap. 19. ubi Concilij Nicæni Historiam describeret , Symbolum omisit , *nam verisimile est , inquit , nonnullos , qui non sunt initiati mysteriis , hunc librum perlecturos*. Plura aliorum testimonia adderem , si opus esset , sed in re meo quidem iudicio jam demonstratâ finio cum Theodoretæ Cyrensis , qui sub Leone 1. ad medium quinti sæculi floruit , testimonio. Scripsit dialogum inter Orthodoxum , & Eranistem , cumque suscepta esset de mysterio Eucharistiæ disputatio , Orthodoxus admonitionem præmittit : *oro te , ut obscurius respondeas : adsunt enim fortasse aliqui mysteriis non initiati*. Et quod mirum videri posset , tam obscure locuti , rot amphibologiis , & circumlocutionibus usi sunt , ut intelligi non possint sine ingenuo interprete , & dubitarim , an ipsum librum à Salomone de Canticis Canticorum inscriptum , suo in Dialogo non superarint. Rationem vero huius esse antiquam secreti regu- lam



lam, rectè subolfecit Christianus Lupus parte 5. dissertatione de quibusdam Patrum locis, cap. 7. ubi Theodoreti mentem circà Eucharistiæ mysterium exponendam assumpsit.

9. Hæc autem, cum ita sint, quid quæso veritati Eucharistice officere potest rarum apud antiquos de illâ testimonium, vel obscura apud veteres loquela? fileant de mysterio hocce Clemens Alexandrinus, Eusebius, Basilus, Hieronymus, alijque Patres antiqui; id sibi incumbere ex imposto per Apostolos silentio existimabant. Obscurè loquantur Ireneus, Tertullianus, Hilarius, Theodoretus; id factum esse, ne mysteria revelarent non initiatis, manifestum videtur. Scribant plerique sub figuris & Metaphoris, & exclament, Eucharistiam esse figuram Corporis Domini; id ex antiquorum regulâ fecisse noscuntur, quâ dum Corporis & Sanguinis revelatio vetabatur, Corpus Christi mysticum, quod sunt fideles, ut rectè animadvertit eruditus Bellarion, sub figurâ Eucharistiæ significari edixerunt.

*Quamdiu per Confessionem.*

C A P V T I X.

De Confessione auriculari, & institutis  
à Christo ad eius ministerium  
Sacerdotibus.

1. Exomologesis græcè significat confessionem, de quâ agunt canon 2. Antiochenus & Laodicensis, ex quo pro traditione de Confessione Sacramentali concluditur.
2. Referuntur varij antiquorum & recentiorum errores, contrâ Confessionem Sacramentalem.
3. Verum vana esse adversariorum fundamenta ex rationibus probatur, tum etiam firmatur ex Sacerdotum in solvendis peccatis potestate per Christum concessa, & à Zephyrino contrâ Tertulliani errorem defensâ.
4. Probatum deinde ex D. Cypriano, Clero Romano, D. Paciano, S. Ambrosio, & Eulogio Alexandrino oppugnantibus errorem Novatianorum.



5. *Accedunt testimonia Constantini Magni, D. Athanasij & Philastrii, Novati errorem oppugnantium.*
6. *Demum probant S. Hieronymus, Optatus Milevitanus, Chrysostomus, Augustinus, Leo Magnus, alijque tradentes, Sacerdotes ex Christi instituto à peccatis absolvere, unde etiam pro confessione auriculari concluditur.*

1. **C**Um Exomologesis græcè significet Confessionem, per hæc verba: *ἕως ἄν ἐξομολογησάμενοι, quousque confessi fuerint, Patres Antiochenos egisse de confessione Sacramentali, clarum fit ex alterâ parte Sacramenti pœnitentiæ, cuius consequenter mentionem faciunt in canone Balzamon hoc modo exhibuit: ἂν ἀξίαν μετανοίαν μετὰ ἐξομολογέσεως ἐπιδείξωται. Donec dignam confessionem pœnitentiæ ostenderit.* Clarius probare non poterant Patres Antiocheni antiquam de Confessione Sacramentali traditionem, quam non modo anno 341. ab omni Oriente usu receptam indicarunt, sed & ab Ecclesiâ reiectis necessariam monstrarunt, ita ut primo confiteantur delicta, tum impositam ab Ecclesiæ ministris pœnitentiæ adimpleant, demum ostentis pœnitentiæ fructibus ad sacram communionem admittantur, à qua antea aversionem ostentarent. Consonat Antiocheno Concilio aliud eiusdem sæculi Laodiceæ in Phrygiâ celebratum, ad cuius canonem 2. antiquus Epitomator græcus: *qui variis delictis obstricti sunt, si iis cognitis confiteantur, & pro eorum ratione pœnitentiæ agant, facile recipiantur.* Ad quæ verba Aristinus: *omnes qui peccarunt, qualiacumque dicat aliquis eorum peccata, si pœnitentiæ egerint, & ea confessi fuerint, & à malis perfectè se converterint, & tempus ad pœnitentiæ agendum secundum delicti proportionem iis concessum precibus & lacrymis absolverint, propter Dei miserationes & bonitatem in Communionem recipientur.* Et Balzamon: *presens quoque canon statuit, ut qui à malo perfectè desistunt cum purâ Confessione & dignâ peccatorum pœnitentiâ, iij digni sanctâ participatione habeantur.* Ex quibus verbis patet, non minus Patres Laodiceos, quam Antiochenos sæculo quarto, cum pura erat ab omni labe fides Christiana, iudicasse Confessionem Sacramentalem delinquentibus fuisse necessariam.

2. Neque obest, perantiquum Carthaginensis Ecclesiæ Presbyterum Tertullianum sese Sacramento pœnitentiæ opposuisse, cum id non nisi ex Catholicâ communionem in Montani hæresim delapsus tentare

Balzamon.

Epitome  
Canone 2.  
Laodiceæ.  
Aristenus.

Balzamon.



tare ausus sit in edito contra Zephyrinum Papam de pudicitia libro. Tertullianum subsecuti sunt Novatiani, qui ipsius vestigia insecuti nullas pro lapsis in Ecclesia haberi absolutionis claves effutire ausi, ab omni sub caelo Ecclesia damnari meruerunt. Praeterea quosdam fuisse saeculo 8. in Occidente, de quibus Concilium Cabilonense canone 33. quod *Deo solummodo confiteri debere peccata* dicebant, & a Theodoro Cantuariensi graecis adscribi, quod ex eo referunt Burcharthus Wormatiensis Episcopus libro 9. capite 145. Ivo Carnotensis part. 15. capite 155. & Gratianus dist. 1. de poenitentia capite 90. *Quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Graeci.* Cuiusmodi solummodo non excludat confessionem Sacramentalem, sed importet dumtaxat, aliquos solius confessionis Deo faciendae mentionem fecisse, quo non obstante fieri potuit, etiam confessionem Presbyteris necessario faciendam tenuisse, ut patet ex ipso canone 33. Cabilonensis Concilij, ubi sic habetur: *quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata, quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod utrumque non sine magno fructu intra sanctam sit Ecclesiam.* Additur infra, secundum Apostoli institutum peccata alterutrum confitenda esse, ut inqueretur, confessionem Sacerdotibus faciendam esse in Ecclesia ex Apostolorum traditione. Omisso itaque, quod ex Cabilonensi Concilio desumi posset testimonium, magis obesse videtur, quod apud Thomam Waldensem tomo secundo de Sacramentis capite 135. legitur de Wicclepho, cuius iste fertur fuisse articulus: *si homo debite fuerit contritus, omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis.* Petrus Oxoniensis in Hispania eadem sentuisse dicitur, namque *confessionem peccatorum in specie ex universalis Ecclesiae statuto, non divino jure compertum fore, & peccata mortalia quoad culpam & poenam alterius saeculi, absque confessione, sola cordis contritione: pravas vero cogitationes sola displicentia deleri: & quod confessio secreta sit, necessario non exigi, & non peracta poenitentia confitentes absolvi non debere.* Priorem illarum propositionum resumpsit praeterito saeculo post Erasimum B. Rhenanus in argumento ad Librum Tertulliani de poenitentia, ubi exhibitis pro publica poenitentia testimoniis, subdit: ,, porro non aliam ob causam complurium hic testimonij usi sumus, quam ne quis admireretur, Tertullianum de clancularia ista admissorum confessione nihil locutum, quae quantum conjicimus, nata est ex ista Exomologesi per ultroneam hominum pietatem, ut occultorum peccatorum esset & Exomologesis occulta. ,, Duo tan-

Canon 33.  
Cabilon.

Theod. cant.

Canon 33.  
Cabilon.

Wicclephus.

Petr. Oxon.

Rhenanus.



dem hereticorum antesignani Lutherus & Calvinus conspirant quidem, confessionis usum apud Christianos esse antiquum, negant tamen juris esse divini, noluntque in eâ omnia singulatim peccata exhibenda, quin potius liberam esse eorum narrationem: Catholicorum de confessione auriculari sententiam à Nectario explosam putabat Calvinus, eumque in Constantinopolitanâ Ecclesiâ confitendi ritum abrogasse docet, & subdit: *hic hic aures asini isti arrigant. Si lex Dei erat auricularis confessio, qui ausus esset Nectarius eam refigere & convellere.* Nec mirum videri debere asserit: *si auricularem istam confessionem rem adeo pestilentem, totque nominibus Ecclesia noxiam damnamus, ac sublata è medio cupimus.* Hęc Calvinus, qui privatę confessionis usum ita suis tradidit, ut generali professione peccati cum instructione ministri absolutionem peccatorum obtineri posse crederent, qua de re ut Anglorum sententiam exquiramus, en Iacobum Anglię Regem

Calvin.

Jacob Anglię  
Rex.

apud Perronium de confessione auriculari *c' est chose constante, qu'en la premiere Eglise la confession des pechez at estè mesureè, mais bien d' autre façon qu' elle s' exerce aujourdhuÿ: car la confession auriculaire comme elle s' exerce entre vous, je croy, que personne ne dira, qu' elle at estè en usage aux premiers siecles. Le Roy confesse, que les premiers des Peres, qui l' ont instituée, ont eu leurs raisons pour estimer la confession de ceste sorte la non inutile pour trouver plus facilement le salut. Mais que ce fust chose absolument necessaire à salut, beaucoup moins, que ce fust Sacrement, ils ne l' ont point creu, ou pour le moins, certes non tous: car de S. Chrysostome il est assez clair, qu' il n' a point exige des siens la confession auriculaire.*

Concilium  
Tridentin.

Ioan. 20.

3. Verum quàm vana hęc omnia sint & antiquo Ecclesię sensui ad-  
verlantia, vel ex ipso Christi instituto apparet. Ut quid aliàs ab omni  
tempore Ecclesia Sacerdotes medicorum instar habuisset, qui dum  
peccatorum vulnera curanda habebant, ea curare non poterant nisi  
manifestata, cum ut rectè ex D. Hieronymo sacrum Tridentinum  
Concilium, *quod Medicus ignorat, medicina non curat.* Quid aliud  
clamavit antiquitas, dum confessarios ut iudices venerata fuit, qui  
pro ratione peccati pœnitentiam ab Apostolis vel Ecclesiâ constitutam  
imponere deberent, quomodo enim pro ratione peccati pœnitentia  
potuit agi plena, & iusto tempore estimari, nisi, ut loquar cum Mo-  
rino, de speciali criminis confessione illius gravitas pensaretur. Quid  
demum aliud voluit Christus Dominus dum ait Ioan. 20. *quorum re-  
miseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Neque



Neque enim omnibus, sed Apostolis tantum hæc dicta fuisse constat quibus in hac functione Sacerdotes succedunt. Quod si huius veritatis confirmationem exoptulas, traditionem antiquorum appello. Auctor, qui Constitutiones Apostolicas in unum opus colligere studuit libro 2. cap. 33. inter varia, quæ fideles à Sacerdotibus recipiunt, enumerat absolutionem à peccatis: *vobisque peccata remiserunt.* Et Zephyrinus Pontifex in edicto toti Ecclesiæ proposito: *ego & Mæchia & fornicationis delicta pœnitentiâ functi dimitto.* Et inquit Tertullianus: *hoc in Ecclesia legitur, & in Ecclesia pronuntiatur.* Ita libro de Pudicitia, ut certum sit tunc temporis delicta in Ecclesiâ fuisse dimissa, nam cum Mæchia unum fuisset ex iis peccatis, quæ nemo Sacerdotum dimittere poterat, vetante id ipsum antiquo Ecclesiæ rigore, contrarium Zephyrinus Papa statuit, & Mæchis pœnitentiâ functis peccata dimittenda constituit, unde exacerbatus Tertullianus contrà Zephyrinum urget: *de tuâ nunc sententiâ quero, unde hoc jus Ecclesia usurpes. Si quia dixerit Petro Dominus: super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam, tibi dedi claves regni cœlestis, vel quacumque alligaveritis vel solveritis in terrâ, erunt alligata vel soluta in cœlis, idcirco præsumis & ad te derivasse solvendi & alligandi Potestatem, id est ad omnem Ecclesiam Petri propinquam: qualis es evertens atque commutans manifestam Domini intentionem personaliter hoc Petro conferentem.* Iam ad hæresim Montani prolapsus Tertullianus errat solvendi & alligandi potestatem personæ Petri collatam, sed aliter Zephyrinus Papa, qui ad se & omnem Ecclesiam Petri propinquam derivasse potestatem contendit, & meritò, nam non soli Petro, sed reliquis etiam Apostolis dictum erat, *quorum remiseritis peccata, remissa sunt,* & hoc ante hæresim agnoverat Tertullianus adversus Gnosticos: *nam etsi adhuc clausum putas cœlum, memento claves eius hic Dominum Petro, & per eam Ecclesia reliquisse.* Et post hæresim suam idem denuò amplexum fuisse, auctor est S. Pacianus Barcinonensis in Hispaniâ Episcopus, qui sæculo 4. contrà Sympronianum & Novatianos scribit in epistolâ 3. *Tertullianus post hæresim ipsam epistolâ suâ, & eâ ipsâ quam Catholicus edidit, audies consentientem: posse Ecclesiam peccata dimittere.*

4. Tertulliani errorem sæculo 3. resumpsere Novatiani ob lapsos in communionem receptos, quos non minus Cornelius Papa pœnitentiâ functos admiserat, quam fornicatores aut Mæchos Zephyrianus. Lapsorum causam susceperat Cyprianus Carthaginienensis in

Constitut.  
Apostolic.  
Zephyrinus.

Tertullian.

Tertullian.

S. Pacianus.



- Africâ Episcopus, & quia propriâ auctoritate mutare non poterat morem & antiquam observationem Ecclesiæ, scripsit primùm ad clerum post Fabianum Papam Romæ superstitem, quo rescribente nondum
- Clerus Rom. Episcopum constitutum, *qui eorum, qui lapsi sunt, possit cum auctoritate & consilio habere rationem*, iteratis litteris tandem responsum obtinuit, *dandam esse Pacem*, aut absolutionem lapsis. Ita habes epistolâ 67. & alibi. Et hanc omninò causam schismatis arripuit Novatianus in viventis Cornelij Pontificatum intrusus, ut secundâ parte Antiquitatis Illustratæ abundè ostendimus. Restat nunc in veritatis confirmationem Patrum testimonia pro Sacerdotum solvendi & ligandi etiam lapsos potestate in medium adducere. Ac in primis Cyprianum totius Africæ Primatem Cornelio Pontifici adiungo, utpotè
- Cyprian. qui epistolâ 52. ad Antonianum expressis verbis testatur: *deprecantibus atque exorantibus Domini misericordiam, per Sacerdotes eius pacem posse concedi*. Unde non immeritò D. Pacianus Barcinonenlis Episcopus epistolâ 3. Sympronianum, & Novatianos Cyprianum pro sese citantes, refellit ex Cypriani ad Antonianum litteris, additque non uno sed plerisque in locis, Ecclesiam peccata remittere etiam lapsum à fide, si peccatores pœniteant: notat epistolâ 3. hanc Novatianorum propositionem: *quod Mortale peccatum Ecclesia donare non possit*, Et ut Sympronianum partes Novatianorum amplexum esse convinceret, ex Cypriano ipsius Novatiani iudicium urget: *habes, inquit, Cypriani testimonium, Cypriani, quem nec vos infamare umquam potuistis, nam quodam in loco ad Antonianum, hoc modo scripsit: additum est etiam Novatiano tunc scribente, & quod scripserat suâ voce recitante, & Moyse tunc confessore, nunc jam Martyre subscribente, ut lapsis infirmis, & in exitu constitutis pax daretur, qua littera per totum mundum missa sunt, & in notitiam Ecclesiis omnibus perlata sunt*. Sic ipsius Novatiani testimonio per orbem univèrsum transmissio, Sympronianum Novatianorum sequacem esse evincit Pacianus liberè admitteus Presbyteros pœnitentes peccata dimittere, unde etiam illud epistolâ 1. ad Sympronianum: *quod per Sacerdotes suos facit, ipsius (DEI) potestas est. Nam quid est illud, quod Apostolus dicit, qua ligaveritis in terris, ligata erunt & in cælo; & quacumque solveritis in terris, soluta erunt & in cælis*. Ex his concludit datam Episcopi potestatem, ut qua ligassent in terrâ, ligata essent & in cælis. Consonat Paciano D. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, qui libros duos de pœnitentiâ contrâ Novatianos inscripsit, & eorum primo capite 2. arguens
- Novatia-



Novatianorum errorem, quo soli Deo reservandorum criminum potestatem reservant, opponit locum sacræ scripturæ: quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta sunt, & addit, certum est, jus ligandi & jus solvendi Ecclesiæ competere: jus enim hoc solis permissum est Sacerdotibus. Rectè igitur hoc Ecclesia vendicat, quæ verus Sacerdos habet: hæresis vindicare non potest, quæ Sacerdotes veros non habet, non vindicando autem ipsa de se pronuntiat, quod cum Sacerdotes non habeat, jus sibi vindicare non debeat Sacerdotale. Quid clarius? quid expressius? Sacerdotibus solvendi peccatâ potestatem attribuit Ambrosius, & quia Novatiani Sacerdotes non habebant, potestatem illam sibi vindicare non posse edicebat. Contrarium cum Tertulliano soli Petro hanc potestatem clavium attribuentes Novatianos singulari opere refellit quoque Eulogius Patriarcha Alexandrinus, in cuius excerptis apud Photium numero 280. Bibliothecæ legimus: *etsi enim Petro dictum est, verumtamen in personâ Coryphei & ceteris Apostolis talis potestas data est, quandoquidem & sequentibus illos Sacerdotibus eandem datam esse solvendi ligandique potestatem credimus.*

5. Eant jam, qui Sacerdotibus ligandi solvendiq; potestatem abjudicant, unico Imperatoris Constantini testimonio in celeberrimo totius orbis Concilio occasione Acesij edito Novatianorum causam concludo: studebat Imperator Ecclesiæ Paci, & ut re ipsa animum Pacis amantem ulterius manifestaret, Novatianorum causam sopire contendit, Acesiumq; sectæ istius Episcopum in medium vocat, ac contentionis causam audiens: lapsos ad Communionem & Pacem esse admissos, cum severior Ecclesiæ canon postularet, *remissionis spem non à Sacerdotibus, sed à Deo, qui & potest, & auctoritatem habet peccata remittendi, expectandam*, reposuit hanc dignam Catholico principe sententiam: *erigito tibi scalam Acesi, & ad cælum solus ascendito. Ac si diceret, universam sub cælo Ecclesiam Sacerdotibus auctoritatem remittendi peccata concedere, contrariam Novatianorum sententiam esse solitariam & Ecclesiæ judicio adversam, hinc Acesum, si peccatis veniam postulet, scalam indigere, quæ cælum ascendat, cum viam per Christum institutam respueret. Habes hæc apud Socratem libro 1. cap. 7. qui fatetur illam Acesi Historiam ab Eusebio neglectam, sed tamen esse verissimam, utpotè quam receperat à viro ætate decrepito, qui ipsi Nicæno Concilio adfuerat, & hæc ibidem peracta ipse oculis viderat, auribusque perceperat. Et*

D. Ambros.

Eulogius  
Alexandrin.

Acesius.

Constantin.  
Imperat.



- Athanasius. huc est quo alludit D. Athanasius, cum scribit : *si Blasphemia in Spiritum Sanctum remissionem non habet, quid est, cur Ecclesia accuset Novatum rejicientem penitentiam?* Huc quoque respicit Philastrius Brixienfis Episcopus, dum libro de hæresibus agens de Novatianis eos incusat : *quia lapsi sunt multi fideles, & in penitentiam suscepti sunt à Catholica Ecclesia, irati inmodò potius præsumptione ducti ac superbiâ vanam doctrinam conati sunt seminare.*
- Philastrius.
- D. Hieron. 6. Sed quid hæreo in refutandis Novatianorum erroribus, Orthodoxi Ecclesiæ Patres primitivam traditionem suo testimonio roborarunt : S. Hieronymus epistolâ ad Heliodorum de vitâ solitaria : *absit, ut de his quidquam sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes Christi Corpus sacro ore conficiunt, per quos & nos Christiani sumus, qui claves regni cælorum habentes quodammodo ante diem judicij judicant.* S. Optatus Milevitanus libro 2. de Donatistarum Episcopis : *promittitis vos indulgentiam peccatorum esse daturos. Et infra : dum manus imponitis, & delicta donatis.* Nempe schismatici homines hoc ab Ecclesia retinuerant, nec in alio eos culpât Optatus, quam quod dicerent, se sanctos esse, & sic sine peccato peccata dimittere vellent. Chrysostomus libro 3. de Sacerdotio, cum latè probasset Sacerdotum potestatem à Deo concessam Ioannis 20. *quorumcumque peccata retinueritis, retenta sunt*, comparisonem demum inquit inter Sacerdotes legis lepram Corporis mundantes, & nostros lepram animæ aut potius sordes & peccata purgantes : *at vero nostris Sacerdotibus, inquit, non corporis lepram, verum anima sordes non dico purgatas probare, sed purgare prorsus concessum est.* Innocentius primus epistolâ ad Decentium Eugubinum : *ceterum de pondere æstimando delictorum Sacerdotis est judicare.* S. Augustinus non uno, sed innumeris ferè locis docet, claves Ecclesiæ datas, unde eidem solvendi & ligandi potestatem vendicat : quomodo autem id intelligit, lucidè exponit sermone 36. ad fratres in eremo, ubi alloquens Presbyteros : *vos, inquit, estis filij excelsi omnes, quibus datur potestas ligandi atque solvendi, aperiendi etiam cælum & infernum claudendi. Eia ergo Sacerdotes Dei excelsi, &c.* Leo primus epistolâ 91. ad Theodorum Forouliensem Episcopum, *neccesarium est, ut peccatorum reatus ante ultimum diem Sacerdotali supplicatione solvatur.* Et Victor Vitensis in aureo illo de persecutione Wandalorum Opusculo libro 2. enarrans, quomodo Confessores Presbyteri ducebantur ad exilium, testatur, Christianos ex montibus & latebris ipsorum vestigia inscutos alta & lacry;



lacrymabili voce exclamasse : quibus nos miseros relinquitis , dum per-  
 gitis ad coronas ? qui hos Baptizaturi sunt parvulos fontibus aquae peren-  
 nis ? qui nobis penitentia munus collaturi sunt , & reconciliationis in-  
 dulgentiâ obstrictos peccatorum vinculis soluturi ? quia vobis dictum est :  
 quacumque solveritis super terram , erunt soluta & in caelis. Quid ultra ?  
 si in Orientem respicias ad Ioannem Hierosolymitanum Episcopum  
 & sanctam sub ipso Synodum , scribit Ioannes Hierosolymorum Epif-  
 copus in trium Palaestinae Synodicâ epistolâ *solvere & ligare* , hoc  
 Deus communiter donavit sacerdotio. Ut post tam illustre Orientis  
 testimonium constet , graecorum Ecclesiam quoad hanc veritatem con-  
 spirasse , & unam cum latinis docuisse sententiam , quam ex subse-  
 quentibus saeculis demonstrare , nihil aliud esset , quam soli facem  
 accendere. Ex laudatis interim testimoniis veritati aeternae conloqis  
 probare licet confessionis necessitatem divinitus institutam , quando-  
 quidem clarum sit , peccata confitenda esse , ut absolvantur , & expo-  
 nenda , ut Sacerdotes de ijs ligandis aut solvendis rectum iudicium  
 ferant : unde S. Patrum Coripheus & omnium scriptorum princeps  
 Augustinus eorum cogitationes rejiciens , qui Confessionem soli  
 Deo factam sufficere delirabant : *nemo sibi dicat* ( inquit homilia 49.  
 in lib. 50. homiliarum *occulte ago , apud Deum ago : novit Deus , qui mihi  
 ignoscit , quia in corde ago.* Ergo sine causâ dictum est : *qua solveritis  
 in terrâ , soluta erunt in caelo ? ergo sine causâ sunt data claves Eccle-  
 siae Dei ? frustramus Evangelium Dei ? frustramus verba Christi.* Haec  
 Augustinus de mente Christi & veritate Evangelij , quod nobis eo  
 ipso Confessionis institutionem docuit , quo Sacerdotum absolvendi  
 potestatem perhibuit. Et revera Confessionem etiam auricularem Sa-  
 cerdotibus faciendam non ex Papae institutione , ut somniat Lutherus :  
 non ex jure humano , ut garriunt Calvinistae : non ex publicâ Con-  
 fessione ortum ducere , ut errat cum Erasmo B. Rhenanus , sed post  
 Christi institutum ab ipsis Ecclesiae primordiis fuisse observatum , do-  
 cent nos antiqua eorum , qui quatuor primis saeculis floruerunt , testi-  
 monia , quae post Christum usque ad Nectarium selectiora propone-  
 mus.

Victor  
Vitenfis.Ioannes  
Hierosolym

Augustinus.



## ARTICVLVS I.

## De Confessione auriculari, à tempore Apostolorum usque ad Nectarium.

1. Post Christum favent testimonia S. Iacobi Apostoli, & Luca Evangelista pro Confessione auriculari.
2. Post Apostolos usum Confessionis auricularis confirmant testimonia auctoris Constitutionum Apostolicarum, Dionysij Areopagita, & Origenis.
3. Apud Latinos testimonia Tertulliani, quæ latius discutuntur.
4. Item D. Cypriani, Philippi Augusti apud Eusebium & Rufinum, factum Novatianorum à D. Ambrosio laudatum, & Lactantij.
5. Adstipulantur quoque Ephreem Syrus, D. Basilius variis locis, & Baslij frater Gregorius Nyssenus.
6. Ex occidente demum propugnarunt D. Hieronymus, & S. Ambrosius apud Paulinum eius Diaconum in vitâ, cuius testimonium luce clarius est pro usu Confessionis auricularis in primitivâ Ecclesiâ.

S Iacobus  
Apostolus.

Lucas  
Act. 19.

1. **A**gmen post Christum ducat S. Iacobus Apostolus & primus Hierosolymorum Episcopus, cum in epistolâ suâ Catholicâ de unctiōe infirmi per Sacerdotem ageret. *Et si in peccatis sit,* inquit, *remittentur ei. Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini.* Quæ verba respiciunt moribundos & inductos ab eis Presbyteros, ac si clarissimè diceret Iacobus, ad remissionem peccatorum requiri confessionem infirmorum factam Presbyteris Ecclesiæ: *alterutrum enim & invicem respiciunt infirmos & Presbyteros, de quibus solis ibi agit Apostolus.* Equè clarum est, quod habet Lucas actorum 19. de fidelibus Ephesi & Asiæ: Paulus Apostolus per biennium prædicaverat Evangelium Asiæ, multisque patratîs miraculis Iudæi quidam magi eadem tentantes à spiritu maligno per hominem obsessum ferè dilacerati abierunt, hocque cum innotuisset, cecidit timor super omnes Ephesinos, *multique credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos. Multi autem ex iis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus.*



nibus. Quo ex loco videre licet, fideles aut credentes venisse confitentes & annuntiantes actus suos, quorum aliquibus Paulus imposuit, ut libros comburerent, quod dum eos coram omnibus fecisse dicit, post Confessionem publice pœnitentiam egisse indicavit, quod ipsum quandoque in Ecclesiâ servatum fuisse, suo loco ostendemus infra.

2. Post Apostolos extant Græcorum testimonia eaque antiquissima, quorum ex Apostolicâ traditione unum refert auctor Constitutionum Apostolicarum libro 2. capite 33. inducens fideles, ut Presbyteros honorent, qui vobis inquit peccata remiserunt. Aliud in epistolâ ad cultorem Demophilum exhibet Dionysius Pauli, ut creditum fuit à plerisque sæculis, ex Areopagitâ discipulus. Tu vero quemadmodum littera tua indicant, etiam Sacerdotis genibus accidentem, impium quidem, ut ais, & peccatorem nescio quomodo calcibus ab eo propulsasti. Deinde ille quidem rogabat & fatebatur se ad malorum medicinam accessisse; tu autem non modo non exhorruisti, sed etiam bonum Sacerdotem audacter contumeliâ affecisti, eum scilicet qui pœnitentem misericordia dignum judicabat, & impium Deo reconciliabat. Et ne putes hæc nimis aperte confessionis auricularis usum convincere, indubitatum est, quod Clementis Alexandrini auditor Origenes homilia 2. in Levitic. post sex modos obtinendi peccatorum indulgentiam scribit: est, & septima licet dura & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cum lavat peccator in lacrymis stratum suum, & fiunt ei lacryma panes die ac nocte, & cum non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & querere medicinam. Ubi notandum est, Origenem non plarium, sed unius Sacerdotis meminisci, cui pœnitens peccata confiteatur querens medicinam à spirituali medico, quod latius exponens homilia 2. in Psalmum 37. docet necessitatem confitendi peccata, & addit, tantummodo circumspice diligentius, cui debeas confiteri peccatum tuum, proba prius Medicum, cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi & compatiendi noverit disciplinam: ut ita demum si quid ille dixerit, qui se prius & eruditum Medicum ostenderit & misericordem, si quid consilij dederit, facias & sequaris. Si intellexerit & praverit talem esse languorem tuum, qui in conventu totius Ecclesiæ exponi debeat & curari, ex quo fortassis & ceteri edificari potuerunt, & tu ipse facile sanari, multâ hoc deliberatione, & satis peritè Medici illius concilio procurandum est. Ingenuus est hic Origenis locus, qui totam Ecclesiæ disciplinam prioribus sæculis observatam posteritati consecravit:

Constitut.  
Apostolic.

Dionys.  
Arcopagit.

Origenes.



Confessionis auricularis consuetudinem testatur clarissime; varios ad eam audiendam fuisse pro electione pœnitentium Sacerdotes, supponit ut indubitatum; penes ipsos demum fuisse iudicium, ut decernerent, quandomam peccata aliqua publice in conventu totius Ecclesiæ exponi deberent, quod tunc viguisse, audivimus supra.

3. Nec modo Græcos, sed Latinos quoque confessionem auricularem admisisse, colligi potest ex Tertulliano, qui in hæresim Montani lapsus numquam cum Romanâ Ecclesiâ aut Africâ fidelibus de confessione levium peccatorum disputavit, sed solum de gravissimorum absolutione, quam soli Deo reservabat. cap. 3. de pœnitentiâ præ-tendit: *non facti solum, verum & voluntarij delicta vitanda & pœnitentiâ purganda esse*: cum autem constanter doceat Tertullianus, pœnitentiâ partem præcipuam esse confessionem, & omnium illorum peccatorum confessionem publicam numquam requisiverit nec Catholicus, nec heretiarcha, dubitare nemo poterit, quin Tertullianus ad-miserit Confessionem auricularem levium peccatorum? Tertulliano sanè in Africanâ Ecclesiâ eodem sæculo 3. superstes fuit S. Cyprianus in Africâ primas, qui libro de lapsis peccatorum occultorum rationem Deo innotescere docens, fidelium de iis confessionem auricularem lucidissimis verbis describit: *denique quanto & fide maiores, & timore meliores sunt, qui quamvis nullo sacrificij, aut libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc, vel cogitaverunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentes, Exomologesim conscientia faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvè licet & modicis vulneribus exquirunt.* Quæ verba Morinus libro 2. cap. 10. §. 2. pro occultorum peccatorum publica confessione adducit: „ primum, inquit, occultissimum hoc crimen apud Sacerdotes ex-ponunt, deinde Exomologesim faciunt, hoc est publice illud fa-tentur, & propter illud publicam suscipiunt pœnitentiâ. Exo-mologesim enim actum publicum significat. „ Verum pace eruditissimi viri dixerim, observant plures, peccata, quantumcumque olim auriculari confessione fuissent excepta, publicâ quandoque pœnitentiâ ex Sacerdotum iudicio fuisse punita, in qua speciatim non confitebantur peccata sua fideles, sed solum generatim peccatores agnoscebantur, & sic pro ratione peccati præ foribus Ecclesiæ, aut extra Ecclesiæ tecta inter pœnitentes constituti Sacerdotes & fideles precabantur, ut pro sese intercederent. Et hæc Ecclesiæ disciplinâ rectè observatâ, plura testimonia ad solam pœnitentiâ publicam, non ad confes-



mem erunt referenda : sicque intelliges, quid fortè sibi velit Tertullianus adhuc Catholicus libro de pœnitentiâ, cum Exomologesim mandare scribit : *Presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari, omnibus fratribus suis legationis deprecationis sua injungere.* Et quid sibi velit jam in Montani hæresim lapsus libro de pudicitia, cap. 3. cum peccatorum remissibilem pœnitentiam describit : *adstitit enim pro foribus eius (Ecclesiæ,) & de nota sua exemplo ceteros admonet, & lacrymas fratrum sibi quoque advocat, & cap. 4. reliquas autem libidinum furias impias in corpora & in sexus ultra jura natura, non modo limine verum omni Ecclesia tecto submovemus, quia non sunt delicta sed monstra.*

Tertullian.

4. Quidquid autem sit de his Tertulliani testimoniis, indubitatum est, Cyprianum loco supra citato locutum fuisse de Confessione auriculari, ut patet ex verbis subsequenter : *consiteantur singuli quæso vos, fratres dilectissimi, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit in seculo est, dum admitti confessio eius potest, dum satisfactio & remissio facta per sacerdotes apud Dominum grata est.* Quid clarius ? floruit circa tempora Cypriani Fabianus Pontifex, sub quo Philippum Augustum cum filio suo Christianos factos, ex antiquis actis tuetur in Miscellanis Stephanus Balusius, & adstipulantur scriptores perantiqui. De Philippo autem refert Eusebius libro 6. capite 34. *hunc utpote Christianum fama est, in postrema Pascha vigilia precationum in Ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri voluisse : sed Episcopum qui tunc Ecclesia præerat, non prius illi aditum permisisse, quam confessionem scelerum fecisset.* Idem omnino habet Rufinus libro 6. capite 25. qui scribit, id sibi traditum fuisse, ab Episcopo loci non prius esse permissum, nisi confiteretur peccata, & inter pœnitentes staret. Quæ duo testimonia licet non convincerent Philippum Imperatorem ut Christianum peccata sua fuisse confessum, convincunt tamen confessionem apud Christianos in usu fuisse, quin imo & apud Schismaticos, ut palam fit ex Novatianis, de quibus D. Ambrosius libro 2. de pœnitentiâ, cap. 2. *ajunt se exceptis gravioribus criminibus veniam laxare de levioribus.* Idque fecisse præmissâ pœnitentis confessione testatur libro 2. cap. 5. *cum etiam minoris peccati reus vobis factum proprium constitetur.* In eo tamen à Novato Magistro suo ipso recessisse, priori loco refert Ambrosius, *non hoc quidem auctor vestri erroris Novatus, qui nemini pœnitentiam dandam putavit.* Auferebat Novatus claves Ecclesiæ, & consequenter pœnitentium confessionem, quod in causa fuisse existimem, confessionem ad initium quarti

Cyprianus.

Eusebius.

Rufinus.

Ambrosius.



Laëtantius. sæculi fuisse unum ex signis veræ Ecclesiæ, de quo Laëtantius lib. 4. divin. Institutionum cap. 30. sed tamen, quia singuli quique cætus hæreticorum se potissimum Christianos, & suam esse Catholicam Ecclesiam putant, sciendum est, illam esse veram, & in quâ est confessio & pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus subjecta est imbecillitas carnis, salubriter curat.

S. Ephrem. 5. Laëtantio Coetaneus fuit, sed longo terrarum intervallo ab ipso distinctus S. Ephrem natione Syrus, qui Sermone ascetico in illud attende tibi ipsi. Cap. 9. si quis suas tibi enarraverit cogitationes, inquit, suaque detexerit errata, ne mente eum contempseris, tanquam in talia peregerit: sed potius de fratris conversione mirare. Nam quod quis sponte sua peccata spiritualibus viris prodit, correctionis vitæ signum est. Pro Patribus spiritualibus atque Confessariis, ut notatur in margine, pulchra instructio. Ex quâ de recepto in Syriâ confessionis usu docemur manifestissimè, uti & ex Donatistis in Africa, qui quantumvis in schisma prolapsi, promittebant, S. Optato Milevitano teste libro 2. se indulgentiam peccatorum esse duros: eis exprobrat S. Milevitano Episcopus: dum manus impositis & delicta donatis, mox ad altare conversi Dominicam orationem præmittere non potestis. Volebant Donatistæ videri Innocentes & Sancti, cum tamen suos absolvebant ut reos, & in oratione quotidianâ ad altare dicebant: dimitte nobis debita nostra: quo ex loco videre licet, nihil Catholicos inter & Donatistas controversiæ fuisse de peccatorum edendâ confessione, sine quâ delicta donare non poterant: impositâ singulis pœnitentiâ, quam suis imposuisse testatur Opratus in fine istius libri: & ne quisquam putet hæc & multa alia Patrum huius sæculi testimonia, cum confessionis meminert, de publicâ intelligenda esse, S. Basilii Aptocephalicus Cæsareæ Cappadociæ Exarchus in regulis Brevioribus interrogatio-

S. Optatus. ne 229. Numquid flagitiosè facta abiectâ omni verecundiâ enunciari apud omnes debent, an apud aliquos tantummodo; & si hoc, apud quos, & cuiusmodi? Respondet: omnino in peccatorum confessione eadem ratio est, quæ etiam in apertione vitiorum Corporis, ut igitur vitia Corporis nequaquam quibusvis temere homines aperiunt, sed ijs tantummodo, qui rationem, quâ ea curanda sint, teneant. Eodem modo etiam peccatorum confessio fieri debet; apud eos videlicet, qui possunt ea curare. Eos autem esse solos Sacerdotes exponit regula 228. necessariò iis peccata aperiri debent, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Quod si testimonium luce clarius expolitus: en Basilium in canonicâ suâ

D. Basilii epistolâ



epistolâ ad Amphiloichium canone 34. adulterio pollutas mulieres, & consistentes ob pietatem, vel quomodocumque convictas publicare quidem Patres nostri prohibuerunt; ne convictis mortis causam praebeamus, eas autem stare sine communione iusserunt, donec impleretur tempus poenitentiae. Hic omnes auricularis Confessionis hostes appello, ut edisserant, num tempore D. Basilij mulieres publicè confitebantur occulta crimina adulterij: tantum profectò abest, ut ea in aure Sacerdotis confessæ sint, qui & peccatum illud non modo publicare non poterat, sed nec publicam adulterio dignam poenitentiam imponere, neque adulteram extrâ divinos Ecclesiæ ambitus rejicere, ne detegeretur mulieris crimen, ut rectè observat Theodorus Balzamon in expositione illius canonis; nec D. Basilii istius statuti primus auctor fuit, sed quod Patres antea constituerant, ipse firmavit, ut hæc antiqua fuit Ecclesiæ regula, quæ ideo rigidissimè observata extitit, ne quidquam sanguinolentum admitteretur: crimina enim complura eo ipso, quo erant manifesta, juxtâ Imperatorum Christianorum leges poenâ capitali erant plectenda. Quod si Basilio æqualem nec minoris sanctitatis & doctrinæ virum adjungere velimus, adest S. Gregorius Nyssenus ipsius Basilij frater scribens de iis, qui durius & acerbius alios judicant: nunc autem, inquit, qui acerbiores se peccatoribus præstant, eos ad se accedentes propellunt, supplices prostratosque fugiunt, à lacrymantibus oculos remouent, & se totos auertunt. Et intrâ: afflictionis participem & socium sume Sacerdotem ut Patrem... audacter ostende illi, quæ sunt recondita. Animi arcana tanquam occulta vulnera medico rezege, Ipse & honoris & Valetudinis tua rationem habebit. An clarius quidquam pro re nostrâ dici potuit, vix scio: sed cum fratres duos sæculi sui viros præclarissimos ex Oriente adduximus, cum duobus coevis Ecclesiæ Doctoribus ex Occidente finiamus.

Gregorius  
Nyssenus.

Joannes D.

6. Primus sit D. Hieronymus, qui Orientem peragravit, & Damasum quandoque in scribendis epistolis adjuvit, & epistolâ 1. ad Heliodorum loquens de Episcopis & Sacerdotibus, claves regni cælorum habentes, inquit, quodammodo ante judicij diem judicant. Et hi sunt magistri de quibus idem Ecclesiæ Doctor in illud Ecclesiast. 10. Si momorderit serpens in silentio: si quem, inquit, serpens diabolus occultè momorderit & nullo conscio eum peccati veneno interfecerit si tacuerit, qui percussus est, & non egerit poenitentiam, nec vulnus suum fratri & magistro voluerit confiteri, Magister, qui linguam habet ad curandum, facile ei prodesse non poterit: si enim erubescat agrotus vulnus Medico confiteri,

D. Hieron.



confiteri, quod ignorat medicina non curat. Et hæc ultima verba sunt, quæ pro confessionis integritate Sacerdoti facienda ab Hieronymo mutuavit sacrosanctum Tridentinum Concilium sess. 14. de pœnitentiâ capite 5. unde & Franciscus a Messala Hieronominianus verbo Sacerdos pro auricularis Confessionis necessitate contra novatores concludit, quod ut majori cum fundamento fiat, Hieronymo D. Ambrosium addimus magnum illum Mediolanensem Antistitem & secundum Ecclesiæ Doctorem, de quo S. Paulinus Discipulus eius in vitâ: *quotiescumque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiâ lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut & illum flere compelleret. Videbatur etiam sibi cum jacente jacere, causas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur: bonam relinquens exemplum posteris Sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines, nam & secundum Apostolum circa huiusmodi hominem confirmanda charitas est, quia ipse sui accusator est, nec expectat accusatorem, sed pravenit, ut confitendo suum allevet ipse delictum, nec habeat quod adversarius criminetur. Duo hic habemus, exemplum magistri & sententiam discipuli, quorum sæculo quarto celebris per orbem fama vigeat: magistri quidem, quem universa sub cœlo Ecclesia ut Doctorem suum veneratur sanctissimi Mediolanensis Antistitis Ambrosij, qui pro auriculari Confessione tam illustre dedit exemplum, ut cum jugiter confessiones exciperet, fideles illi secretò lapsus confiterentur, in quo ne publicationem aliquam delicti intercedere somnias: causas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur. Confessionem publicam omnibus audientibus faciebat pœnitens in Ecclesiâ, & ob singula peccata graviora imponebat Episcopus nominatas pœnitentias, hic autem Ambrosius indubitatum pro Auriculari Confessione Ambrosij testimonium, & pro ritus istius observatione S. Paulini applausum: bonum, inquit, relinquens exemplum posteris Sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines: quibus verbis taxat quorundam consuetudinem, qui pœnitentes ad aliqua crimina publicè confitenda adigebant. Et ex hisce abundè constat, Confessionem auricularem in usu fuisse apud primitivam Ecclesiam, & à temporibus Apostolorum usque ad Nestorium Constantinopolitanum communi Patrum Orientalium & Occidentalium consensu fuisse observatam: restat nunc ut de ipso*

S. Paulinus.

D. Ambros.

S. Paulinus.



ipſo Neſtario loquamur, & quid hæc de re ſenſerit, in medium proferamus.

## ARTICVLVS II.

## De facto Neſtarij, &amp; quid abrogaverit circa Confessionis uſum.

1. Factum Neſtarij in abrogando pœnitentiario Presbytero ex Socrate & Sozomeno.
2. Socrates in repetendâ origine Pœnitentiarij Presbyteri ſequitur errorem Novatianorum, & ſomniat tempore Decij primùm inſtitutum fuiſſe, id quod refellitur ex Origene.
3. Factum vero Neſtarij ex oculato teſte repetens Socrates ſcribit, mulierem quamdam poſt primam Confessionem Pœnitentiario Presbytero factam, dum Pœnitentiam impoſitam ſola exiſtens in Eccleſia adimplet, à Diacono ſtupratam fuiſſe.
4. Addit mulierem hoc peccatum poſtea confeſſam eſſe, & rem ad Neſtarium delatam, qui Diaconum Eccleſiâ eiecit, unde peccato prodito plebs ita commota fuit, ut Eudemon ſuaſerit pœnitentiarij Presbyteri abrogationem.
5. Ad hoc Eudemonis conſilium abrogatam fuiſſe Confessionem auricularem à Neſtario putant cum Calvino hæretici, ſed re penitus examinâtâ, ex pœnitentiarij abrogatione id nullatenus ſequi monſtratur, & Calvini ac Dallei objectiones refelluntur.
6. Referuntur varia eruditorum ſententiæ, quorum illi veritatem attingerunt, qui nec auricularem Confessionem nec pœnitentiam publicam à Neſtario abrogatam docuerunt.

**F**uit Neſtarius Hieronymo & Ambroſio Coetaneus, & in loco cum Maximi Conſtantinopolitani à Synodo Generali ſuffectus, de cuius facto tam anxie diſputant eruditi. Habes illud apud Socratem libro 5. capite 19. verſionis Valeſianæ: *ſub idem tempus Presbyteros Eccleſiarum, qui pœnitentia præerant, placuit aboleri, idque ob eiufmodi cauſam. Poſtquam Novatiani ſe ab Eccleſiâ ſejunxiſſent, eo quod cum illis, qui perſecutione Decianâ lapſi fuerant, communicare noluiſſent,*



nolissent, ex illo tempore Episcopi pœnitentiarium Presbyterum albo Ecclesiastico adjecerunt, ut qui post Baptismum lapsi essent, coram Presbytero ad eam rem constituto delicta sua confiterentur, & apud alias quidem sectas hac regula etiamnum perseverat. Addit ipsos Homouianos (per quos intelligit Novatianos) Presbyterum pœnitentiarium rejecisse, & pergit: Homouiani verò, qui nunc Ecclesias obtinent, cum hoc institutum diu retinissent, tandem Nectarij Episcopi temporibus abrogarunt ob facinus quoddam, quod in Ecclesiâ commissum fuerat. Mulier quadam nobilis ad pœnitentiarium Presbyterum accedens, delicta post Baptismum à se perpetrata singillatim confessa erat. Presbyter verò pracepit mulieri, ut ieiunijs & orationibus continuis vacaret, quo scilicet una cum delictorum confessione opus etiam pœnitentiâ conveniens ostenderet. Progressu temporis mulier aliud facinus confessa est, Ecclesia videlicet Diaconum cum ipsa stupri consuetudinem habuisse: id cum dixisset, Diaconus quidem Ecclesiâ eiectus est: populus vero graviter commoveri cœpit. Neque enim solum ob scelus, quod patratum fuerat indignabantur, verum etiam eo quod labe haud mediocri atque infamia hoc factò aspersa videbatur Ecclesia. Cum igitur eam ob causam Ecclesiastici homines dickeris appeterentur, Eudemon quidam Ecclesiâ Presbyter, Alexandria oriundus, Episcopo Nectario suavit, ut pœnitentiarium quidem Presbyterum expungeret, unumquemque vero pro arbitrio & pro animi sui conscientia ad sacramentorum communionem sineret accedere. Hæc Socrates, quæ Sozomenus libro 7. capite 16. parum altius repetit: per idem tempus, inquit, Nectarius Constantinopolitanus Episcopus Presbyterum illum, qui pœnitentibus erat, primus ex Ecclesiâ sustulit. Cuius exemplum omnes ferè Episcopi postea sunt secuti. Quid autem hoc sit, & unde originem sumpserit, & quam ob causam sublatam sit, alij quidem aliter fortasse narrant. Ego verò ea dicam, quæ sentio: cum in nullo penitus peccare divinius cuiusdam natura sit, & humanâ præstantioris; pœnitentibus verò, etiam si sapius deliquerint, veniam dare Deus præceperit: cumque in petendâ veniâ peccatum necessariò confiteri oporteat: grave ac molestum ab initio jure merito visum est Sacerdotibus, tanquam in theatro, circumstante totius Ecclesiâ multitudine, crimina sua evulgare. Itaque ex Presbyteris aliquem, qui vita integritate spectatissimus esset, & taciturnitate ac prudentiâ polleret, huic officio præfecerunt: ad quem accedentes ij qui deliquerant, actus suos confitebantur. Ille verò pro cuiusque delicto, quid aut facere singulos, aut luere oporteret, pœna loco indicens, absolvabat consistentes, à se  
ipsis



ipsis pœnas criminum exacturos. Atqui coram hoc Presbytero mulierem illam confessam fuisse, subdit Sozomenus, quorum Historiam à Socrate narratam etiam exhibent Cassiodorus in Historiâ tripartitâ, & Nicephorus libro 12. Historiæ Ecclesiasticæ, capite 28.

2. Notandum verò, Socratem in repetendâ origine pœnitentiarij Presbyteri locutum fuisse juxtâ suæ sectæ doctrinam, quæ tunc temporis rejiciebat potestatem Ecclesiæ remittendi peccata, & quia idem Novatiani tenuerunt tempore Decij de lapsis, quos tunc primum Ecclesia ad reconciliationem per pœnitentiâ admittebat, somniavit Socrates tunc quoque Episcopos primum canoni adjunxisse, ut in singulis Ecclesiis Presbyter quidam pœnitentiæ præset, qui nimirum secretò Confessiones audiret, & quæ peccata pro Ecclesiæ bono publicè enuntianda putaret, pœnitenti publicè confitenda præscriberet: error, qui egregiè refellitur ex Origene scholæ Alexandrinæ perantiquo magistro, qui ante tempore Decij florens hanc Ecclesiæ consuetudinem supponit, sic ut pœnitenti suppetent plures huiusmodi Confessarij, ex quibus unum ipsi eligere liberum esset. Unde rectius Sozomenus hanc Ecclesiæ consuetudinem de auriculari Confessione jam inde à temporibus Apostolorum reperit, seu *sacerdotibus ab initio* id visum fuisse

Sozomenus.

3. *Mulier itaque nobilis* teste Socrate libro 5. capite 19. versionis Valefianæ, *ad pœnitentiarium Presbyterum accedens, delicta post Baptismum à se perpetrata singillatim confessa est.* En confessionem omnium peccatorum, eamque auricularem soli pœnitentiario Presbytero factam: Presbyter verò præcepit mulieri, ut jejuniis & orationibus continui vacaret, quo scilicet una cum delictorum confessione opus etiam pœnitentiæ conveniens ostenderet. En ipsam pœnitentiâ pro satisfactione à Presbytero impositam, eamque non publicam, sed ut verosimile fit ex subsequentiis, occultam. Pergit Socrates: *progressu temporis mulier aliud facinus confessa est, Ecclesia videlicet Diaconum cum ipsâ stupri consuetudinem habuisse.* Verba hæc ex versione Christophoroni sic sonant: *mulier longius in confitendo progressâ alterius culpa se ipsam insimulat: docet Ecclesia Diaconum cum ipsâ dormivisse.* Ex quibus plerique collegerunt, unam eandemque fuisse mulieris confessionem, in quâ singillatim peccata confessa est, & longius in confitendo progressâ

Christoph.



alterius istius criminis sese inſimulavit. Verum in Græco habetur : *ἡ δὲ γυνὴ προβαίνουσα, καὶ ἀλλὸ πλάσμα ἑαυτῆς κατηγοροῦσα*. Id est : mulier procedens aliud facinus confessa est. *προβαίνω* enim propriè significat procedo, & subintelligitur apud Socratem tempore vel ætate, unde non malè Valeſius vertit, progressu temporis. Id enim manifestum fit ex toto contextu, & patet manifeste ex Sozomeno libro septimo cap. 16. versionis Christophorſoni, & eodem capite versionis Valeſianæ, dum huius rei, (pœnitentiæ nimirum peragendæ) causâ in Ecclesiâ moraretur, à Diacono se stupratam esse prodidit. Cum itaque mulier in primâ Confessione iussa esset, jejuniis & orationibus continuis vacare, mansit in Ecclesiâ non in ordine pœnitentium, qui statis temporibus ad Ecclesiam accedebant, & cum Cathecumenis exibant, sed privatim pœnitens & usque ad noctem in Ecclesiâ perseverans, quando & Diaconus illam solam reperiens occasionem habuit cum illâ peccandi.

Valeſius.

Sozomenus.

4. Mulier itaque post stuprum peccati pœnitens, à Diacono se stupratam esse prodidit, idque in secundâ Confessione Presbytero pœnitentiario factâ, ut colligitur ex Socrate, qui pergit : *id cum dixisset, Diaconus quidem Ecclesiâ eiectus est : populus verò graviter commoveri cepit. Neque enim solum ob scelus, quod patratum fuerat, indignabantur, verum etiam eo quod labe haud mediocris atque infamia hoc factò adspersa videbatur Ecclesia*. Sozomenus hæc parum aliter enarrat : quo cognito, inquit, plebs omnis vehementer succensuit, eo quod contumelia illata esset Ecclesiæ : nec mediocri probro expositi erant sacri ordinis viri. Nectarius verò cum diu multumque dubitasset, quidnam in hoc negotio agendum esset, cum, qui stuprum admiserat, Diaconatu exiit. Cum mulier pœnitentiario Presbytero crimen confessa fuisset, res hæc ad populi notitiam pervenit, non quidem ante Diaconi ejectionem, ut innuere videtur Sozomenus, sed postquam à pœnitentiario Presbytero res hæc ad Nectarium fuerat relata, & Diaconus per Nectarium Constantinopolitanum Episcopum fuerat Ecclesiâ eiectus ; inde enim vulgatum crimen, & Clero non mediocris infamiæ nota aspersa : inde etiam plebs omnis vehementer succensuit, tantaque fidelium indignatio exorta est, ut teste Socrate : *cum eam ob causam Ecclesiastici homines dicitariis appeterentur, Eudemon quidam Ecclesia Presbyter, Alexandria Oriundus, Episcopo Nectario suavit, ut pœnitentiarium quidem Presbyterum expungeret, unumquemque verò pro arbitrio, & pro animi sui conscientia ad Sacramentorum communionem sineret accedere*.

Socrates.

Sozomen.

Socrates.

5. Atqui



5. Atqui hoc est consilium, quod secutus Nectarius tot difficultates peperit, ut in iis solvendis huc usque peritorum hælerit industria. Eminentissimus Cardinalis Baronius ad annum 56. existimat, Socratis narrationem fabulosam esse in eo, quod referat, pœnitentiario Presbytero sublato unicuique liberam potestatem datam esse, uti pro suâ quisque conscientiâ ad mysteria participanda accederet. Socrates secunda Novatianus fatetur se hoc Eudemoni obiecit, & initio quidem Eudemoni ista dixi. Consilium tuum ô Presbyter utrum Ecclesia profuerit, an non, Deus viderit. Ceterum ansam ex eo singulis datam esse video, ut delicta sua invicem amplius non coarguant, nec observent præceptum illud Apostoli, quod ita se habet: nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, sed potius redarguite. Quibus ex verbis deducunt Novatores nostri sæculi cum Calvino eorum antesignano, Confessionem sacramentalem à Nectario fuisse abrogatam ad Eudemonis consilium. Verum qui hoc ex factō Nectarij colligunt, nec pœnitentiarij Presbyteri institutum, nec Eudemonis consilium, nec ipsius Nectarij decretum rectè percipiunt. Institutus fuit Presbyter unicus in unaquaque Orientis Ecclesiâ non solum, ut Confessiones exciperet, sicut cæteri confessarij, sed ut ob graviora delicta pœnitentiam præsertim publicam imponeret, cuius iudicium loco Episcopi Presbytero illi soli competeat, unde & à Socrate & Sozomeno vocatus est Presbyter pœnitentiarius. Cum autem omnes hac ratione cogebantur, qui delictum publicâ pœnitentiâ plectendum commiserant, huic pœnitentiario confiteri, & obtrectantes vel iaviti compellerentur, antequam ad sacram communionem admittebantur, visum fuit Eudemoni occasione stupri tam nefandi ex pœnitentiâ per Presbyterum impositâ orti, munus pœnitentiarij Presbyteri in totum auferri debere, & in posterum à cogendis ad tribunal pœnitentiarij gravioribus peccatoribus cessandum, relinquendo cuique libertatem, cui vellet, confitendi. Errat itaque Calvinus, qui somniavit sublata à Nectario Confessionem auricularem; erravit & Dalleus, qui ex factō Nectarij colligit, nullum tunc auricularis Confessionis fuisse in Ecclesiâ usum, quod nec Socrates nec Sozomenus illius hoc in loco meminerint, nec Eudemon Socrati objicienti ansam singulis datam, ut delicta sua invicem amplius non coarguant, responderit, id sufficienter caveri per auricularem Confessionem: quod sine dubio respondisset, si confessio auricularis in usu fuisset. Hæc hominis adversæ religionis obiectio, sed quam debilis, quam vana, nemo prudens non colligit ex dictis. Erat



pœnitentiarij tribunal, ad quod graviora delicta referebant fideles, etiam invicem coram Presbytero illo accusantes, quod proculdubio frenum erat peccatoribus, qui timebant à complicitibus suis acculari, & per Presbyteri illius sententiam in ordinem pœnitentium redigi: sublato pœnitentiaro Presbytero, frenum illud simul à Nectario sublatum fuit, & hoc est quod Socrates Eudemoni obiecit, ansam datam fuisse, ut delicta sua invicem amplius non coarguant, quod non spectat ad Confessionem auricularem, de quâ proinde nec Socrates, nec Sozomenus, nec Eudemon quidquam dicere debebant.

6. Et ex hisce colligere licet, in quibus admittendi sunt, qui à sæculo floruerunt, & hanc Nectarij Historiam inter Catholicos illucidarunt. Ioannes Hesselius Doctor Lovaniensis edito de facto Nectarij opere quodam, & coram Patribus Tridentinis recitato, fusè probare contendit, in pœnitentiaro Presbytero sublatam fuisse publicam de peccatis occultis pœnitentiam, cuius imponendi munus ad pœnitentiarum Presbyterum spectabat. Hesselium magistrum subsecutus est Ioannes Tapperus Academia Lovaniensis Cancellarius in artic. 5. Lindanus Ruremundensis Episcopus libro 4. Panopliæ, Rosensis Episcopus & Martyr artic. 8. contrâ Lutherum, Cardinalis Bellarminus libro 3. de pœnitentiâ, cap. 14. Baronius ad annum 56. numero 35. ubi post alia: *sic igitur non modo non secreta à Nectario, sed nec publica illa est abrogata Exomologesis, qua ex publico ac omnibus manifesto peccato provenit, qua hætenus in Ecclesiâ perseverat.* Magis accedit ad sententiam nostram Perronius contrâ Angliæ Regem, ubi tria Presbyteri pœnitentiarij munia enumerat. 1. Ut indicaret, quandam peccatum aliquod occultum publicè erat confitendum. 2. Quænam item publica pro occultis peccatis pœnitentia esset adimplenda. 3. Pœnitentibus publicis attendere, ut pœnitentias secundum canones & leges peragerent: quæ tria juxtâ Cardinalem Perronium abstulit Nectarius. Et reverà Nectarium hæc tantum abstulisse, & non Confessionem auricularem vel pœnitentiam publicam, ex ipso Socrate deduci potest, qui fatetur idem quod Nectarius abstulit, alios quoque Episcopos abstulisse, sed indubitatum est, alios omnes cum Ecclesiâ retinuisse auricularem Confessionem, ergo juxta Socratem Nectarius non abstulit Confessionem auricularem sicuti nec pœnitentiam publicam, quam omnis sub cælo Ecclesia retinuit, ut infra videbimus, cum ostenderit primùm, per omnes orbis Catholici regiones à tempore Nectarij Confessionem auricularem fuisse observatam.

Baronius.

Perronius.



ARTICVLVS III.

Mens Orientalis Ecclesiæ, post tempora Ne-  
ctarij de Confessione Auriculari.

1. Confessionem auricularem Constantinopoli observatam fuisse post Nectarium, patet ex variis locis D. Ioannis Chrysostomi Nectarij successoris.
2. Firmatur etiam ex Sozomeno, qui Confessionem auricularem à Novatianis quidem abrogatam, à ceteris vero fidelibus observatam fatetur.
3. Idem saculo sexto observatum fuisse, patet ex Ioanne Climaco, Ioanne Abbate in Raytha, & Ioanne Nesteute in libro pœnitentiali per Morinum edito, ex quo ritus Confessionis describitur.
4. Accedit alter Ioannes Monachus, Basilij, ut vocatur, discipulus in canonario manuscripto, ubi & modus confitendi apud græcos exhibetur.
5. Libri pœnitentialibus consonant Patres, qui à sexto saculo in Oriente floruerunt, Anastasius Sinaita in primis in edito de sacrâ Synaxi Sermone.
6. Secundò Anastasius Nicenus, auctor, ut putatur, responsorum ad Orthodoxorum quorundam interrogationes. Tertio Theodorus Studites in vitâ Platonis. Quarto Nicephorus Chartophylax, qui conqueritur munus audiendi Confessiones ad Monachos transmissum fuisse, quod idem asserit Ioannes Patriarcha Antiochenus, qui huius transmissionis tempus annotat.
7. Praclare id ipsum firmatur ex vitâ Basilij Macedonis, editâ à Leone Allatio, ubi duo facta narrantur huc spectantia.
8. Idem probatur testimonio Photij & Ioannis Zonara.
9. Accedit illustre testimonium Theophanis Ceremei Tauromenitani Archiepiscopi.
10. Item confirmat Balzamon referens testimonium Luca Patriarcha, & respondens ad questionem Marci Alexandrini.
11. Consonant Georgius Logotheta, Pachimeres, & Ioannes Cantacuzenus varia pro Confessione auriculari adducens.
12. Item nomocanon Græcus auctore Anonymo per Cotelerium editus,



Nicolaus Cabasilas auctor schismaticus, cui accedit Symeon Thessalonicensis.

13. Ad stipulatur Ducas, qui tempore capta per Turcas Constantinopolim floruit, cui consona refert in Turcogracia Martinus Crusius.
14. Confessionem auricularem confirmant quoque Ritualia graeca, & poenitentialia, & inter alia poenitentialia à Thoma Basilisco ex Codice per vetusto exscriptum.
15. Item rituale Leonis Allatij, & Euchologium Iacobi Goar, ubi & Ritus Confessionis exhibetur.
16. Euchologium Iacobi Goar recentius non est, sed ex variis M. SS. Codicibus usque antiquis editum.
17. Consonant recentiores Graeci Arcudius, Leo Allatius, & Gabriel Philadelphiensis.
18. Accedit gravissima censura Hieremia Patriarcha Constantinopolitani contra Lutheranos edita pro Confessione auriculari.
19. Cyrillo Lucari ab Hollandis corrupto opponit se integrum Constantinopolitanum Concilium anno 1639. sub Cyrillo Berthoensi habitum, & auricularem Confessionem inter alia defendit.
20. Cyrillo succedens Parthenius cum nova Synodo contra Cyrillum Lucarim pro Confessione auriculari pugnavit, quibuscum finis imponitur traditioni Ecclesiae Graecae.

1. **V**T in dubitatum fiat, Orientalem Ecclesiam à tempore Nectarij non abrogasse Confessionem auricularem, ipsa in primis Constantinopolitana Ecclesia occurrit, in qua post Nectarium ad saeculi quinti initium sedit D. Ioannes Chrysoctomus, qui libro 2. de Sacerdotio docet, fideles ad poenitentiam à Sacerdote imponendam obligari: *Christiani, inquit, ultrò sibi persuadeant, Sacerdotum curationi sese submittere oportere. Et ne somniet id fieri sine confessione peccatorum: equidem, subdit, complures recensere possum, quos constat in extrema mala adactos, non ob aliud, nisi quod digna ab eis poena, & qua peccatis perpetratis par esset, exigeretur. Neque enim temerè ad delictorum modum oportet & multam ipsam adhibere, sed tantum conjecturis quibusdam explorandus est delinquentium animus, ne qua fiat, ut dum consuere vis, quod interruptum est, scissuram deteriore facias. Quo loco manifestè docet Chrysoctomus, à Sacerdote non solum delictorum modum cognosci debere, sed & attendi ad delinquentium animum, ut multa respondeat peccato, quae omnia constat à Sacerdote*



Sacerdote cognosci non potuisse sine confessione pœnitentis, quam dum prædecessor Nectarius abrogaverat publicam, de auriculari Chrysoftomum loqui oportuit. Et sic quoque ad Confessionem auricularem peccatores adhortatum fuisse constat, cum homiliâ 33. in Ioannem scribit : *In peccatis, qua commisimus, confitendu neminem vereamur, Deum dumtaxat, ut decet, formidemus, qui & nunc opera nostra videt, & tunc quos in presentia non pœnitet, damnabit.* Quo loco insinuat, confessionem esse pœnitentię partem, sine qua peccator damnandus erit. Consonat homiliâ 38. in Mattheum : *peccatum autem ita maculat, ut nulli fontes, nulla flumina, sed lacryma solum atque Confessio mundare queant* : Homiliâ item 11. in caput 3. Matthei docet tempus Confeſſionis : *tempus quidem Confessionis aquę & lotis Baptismate & illotis prophanisque incumbit : illis quidem, ut post patientia criminum vulnera pœnitentiã interveniente curentur, & ad sacramenta redire mereantur, his vero ut ablutus in Baptismo maculis ad Dominicam mensam mundã jam conscientia accedant.* D. Ioannem Chrysoftomum non modo non favere abrogationi confessionis, quam heretici somniant à Nectario factam, dum uniuscuiusque conscientię reliquerit ad sacram Synaxim accedere, sed potius docere, peccatores ad confessionem obligari antequam Communionem sumant. Et homiliâ 31. in caput 12. ad Hebræos : *nos, inquit de peccatore, ei persuadeamus, quod peccaverit, ut agat pœnitentiã, & cum pœnitentiã egerit, liberetur à suppliciis. Quomodo vis, dic quaeso, de peccatis assequi veniam, si ea nondum sis confessus?* Et ne putes hæc Chrysoftomum scribere de Confessione publicã : *non tibi dico, ut ea tanquam pompam in publicum proferas.* Hoc enim sciebat à Nectario abrogatum. Fateor quidem, ipsum addere : *neque ut te excuses* ; quibus verbis indicare videtur, se illo loco non agere de Confessione Sacramentali factâ Presbytero secretò, sed de confessione, soli Deo factâ, quæ fit in oratione cum renovatâ peccatorum memoriã : hinc tamen non consequitur, Chrysoftomum Confessionem Sacramentalem Sacerdoti factam non iudicasse necessariam, contrarium enim suadet locus ex libro 2. de Sacerdotio citatus, quod confirmat homiliâ 6. in 2. ad Corinthios, dum scribit in veteri lege neminem habuisse potestatem remittenti peccata, præter Deum solum, qui idem faciendi potestatem aliis quoque præbuit Ioan. 20. *Accipite enim Spiritum Sanctum &c.* Quod si quæras à Chrysoftomo, quina n illi sint? homiliâ 85. in caput 20. Ioannis : *magna enim dignitas Sacerdotum.*

Quorum-



*Quorumcumque inquit remisistis, remissa sunt peccata.* Et tomo 1. homiliâ 4. de verbis Iſaiæ comparationem iniens Regem inter & Sacerdotem: *Regi, inquit, corpora commissa sunt, Sacerdoti anima: Rex maculas corporum remittit, Sacerdos autem maculas peccatorum.* Quæ omnia lucem meridianam excedunt, & Chryſoſtomum in lententiâ permanſiſſe innuunt de peccatis Sacerdoti conſiſtendis, cui Deus ſolvendi poteſtatem reliquit.

Sozomenus.

2. Paulò poſt Chryſoſtomum ſæculo 5. floruit in Oriente Sozomenus, quem & Conſtantinopoli verſatum fuiſſe, veriſimile fit, utpote qui Hiftoriam ſuam Theodoſio Iuniori Conſtantinopoli educato dedicavit, & res eius geſtas memoriæ poſteritatis conſecravit. Hic autem quid de conſeſſione ſenſit, indubitatis verbis manifeſtum facit libro 7. capite 16. *pœnitentibus autem, quamvis frequenter deliquiſſent, veniam dare Deus jufferit, & ad impetrandam denique veniam conſiteri peccata neceſſarium fit.* Quid manifeſtius? Deus indulgentiam peccatorum dari pœnitentibus conſtituit, qui illam obtinere nequeunt niſi Conſeſſione peccatorum. Quod ſi id Deus conſtituit, quis tam imprudens, qui Neſtarium Conſeſſionem divinitus inſtitutam abrogaffe ſomniabit? pergit Sozomenus, ab initio Patres, ne conſiteri publicè cogentur, conſtituiſſe Presbyteros in ſingulis Eccleſiis ſeſcretorum tenaces, quibus peccata ſua conſiterentur, *eum accedentes peccata ſua conſitebantur.* En Conſeſſionem Auricularem in terminis, quam ne abrogatam putares, ſolos Novatianos illi contradixiſſe exhibit. *At Novatianiſ quidem, quos pœnitentia nulla cura tangit, iſto nihil opus fuit: in cæteris autem ſectis in hunc uſque diem durat.* Quæ ultima verba veniunt notanda: nam ſectæ nomen ibi non ſumitur pro hæreſi, ut noſtro tempore conſuevit, ſed pro verâ etiam religione probante Tertulliano, qui in apologetico Catholicam religionem *ſectam* nominavit. Sic autem Sozomenum intellexiſſe, patet ex eo, quod ſectarum iſtarum exemplum deducat à Romanâ & Occidentali Eccleſiâ. Et vel hinc indubitatum fit, per omnem totius Orientis Eccleſiam (Novatianiſ exceptis) fideles obſervaffe Conſeſſionem auricularem: *in cæteris autem ſectis in hunc uſque diem durat.* Non itaque Neſtarius eam abrogavit in Conſtantinopolitanâ Eccleſiâ, ſed retinuit ex Apoſtolicâ traditione, & à fine ſæculi 4. uſque ad finem ſequentis ſæculi obſervavit non Conſtantinopolitana, ſed totius quoque Orientis Eccleſia.

3. Floruit ſæculo ſexto Ioannes Climacus Abbas Montis Sinai, qui in



in quarto gradu schalæ scribit : *sed primum omnium optimo iudici nostro præterita vitæ peccata aperiamus, idque vel soli, vel si imperet ille, omnibus.* Addit huius rei illustre exemplum, quod accidit in Monasterio quodam Alexandrino, de quo postea. Quidam in Monachum admitti rogans ubi primum soli præfidi peccata sua confessus fuisset, iussus fuit illa in totius cœnobij conventu publicè confiteri, quam ultimam confessionem publicam inusitatam fatetur Climacus, addit tamen de Confessione auriculari ; *nemo quippe sine confessione veniam delictorum impetrat.* Ad quæ verba commentatur Climaco contemporaneus Ioannes Abbas in Raythu : *quia confiteri simpliciter peccata tenemur ex necessitate divini mandati, patet ex Apostolicis traditionibus, & regulis ab eis propositis Ecclesia Catholica per Spiritum Sanctum, quorum canones & instituta tenentes, Dei Sacerdotibus (juxta eorum præceptum) peccata confitentes, indulgentiam & remissionem accipere efficimur digni.* Quo testimonio nullum deliderari potest expressius. Quod si præter hoc ritum græcorum desideras, en Ioannem Nesteutem, qui in Patriarcham Constantinopolitanum imperante Mauritio ordinatus est, quem pœnitentiarum rigorem minuisse credunt quidem græci recentiores, virum tamen gravissimum fuisse, testatur S. Isidorus libro de viris illustribus : *Ioannes sancta memoria Constantinopolitanus Episcopus, natione Cappadox vir fuit inestimabilis abstinentia & Eleëmofynis in tantum largissimus, ut zelo avaritia adversus eum Imperator Mauritius permotus urbe pauperes pellendos ediceret.* Eum fuisse *vera virtutis Domicilium*, testatur Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, & anno 596. fato functum à Græcis Sanctorum numero inscriptum, constat ex pluribus, & non malè colligitur ex Nicephoro libro 18. cap. 34. scripsit autem hic auctor & Patriarcha libellum pœnitentialem, cuius circà annum Christi 800. meminit Nicephorus Chartophylax in epistolâ ad Theodosium Monachum, fuitque inter Græcos antiquiores celeberrimus, eiusque opus ex Membranis annorum circiter quingentorum Bibliothecæ Altempsiang edidit Græco-latinum Ioannes Morinus post tomum de pœnitentiâ cum hocce titulo : *consequentia & ordo erga eos, qui peccata confitentur, observandus, à sancto Patre nostro Ioanne jejunatore compositus & institutus.* Scripta verò in eâ reperiuntur complurima ad Confessionis auricularis ritum spectantia. Ac primò quidem incipit hisce verbis : *assumit Sacerdos peccata confessurum, & sistit eum coram altari, cantatque cum eo trifagion & psalmum 6. &c.* Addit plura orationum

Climacus.

Ioan. Abbas.

Isid. Hispal.

Nestutes libro pœnitentialem. M. S.



genera pro rectâ confessione instituendâ, quibus finitis pœnitentem instituit ac Catechizat: *Spiritualis fili, ego confessionem tuam primario & præcipue non recipio, nec tibi absolutionem concedo, sed per me Deus (illius enim est opus huiusmodi) peccatorum tuorum Confessionem suscipit, & per nostram vocem horum remissionem dispensat, & largitur sicut per propriam vocem ipse declaravit, cum secundum multam, qua exprimi non potest, eius misericordiam, ita dixit: quacumque ligaveritis aut solveritis super terram erunt in cœlis, illa quidem ligata, hæc verò soluta. Revela igitur & declara coram Sanctis Angelis, nihilque me cœla eorum, qua à te clam facta sunt, velut si Deo occulta Cordium cognoscenti confitereris, &c.* Ex quibus omnibus non nili nimis manifestum fit, hic agi de Confessione auriculari soli Sacerdoti faciendâ. Pergit pro ritu, post instructionem pœnitentis, viros monere, ut capti aperiant, & postquam prociderint ante altare, pœnitentem jubet stare in unâ parte ingressus ad altare, confessorem verò ad alterum latus, & ibi interrogare speciatim de omnibus peccatis, quæ posuit commisisse, ac subdit: *hæc in primis confessorem oportet interrogare consistentem, in universum simul in quotas incidit, ante omnia enim numerus queritur & personarum differentia.* En specialem omnium peccatorum confessionem contra Novatores nostri sæculi: concludit autem Ioannes Patriarcha Constantinopolitanus: *omnia igitur cum exquiserit, & diligenter consideraverit, debet ad singula, quibus consistentem assentiri audierit, dicere: Deus tibi indulgeat. postquam autem omnia recensuerit, & confessionem exceperit, consistente infernè jacente addet: heus & Dominus noster Iesus Christus Deus indulgeat tibi omnia, qua in conspectu eius nullitati meæ confessus es.* Hæc præcipua ad confessionem spectantia, reliqua ad impositionem pœnitentiæ, de qua alibi: hic enim sufficiat, morem excipiendi Confessiones auriculares in Græcâ Ecclesiâ à nongentis & amplius annis orbi Catholico manifestasse. Eadem compendiosè repetit sermone de Confessione & pœnitentiâ, ne videretur aliquid inconsideratè scripsisse in libello pœnitentiali, à quibus repetendis supersedebimus, cum prioribus manifestè consonent, ut si Ioannes Iejunator operis istius auctor non fuerit, græcus aliquis ex ipsius pœnitentiali libello ea expresserit. Illius libri pœnitentialis sub titulo, *ex nomocanone Nestæuta*, fragmentum refert Theodorûs Balzamon Patriarcha Antiochenus in fine commentariorum ad Epistolas Patrum Canonicas: plurima quoque fragmenta sub Iejunatoris nomine citantur apud Harmenopolim







que se nihil amplius habere, ipse vero non dimittens qua non iudicavit, vel non interrogavit, vel qua pœnitens aut oblivione aut pudore tacuit, tunc in terram sese dejiciet, jacebit & non se eriget, ipsique Sacerdos adprecabitur eiusmodi. Subdit orationem Sacerdotis, & eâ finitâ confitentis erectionem ac amplexam mutuam, & subdit de confessorre: postea cum ipso sedet, eumque hilari facie interrogat, qualem pœnitentiam ex tribus prædictis velit accipere. Hic ritus audiendi Confessiones auriculares antiquissimus, quem ipse Ioannes Monachus sese sæpius testatur observasse, uti & ab aliis confessoribus observatum & observandum, coactus, inquit, à quibusdam fidelibus litteris mandavi.

5. Nec solum libros pœnitentiales græcorum antiquissimos, sed & ipsos Patres Græcos Confessionem auricularem prædicasse jam inde à sæculo 6. post laudatorum pœnitentialium saltem prioris Epocham, evincunt verba S. Anastasij Sinaitæ, qui ex Monacho montis Sinai Antiochenam sedem obtinuit ab an. 561. usque ad an. 599. quo die 21. Aprilis vivere desiit: edidit istius Patriarchæ Antiocheni sermonem de sacra Synaxi Franciscus Combefis in auctuario græcorum Patrum, ubi invehitur in eos, qui cum peccatis ad sacram communionem accedunt: *nec satis est, inquit, in Dei Ecclesiam ingredi, divinasque sanctarum imaginum figuras, venerandasque cruces honorare ac osculari: neque verò manus aquâ abluere, id purgatio est: sed fuga ac ablutio sordium peccati; inque Confessione & lacrymis, animoque humiliato, ac supercilio detractò, peccatorum abstergere maculas, sicque ad insemmerata mysteria accedere.* En Confessionis necessitatem ante sacram communionem pro peccatoribus, cuius modum statim subjicit: *confitere Christo per Sacerdotes peccata tua, condemna actiones tuas, & ne erubescas. Est enim confusio adducens peccatum; & est confusio gloria & gratia. Condemna te in conspectu hominum, ut coram Angelis, totoque mundo iudex te justificet, pete misericordiam, pete veniam: pete remissionem præteritorum, ac liberationem à futuris, ut digne ad Sacramenta accedas, ut pura conscientia Corpus & Sanguinem sumas, ut tibi cedat ad emundationem ac expiationem, non ad iudicium. Audi admirabilem Paulum dicentem, probet autem quisque se ipsum, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indigne, &c.* Hæc magnus ille Anastasius Sinaita, cuius verba si ponderentur, & juxta ritum librorum pœnitentialium ponantur, eundem sensum spirare nemo negare poterit. Quod autem de Confessione auriculari loquatur, probatione non indiget, cum illa verba lucem meridianam excedant,



cedant, confitere Christo per Sacerdotes peccata tua. Sacerdotes autem sunt homines illi, in quorum conspectu peccatorem se damnare debere, subdit idem Patriarcha, qui ulterius in exponendâ sacrâ Synaxi progressus, ubi pervenit ad illa Sacerdotis verba, *Sancta Sanctis*, pergit, *abjice abs te omnes malitia sordes, & tunc accedito, emundantemque Carbonem illum suscipito.* Ac si diceret, peccatorem post Confessionem Sacerdoti factam, posse ad sacram communionem accedere, quibus omnibus nihil clarius desiderari potest pro Catholice veritatis defensione. Testimonium autem illud cum integro sermone debemus ante Combessium Henrico Canisio, qui eum ex Codice M. S. Bibliothecæ ducis Bavaricæ primò græco-latino edidit.

6. Auctor responsorum ad Orthodoxorum quorundam interrogationes, quæ extant tomo primo Bibliothecæ Patrum, editionis 3. per Margarinum de la bigne, Confessionem auricularem manifestissimè demonstrat. Responsorum illius auctorem, licet quidam ad annum Christi 1050. aut 1078. ablegarint, fuisse tamen Anastasium Nicænum Episcopum, qui ad sexti sæculi finem floruit, ostendunt græca exemplaria, quorum fidem secutus fuit Gentianus Herverus in illorum editione. Quin imo aliquorum exemplarium fide inductus Labbeus libro primo de Scriptoribus Ecclesiasticis, existimat auctorem esse Anastasium Sinaitam, qui supra, & quæ addita sunt post ipsius tempus testimonia Patrum, ab alijs posteriorum temporum amanuensisibus atque librariis inserta esse. Quidquid sit de auctore, quem communis opinio huc usque Anastasium Nicænum Episcopum retinet, proponitur quæstio 6. *fitne bonum confiteri peccata viris Spiritualibus? &* ad eam reponit Anastasius Episcopus: *est bonum & valde utile: sed non iis, qui earum rerum sunt imperiti & rudes: . . . Si ergo inveneris hominem spiritualem qui possit tibi mederi, citra pudorem & cum fide, confitere ei tanquam Domino & non homini. Cum de anima tua agitur, non te pudeat. Et infrà quorundam errores refellens; qui autem stulte vel potius impie dicunt, nihil prodesse eam, quæ sit hominibus confessionem, propterea quod sint similiter vitis obnoxij & animi perturbationibus: solum enim Deum posse tollere peccata: sciant, qui hac dicunt, primum quidem quod sua nequitia & amentia prætextum obtendunt. Deinde dicta ipsius Domini circumscribunt, qui dicit suis ministris, quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata in cælo, & rursus si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, si quorum retinueritis retenta sunt. Et vos estis lux mundi & sal terra. Deinde ipsius quoque fra-*

Anastasius  
Nicænus.



tris Domini secundum carnem, qui dicit: *confitemini alterutrum peccata vestra &c.* Et infra, *peccatorum confessio eandem habet rationem, quam ostensio morborum corporis. Quomodo ergo morbi corporis non aperiuntur omnibus hominibus, neque quibuslibet, sed de iis qui eorum curandorum sunt periti: ita etiam peccatorum confessio debet fieri apud eos, qui possunt curare sicut scriptum est: vos qui potestis, partite: hoc est, tollite per curationem. Necessè est ergò confiteri peccata iis, quibus credita fuit dispositio.* Hæc de Confessione auriculari indubitata testimonia, quæ & ante annum Domini 800. Theodorus Studita scripsit observata à S. Platone, cum eum ab adolescentiâ Pastori animæ suæ confiteri peccata consuevisse, narravit in vitâ, quam nuper publici juris fecerunt in actis Sanctorum P.P. Henscenus & Papenbrochius, illi enim in vitâ Platonis ad 4. Aprilis hæc referunt capite 1. auctore Theodoro Studita: *Hegumenorum cuidam occultos animi sui motus affectusque confitens præbebat sui ergà Deum amoris indicium manifestum. Confessiones vero audientem implebat admiratione tam consummata perfectionis.* Et Nicephorus Chartophilax post annum 800. in epistolâ ad Theodosium Monachum, cum ligandi solvendique Provinciam ipsis Pontificibus à Deo scribit demandatam: *olim, inquit, omnes oportebat ad ipsos Pontifices accedere, suaque illis occulta prodere, & sic vel reconciliationem vel repudium ferre. Ignoro autem, qui factum sit, cur hæc minus observentur, quamvis existimem Pontifices negotij radio frequentique multitudinis turbulentiâ defatigatos, id operi ad Monachos transmississe: ad eos scilicet, qui vere probati sunt, aliisque valeant esse utiles.* Quibus ex verbis patet, munus audiendi confessiones ante sæculum nonum ad Monachos probatioris fuisse devolutû, quod ipsum luce clarius testatur Ioannes Patriarcha Antiochenus in oratione per Cotelerium in monumentis Ecclesiæ græcæ edita. Ibi enim loquens de Leone Isauro Iconomachicæ hæresis duce, & tamquam iurato Monachorum hoste, subdit: *ab ijs quippe ipsis, quos persequeretur Monachis, per inexpugnabilem Christi vim eversus est cum suis Iconomachicis præstigiis, & cecidit ingenti casu. Igitur ab eo tempore ad hunc usque diem, elapsis jam quadringentis annis adeo à cunctis fidelibus cultus honoratusque fuit Monachorum ordo, ut confessiones ac enunciationes peccatorum, consequentesque censura & absolutiones, ad Monachos translata sint: quemadmodum in præsentiarum quoque fieri videmus.* Ex elapsis quadringentis post Leonis Isauri tempora annis rectè colligitur tempus, quo scripsit hic Ioannes Patriarcha Antiochenus,

Vide canon.  
102. Trul.

Theodorus  
Studita.

Nicephorus.  
Chartophil.

Ioannes  
Antiochen.



chenus, statuiturque sæculum 12. quo floruit, & quo munus audien-  
di confessiones ad Monachos delatum fuisse, nec expressius dicere,  
nec clarius potuit exprimere.

7. Ut verò hoc ipsum manifesto comprobem exemplo, præcla-  
rum habemus in edita per Leonem Allatium in libro, cui ΣΥΜΜΙΚΤΑ  
nomen dedit, Basilij Macedonis vitâ, quam Constantinus Impera-  
tor illius nepos congesit: contigit sub Manuele, qui anno 842.  
Orientale imperium suscepit, Basilium una cum Theophilo ob ne-  
gotia publica ad Peloponnesum delegatos fuisse: cumque pervenissent  
Patras Achaïæ civitatem, primum Theophilum, & deinde Basi-  
lium Apostoli Andreae templum ingresses, ut sanctum sibi propitium  
redderent. *Monachus (verò inquit auctor) in eo immorans, &*  
*potissimam temporis partem ibidem occupatus Theophilum introeuntem*  
*conspiciens, neque assurrexit, neque fausta precatus est. . . Postmodum*  
*Basilio intranti sanum tanquam unum ex primoribus assurrexit, consuetam-*  
*que Imperatoribus acclamationem intonuit. Hoc autem ubi narratum*  
*fuisse mulieri prænobili ac prædiviti ea incolenti loca, illa experimento*  
*Monachum agnoscens futura providendi gratiâ præcellentem, dictum*  
*arripuit, accersitumque, factum improperans, alloquitur: τὸς ἔτος ἑξή-*  
*νος, ἐξ ὃς σοι γνώριμος ἐρη, τυγχάνω, πᾶτερ πνευμαλική, καὶ οἶδας*  
*με πάντως οὖσαν ὑπὲρ τοῦ πολλοῦς, &c. Tot annos, Pater Spiritu-*  
*alis, vitam meam perspectam habes, & me pluribus, qui in hac re-*  
*gione degunt, antecellere &c. Quæro hic, undenam nobilis illa mulier*  
*dicere potuit, Monachum illum vitam ipsius habuisse perspectam,*  
*nisi ex Confessione quam in templo S. Andreae semper occupatus au-*  
*dire consueverat, & cui ipsa sæpius confessâ erat, unde ab ea vocatur:*  
*πᾶτερ πνευμαλική Pater Spiritualis, quo nomine Confessarij apud*  
*Græcos, appellari solent: ut autem aliud ex eadem Basilij vitâ ad-*  
*jungam, narrat auctor numero 20. cum sceleratus aliquis ex mandato*  
*impiissimi Imperatoris Michaelis Basilium inter venandum hastâ*  
*transigeret, aberravit, qua præteriens terra infixâ est: eum verò*  
*equus ex improvise frena mordens, raptum una secum abrupta per saxa*  
*precipitem egit, ut eo casu finem quoque vita invenerit. Stulte postmo-*  
*dum pœnitentiâ ductus, ut tradunt, consortibus scelerum imperabat, ne*  
*imposterum innocentem aggredi auderent, nisi velini & ipsi eodem atque*  
*ille exitio vitam ponere: καὶ τίνα ἦ εὐλαβῶν προσκαλεσάμενος, μετὰ*  
*τῶν λοιπῶν ἀτοπιμάτων αὐτοῦ καὶ ἀνομιῶν καὶ τῆτο ἐξομολογησάλο,*  
*καὶ ἐξηγόρευσε. Et cum piùm virum accersivisset, cum aliis suis sceleribus*  
*& iniquitatibus id quoque edixit, & confessus est.*

Vita Basilij  
Macedonis.



Photius.

Zonaras.

8. Præclarum est testimonium, quod habemus ex Photio Patriarchâ Constantinopolitano, qui titulo 9. sui Nomocanonis, cap. 39. agit, *de pœnitentiâ, & quinam facultatem habeant dandi pœnitentibus absolutionem.* Citatque inter alia, canones sextum & septimum Concilij Carthaginiensis, qui agunt de reconciliatione pœnitentium cum consensu Episcopi faciendâ. Ad quæ Ioannes Zonaras in scholio canonis 7. merito autem à pœnis liberandi potestas Episcopis adjudicata fuit, cum ob explicatam rationem, tum quia summis Sacerdotibus, quos penes ligandi atque solvendi auctoritas est, propriè verborum illa prolatio convenit. Quin imo Monachi quoque, qui hoc tempore confessiones excipiunt, nisi Episcopo concedente id faciant, neque ligandi neque solvendi ullam facultatem habent. Sacris enim Apostolis ea potestas à Christo data: in Apostolorum porò locum summi Sacerdotes substituti atque suffecti sunt. Quid clarius, quid expressius? & Zonaræ in scholio conlonat Balzamon, de quo tamen infra.

Theophan.  
Cerameus.

9. Theophanes Cerameus Archiepiscopus Tauromenitanus, cuius homilias Græco-latinas ex multis Manuscriptis Codicibus cum Vaticano Collatis edidit Franciscus Panormitanus, qui eum tempore Photij floruisse putat, cuius datam ad Theophanem refert epistolam; habet verò Archiepiscopus ille homiliâ 20. illustre testimonium pro Sacramentali confessione: *praterèa quoniam sacri jejunijs tempus adest, ad confessionem festinemus omnes, nec eam quisquam pratermittat. Quis enim fructus, à medico peccati ulcus abscondere, & exterius jejunijs medicamen apponere? confitere prius peccata tua, ut justificeris, admonet te Propheta: predonem ac furem animarum nostrarum per Confessionem pudore suffunde. Quando enim nos viderit abominanda ipsius opera pravasque cogitationes secretas pandere, minus nos aggreditur, & evadit infirmior. Ita qui pra pudore peccatum extenuat, serpentem alit, & audaciorem efficit Draconem in umbilico insidentem, ut ait Iob. Verum quemadmodum cervus Serpentes extrahens è cavernis terra, naturali quadam virtute interimit, ita confessio abscondita cordis aperiens, ea delet. Omni enim morbo statim cognito remedium facile adhibetur: qui vero pro metu tegitur, difficulter juvari potest. Qui autem tempore invaluit, prope insanabilis est. Quid igitur curationem fugis, ut Phrenetici medicos solent? quid confessionem times, ut aquam rabiosi? audacter accede, ne te pudeat Sacerdotis. Nam & ipse corpore circumdatus est; & earumdem particeps passionum. Si fassus fueris, qua peccaveris, statim deletur Chirographum peccatorum, & anima onere gravi levatur.*

mens



mens ab obfusante se nebulâ purgatur ; conscientia stimulis liberatur ; tunc & jejunium sanctum , & Eleemosyna erit accepta. Sic sine offensâ tempus jejuniî transigemus. Hic habes manifestè auricularem Confessionem tempore quadragesimæ , quam nemo prætermittere poterat , nec eam , inquit Theophanes , quisquam prætermittat. Inter græcos autem numeravimus , licet Tauromenium urbs Sicilia sit , quod Constantinopolitanos Patriarchas tunc Siciliam sibi vendicasse , & à græco Patriarchâ Theophanes illi Ecclesiæ præfectus videatur , græceque constet scripsisse homilias magno Ecclesiæ bono anno 1644. per Franciscum Scorsum Parisiis editas.

10. Sæculo 12. floruit Balzamon Schismaticus Antiochenæ Ecclesiæ Patriarcha , qui in commentariis aut scholiis interrogationum quorundam Monachorum , & responsum Sanctæ sub Nicolao Patriarchâ Synodi Constantinopolitanæ , ad quæst. 11. notat , quod permulti ex Monachis hominum peccatorum Confessiones audiunt. Extant hæc tomo 8. Bibliothecæ Patrum de la bigne , quod idem animadvertit in notis ad can. 6. Synodi Carthaginiensis , quem interpretatur contra Monachos Confessionem sine autoritate Episcopi audientes. Nota , quod qui sine Episcopali permissione hominum confessiones excipiunt sacri Monachi , malè faciunt. Et can. 133. contra revelatores esse intelligendum : nota ergo præsentem canonem propter Episcopos & Monachos , qui peccatorum hominum supputationes audiunt , & testimonium ferunt adversus eos , qui dicuntur fecisse apud eos Confessionem criminis. Addit Patriarchæ Constantinopolitani manifestissimum testimonium : Sanctissimus quidem certè Patriarcha Dominus Lucas excommunicationis pæna subiecit monasterij Gerotrophij præfectum , qui fuerat Archiepiscopus Heraclea , quod tale testimonium tulisset adversus suum spiritualem filium. Habemus igitur duorum Patriarcharum Orientalium luculentissima testimonia , quæ indubitatum faciunt , Confessiones auriculares vel secretas etiam tempore schismatis fuisse in usu apud Græcas Ecclesias , adeo ut Lucas Constantinopolitanus Episcopum Heracleensem spiritualis filij delictum ex Confessione notum revelantem excommunicarit , idque approbet Balzamon Patriarcha Antiochenus in jure canonum versatissimus , cuius opera ex græco latinitate donata edidit anno 1561. Parisiis Gentianus Hervetus , & nuper reexcusit in Pandectis Canonum Gulielmus Beveregius Oxoniæ in Angliâ , qui & in notis ad canonem 6. Carthaginiensem refert Marci Alexandrini quæstionem Balzamoni propositam : sacerdos

Balzamon.

Lucas  
Patriarcha.



Marcus  
Alexandrin.

*secularis rectè confessiones aliquorum hominum cum permissu Episcopi suscipiet, an non?* respondet vero Balzamon resp. ad Mar. Alexand. interrogatione 19. *Divini canones, qui confessionem reconciliationis Sacerdotibus cum Episcopali permissione committunt, multo antiquiores sunt S. Pachomio, qui dignus habitus est, ut per visionem Angelicam Monachorum habitum videret: quamobrem Monachorum nusquam meminerunt, sed Presbyterorum absolutè. Episcopali ergo judicio laicis Sacerdotibus jus confessionis efficaciter concedetur, & per eam reconciliatio pœnitentium.* Hæc Balzamon à Beveregio averse religionis viro laudatus, qui dum respondet ad Marcum Alexandrinum, Confessionis usum suo tempore ubique innuit receptum.

Georgius  
Logotheta.

11. Captâ ad initium 13. sæculi per latinos Constantinopoli, ab illis temporibus Historiam suam Byzantinam Georgius Logotheta usque ad Imperium Michaelis Paleologi deduxit, & cap. 74. narrat, quod ubi Theodorum Imperatorem morbus invasit . . . propè finem in animo suo dedit pœnitentiæ locum, & monasticum habitum induens, quemadmodum res illius sedulo ac curiosè intuiti mihi narrarunt, confessionem peccatorum animo generoso ac magnifico dignam absolvit; quippe Evangelicam amulatus meretricem Mitylenensem Archiepiscopum pro delictorum confessione accersens, ante illius pedes in solum obvolutus lacrymarum indefinenter fluentium rivis, terram, in qua jacebat, conspersit. Adeo ut ex illis lutum concinnatum sit. Sic qui illa conspexere plane nobis affirmarunt. Et sæpe illud, *deserui te Christe, inter confessionis verba immiscens inelamabat.* Hæc Georgius Acropolita magnus Logotheta de Imperatore Theodoro, qui ut rectè notat Ioannes Possinus, obiit anno 1259. nec solus hic Imperator fuit, qui Confessionem suam fecit, commune id fuit Græcis Imperatoribus quantumcumque schismaticis: enimverò de Andronico Seniore scribit ipse Imperator Cantacusenus lib. 2. cap. 16. habuisse *Patrem Spiritualem.* Et Georgius Pachymeres Romæ typis Barberinis excusus in Andronico Paleologo, libro secundo, capite 27. testatur, eundem Imperatorem sibi inter Patres Spirituales assumpsisse Cosmam Hieromonachum, de quo plura illo capite pertractat, cuius iste est titulus: *de Hieromonâcho & Confessario Imperatoris Cosmæ.* Quod si aliud Imperatoris Constantinopolitani testimonium exoptules, en Ioannem Cantacusenum non quidem de seipso, sed usu Constantinopolitanæ Ecclesiæ attestantem libro tertio Historiarum, cap. 40. *Qui in Constantini magni palatio pincti attinebantur, cum jam dies jejuniorum agerentur, & quemque*

Cantacus.

Pachymeres

Cantacus.

de



de rebus suis ad Patrem Spiritualem referre, peccatorumque Exomologesim instituere oporteret: quandoquidem ipsis introducere, cui fiderent, non licebat, petierunt à Magistratibus, ut eo mitterent, quem vellent. Qui Glycam quemdam hominem nequam poculis & aliis inhonestioribus rebus vacantem magno quod dicitur scemate (veste Monasticâ) indutum pro Spirituali Patre mittunt: cui mandat explorare illorum animos, quid de Cantacuzeno sentiant, num alios norint, qui secum paria sentiant. Glycas personam hanc quasi gratia libenter induit, & ad vincos adiens post admissorum Confessionem, quemque sejunctim etiam de Cantacuzeno, quid meditaretur, interrogat. At illi non quod erat, sed revera Patrem Spiritualem, factioni autem Patriarcha & Apocauchi deditum suspicari, à peccatis detegendis omnino ex timore abstinerunt. Illus vero ille, cum nequitia sua nihil promovisset, inde exit. Nihil hic horror de fraude per Glycam intentatâ, unum idque gravissimum assumo de auricularis Confessionis usu Imperatoris Cantacuzeni testimonium: cum jam dies jejuniæ agerentur, & quemque de rebus suis ad Patrem Spiritualem referre, peccatorumque Exomologesim instituere oporteret. Quid illustrius excogitari potest? quid in rem nostram adferri expressius? vinciti illi, quicumque tandem erant, orientalis Ecclesiæ alumni cum cæteris Græcis Confessionis lege tenebantur, quam peccata sua Patri Spirituali referendo adimplebant, sicut & Glycæ ut Patri Spirituali Confessionem peccatorum fecerunt.

12. Nomocanon Græcus auctore Anonymo per Cotelerium editus & latinitate donatus habet numero 40. *præcipimus, ut mulieres in Narthece consteantur*, & post alia numero 44. *qui Confessiones audit, debet esse aut secularis Sacerdos, aut Monachus Presbyter. Simplex Monachus non suscipiat. Neque homini non sacrato, aut Sacerdoti, cui prohibitum fuit ministerium suum, licet Confessiones admittere.* Et num. 97. *Sacerdos accersitus ad agrotum mortis tempore, ut eius Confessionem excipiat, si neglexerit dicens sibi non vacare, & mortuus fuerit agrotus, peccatum in Sacerdote erit.* Hæc ibi: anno autem 1350. floruit Nicolaus Cabasilas Archiepiscopus Thessalonicensis, homo valde doctus, sed schismaticus. Hic vero in liturgiæ expositione edita primum per Claudium de Sainctes Theologum Parisiensem in opere liturgico c. 29. *de morte autem Christi, quis nescit eam esse solam, qua peccatorum remissionem in mundum introduxerit? sed illud etiam scimus, quod post mortem illam etiam fide & pœnitentiâ & confessione opus est, & Sacerdotum oratione, nec potest homo solvi à peccatis, nisi hæc præcesserint.*

Nomocanon  
Græcus.

Cabasilas.



Symeon  
Thessalonic.

Hæc Cabasilas Thessalonicensis Metropolitæ in illo potissimum capite expositionis liturgiæ, quod ex professo contra Latinos & Romanam Ecclesiam conscripsit. Huic addo alium schismaticum Archiepiscopum Simeonem Thessalonicensem, qui seculo 15. ad annum 1430. floruit, cuius librum sive dialogum de Sacramento pœnitentiæ ex Codice Vaticano exscriptum edidit Ioannes Morinus post librum de pœnitentiâ: & in eâ docet, quod *confessio & pœnitentia necessaria sint Sacerdotibus & Monachis & laicis, Apostolus testatur dicens: confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini.* Et cum dixisset, pœnitentiam esse unum ex Sacramentis, cuius pars nimirum est confessio, pleraque ad Confessionis ritum spectantia attingit: oportet Confessorem in loco nitido, praclaro, & sacro, privatim & extra tumultum sedere cum reverentia Hilarem, animo, vultuque mansueto, divinam charitatem oris habitu & moribus demonstrantem: consistentem autem cum fiducia, divino timore & reverentia in conspectu confessoris, potius vero in conspectu ipsius Christi sedere, cum per confessorem Christo confiteatur, qui remissionem largitur; eumque exhortari veritate, nihilque occultare. Ubi ipsius auricularis Confessionis non modo species, sed & ritus exprimitur, cunctorumque peccatorum coram confessore enuntiatio: & de hac Sacramentali confessione subdit infra: *omnes igitur ad eam edendam festinemus, quia omnes eâ opus habemus.*

Ducas.

13. Prædictis addo Ducam Michaelis Ducæ nepotem, qui floruit tempore captæ per Turcas Constantinopolis, & in Historiâ Byzantinâ c. 37. testatur, post Florentinam Synodum diffidia græcorum perseverasse: *omnium conspectui, inquit, portentosa discordia observabatur in studia contraria discedentibus ijs, qui confessiones audiendi munere fungebantur. Ad eos enim accedentes Christiani peccata sua confessuri, interrogabantur, num cum ijs, qui ab Ecclesia communione rescissi erant, communicassent? num ab Henotico celebrata liturgia interfuissent? fatentibusque pœnitentiâ causâ, dura pœna inflicta, multaque gravis dicta. Peractâ deinde ex more pœnitentiâ, &c.* Hæc Michaëlis Ducæ nepos ipse Ducas de suis Græcis schismaticis, qui Henoticos seu Romanæ Ecclesiæ unione conjunctos respuebant, & schisma fovebant post Florentinum Concilium eo ipso tempore, quo ante annos ducentos & viginti quinque captæ fuit per Mahometem Constantinopolis. Historiam Patriarchicam post captam à Turcis urbem, egregiè prosequitur libro 2. Turcogræciæ Martinus Crusius, qui testatur de secundo Patriarcha



triarcha sub Turcarum imperio Constantinopoli creato Ildoro Hiero-  
monacho : solebat hic Confessiones peccatorum totius civitatis audire , Crusius.  
quem propter virtutis sua excellentiam suffragis antistitum , clericorum ,  
totiusque populi Patriarcham factum , renunciavit Haracleensis præsul  
presente Pontificum cœtu secundum leges. Quid manifestius ? receptum  
ab antiquo auricularis Confessionis usum Græci schismatici ad finem  
usque frequentant , nec deserunt post translatum in infideles regni  
Constantinopolitani sceptrum , aut occupatum per infidos Orientale  
imperium.

14. Quid plura ? consonant omnia Græcorum Euchologia & pœni-  
tentiales libelli , quorum memoria post duo supracitata ad nos perve-  
nit , & quibus usi sunt Græci posterioribus sæculis. Pœnitentialem  
quemdam libellum ante annos circiter centum à Thoma Basilisco  
græco Diacono ex vetusto codice exscriptum , & in Bibliothecâ Emi-  
nentissimi Cardinalis Barberini servatum , edidit Ioannes Morinus  
post tomum suum de pœnitentiâ , & in eo post quasdam preces à Sacer-  
dote ante auditionem Confessionis ad Deum emissas , & quosdam  
ritus à pœnitente observatos : *hæc actus* , inquit , *mansuetâ voce ipsum*  
*interrogat, frater propter quid ad Deum accessisti & ad me ? ne erubescas :*  
*non enim mihi confiteris sed Deo, in quo subsistis.* En auricularem Con-  
fessionem , pergît verò in interrogationibus hoc modo : *comedisti*  
*carnem mortuam : violenter irruisti in masculi stuprationem ? clam au-*  
*ditâ in alterius perniciem retulisti ? aliquem ad mollitem provocasti ?*  
*magos interrogasti ? filius tuus sine Baptismo mortuus est ? uxorem verbe-*  
*raſti & vulneraſti ? mollitiem passa es ? sceneratus es sapius ? & post-*  
*quam de similibus peccati complurima interrogaverit : postquam, subdit*  
*libellus , ipsum minutim interrogaveris , accipe tabulas , sive indiculum*  
*tuum , & inquire , quale illud est peccatum , atque siste consistentem co-*  
*ram hoc libro , ut videat , qualis peccato pœnitentia imponitur , postea*  
*hæc dicit : fili mi Spiritualis N. Ego humilis & peccator sum , illius ,*  
*qui mea humilitati confiteretur , peccata super terram dimittere non valeo.*  
*Nullus est , qui peccata dimittere possit , nisi solus Deus. Sed propter*  
*hanc à Deo pronuntiatam vocem Apostolus post ipsius resurrectionem di-*  
*centem : quorum remisistis peccata , remittuntur eis , quorum retinueri-*  
*tis , retenta erunt : huic voci & nos confidentes dicimus , quacumque de-*  
*clarasti minima mea humilitati : quacumque non es confessus , vel propter*  
*ignorantiam , vel propter oblivionem qualemcumque Deus tibi dimittat in*  
*hoc sæculo & in futuro, vade in pace. Quid desiderari potest præclarior ?*

Pœnitentia.  
Libel. M. S.



Morinus.

Eucholog.  
Græcorum  
Leonis Allat.Eucholog.  
Iacobi Goar.

15. Leo Allatius Euchologium Græcum nactus excerpta ad pœnitentiam spectantia transmisit ad Ioannem Morinum, qui ea edidit, notans (cum Leo Allatius scriplerat, Codicem nec esse ita recentem, nec antiquum, bona tamen nota,) in unâ tamen oratione scriptum fuisse, anno 7084. Hoc est mundi secundum Græcos, qui latinis anno Christi 1576. respondet. Exiit in illo Euchologio facultas audiendi confessiones data Monachis à Germano Misericordiâ Dei Amathuntis Episcopo præfecto urbis Nemefi & Cureorum: *Humilitas nostra ex gratia & dono Sanctissimi, & vita auctoris Spiritus, concedit & impertitur honorando inter sacros Monachos Domino N. exercendi Spiritualis paternitatis ministerij facultatem & auctoritatem.* Et ut noscas, in quo consistat: *debet confessor ipsum adentes verbo & opere ad cogitationum abditarum confessionem adhortari, postea juxta opera, in quibus peccaverunt, canonem ipsis imponere.* Et intra: *eos autem, qui ad Sacerdotij dignitatem promoti sunt, sic inquirere, & profundas cordis eorum cogitationes inquirere & scrutari debet, ut in confitente nihil profus intentatum relinquat: quibus omnium peccatorum non minus confessio indicatur, quam auricularis dilucidè continetur.* Iacobus Goar Dominicanus, qui in insulâ Chio multis annis commoratus est, Euchologium seu Rituale Græcorum, latinitate donatum Parisiis impreffit. anno 1647. & habetur in illo potestas audiendi Confessiones his verbis danda: *humilitas nostra tibi in Monachis Sacerdoti Mattheo Spiritualis Paternitatis ministerium confert. Vnde & rationes & acta, variosque pro confessione ad te accedentium casus excipere, & juxta cuiusque vires, peccatorumque discrimen ratione habitâ, pœnitentiam & omniam salutem teneris administrare. Ligabis enim, qua ligari oportet, & solves, quod solvi necesse est, ut cooperator & minister data nobis à Deo Spiritualis & Apostolica gratia pro humanarum salute. Quâ ex formulâ auricularis Confessio præclarior apparet, quam ut expositione indigeat. Pergit vero Euchologium de officio eorum, qui peccata confitentur, & post exhibitas quasdam preces à confessorio & pœnitente ad Deum fufas, mox eum suavi voce interrogat confessor: *frater ut quid ad Deum & ad me accessisti: ne verearis: non enim mihi sed Deo, coram quo stas, peccata tua enuncias.* Et enumeratis peccatis, circa alia quoque pœnitentiarius interrogat: *& postquam minutim interrogaveris de singulis, assume indicem, & quale sit peccatum inquire, & cum libro confer, ut quale sit peccatum dignoscas: & ista deinde subjunge: fili mi Spiritualis, abiectus sum & humilis peccator: eius propte-**



propterea, qui apud me confitetur, non valeo remittere super terram peccata, sed Deus est, qui illa condonat. Propter illam autem divinitus prolata post Christi Resurrectionem auditam & Apostolis dicentem vocem, quorum dimiseritis, & quæ sequuntur: propter illam, inquam, & nos confisi, dicimus: quacumque tenuissima mea humilitati enarrasti, & quacumque minus ex ignorantia vel oblivione, qualecumque sit, exprimere non voluisti: condonet tibi Deus in presenti saculo & in futuro. Quibus ex verbis patet, hoc Euchologium quo ad pœnitentes ferè consonum esse illi, quod Basiliscus Diaconus ex græco Codice exscripsit, supponunt enim utraque Ritualia easdem preces præparatorias, easdem interrogationes de singulis peccatis, eundem indicem, ex cuius præscripto imponenda est pro unoquoque peccato pœnitentia, eandem demum absolutionis formam, quæ Confessionem auricularem comprobat.

16. Neque putes Iacobum Goar hoc Euchologium edidisse tanquam recentius aliquod græcorum rituale, licet in præfatione fateatur, se textum sequi, qui Venetiis anno 1638. publici juris est factus: nam uti addit ibidem, sex editiones præcesserant, quarum antiquior est anni 1544. & ut scrupulum omnem tolleret suum cum M.SS. Codicibus Euchologicis græcis contulit, quorum antiquissimum est, quod etiam ante 800. annos, ut Leo Allatius putat, exaratum fuit, & ex Bibliothecâ Conventus Florentini S. Marci Prædicatorum ordinis in Bibliothecam Barbarinam translatum est. Secundum est Euchologium Patriarchale, quod, ut scribit Arcudius libro 6. Concordiæ capite 5, in Concilio Florentino, Georgius Vari Cretenlis Presbyter græcus Iuliano Presbytero Cardinali S. Sabinæ donavit, ut in calce manu ipsiusmet Cardinalis notatum est, quo donatus deinde Bessarion Cardinalis, Cryptæ Ferratæ factus Abbas illud eidem Monasterio legavit servandum post obitum. Tertium Allatij est, de quo supra: Existimat autem Goar manu Amathuntis Episcopi & summi Græcorum in Insulâ Cypro Antistitis anno Domini 1260. inter vivos agentis fuisse exaratum, tum quod eiusdem Germani ubique præfigat nomen, ac insuper acta Synodica sub ipso habita complectatur, & subinde bullæ memineat Alexandri 4. græcè redditæ à molestiis Græcorum eundem Germanum vindicantis, ac demum Paleologi tunc sceptrum Orientale tenentis nomen celebret. Quartum est Cryptæ Ferratæ Monasterij, quod occiduis magnæ Græciæ sive Siciliæ græcis proprium est. Et hæc aliaque sunt M.SS. exemplaria, quibus usum se

fateatur



fatetur Iacobus Goar in editione Euchologii sive ritualis græcorum, quæ omnia recensere placuit, ne putent, hæc modernorum græcorum esse commenta, sed ab antiquioribus tradita, & à recentioribus observata.

17. Ex quibus omnibus quid mirum, quod recentiores Græci Confessionem Sacramentalem propugnent? Petrus quidem Arcudius Corcyreus libros septem de Concordiâ Ecclesiæ Orientalis & Occidentalis edidit de 7. Ecclesiæ Sacramentis jussu Pauli 5. Romæ probatos: & scripsit quidem libro 3. capite 60. : *Græcorum Presbyteri liturgiam celebraturi ferme nunquam confitentur. At neque extrâ sacrum per reliquum vitæ spatium solent confiteri.* Improbatur tamen hoc ipsum, & libro 4. capite 2. docet ex præsumptuosâ sanctitate provenire, contrâ quam præsumptionem puto Germanum Amathuntis Episcopum in actis Synodicis statuisse: *maximè Sacerdotes oportet confiteri frequentius, quia mutabilis natura sunt homines, & quia præ ceteris munditiâ curam debent gerere.* Et intrâ: *Patres Spirituales Confessores dictos, invicem confiteri decet.* Et iterum: *Pontifices & Superiores Monasteriorum confiteri tenentur.* Et hæc non acuratè observantibus contradixere quoque Latini post Synodum Florentinam petentes à Græcis: *& cur Sacerdotes & Episcopi sacrum facturi; non prius Confessionem emittunt.* Idem conquestus est hocæ sæculo Arcudius, qui docet, Confessionem auricularem manifestè colligi ex D. Chrystostomi libro de Sacerdotio, supponitque pro laicis esse valde frequentatam. Riturum illius describit & probat Leo Allatius Corcyreus libro 3. de consensu Orientalis & Occidentalis Ecclesiæ, cap. 9. ,, Confessiones fidelium, inquit, illi ,, tantum audiunt, quibus ab Episcopis facultas facta est: non genu- ,, flectentes, sed sedentes cum reverentiâ & capite aperto peccata ,, confitentur. ,, Nec soli Catholici similia testantur, Gabriel Philadelphix Metropolita latinis æquò infensior in commentariolo de Septem Sacramentis Venetiis anno 1600. edito scribit libro 5. Pœnitentiæ partes esse tres, contritionem cordis, oris Confessionem, & satisfactionem: *Confessio verò, inquit, est declaratio & enunciatio voluntaria labiis sine pudore facta propter ante commissas turpitudines, & voluntaria dilucidæque secretorum cordis accusatio apud eum, qui legitimam & canonicam habet potestatem.* Et cap. 6. docet, quod pœnitentia sit necessaria peccatoribus. Et cap. 8. de formâ pœnitentiæ: *sancta Confessio legitimi ministri peccatori ad eos accedenti dicunt: gratia sanctissimi Spiritus per meam humilitatem habet te condonatum;*

Arcudius.

German.  
Amathunt.Acta Flor.  
Concil

Leo Allatius.

Gabriel  
Philadelp.



& absolutum. Addit demum, pœnitentem ante absolutionem debere interrogari à confessore de singulis peccatis, sed alium ritum exhibet, qui magis latino accedit : quamvis enim contrà Latinos infensus fuerit, inter eos tamen Venetiis aliquamdiu vixit, & quædam ab iis mutuata in suum usum transcripsit.

18. Quod si hæc dicta non sufficiant ad demonstrandam Orientalis Ecclesiæ sententiam, prodeant ipsa hereticorum Wittenbergensium acta, qui dum Confessionem Augustanam per Demetrium mississent ad Orientem, ut Græcorum corda à sedis Apostolicæ communionem jam diu avulsâ sollicitarent ad errorum suorum Castra Romanis infensissima, posuerunt inter alios titulum de Confessione, in quo licet docebatur Confessionis auricularis utilitas, negabatur tamen in delictis omnibus exprimendis integræ Confessionis necessitas, & ad ista reponit Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, omnium peccatorum confessionem esse necessariam, & ex S. Basilio decernit in responsi 1. cap. 21. ad 4. *necessarium est iis, quibus œconomia mysteriorum Dei concedita est, confiteri peccata: ita enim, qui antiquis temporibus pœnitentiam egerunt, apud sanctos fecisse inveniuntur.* Et cum Lutherani persisterent in suo errore, ac tertio super illo scripsissent Theologi Wittenbergenses, ad eos tertio reponit Hieremias Patriarcha Constantinopolitanus, quandoquidem varios ibidem exhibitos articulos contra fidem Orientalium docerent, & inter illos rejicerent *mutuam alterius ad alterum confessionem*, nullam esse spem concordiæ inter Lutheranorum & græcorum Ecclesias: nos, inquit de græcis suis, Hieremias Patriarcha, *confitemur peccata invicem secundum S. Scripturam.* Addit traditionem Patrum incorruptam, & contrà Lutheranorum cavillationes reponit: *divina dicta, qua de his extant, non interpretata expositaque esse à similibus vestri Theologis.* Sic interprete Lutherano ipse Hieremias, de cuius actis cum Lutheranis, si Deus nobis propitius sit, & ulteriorem vitam cum incolumitate largiatur, alibi fusius agemus: hic autem annotasse sufficiat, quod Hieremias tertio responso omnem spem unionis Lutheranis omnibus ad æternam eorum confusionem, quod, ut inquit idem Patriarcha, non solum à veteri Româ sed & à novâ sese absque ullo fundamento separarint.

19. Cyrillus Lucaris Crætæ obscuro loco natus, & variâ fortunâ in sedem Alexandrinam Simoniacè intrusus, tandem ob dolos in Timotheum Constantinopolitanum, cuius thronum ambiebat, pellitur Byzantio, donec Timotheo veneno interfecto Cyrillus à suis Patriarcha

Hieremias  
Constantin.



Synod. Constantinopol.

triaticha Constantinopolitanus electus est. Per quatuor menses fidem professus est Catholicam, quam postea atrocissimo scelere ejurasse fertur, sollicitatus namque per Hollandos, ut heresim Calvinianam amplecteretur, hæreses per populum sparsit, quamobrem Orientalis Ecclesia in Synodo coadunata ipsum deponens in eius locum substituit Anthimum Adrianopolitanum. Habes hæc omnia ex fidissimis testimoniis apud Leonem Allatium libro 3. de Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis confensu cap. 11. qui fateatur, se plura ex iis propriis oculis conspexisse, & ex suis Cimeliis Græco-latinam edidisse Synodum Constantinopolitanam sub Cyrillo Catholico Berrhoensi celebratam, incipit: *exemplum sententia contra Cyrillum Lucarum adscripta sacro Codici magna nostra Ecclesia*: deplorat in eâ Orientalis Ecclesia, quod Cyrillus Lucaris, non solum nova atque aliena à recta fidei ratione sentiebat, sed fraudulenter apud non integros mente, & intellectu non procedentes simulabat confiteri se ea, quæ olim recta inculcata Orientalis Ecclesia erant documenta, ideoque Cyrillo cognomento Lucari, qui omnem Orientalem Christi Ecclesiam in impiorum eius capitum inscriptione, cum Calvino sentire, calumniose pronunciavit ac dixit, *Anathema*. Et post varios titulos Anathemati subiectos: *Cyrillo dogmatizanti & credenti, non esse septem Sacramenta Ecclesia, id est Baptisma, Chrisma, Pœnitentiam, Eucharistiam, ordinem Sacerdotum, extremam unctionem, & matrimonium, juxta constitutionem Christi, Apostolorum traditionem atque consuetudinem Ecclesia; sed mentienti non esse tradita à Christo in Evangelio, nisi solum Baptisma & Eucharistiam; ut videre est in 15. eius cap. Anathema*. Coacta fuit hæc Synodus anno salutis 1639. Mense Septembri indict. VII. & subscribunt: *Cyrillus ex Berrhoea nova Romæ Patriarcha: Metrophanes Patriarcha Alexandrinus, Theophanes Hierosolymitanus, Parthenius Adrianopolis, alijsque 20. Episcopi, cum aliis pluribus Orientalis Ecclesiæ viris insignioribus.*

20. Cyrillo Berrhoensi, postquam ab anno 1635. præfuisset, è vivis crepto successit Parthenius antea Hadrianopolitanus Episcopus, qui licet latinjs addictus non esset, Synodum equidem contra Calvinistas celebrandam duxit, quam post Leonem Allatium edidit Gabriel Colartius tomo ultimo collectionis maximæ Conciliorum in fine: & in eius proemio refertur, producta fuisse in medium *Capitula quadam inscripta nomine decessoris nostri Patriarcha senis, Domini Cyrilli*: de quibus quæsitum est, eane oporteret ut pia reputare & amplecti, an verò ut ab Orientali Ecclesiâ longè alienâ rejicere? Et reponit: Synodum



nodum censuisse, hæc omnia ( præter septimum ) Calvinicam hæresim profiteri, & à Catholicâ Orientalium religione longissimè discrepare. Et infra: in decimo quinto negat Ecclesia Sacramenta quinque: Sacramentum, sacram unctionem, sacrum oleum, confessionem cum penitentiâ, & honorabiles nuptias: quæ omnia ut sacra & divinam gratiam conferentia, antiqua nobis traditio reliquit. Audiant Calvinistæ, & rubore perfundantur etiam inviti: Parthenius Patriarcha tantâ auri mole allectus, ut in Calvinicam sectam consentiret, confessionem cum penitentiâ & alia sex Catholicæ Ecclesiæ Sacramenta habet ex antiquâ traditione ut talia, nec ipsum solum hoc scribere, sed omnem græcorum Ecclesiam, lucet ex subscriptionibus post Concilium illud anno 1642. Constantinopoli habitum subnotatis. De Orientalis Ecclesiæ sensu itaque, indubitata à Nectario ad hoc usque sæculum & vicina nobis tempora manet circà Auricularem Confessionem sententia, tempus est, ut ad alias orbis partes accedamus.

Synod. Constantinopol. sub Parthen,

## ARTICVLVS IV.

### Mens Ecclesiæ Ægyptiacæ post tempora Nectarij de Confessione auriculari.

1. Facit post tempora Nectarij pro Confessionis usu ex Ægypto S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus.
2. Leinde ex factò in quodam Monasterio Alexandrino, quod refertur à Ioanne Climaco Abbate montis Sinai.
3. Tertio ex Leontio Neapoleos Episcopo in vita S. Ioannis Eleemosynarij.
4. Confessionem Auricularem etiam in usu fuisse sub Iacobitis in Ægypto usque ad annum 1207. patet ex Chronico Orientali, quod refert tunc loco Confessionis circumcisionem introductam fuisse, cuius futilem rationem refert Abnel Hassali.
5. Rectius inter Latinos scripsit de hoc Iacobitarum errore Iacobus de Vitriaco, & Ætiopes Confessionis usum retinuisse, patet ex Ioseph Abudacno, qui & in Ægypto quandoque observari fatetur, quod ipsum suo testimonio comprobat Vanslebius.

1. **V**T varias orbis Catholici regiones solis instar ab Oriente ad occidentem usque pro traditione de auriculari Confessione



Cyrillus  
Alexandrin.

perluſtrarem; oportuiſſet quidem ſpecialibus titulis poſt græcorum ſub Patriarchatu Conſtantinopolitano degentium mentionem, agi de Orientalibus ſub Antiochiâ, & Paleſtiniſis ſub Hieroſolymâ conſtitutis, nili rariores ſcriptores poſt tempora Neſtarij illis in partibus extitiſſent, ideoque teſtimonia illorum, ſi quæ ſint, ſub titulo de Oriente collocata fuiſſent. Ad Ægyptum itaque tranſeo, in quâ licet pauci quoque extiterint ſcriptores Catholici, ex quibus veritas fidei de Confeſſione auriculari poterit ſtabiliri, non deſunt tamen aliqui, ex quibus valeat deduci. S. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus exponens illa Ioannis verba: *inſufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum S. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſint.* Addit, ſolius Dei eſſe, peccata dimittere, & querit: *qua igitur ratione divina natura dignitatem ac poteſtatem diſcipulis ſuis Salvator largitus eſt? Reſpondit vero: quia certè abſurdum non eſt, peccata remitti poſſe ab illis, qui Spiritum S. in ſe ipsis habeant. Nam cum ipſi remittunt aut detinent, Spiritus, qui habitat in eis, per eos remittit, & detinet. Erit autem id duobus ut arbitror modis: primum Baptiſmo, deinde pœnitentia. Audis D. Cyrillum in Eccleſiâ pœnitentiam admittere, & miniſtros eius peccata condonantes aſſignare, utpote qui Eccleſiâ filios peccantes quidem increpant, pœnitentibus autem indulgent.*

Ioannes  
Climacus.

2. Sæculo 6. Floruit Ioannes Climacus Abbas montis Sinai, qui in ſcalâ paradifi, gradu 4. enarrat, ſe quondam in cœnobium veniſſe, quod Scholiaſtes Alexandriae conſtructum fuiſſe fatetur, ubi & hunc caſum vidiſſe teſtatur. *Cum in cuiuſdam præclari iudicis, & religioſi paſtoris cœnobium veniſſem, tremendum ſane pro tribunali ſpectavi. E forte latronum me præſente venit quidam, uti genus vitæ religioſum complecteretur. Huic optimus ille Paſtor & Medicus ſeptem dies ad animi quietem dedit; intra quos mores loci, & religioſæ vitæ ſtatum illic exploraret. Poſt exactam Hebdomadem, præſes accerſitum ſeorſum percontatus eſt, an placeret vitam illic cum aliis religioſam degere; ubi para-tiſſimum eſſe, & ſine fraude doloque reſponſiſſe ſenſit, porro interro-gavit, quid in omni vitâ nefariè ſclerateque fecerit? cum & hic apertè promptèque & prudenter confeſſum animadvertiſſet; ruruſum tentandi cauſâ; placet, inquit, uti qua hic ſoli mihi aperuiſti, illa ipſa in totius cœnobij conventu publicè exponas. Hic ille reverà ſua ſclera execra-tus, veroque odio proſecutus, omni verecundiâ pudore proiecto, conſtan-tiſſimè ſe facturum promiſit: & ſi placet, inquit, in medio Alexan-dria*



dria foro facinora mea proclamabo. Ergo ( ubi promptum vidit ) coacto Pastor in templo toto oculi cœtuque fratrum ( erant inibi trecenti supra triginta ) dum res divina fieret, erat enim dies Dominica, secundum Evangelij lectionem reum illum, jam tum inculpatum, introducit, manus post terga revinctum, horrido cilicij sacco cinctum, caput cinere conspersum, fune per quosdam è cœnobio tractum, & perfunctoriè verberatum, ut ipsa viri species terreret omnes, ipsoque primo aspectu omnes percussi in apertum prorumperent ejulatum: nemo enim, quid rei gereretur, ante agnoverat. Cum deinde reus ad fores templi pervenisset, sacer ille & humana salutis studiosus Antistes ingenti voce intonuit: illoque compellato, siste gradum, inquit, indignus es, qui pedem huc inferas. Hic ille voce è sacro Pastoris ore ad se delatâ attonitus ( ut juratissimus nobis affirmabat, se non loquentis vocem sed fulminantis tonitru audisse ) illico pronus in faciem plenus terroris ac tremoris concidit. Iacentem humi & pavimentum largo lacrymarum imbri irrigantem, rursus ille mirandus animorum Medicus ( qui salutem illius miseri omnibus modis procurabat, omnibusque formam verae salutis, & efficacis humilitatis proponere cupiebat ) hortatur, imperatque, uti quidquid ( impiè sceleratèque ) egisset singillatim per capita singula ordine exponat: ergo cum horrore omnium omnia speciatim confiteretur, omniumque aures attonitas reddidit, dum facinora aperit sanda, infanda, quaque ex natura consuetudine, quaque contra naturam in homines, & jumenta peccarat. Non tacuit veneficia, non cades, non alia, quaque aures horreant, quaque charta erubescant. Confessione ergo purgatum, statim jubet in Monachum attonderi, & in fratrum contubernium admitti. Ego verò sapientis viri ( praesulis inquam ) admiratus sapientiam seorsim ex illo percunctabar, quâ gratiâ tale tamque inusitatum spectaculum instituisset. Huc usque S. Ioannes Climacus, qui dum refert à pœnitente dictum, se paratum esse in medio Alexandriae foro facinora proclamaturum, id totum in civitate Alexandrinâ totius Aegypti Principe factum fuisse indicat, ut etiam rectè animadvertit Ioannis Climachi Scholiastes. Habemus quoque duplicem confessionem unam publicam, alteram auricularem & occultam. Quod primum apertè promptèque confessus fuerit hic pœnitens ecœnobiarchæ, fuit auricularis confessio illi soli facta. Quod verò in conspectu omnium peccata sua speciatim confessus fuerit, fuit confessio publica, tunc quidem inusitata, ut S. Climacus indicat, sed partim in satisfactionem delictorum imposita, partim, quod inter Monachos essent, qui suas noxas numquam aperuerant, & hac confessione



ffessione publicâ moverentur ad detegenda peccata, *nemo quippe*, in-  
 quiebat Cœnobiarcha Alexandrinus, *sine confessione veniam delictorum*  
*impetrat.* Quo testimonio haud illustrius desiderari poterit.

3. Accedit illi testimonio aliud posteritati consecratum à Leonrio  
 Neapolæos in Cypro insulâ Episcopo, hic enim cum familiaris esset  
 S. Ioanni Eleëmofinario Patriarchæ Alexandrino, in vitâ ipsius Ioan-  
 nis per Anastasium Bibliothecarium latinitate donatâ, & tomo 2.  
 Sanctorum Ianuarij insertâ narrat de quâdam muliere Cypriâ, quæ,  
 dum Ioannes Alexandriâ exul in Cypro versaretur, ad Sanctum cursum  
 pervenit, & pedes eius comprehendens ubi cum lacrymis multis cla-  
 marat, dixit sancto: *peccatum ô ter beate, habeo misera, quod ad aures*  
*hominum venire non potest: & scio, quod si vis, potes id mihi indul-*  
*gere. Dixit enim vobis Dominus, quoniam quacumque solveritis super ter-*  
*ram, erunt soluta & in cœlis, & quacumque ligaveritis super terram,*  
*erunt ligata & in cœlis, & quorum remiseritis peccata, remittuntur eis & c.*  
 Ad quæ S. Ioannes: *si utique credis ô mulier Deo, quod per infelici-*  
*tatem meam ignoscatur tibi crimen, quod dicis, confitere mihi hoc. Qua*  
*dixit: non possum Domine dicere id, neque enim potest auditus hominum*  
*portare illud. Dicit ad eam iterum sanctus: & si erubescis, vade & scri-*  
*be illud, si nosti litteras, & fer mihi.* Hæc vita S. Ioannis Patriarchæ  
 Alexandrini per Anastasium Bibliothecarium latinitate donata. Aliâ  
 verò vita eiusdem à Symeone Metaphraste conscripta brevius & cla-  
 rius habet responsum Ioannis: *si credis*, inquit, *meis precibus te esse ab*  
*hoc peccato absolvendam, oportet omnino te id prius confiteri. Cum autem*  
*dixisset, se non posse id labris proferre, iussit id scriptis significare.* Con-  
 fessionem ante abolutionem procedere debuisse, clarioribus terminis  
 significare non poterat S. Patriarcha Alexandrinus, quidquid mulier  
 illa per preces sancti rogabat absolvi, quod & postea miraculose factum  
 innunt tam Leontius, quam Metaphrastes.

4. Verum quidem est, post tempora Eutychetis Hæresiarchæ ortam  
 fuisse in Ægypto Ecclesiarum scissuram, & Iacobitas eiusdem hæresi-  
 archæ sequaces contrâ Orthodoxos Alexandriæ Patriarchas substituisse  
 alios, quos post Dioscorum recenset auctor chronici Orientalis, at-  
 tamen vel per multa sæcula in auricularis confessionis usu perseverasse  
 idem auctor testatur in 76. Patriarchâ Alexandrino ad annum 1207.  
 Ioannes. . . *Confessionem ab Ecclesiâ Coptitarum abrogavit, circumcisi-*  
*onem vero plurimum commendavit.* Si confessionem non observasset Ec-  
 clesia Alexandrina etiam in schisma & hæresim prolapsa, unde quæso

Leontius in  
 vita Ioan.  
 Eleëmofyn.

Chronicon  
 Orientale.

Ioannes



Ioannes Patriarcha Alexandrinus eam abrogasset in Ecclesiâ Iacobitarum? abrogari certè non potest, quod antea observari non contigit: observari itaque olim auricularis confessio debuit, ut per Ioannem sæculo 13. abrogari potuit. Ioannes Morinus ex notis Abrahami Echelenfis in catalogum librorum Syriacorum refert, abrogatæ confessionis rationem datam per Abnel Hassali in Constitutionibus Ecclesiæ Copticæ, cap. 51. *At verò confessio medicina est spiritualis, cuius comparatio ad animum est, ut comparatio medicinae corporalis ad corpus. Quemadmodum autem corporalis non peragitur nisi per Medicum probum & peritum, alioqui melius esset ejusmodi relinquere curationem, quæ sit ab imperito & improbo: nec non ut agrotus amplectatur, & utatur quidquid ipsi præscribitur, deinde ut medicina sit possibilis ex parte temporis, loci & potentia, alias nihil prodest, ita spiritualis. Cum ergò rara reperitur probitas in perito, quemadmodum & alia duæ conditiones, hinc factum est, ut raro reperitur confessio inter Coptitas, quidam autem ex eorum Patriarchis interdixerunt plebi usum eius, ob defectum concursus illarum trium conditionum, sine quibus non bene peragitur. Hec Abnel Hassali, qui dum rationem reddit inusitatæ apud Coptitas confessionis, rationem futilem & inanem perhibuit, ex quâ dum Patriarchas plebi suæ usum confessionis interdixisse testatur, ad Patriarcham Ioannem respexit, qui Iudeis potius quam Catholicis favens circumcisionem pro confessione introduxit.*

5. Verum rectius inter Latinos terram sanctam recuperantes, & Iacobitarum hæresim expugnare cupientes scripsit Iacobus de Vitriaco Acconenfis Episcopus in Historiâ Ierosolimitanâ, capite 75, de Iacobitis: *alius autem error ipsorum est non minor prædicto, quod confessiones peccatorum suorum non Sacerdotibus, sed soli Deo latenter faciunt, ponentes thus juxta se in igne tamquam cum fumo peccata sua ascendant coram Domino. Errant miseri non intelligentes scripturas, & pereunt ex defectu doctrinae vulnera sua Medicis Spirituibus abscondentes, quorum est inter lepram & lepram discernere, & peccatorum circumstantias pensando pœnitentiis injungere, & secundum claves sibi traditas ligare & solvere, & pro confitentibus sibi specialiter orare. Hæc Acconenfis in Oriente Episcopus, qui post Ioannem Patriarcham scripsit, & anno 1240. juxta Bellarminum in pace quievit. Idem planè attestatur Vanslebicus ordinis S. Dominici in suâ Ecclesiæ Alexandrinæ historiâ, qui cum diu in Ægypto fuit, & varia Iacobitarum manuscripta pervolvit, duos nominat ex sectâ Iacobitarum, qui tradunt*

Abnel Hassali.

Iacobus de Vitriaco.

Confessio-



Morinus.

Ioseph  
Abudac.

Vanfleb.

Confessionem Sacramentalem non esse in Ecclesiâ necessariam: ne tamen crederes, Iacobitas omnes ad hunc errorem degenerasse, refert alios Doctores Coptos confessionem auricularem admittere, idque constare ex pluribus eorum de confessione operibus, quæ nominatim recenset. Consentit Ioannes Morinus in suâ ad ritum Nestorianorum, libro de sacris ordinationibus, præfatione, ubi id fatetur de Æthiopiâ: *apud Æthiopes mansit confessio.* Quod ipsum patet ex Ioseph Abudacno Memphis oriundo, qui in edita Coptorum historiâ scribit capite 12. *multi narrant Historici, pecunias in Æthiopiâ, ubi Iacobitarum religio viget, ab eo, qui pœnitentiam agit, satis multas sumere confessores, cum præterea rigidam cogantur agere pœnitentiam.* Addit idem Abudacnus, in ipsâ Ægypto confessionem auricularem observari, licet rarius ob severissimam, quæ imponitur, pœnitentiam. Et sanè si commune fuisset Iacobitis, negare confessionem auricularem, ne unus quidem istius sectæ confessionem emittere voluisset, quod tamen facere non Abudacnus solum, sed & Vanflebius ut oculus testis fatetur: *Pay sc'ai per experience, qu'il se confessent, l'ayant veu de mes yeux, quoi que cela soit fort rare; non point par un mepris de ce Sacrement, mais les uns le font par ignorance, & stupidité, ne sachant pas, comment il faut se confesser, & les autres par la crainte de pœnitences longues & facheuses, que leurs Pretres leur imposent.* Hæc cum testentur duo, quorum unus testis oculatus fuit ex Catholicis, alter Abudacnus natione Ægyptius favens protestantibus, nullum hac de re dubium superesse posse existimem, sed pro inconcusâ veritate retinendum, apud Ægyptios confessionem auricularem huc usque fuisse observatam.

## ARTICVLVS V.

Mens Africanæ Ecclesiæ de Confessione auriculari, à tempore Nectarij usque ad barbarorum irruptiones.

1. Post Nectarium floruit in Africa D. Augustinus, qui confessionis necessitatem docet in variis homiliis, & præclarum testimonium exhibet homiliâ 50.

2. Ex



2. Ex loco homilia 50. D. Augustini eruitur disciplina Africana Ecclesie in administratione Sacramenti Pœnitentia, & concluditur pro Confessione Auriculari, pro qua facit testimonium Augustini de occultandis homicidii pœnitentibus.
3. Probatum quoque usus auricularis Confessionis in Africâ ex canone 32. Concilij Carthaginiensis 3. sub Aurelio, item ex canone 5. alterius Carthaginiensis Concilij anno 419. habiti, quem canonem in compendium redegit Ferrandus in Breviario, & Balzamon notis illustrat in scholio, ac omnis Africana recepit Ecclesia, cuius mentem quoque expressit Cresconius Africanus Episcopus.
4. Præclarum deinde testimonium pro Confessionis usu præbent fideles Africani, cum Episcopi & Sacerdotes in exilium ejicerentur à Wandalis, de quibus attestatur Victor Vitenfis, quibus sub Iustiniano Imperatore testimonium suum addit Facundus Hermianensis in Africâ Episcopus.

1. **P**aulò post Nectarium à fine sæculi quarti floruit in Africâ præcipuus totius Ecclesiæ Doctor Augustinus, qui homiliâ 12. inter quinquaginta docet confessionis necessitatem : Deus, inquit, Augustinus. quia pius est, & misericors, vult, ut ea confiteamur in hoc saculo, ne pro illis confundamur postea in futuro. Et tractatu super psalm. 66. docet, peccata omnia esse confitendâ : tu agnosce medici manum, confitere, exeat in confessione, & effluat omnis sanies. Et homiliâ 40. inter 50. docet, Sacerdoti faciendam esse confessionem in vitâ : quia, inquit, si ad ultimum vita steterit, nescit, si ipsam pœnitentiam accipere, ac Deo & Sacerdoti peccata sua confiteri poterit. Audis non sufficere, peccata sua Deo confiteri, nisi & confiteamur simul, dum fieri potest, Sacerdoti ? nemo sibi dicat, inquit Augustinus homiliâ 49. occultè ago, apud Deum ago, novit Deus, qui mihi ignoscit, quia in corde ago : ergo sine causâ dictum est. Qua solveritis in terrâ, soluta erunt in cœlo ? ergo sine causâ data sunt claves Ecclesiæ ? Et ne ququam somniet, hæc omnia intelligenda esse de confessione publicâ, homiliâ 50. sequenti proponit peccatori pœnitentiam faciendam ante communionem : adfit, inquit, accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor. Inde quidem sanguis animæ confitentis per lacrymas profluat. Postremò ab ipsâ mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo judicet participatione Corporis & Sanguinis Domini. Ut qui separari à regno calorum timet per ultimam sententiam summi judicis, per Ecclesiasticam disciplinam à Sacramento celestis panis interim separetur.



Quod si queras huius Ecclesiasticæ disciplinæ ampliorem notionem, en Augustinum homiliâ citatâ : iudicet ergo se ipsum homo, & cum in se protulerit severissima medicina sententiam, veniat ad Antistites, per quos illi in Ecclesiâ claves ministrantur, & tanquam bonus, incipiens jam esse filius maternorum membrorum, ordine Custodito à propositis sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum, ut in offerendo sacrificio cordis contribulati devotus & supplex, id tamen agat, quod non solum illi profit ad recipendam salutem, sed etiam ceteris ad-exemplum. Vt si peccatum eius non solum in gravi eius malo, sed etiam in scandalo est aliorum, atque hoc expedire utilitati Ecclesiæ videtur Antistiti, in notitia multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset.

2. Egregius est hic magni Augustini locus, ex quo totam istius temporis disciplinam Africanæ Ecclesiæ in pœnitentiæ administratione colligimus : scribit Sanctissimus Hipponensium Præsul, pœnitentes accedere oportere ad Antistites Ecclesiæ, quos olim Confessiones audisse, edixit nobis suprâ Nicephorus Chartophilax, & ostendit S. Paulinus in vitâ D. Ambrosij, cum eum Confessiones excepisse enarrat : cum verò auctâ fidelium multitudinem nimis molestum esset Episcopis audire fidelium Confessiones, Presbyteros pœnitentiariorum suo loco instituerint, de quibus tam fusè egimus suprâ. Subdente autem D. Augustino, pœnitentem à Præpositis sacrorum accipere debere satisfactionis suæ modum, supponit clarissimè, eum peccata sua ante Præposito fuisse confessum, idque evidens fit ex eo, quod Antistiti iudicium decernendi tribuat, num malum pœnitentis tale sit, ut in notitiâ multorum vel etiam totius plebis agere pœnitentiam expediat. Accedit aliud testimonium sermone 16. de verbis Domini, cum Homicidæ occultum crimen, quod adversarius ipsius suspicatur, & promulgari cupit, ut iudex secularis habeat in hoste, quod puniat, nullatenus publicari vult Augustinus, aut publicè in præsentia multorum argui : *novit nescio quem homicidam Episcopus*, inquit Augustinus, & alius illum nemo novit : ego volo illum publicè corripere, at tu queris inscribere : *prorsus nec prodo, nec negligo : corripio in secreto, pono ante oculos Dei iudicium, terreo cruentam conscientiam, persuasum deo pœnitentiam. Hac charitate praditi esse debemus. Unde aliquando homines reprehendunt nos, quod quasi non corripiamus : aut putant nos tacere, quod scimus. Sed forte quod scis, & ego scio : sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. Quid clarius ? dum Augustinus peccatum alicuius noscebat, peccatorem publicari volebat,*

sed



sed secretò correptum ad pœnitentiam instigabat, sicque correptus pœnitentiam faciebat, absque eo quod detegebatur, quod certè fieri non potuisset, si Confessio auricularis & secreta non extitisset. Quia potius extitisse, indubium est ex verbis Augustini, qui quorundam Africanorum querelam exhibet contrà Episcopos & Confessioni propositos : clamabant, Homicidas, ne ansa præbeatur latronibus, esse publicandos ; addebantque pro ratione, tot quotidie homicidia committi absque punitione sæculari, malefactores ad Episcopos confugientes à peccatis absolvi, nec umquam detectos brachio sæculari tradi. Excipit hanc querelam Augustinus, & dicit, verum esse, Episcopos homicidas nosse, quos alij ignorant, utique ex spontaneâ ipsorum Confessione, neque necesse esse ipsorum crimina prodere, sed utilius esse ad correptionem Homicidarum, ipsis proponere Dei iudicium, terrere cruentam eorum conscientiam, & sic per pœnitentię admissionem ipsos à similibus sceleribus esse avertendos.

3. Neque putes, solum Augustinum fuisse in Africâ, qui tunc temporis Confessionem Auricularem propugnavit : totius Africanæ Ecclesiæ mentem fuisse, indubitatum existimo : Concilium Carthaginense tertium sub Aurelio Africanæ Primatè anno 397. adeoque post Nectarij tempora habitum, canone 32. agens de reconciliatione pœnitentis discrimen facit inter peccata publica & occulta, cuiuscumque autem pœnitentiæ publicum & vulgatissimum crimen est, quod universa Ecclesia novit, ante absidem manus ei imponatur. Hic jam quæro, si confessio peccatorum erat publica, & non auricularis occultorum, ut quid Concilium inter peccatorum publicorum reconciliationem fecisset tam manifestam distinctionem ; sanè cum ante absidem manuseis imponendas statuat, occultorum peccatorum reconciliationem manifestè supponit, & extrà absidis locum fieri consuevisse, demonstravit. Sed parum est, quod attulimus ; Concilium vulgò Carthaginense septimum anno circiter 419. ab Aurelio Carthaginensi, S. Augustino Hipponensi, Gallonio Uticensi, aliisque 30. Episcopis celebratum statuit canone 5. Item placuit, ut si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget : non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur, & si scrupulo propria conscientia se dicit neganti nolle communicare, quamdiu excommunicato non communicaverit suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis, ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non potest. Ferrandus Car-

Concilium  
Carthagin.

Concil. Car-  
thaginien. 7.



Ferrand.  
Carthagin

Balzamon.

Canon 5.  
Concil. Car-  
thaginien 7.

Balzamon.

Codex Eccl.  
African.

thaginienſis in Africâ Diaconus, in breviario canonum, quod circâ annum 525. putatur conſcripſiſſe, titulo 73. hunc canonem in hocce compendium redegit: *ut Episcopus à communionem non ſuſpendat eum, quem aſſerit de peccato aliquo ſibi ſolî fuiſſe conſeſſum.* Theodorus verò Balzamon, eum canonem in duos dividens, capite 133. hunc ei titulum præfigit: *De Episcopo, qui eum à communionem removit, qui ſibi ſolî proprium crimen conſeſſus eſt.* Et ſubdit in ſcholio: *ut eſt veriſimile, quidam Laicus, vel Clericus proprio Episcopo conſeſſus eſt de aliquo à ſe commiſſo peccato, & cum cauſa publicè acta eſſet, qui conſeſſionem quidem fecerat, crimen inſciebatur: Episcopus autem eum redarguebat, & idè volebat eum, qui conſeſſus fuerat, puniri, tamquam qui ipſum injuriâ aſſeſſiſſet, eo quod non annueret iis, qua ab ipſo dicebantur.* Hæc Balzamon & rectè meo quidem judicio: habebantur olim Episcopi, qui omnes non erant æque docti: putaverat ergo quidam, cum res ſua ageretur in judicio Synodico, licitum fuiſſe crimen ex conſeſſione notum ulterius prodere, ſed negabat crimen illud pœnitens, contendebarque nullam Episcopo ob illud fieri injuriam, & audi quid de illo caſu ad Synodum Carthaginienſem relato ſtatuendum ducat eadem Synodus canone 5. ſi talis Episcopus in ſuo errore permaneat adeo ut negantem in judicio crimen excommunicationi obnoxium putet, ipſum Episcopum excommunicat, quamdiu excommunicato non communicaverit, *eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopus,* inquit, *ut magis caveat Episcopus, ne dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non poteſt.* Quibus ultimis verbis non modo auricularis conſeſſio ſolî Episcopo facta confirmatur, ſed etiam orbi Catholico manifeſtat Africana Eccleſia, ſeſe adeo auricularis Conſeſſionis ſigillum venerari, ut temerantes excommunicationis pœnâ innodandos exiſtimet, unde Theodorus Balzamon: *nota ergò præſentem canonem propter Episcopos & Monachos, qui peccatorum hominum ſuppurationes audiunt, & teſtimonium ferunt adverſus eos, qui dicuntur feciſſe apud eos Conſeſſionem criminis.* Et infrâ ſui temporis conſeſſores admonens: *nota, inquit, de Antiſtitibus & Monachis, qui hominum peccatorum ſuppurationes audiunt, & ea in lucem proferunt, qua dicuntur, ab iis, qui conſitentur, & adhibe animum iis, qua in interpretatione ſcripta ſunt.* Hæc cum evidentia ſint pro Conſeſſione auriculari teſtimonia, ab univerſâ Africâ probari meruerunt: enim verò in Codice canonum Eccleſiæ Africanæ, extat laudatus canon capitul. 132. & 133. cum hocce titulo: *de Episcopo qui excommunicat eum,*



*eum, quæ sibi soli crimen dicit esse confessum.* Cum eodem titulo reperitur in Concilio vulgò Africano tit. 99. quæ licet à particulari rapsodista esse compilata monstraverim in eo opere, quod nuper de Ecclesiâ Africanâ edidi, negari tamen non potest, quin canones in Codice relati ex variis Africanorû Synodis desumpti sint: quin imò cum in Codice reperitur hic titulus: *recitata sunt etiam in istâ Synodo diversa Concilia universa Provincia Africa*, Canones omnes ab Anonymo compilatore editi sunt sub titulo Codicis Africanæ Ecclesiæ, aut potius Carthaginien-  
 sis Concilij, sub quo jam inde per retro sæcula fuit receptum non modo in Orientali, & Occidentali, sed & Africanâ quoque Ecclesiâ citante Cresconio Africæ Episcopo in collectione canonum cap. 287. *de Episcopo, qui excommunicat eum, quem sibi soli crimen dicit esse confessum. Concil. Carthagin. titul. 99.*

Cresconius.

4. Licet plura quam Synodica Africæ pro Auriculari Confessione requiri non debeant testimonia, alia tamen superaddimus: vivebat Victor Viten-  
 sis Episcopus eo potissimum tempore, quo Ariana Wandalorum rabies ad finem sæculi 5. Africanam vastabat Ecclesiam: describens itaque libro 2. de persecutione Wandalicâ, Episcoporum & Sacerdotum exilia, dicit post sanctam hanc confessorum jam ad exilia itercaescentium turbam Christianos ex montibus & desertis rupibus, ubi latuerant, descendisse, & vestigia Sacerdotum insecutos lamentabili voce exclamasse: *quibus nos miseros relinquitis, dum pergitis ad coronas? qui hos baptizaturi sunt parvulos fontibus aqua perennis? qui nobis pœnitentiæ munus collaturi sunt, & reconciliationis indulgentia obstrictos peccatorum vinculis soluturi? quia vobis dictum est: quacumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlis.* Vix hæc relego, quin lacrymæ ex oculis effusæ Africanorum miseriis condoleant. Habes interim communem fidelium Africanorum sensum de frequenti administratione pœnitentiæ, cum sese illâ per Sacerdotum exilia jam frustrari deplorant: confitebantur illi sæpius Sacerdotibus peccata sua, & ab illis, quibus Christus solum solvendi potestatem concesserat, reconciliationis indulgentiam obtinebant, quam Facundus Hermianensis in Africâ Episcopus tempore Iustiniani Imperatoris sedatâ jam nonnihil persecutione, Ecclesiæ vindicandam statuit indubitanter pro vivis: *cum discipulis suis diceret: quacumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quacumque solveritis super terram, erunt & in cœlo. Eos igitur solum, qui sunt in terris, ligare accepit & solvere.* Habes hæc in edito per Iacobum Sirmondum

Victor  
 Viten-  
 sis.

Facundus  
 Hermianensis.



dum libro 10. Facundi Hermianensis Episcopi, cap. 4. & in libri 12. cap. ultimo totius operis habet, Sacerdotibus hanc potestatem concessam, juxtâ perpetuum utique totius Africæ sensum jam inde à temporibus Agrippinum sæculo 2. præcedentibus, quibus Catholicam religionem imbuat, usque ad tempora Iustiniani Imperatoris, quibus sæculo 6. Facundus Hermianensis scripsit, quin imo usque ad tempora illa, quibus per incursionem Barbarorum sæculo 8. fidem cum imperio mutavit.

## ARTICVLVS VI.

### Mens Romanæ Ecclesiæ de Confessione Auriculari.

1. Auricularem Confessionem abrogatam non fuisse in Romanâ Ecclesiâ post tempora Nectarij, patet ex testimoniis Innocentij primi, & Leonis Magni.
2. Expenditur Leonis I. testimonium, qui Confessionem publicam abrogat relicta auriculari.
3. Probatur deinde ex nongentorum annorum Codice Manuscripto Sacramentarium Gelasij continente, cui addimus Sacramentarium Gregorij Magni, ut ex quatuor summis Pontificibus constet de auriculari Confessione huc usque per occidentem universum observatâ.

1. **Q**uod insuper auricularis confessio abrogata non fuit à Nectario, ex Europæ Ecclesijs, & Romanâ præsertim totius orbis Ecclesiarum matre comprobandum restat. Quod pauca habeamus ante Nectarium Romanorum Pontificum decreta, quæ genuina sunt & authentica, non tam mirandum quam deplorandum existimo: post Nectarium verò, qui ad sæculi 4. finem floruit, haberi hucusque decretales Romanorum Pontificum epistolas nulla suppositionis nota inullas, periti omnes fateri coguntur. Genuina itaque est & indubitata Innocentij primi Augullino Coetanei prima ad Decentium Eugubinum Episcopum epistola, in quâ capite 7. *de pondere estimando delictorum sacerdotis est judicare; ut attendat ad Confessionem penitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tunc jubere dimitti,*

Innocent. I.

cmm



cum viderit congruam satisfactionem. Quibus ex verbis apparet, tantum abesse, confessionem auricularem fuisse abrogatam, ut paucis post Nectarium annis ad sæculi 5. initium indubitatum supponat Innocentius primus, pœnitentis Confessionem faciendam esse Sacerdoti, cui de pondere delictorum iudicium tradit competere: & ne hic quidquam ambigendum existimares, succurrit eiusdem sæculi anno 459. Leo primus epistolâ 80. ad universos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos: *illam etiam contra Apostolicam regulam præsumptionem, quam nuper agnovi à quibusdam illicitâ usurpatione committi, modis omnibus constituo submoveri (de pœnitentiâ videlicet, qua ita à fidelibus postulatur) ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publicè recitetur: cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta. Quamvis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, qui propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, ut ea, que pœnitentiam postulant, non timeant publicare, removeatur tam improbabilis consuetudo, ne multi à pœnitentiæ remedijs arceantur: dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis facta referri, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, qua primum Deo offertur, tunc etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium peccator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia consentis. Datum pridie nonas Martij, Remicero Consule.*

2. Ingenua est hæc Leonis primi de auriculari confessione sententia, & post tanti Pontificis, quo maiorem aut doctiorem numquam vidit Ecclesia, auctoritatem tam manifestam dubitare amplius non licet de præteritorum sæculorum apud Romanos observantiâ. Quod Nectarius abstulerat Constantinopoli, hoc Leo quoque eloquentissima sedis Apostolicæ tuba abstulit Romæ. Agnoverat nuper, vel ut alius codex tunc primum Pontificatus sui tempore, quosdam per ignaviam introduxisse, ut occultorum criminum libellis scripta professio esset publica, & de illo statuit Leo: *modis omnibus submoveri*, additque infra: *removeatur tam improbabilis consuetudo*, Quibus verbis indicat, peccatorum occultorum publicam confessionem esse noviter introductam, & antiquæ traditioni adversam, ab initio enim non fuit sic, sed ut docet Leo primus ex traditione Apostolicâ: *cum reatus conscientiarum sufficiat solis Sacerdotibus indicari confessione secreta.* Hæc lucem meridianam excedunt, & omni exceptione maiora sunt.

Hoc

Leo 1.

Leo 1.



Tertullian.

Hoc sufficere docuerant Petrus & Paulus Apostoli, qui ut loquar cum Tertulliano de præscriptionibus capite 36. *Romana Ecclesia omnem doctrinam cum Sanguine suo profuderunt.* Hoc quoque sufficere ex Apostolicâ traditione retinuit Roma ulque ad Leonis primi tempora, quibus magnum illud sedis Apostolicæ oraculum publicam confessionem de occultis criminibus à quibusdam nuper introductam enuntiavit, manifestam esse contra Apostolicam regulam præsumptionem. Quantumvis enim apud qualdam Ecclesias ex plenitudine fidei fideles quidam non erubuerant apud homines confiteri, quod non erubuerant coram Deo & Angelis perpetrare, tamen quia non omnium sunt huiusmodi peccata, ut qui perpetrarunt, ea ab hominibus agnosci vellent, removeatur tam improbabilis consuetudo, inquit, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur. Et infra: *tunc enim demum plures ad pœnitentiâ poterunt provocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.* Nota pœnitentiâ confitentis. Quibus indubitatum habet Pontifex, remanere Confessionem auricularem tanquam pœnitentiæ remedium & secundam post naufragium tabulam, quam qui negligit, in naufragio peribit, qui verò arripit & amplectitur, à peccatis suis absolvetur.

Leo I.

3. Quod autem Romana Ecclesia traditionem Apostolicam retinuerit post Leonis primi tempora, fidem facit antiquissimum Sacramentarium quondam in Bibliothecâ Petavij Senatoris Parisiensis servatum, cuius character nongentis annis teste Morino non videtur inferior: licet verò post Gregorium primum scriptus sit Codex, Sacramentarium tamen in eo descriptum est Gregorio antè, & cum Antiquus Catalogus tempore Iustiniani Imperatoris conscriptus habeat in Gelasio: *hic fecit Sacramentorum præfationes cauto Sermone:* videtur Sacramentarium illud, non tam à Gelasio confectum, ut putabat Morinus, quam ab ipso Gelasio illustratum, aut præfationibus seu titulis exornatum, quos Morinus hoc modo recenset: in tres libros divisus Codex. Habetur ante primum: *in nomine Domini IESV Christi Salvatoris incipit liber Sacramentorum Romana Ecclesia ordinis annis circuli orationes & preces.* Libri secundi initium sic habet: *incipit liber secundus orationes, & preces de natalitiis Sanctorum.* Libri tertij: *incipit liber tertius orationes & preces cum canone pro Dominicis diebus.* Hæc Morinus, qui utinam Codicem illum, prout conscriptus est, integrè exarasset. Habet quidem excerpta aliqua libro 4. de pœnitentiâ, cap. 18. sed præcipua spectant ad pœnitentiæ impositio-

Antiq. catalogus.

Sacrament. Gelasij.



impositionem, de qua Morinus inter alia: *privatâ pœnitentia ordo* Morinus.  
*in eodem antiquissimo Codice legitur, & eo explicato finit Codex*: le-  
gitur quidem in præfatione quadam ad pœnitentiam dandam, *ut in*  
*hâc publicâ Confessione delicta sanentur*. Sed vel tò *publica* ibi sonat  
Confessionem Sacerdoti factam, ut distinguatur contra occultam soli  
Deo communicatam, vel vitium est exscriptoris Galli, qui ut fate-  
tur Morinus, linguæ latinæ ignarus Codicem hunc valde corruptè  
exscripsit: in nullâ sane oratione Romanæ Ecclesiæ pro pœniten-  
tiam publicam agentibus legitur Confessio publica, quomodo igitur  
pro agentibus pœnitentiam privatam rectè legeretur? ut verò omne  
dubium evanescat, D. Gregorius Magnus homiliâ 26. explicans illa  
verba Evangelij: *quorum remisertis peccata, remittuntur illis*. Hor-  
tatur, *ut culpam confiteatur peccator*, ut sic pœnitentem *pastoris sen-* Gregor. M.  
*rentia absolvat*. Unde & in Sacramentario S. Gregorij edito per  
Hugonem Menardum legimus titulum Folio 225. *Orationes & pra-* Sacrament.  
*ces super pœnitentem confitentem peccata sua more solito*. Ex quo Gregorij.  
lucidè apparet, quod antiqua per Leonem primum laudata Aposto-  
lorum traditio usque ad S. Gregorium Magnum inviolata perman-  
serit circâ auricularis Confessionis Sacramentum, quod ipsam tot  
retro sæculorum testimoniis ex Romanâ, Gallicanâ, Hispanicâ,  
& Germanicâ Ecclesiis roboratum existit, ut tempus perdere vider-  
er, si iis allegandis inhærerem. Unam Occidentis regionem dumta-  
xat illustrabo, quod in ea Confessionis auricularis Sacramentum vi-  
lipensum sit hisce sæculis, dumque monstravero, quid Anglia ab  
ipsius Gregorij tempore hac in veritate senserit, quid alias Occiden-  
tis Ecclesias huc usque Confessionem auricularem retinentes sensuisse  
oportuit, proculdubio evicerimus.



## ARTICVLVS VII.

Mens Anglicanæ Ecclesiæ de Confessione  
Auriculari.

1. Post tempora Gregorij Magni inter ceteras Occidentis regiones Angliam usum auricularis Confessionis retinuisse, probatur primo ex Theodoro Cantuariensi, cuius pœnitentiale à variis editum adfertur.
2. Theodorum subsequutus est venerabilis Beda tam in Historiâ Anglorum, quam pœnitentiali, in quo etiam adducit testimonium Egberti Eboracensis Archiepiscopi.
3. Excerpta Egberti edita per Morinum ex Manuscripto Codice referuntur, ex quibus de modo Confessionis auricularis constat.
4. Ritus Confessionis habemus quoque ex Alcuino Egberti discipulo & Caroli Magni magistro, ex quo colligitur, pœnitentes tunc sedendo confessos fuisse, quod an Roma fiebat, ignoratur, licet constet ex Pœnitentiali Romano per Halitgarum Cameracensem Episcopum ex scripto de usu Auricularis Confessionis ubique recepto.
5. Constat deinde pro Anglia ex Concilio Calchutensi tempore Hadriani primi, & de modo Confessionis auricularis ex Edgari Regis canonibus anno 967. datis.
6. Habes deinde celebratum anno 1009. Enhamense Concilium, & anno 1032. Canuti Regis capitula toti Anglia præscripta, ex quibus manifestus fit usus auricularis Confessionis omnium peccatorum, ut etiam scribit Ælfricus ad Wulfinum.
7. Accedit Lanfrancus, qui edito de celandâ Confessione libello quadam habet pro Sacramento Confessionis, alia vero refert expositione indigentia, unde allatis commentariis Luca d' Acherij, adfertur aliud Lanfranci testimonium pro Confessione Monachorum.
8. Succedit B. Anselmus, cuius testimonia lucem meridianam excedunt.
9. Adstipulatur anno 1200. Petrus Rlesensis in libro de Sacramentali Confessione edito.
10. Concilium Londoniense anno 1200. sub Huberto Cantuariensi, & anno 1215. sacrum Lateranense Concilium sub Innocentio 3. cuius decreta teste Mattheo Parisiensi Anglia recepit, quod idem confirmat

S. Edman-



S. Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus.

11. Sequuntur post hac plura testimonia Episcoporum tam in Synodis, quam tractatibus pro usu Confessionis editis, signanter vero Walteri Wigorniensis Episcopi, & aliorum luce clarius pro illa facientium.
12. Idem habes ex Ioanne Cantuariensi, & Petri Oxoniensis summulâ in Concilio Oxoniensi omnibus Confessariis præscriptâ.
13. Pugnat quoque pro Confessione Auriculari Concilium Lametenfe anno 1330. & exurgentibus Wicclephistis opponit se cum rege habitum anno 1382. Londoniense Concilium, post quod idem confirmat Oxoniense, & postea Constantiense ubique quoad hoc receptum.
14. Iacobus primus in schisma prolapsus dum Confessionis auriculari repugnat, toti antiquitati adversatur, & non modo aliarum, sed suæ regionis traditioni, qua non ab Innocentio 3. sed à prima fidei prædicatione in Anglia cæpit.
15. Quod fides nostra primum ab Augustino Monacho Anglia prædicata sit, nobis imponunt recentiores Angli, contra quos statuitur, diu antea in Anglia fidem receptam fuisse, & ex ipsius Henrici octavi primi schismatici Regis testimonio, Confessionis auricularis usum ab Apostolorum traditione provenisse, & in Anglia susceptum fuisse.

1. **Q**uod quidam erronei in Galliis sæculo 8. Deo solummodo peccata confitenda esse edixerint, jam supra audivimus ex Synodo Cabilonensi, quæ contra horum errorem statuerat: ut secundum institutionem Apostoli confiteamur alterutrum peccata nostra. Cæterum hunc errorem canone 33. Cabilonensi repressum novo errore Burchardus, Ivo Carnotensis & Gratianus adscripserunt Theodoro Cantuariensi in Angliâ Episcopo, qui scripsisset in suo pœnitentiali: quidam Deo solummodo confiteri debere peccata dicunt, ut Græci. Enimverò Theodorus Cantuariensis, qui anno 673. Concilio Herusfordiensi præsedet, hoc nusquam tradidisse in pœnitentiali, ostendi potest ex eiusdem pœnitentialis summario, quod nobis ex M. S. codice Bibliothecæ S. Benedicti Cantabrigiensis edidit tomo 1. Conciliorum Angliæ Henricus Spelmannus, qui nullum planè titulum refert de omissione confessionis apud Græcos, quin potius plures de pœnitentium reconciliatione per Sacerdotes post confessionem utique facienda. Sic habes titulo 47. de reconciliatione pœnitentium, & titulo 58. de reconciliatione. Accedit Dominus Lucas d'Acherius tomo 9. Spicilegiorum ubi dum in excerptis ex pœnitentiali Theodori omnes ferè græcorum

Can. Cabil.

Theodor.



& Romanorum ritus circa disciplinam Ecclesiasticam recenset, nullibi tamen laudatum à Burchardo, Ivone, & Gratiano canonem exhibet: habet quidem canone 35. *Confessio Deo soli, si necesse est, agi licet.* Sed quis non videt, inde firmari confessionis auricularis necessitatem, ubi Sacerdoti fieri potest? Sacerdoti sanè confitendum esse, supponit canon 43. *non licet Diacono alicui indicare pœnitentiam, sed Episcopus, aut Presbyteris.* Et canon 59. de homicidâ aut fure: *quando confessus fuerit Episcopus vel Presbyteris peccata sua, debet illis aut propria reddere vel componere.* Et canon 60. *qui cibum immolatum comederit, & deinde confessus fuerit: Sacerdos consideret personam, in quâ atate contigit, & ita auctoritas Sacerdotalis circa infirmum moderetur.* Hæc abundè indicant, ni fallor, tempore Theodori Cantuariensis Episcopi indubitatum fuisse apud Anglos confessionis auricularis usum, de quo omne omnino dubium tollit non modo Theodori pœnitentiale, cuius partem post d'Acherium in Galliis publici juris fecit Iacobus Petit, sed & Theodori capitula ab eodem Petit edita, quorum decimotertio continetur modus confitendi per interrogationes, & inter alias: *Interr. Habes fidem confessam & peccata confessa Deo & Sacerdoti suo, ut remittantur tibi peccata tua? credis hoc, Resp. credo.* Quid clarius desiderari potest, quid scribi expressius?

Beda.

2. Post Theodorum sæculo 8. ad annum 731. floruit in Angliâ venerabilis Beda, qui libro 5. Histor. capite 14. narrat, quod tempore Coenradi Anglorum Regis vir militaris exterius Regi placens, sed interius displicens, admonitus ab eo fuerit sedulo, *ut confiteretur & emendaret, ac relinqueret scelera sua, priusquam subito mortis superventu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet.* Verum ille licet frequenter admonitus spernebat verba salutis, seseque tempore sequenti pœnitentiam acturum esse promittebat. Addit illum morbo oppressum à Rege admonitum, ut vel tunc saltem pœnitentiam ageret commissorum, respondisse: *non se tunc velle confiteri peccata sua, sed cum ab infirmitate resurgeret, ne forte exprobrarent sibi Sodales, quod timore mortis faceret ea, quæ sospes facere noluerat.* Sicque eum sine confessione & pœnitentiâ in æternum periisse. Ex quâ Regis Angliæ admonitione non nisi nimis manifestum fit, peccatores tunc temporis in Angliâ fuisse confessos peccata Sacerdotibus, idque necessariò & sub pœnâ damnationis facere debuisse, ut lucet ex hoc viro sine confessione in æternum pereunte. Quod si Regis Angliæ testimonium non sufficiat, en ipsius Bedæ sententiam in caput 5. Iacobi Apostoli, ad illa verba:

Etsi



Et si in peccatis sit, dimittentur ei: multi, inquit, propter peccata in animâ facta, infirmitate aut etiam morte plectuntur corporis, unde Apostolus Corinthiis, qui Corpus Domini accipere indignè soliti erant, ait: ideo inter vos multi & infirmi, & imbecilles sunt, & dormiunt multi. Si ergo infirmi in peccatis sint, & hac Presbyteris Ecclesia confesi fuerint, ac profecto corde ea relinquere atque emendare sategerint, dimittentur eis: neque enim sine confessione emendationis, peccata queunt dimitti, unde rectè subjungitur: Constremini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini. In hac autem sententiâ illa debet esse discretio, ut quotidiana leviaque peccata alterutrum coequalibus constreamur, eorumque quotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris lepra immunditiam juxta legem Sacerdotij pun- damus, atque ad eius arbitrium qualiter & quanto tempore jusserit, purificari curemus. Quid plura? edita sunt in tomis Conciliorum canones Bedæ de remediis peccatorum, in quibus ipse præfatur, soler- ter admoneri doctum quemque Sacerdotem Christi, ut in universis, qua hic annotata reperit, sexum, atatem, conditionem, statum, personam cuiuscumque poenitentiam agere volentis, ipsum quoque cor poenitentis curiose decernat, & secundum hæc, ut sibi visum fuerit, singula quoque indicet. Et post hæc subdit excerpta Catholicorum Patrum per Egber- tum Archiepiscopum, in quorum primo statuitur, ut Sacerdotes

Egbertus Ar-  
chiepiscopus  
Eboracensis.

Dei diversa medicamenta animarum invisibilium hominibus pensent & tractent, & infra: distingue, inquit, quid, ubi, quamdiu, quan- do, qualiter debeas facere. Quæ omnia pensari nequeunt, nisi con- fessis primum peccatis, idque cum omnibus suis circumstantiis. Et jam intelliges de quali confessione loquatur ipse Egbertus Eboracen- sis in Anglâ Archiepiscopus, dum in excerptis cap. 20, statuit: ut cuncti Sacerdotes omnibus illis consentibus eorum crimina, dignam poenitentiam cum summâ vigilantia ipsis indicent. Sic nimirum tempore venerabilis Bedæ florebat omnium consensu auricularis Confessio facta Sacerdotibus.

3. Edidit nuper Ioannes Morinus post tomum suum de poenitentia excerpta ista Egberti Eboracensis Archiepiscopi, de quo Franciscus Goduinus Landavenensis Episcopus in commentario de Episcopis Angliæ, quod anno 731. Episcopatum illum adeptus sit, ut & tem- poribus Bedæ floruerit, & ante annum 741. poenitentiale suum conscripserit, utpote de quo in proemio poenitentialis sui mentio- nem facit Gregorius 3. quem anno 741. obiisse constat. Ex Codice



Cod. M. SS.

sexcentorum annorum editionem suam odornatam esse, scribit Morinus, habebatque Codex hunc titulum: *excerptum de Canonibus Catholicorum Patrum vel pœnitentia ad remedium animarum Domini Egberti Archiepiscopi Eburaca civitatis*. Extat in eo ordo confitendi peccata, quam sic intonat: *quando volueris Confessionem facere peccatorum tuorum, viriliter age, & confortare in Domino, & noli erubescere: & quia inde venit indulgentia, cum in spe misericordia Dei humiliter Confessus fueris peccata tua, & reliqueris ea, quia sine Confessione non est indulgentia. In primis prosterne te humiliter in conspectu Dei in terra ad orationem, & roga beatam Dei genitricem Mariam, ut ipsa intercedat pro te ad Dominum cum omnibus Sanctis Apostolis, Martyribus, Confessoribus, & Virginibus, ut Deus omnipotens dignetur tibi dare sapientiam perfectam, & intelligentiam veram, & virtutem animi constantem ad confitendum veraciter ex infirmo corde peccata tua: & postea surge, & cum fiducia, & vera credulitate dic ei, cui confiteris vis peccata tua, mea culpa, quia nimis in cogitationibus, locutione, & opere peccavi. Addit sex alias Confessiones particularium criminum memoriam facientes, & post illas incipit ordo ad pœnitentiam dandam, in quo postquam Episcopus aut Presbyter capitulum: *Deus in adiutorium meum intende, & Psalmos duos recitavit, præscribitur interrogatio facienda de fide pœnitentis, tum de variis criminibus inquisitio, post hæc singulis criminibus à pœnitente confessis impostio pœnitentiæ. Addit insuper aliam Confessionem hocce modo faciendam: ego peccator confiteor mea peccata coram Christo, & coram Sanctis eius, & tibi Pater, quia peccavi nimis in omni vita mea. De cogitationibus, de locutionibus, de verbis, de fabulationibus, de risu cum cachinno, de levitate, de factis malis, de avaritia, de odiosis sermonibus, de vana gloria, de superbia, de iracundia, de sacrilegio, &c. Et in fine: de omni vitio malo: Domine parce, indulge, & miserere mei. Et infra dum facta est Confessio, tunc, inquit, projicite ambo in terra: dic ei, ut dicat mea culpa, peccavi Domine, . . . iterum dic ei, promittis de præteritis culpis emendare. R: promitto. Dic ei, Dominus sit tibi adiutor, & præstet tibi indulgentiam de tuis peccatis. Et post varias orationes super pœnitentem dicendas, finit: sis namque absolutus à Deo Patre, & Filio, & Sancto Spiritu, ab omnibus tuis peccatis, similiter etiam sis absolutus à Sanctis Apostolis, & Martyribus, & Confessoribus, sive ab omnibus timentibus Dominum, & à me quamvis indignus, & hic & in futuro saculo Amen. Hæc ex Codice pœnitentiali**

Egberti



Egberti Eboracensis in Angliâ Episcopi, quæ omnia referre placuit, ut ex eo constet non modo de Confessione auriculari communis tunc temporis in Angliâ sententia, sed modus quoque Confessiones auriculares excipiendi.

4. Hæc autem ut manifestiora sint, placet ritum Confessionis superaddere ex Alcuino Caroli Magni Imperatoris præceptore, & Egberti Eboracensis discipulo, utpote de quo Gulielmus Mallesburiensis libro 3. de Gestis Pontificum Anglorum, quod in epistolâ ad Carolum conscriptâ dixerit de Egberti Bibliothecâ : *date mihi exquisitioris eruditionis Scholastica libellos, quales in Patria habui, per bonam & devotissimam magistri mei Egberti Archiepiscopi industriam.* Quibus in verbis non modo gloriatur de magisterio Egberti, sed testimonium quoque reddit de Patria, ut Alcuinus fuerit natione Anglus : cum autem de illo ut omnium sui ævi doctissimo facile constet apud omnes, non inutile erit & pro Gallicanæ & Anglicanæ Ecclesiæ sensu & mente, ipsius verba ex libro de divinis officiis desumpta adducere. Docuerat, solos Episcopos & Presbyteros excipere Confessiones, quibus claves regni cœlestis datæ sunt, & pergit : *Sacerdos hac autoritate imbutus, sive compunctus suscipiens pœnitentem, si laicus est, dimisso baculo : quisquis vero ille est sive laicus, sive clericus, sive Monachus suppliciter se inclinet ante Sacerdotem. Tunc Sacerdos dicit hanc orationem : Domine Deus omnipotens propitius esto mihi peccatori, &c. Deinde jubeat eum Sacerdos sedere contra se, & colloqui cum eo de supradictis vitiis &c. Consideret etiã sexum, aetatem, conditionem, statum, personam, & secundum hoc, ut sibi visum fuerit, singula quaque judicet, id est aliquos à cibis abstinendo, alios Eleëmofynas dando ; nonnullos sapius flectendo genua, in cruce stando, aut aliquid aliud eiusmodi, quod ad animæ salutem pertinet. Non omnibus vero una eademque discretio sit, unicuique horum, hoc est, inter divitem & pauperem, liberum & servum, inter infantem & puerum, juvenem & adolescentem, aetate senem, hebetem & stultum, scientem & ignarum, Laicum & Clericum, Monachum & Episcopum &c. Virum voluntate vel casu, vel in abscondito, quali compunctione emendet, necessitate vel voluntate, loca & tempora discernat.* Præclara sunt Alcuini verba, cuius tempore Latinos Græcorum more sedendo pœnitentiam à confessorio suscepisse lucidissimè declarat. An mos ille sedendi vigerit in Romanâ Ecclesiâ, dum post Confessionem pœnitentia imponenda erat, vix scio, hoc tamen constat, auricularem Confessionem eodem modo perverasse

Alcuinus  
Flaccus.



Halitgar. Ca-  
meracens in  
Pœnitential.

verasse in Romanâ Ecclesiâ, uti in Anglicanâ & Gallicanâ, cuius rei indubitatum testimonium ante octingentos annos ex nostro Belgio reddit Halitgarus Cameracensis Episcopus in antiquo pœnitentiali Romano per ipsum exscripto, de quo in præfatione sua: *addimus etiam huic operi exceptionis nostræ pœnitentialem Romanum alterum, quem de scrinio Romana Ecclesiâ adsumimus: attamen à quo sit editus, ignoramus.* Et in illo: *cum ergo venerit aliquis ad Sacerdotem confiteri peccata sua, mandet ei Sacerdos, ut expectet modicum, donec intret in cubiculum suum ad orationem. Si autem cubiculum non habuerit, tamen tunc Sacerdos in corde suo dicat hanc orationem: Domine Deus &c.* Addit plura ad pœnitentiæ impositionem spectantia, sed superius dicta abunde ostendunt auricularis confessionis ritum fuisse indubitatum apud Romanam Ecclesiam, utpote cuius pœnitentiale usque ad tempora Halitgari supponebat Confessionem uni Sacerdoti factam à pœnitente. Plura id generis testimonia proferri possent ex cæteris Occidentis Ecclesiis, sed cum Anglicanam præsertim illustrandam susceperimus, ad eam quoque necesse est, ut revertamur.

Concil. Cal-  
chutense.  
Canon, 20.

Edgarus Rex.

5. Anno Domini 787. floruit Hadrianus primus, sub quo Concilium Calchutenense coactum est in Anglia præsen tibus eius legatis Gregorio Ostiensi & Theophylacto Tudertino Episcopis, qui in relatione Synodica ad Hadrianum Papam fatentur, se primos legatos fuisse post Augustinum Monachum in Angliam missos. Quid verò statuerint cum Angliæ Episcopis, patet ex canone 20. habiti sub ipsis laudati Concilij: *Si quis autem, quod absit, sine pœnitentia aut confessione de hac luce discessit, pro eo minime orandum est.* Hoc autem referunt constitutum in Concilio publico coram Rege *Ælfrualo*, & Archiepiscopo *Eanbaldo*, & omnibus Episcopis & Abbatibus regionis. Ut indubitatum totius Angliæ constet fuisse sententiam de confessionis necessitate. Quod si constitendi ritum ex subsequenteribus sæculis probari desideres, prætermisso nono sæculo eiusque testimoniis, ad canones ab Edgardo Anglorum Rege anno 967. titulo de confessione datos accedo, ubi de modo constitendi lucidè disseritur: ponit in primo orationes confessoris super pœnitentem, & canone 2. *Cum vero quis peccata sua confiteri voluerit, exaudiet eum primo comiter, quamam sit hac sua intentio, & utrum velit & possit, ea, quæ pataverit, humiliter confiteri, & reatus suos quoscumque perscrutari.* Et canone 3. *interroga ipsum de sui ipsius moribus, extorque scelera, & quæ fecit, propone omnia.* Ubi insinuare videtur, more Græcorum per interrogationes fuisse institu-  
tam



tam Confessionem, addit vero : *judex prudens prudenter distinguet de facto, quod videlicet, quomodo, ubi, & quando sit perpetratum* : Et canone 4 post hac assurgat humillimè pœnitens ad Confessionem suam, & primo dicat: *credo in Dominum Patrem, &c.* Et canon. 5. post hac lugenti animo Confessionem suam suo Confessario humillime referat, & conquiescens dicat simpliciter in hunc modum : *Confiteor Deo omnipotenti, &c.* Adduntur plures orationes, ex quibus non modo constat de ritu sed etiam de veritate Confessionis auricularis, quam pœnitens profitetur factam coram Confessario suo & Domini Missali Sacerdote. Addit ministeria observari solita in partibus transmarinis, quæ respectu Angliæ sunt omnes Europæ regiones, in quibus non minus quam in Angliâ Confessionem Auricularem viguisse; patet ex allatis per Edgarum canonibus.

6. Anno Domini 1009. sub Æthelredo Anglorum Rege indictum est Concilium Ænhamense hortatu Ælfeagi Dorobernensis & Wulfiani Eboracensis Archiepiscopi, in quo totius Angliæ Episcopi canone 20. statuerunt : *unusquisque Christianus, prout fidei sua in primis necessarium est, Christianitatem suam curet diligentius, & frequenter adeat Confessionem, & pudoreposito sua confiteatur peccata, & quam ei imposuerit Sacerdos emendationem, sedulus exequatur.* Et ad an. 1032. Canutus Anglorum Rex c. 8. toti Angliæ præscripto, quod in tabula legum Ecclesiasticarum caput est ordine 13. *si quis rei Capitalis damnatus sua ingenue Sacerdoti peccata confiteri cupiverit, id ei conceditor.* Et in legibus Ecclesiasticis cap. 18. post diligentem ad pœnitentiam exhortationem : *quin igitur à delictis diligentius declinemus, ingenue Sacerdoti peccata quique fateamur, ab omnibus in posterum maleficiis abstineamus.* Ex quibus Anglorum Regum decretis & Capitulis toti regno præscriptis non nili nimis manifestum est, à temporibus Augustini Anglorum Apostoli usque ad sæculum 10. ante septingentos ferè annos confessionis auricularis usum fuisse frequentem, ut & peccata sua quisque confiteretur Sacerdoti, & à Sacerdote post confessionem auditam consideratis omnibus accurata pœnitentia imponeretur, juxtà illud Alfrici ad Wulfinum Angliæ Episcopum capite 31. *distinctè etiam peccatoribus instituet pœnitentiam, unicuique scilicet juxtà meriti sui rationem, sicuti probabilius eam assequatur.* Extant hæc omnia Angliæ Regum constituta tomo nono collectionis maximæ Conciliorum Philippi Labbei, & quia sæculo hoc undecimo habemus beatos & sanctitate insignes Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopos,

Concil. Ænhamense.

Canut. Rex.

Alfricus.



copos, & totius Angliæ Primates, quid ipsi de Confessione senserint, & posteritati consecrarint, non abs re futurum arbitror, si in medium proferatur.

7. Floruit circà annum 1070. B. Lanfrancus totius Angliæ primas & Cantuariensis in illa Archiepiscopus, qui tam perspectum & indubitatum habebat Confessionis auricularis usum, ut libellum de celandâ Confessione ediderit, quem ex duobus M. SS. Codicibus S. Victoris Parisiensis, & C. V. Alexandri Petavij edidit Lucas d' Acherius in fine operû B. Lanfranci: docet in eo, ex Ecclesiasticis Sacramentis unum esse, *peccatorum remissionem*. Et Ecclesiam in peccatorum Confessione unam esse, non divisam, aliquos tamen ab hac unitate deficere, cum Confessionem revelant. *In his Sacramentis*, inquit, *qui quocumque modo de Confessione sibi aliquam suspicionem in publicum oriri faciunt, vel confessos infamant, caligant*. Addit infra: *revelator Confessionis mortalis criminis reus est*: quæ omnia Confessionis auricularis consuetudinem non tam probant, quam supponunt: habet tamen B. Lanfrancus in laudato libello nonnulla, quæ expositione indigent, de iis nimirum, quibus confitendum est. Supponit enim peccata confiteri posse omni Ecclesiastico clero: *in hoc cognoscimus, quia de occultis omni Ecclesiastico ordini confiteri debemus; de apertis vero solum convenit Sacerdotibus, per quos Ecclesia, qua publice novit, & solvit, & ligat. Sin nec in ordinibus Ecclesiasticis, cui confitearis, invenis; vir mundus ubicumque sit, requiratur. . . quod si nemo cui confitearis invenitur, ne desperes, quia in hoc Patrum conveniunt sententia, ut Domino confitearis*. At pro illorum intelligentiâ Lucas d' Acherius in notis ad hunc libellum optimè animadvertit, B. Lanfrancum ibi non agere de Confessione ordinariâ, sed in casu cum proprius Sacerdos pœnitentis Confessionem publicaverit, *videamus*, inquit, B. Lanfrancus, *quibus tunc confitendum sit: hi in primis de quibus diximus, cavendi sunt, quoniam si B. Joannis epistola prima requiritur in omnibus Sacramentis moribus Antichristi sunt.*., Notes velim, subdit d' Acherius, hoc loco non dici: videndum quinam tunc, puta in eo casu, quo proprius Sacerdos infringit Confessionis fîgillum, habeant potestatem absolvendi, sed tantummodo, quibus tunc confitendum sit, unde intelligi datur iis, quos postea refert, detegenda dumtaxat humili Confessione peccata, ut exinde pœnitentibus magis contritis, Deus misericordiam impendat., Hæc Lucas d' Acherius, quæ congruunt toto contextui, hincque patet,



cur aperta peccata velit solis Sacerdotibus confitenda, quod tunc non sit periculum publicandi peccatum, quod Ecclesie est publicè notum. An autem occulta peccata, licet utatur verbo debemus, voluerit tunc aliis supra nominatis necessariò confitenda, vix dixerim: quidquid sit, extra casum illum publicæ Confessionis, indubitatum existimavit B. Lanfrancus juxta communem tunc temporis doctrinam in Anglia receptam, eam proprio Sacerdoti esse faciendam. Unde & in publicatis sententiis sive sermonibus tomò 4. Spicilegiorum octavum ponit pro Monachis, ut *puram Confessionem de omnibus peccatis suis faciant, quam tamen Confessionem non passim omnibus, prout cui libuerit, nisi tantummodo suis Pralatis, vel quibus idem prelati potestatem tribuunt, faciant.*

B. Lanfranc.

8. Rem hanc indubitatum reddit B. Anselmus Lanfranci in Cantuariensi sede successor, libro de similitud. capite 103. Deinde sequitur *Confessio, ut scilicet qualiter se peccator cognoscat & doleat, confiteri studeat. Multi enim sunt, qui se peccasse cognoscunt, & dolent, & tamen celant, quoniam quidem hoc confiteri erubescerent non audent. Et quia sciunt confessionem necessariam ad salutem fore, in cordibus suis coram Deo penitent, & illi confiteri proponunt, multoque majorem penitentiam agunt, quam si confiterentur, eisque injungeret aliquis Sacerdotum. Verum in hac re penitus decipiuntur. Quia nullus Deo quidquam confiteri potest, quod ipse ignorat: omnia enim ei nuda sunt & aperta. Vult itaque Deus, ut quicumque ei peccaverit, ac si ipse nesciret, ita suo loco alij nescienti confiteri, ne dissimulet. Licet clariora desiderari nequeant pro auricularis confessionis necessitate testimonia, addo tamen aliud eiusdem Anselmi in cap. 11. primæ ad Corinthios, ubi disertè docet, quod peccator non possit ad sacram communionem accedere, nisi confessus fuerit peccatum illud, & per penitentiam deleverit: quin docet: indigne manducat & bibit, qui vel aliquod grave peccatum, vel multa levia commisit, & non confitetur ea, priusquam ad communionem accedat. Quid expressius, quam laudata B. Anselmi pro Confessione Auriculari testimonia? ab iis non recessit profecto Anglicana Ecclesia sæculo 12. sed verissima supponit, & ut indubitata retinuit, sicuti probari posset ex pluribus.*

Anselmus

9. Ne vero nimium fusi videamur, virum extra omnem controversiam doctissimum, qui anno 1200. obiisse creditur, ex Angliâ profero, Petrum nimirum Blesensem Bathoniensem in Angliâ Archidiaconum, qui librum de Confessione Sacramentali ad quemdam



Petrus  
Blesensis.

Episcopum conscribens : peccati confessio designata per lepram , inquit ,  
facienda est Sacerdoti. Verbum enim Augustini est : nemo dicat sibi, occul-  
tè confiteor & ago pœnitentiam apud Deum. Si enim sufficiens est ista  
confessio , ergo sine causa data sunt claves Petro : frustra etiam dictum  
est : quodcumque solveris super terram , erit solutum & in cœlis. Omnia  
sane in confessione lavantur , & sicut corde creditur ad Iustitiam , ita  
oris confessio fit ad salutem. Et intra : sic autem confessio fiat , ut ex-  
currat per singulas iniquitates , & singulis vulneribus de sacrificio cor-  
dù humiliati quasi unguenti ex adipe devotionis infundat. Et iterum :  
Omnes autem circumstantias peccatorum , is , qui confitetur , aperiat  
causam , locum , & quidquid mensuram reatus exaggerat. Et libro de  
satisfactione : novisti , quam gravi animadversione pleâatur transgressio  
Sacerdotis peccata sibi consentium revelantis : nec multum interest ,  
utrum voce vel signo , vel quodam vultuoso contemptu , aut alias nimità  
severitate satisfactionis secreta conscientia aliena vulgentur. Haud pu-  
tem his omnibus aliquid superaddi posse ad auricularis confessionis  
probationem.

Concilium  
Londinense.

\* qualitatem

10. Eidem anno 1200. assignantur in tomis Conciliorum Decreta  
Huberti Cantuariensis Archiepiscopi in Concilio Londinensi tunc  
temporis edita , inter quæ reperitur ordine 4. de pœnitentiâ , quæ  
asseritur *secunda post naufragium tabula*. Et de qua : nos sacrorum ca-  
nonum statuta sequentes precipimus , ut Sacerdotes in pœnitentia dili-  
genter attendant circumstantias , \* quantitatem scilicet persona , &  
quantitatem delicti , tempus , locum , causam , moram in peccato factam ,  
devotionem animi pœnitentis ; & ut pœnitentia talis injungatur uxori ,  
unde non reddatur marito suo suspecta de aliquo occulto & enormi peccato :  
idem de marito conservetur. Nullus etiam Sacerdos post lapsum antequam  
confiteatur , ad altare presumat accedere celebraturus. Quin hæc auri-  
cularem Confessionem supponant , nemo negabit : quandonam  
vero illa ultra tempus communionis aut sacrificij esset facienda , unâ  
cum Orientis & Occidentis Ecclesiâ in Concilio Lateranensi 4. sub  
Innocentio 3. admisit Angliâ , ex qua Martheus Parisiensis enarrat ,  
adfuisse legatos regis Anglorum , qui una cum Episcopis Canonem 21.  
de Confessione faciendâ & non revelandâ à Sacerdote constituerunt : ac  
de Confessione quidem , ut omnis utriusque sexus fidelis , postquam ad  
annos discretionis pervenerit , omnia sua solus peccata confiteatur fideliter ,  
saltem semel in anno , proprio Sacerdoti. De non revelandâ vero Con-  
fessione : caveat autem omninò , ne verbo , vel signo , vel alio quovis modo  
prodât

Concilium  
Lateranense.



prodat aliquatenus peccatorem, &c. Quæ auricularis Confessionis non modo necessitatem, sed & sigillum tam manifestè convincunt, ut solem facibus adjuvant, qui notis hæc omnia illustrari posse contenderent. Statutus est hic canon anno Domini 1215. & confirmatus à quadringentis & amplius ex omni Occidente & Oriente Episcopis, ut hic orbem univèrsam conspirasse non tam censendum sit, quam credendum. Ut vero constet canonem Lateranensis Concilij etiam receptum fuisse in Angliâ, succurrunt Constitutiones Provinciales S. Edmundi Cantuariensis Archiepiscopi editi secundo tomo Conciliorum Britannicorum ex veteri M. S. Bibliothec. Cotton : *Confessiones ter in anno audiantur : ter communicare moneantur : in Pascha, in Pentecoste, & in natali Domini. Prius tamen præparent se per aliquam abstinenciam de consilio Sacerdotis faciendam. Quicumque autem semel in anno ad minus proprio non confessus fuerit Sacerdoti, & ad minus ad Pascha Sacramentum Eucharistia non perceperit nisi de consilio Sacerdotis duxerit abstinentiam, & vivens ab ingressu Ecclesia arceatur, & moriens Christianâ careat sepulturâ, & hoc frequenter eis dicatur.* Hæc canone 18. quæ de semel confitendo per annum desumpta sunt ex Concilio Lateranensi: ne autem quisquam somniet, hic mentionem fieri de Confessione publicâ, notandus est canon 17. præcedens : *Confessiones mulierum audiantur extrâ velum, & in propatulo quantum ad visum, non quantum ad auditum : ubi manifestè vetatur, ne fiant Confessiones, ut audiantur : magis verò hæc confirmantur ex canone 20. qui tractat de modo audiendi Confessiones : in Confessione habeat Sacerdos vultum humilem, & oculos in terram demissos, ne faciem respiciat confitentis, maxime mulieris : & patienter audiat quidquid dixerit, & in spiritu lenitatis eum supportet : & ei pro posse suadeat, & pluribus modis, quod integre confiteatur : aliter vera non est Confessio. Peccata inquirat usitata singulatim : inusitata autem non nisi à longe & per circumstantias, ut expertis detur modus confitendi, & inexpertis non detur occasio nova delinquendi.* Hæc S. Edmundus ad annum circiter 1236. quæ cum Provinciales Constitutiones intitulantur, toti Provinciæ præscripta fuisse, quin & Angliæ, cuius Primas erat Cantuariensis Episcopus, planè censenda sunt.

11. Fœcunda & fertilissima fuit Anglia in viris doctis & virorum doctorum Conciliis, unde abundat circa hoc tempus horum testimoniis : anno 1237. celebratum fuit Londinense Concilium statuens canone 5. *Quod in quodam Concilio statutum invenimus approbantes,*

S. Edmund.

Concilium  
Londinens.







absolvo à peccatis tuis &c. *Authoritate, qua fungor, te absolvo. Et quoniam confitentes in ipso Confessionis actu signa contritionis & humiliationis debent ostendere: precipimus, ut omnes, qui Confessiones audiunt, confitentes inducant, ut cum reverentia Sacerdoti & humilitate confiteantur peccata.* Gabriel Cossartius, qui hæc ex Anglicano collectore edito tomo 11. Conciliorum, notatiunculam non contemnendam subiicit: „ summæ, inquit, in Britannia fuit autoritatis hoc Concilium, quapropter magnum Concilium vocat Mattheus Westmonasteriensis, celebratum scilicet, ut ait idem, *presentibus universis praelatis Angliæ, Walliæ, Scotiæ & Hiberniæ.* „ Itaque ex illius decretis totius Ecclesiæ Britannicæ consensu conditis, Ecclesiastica constituta disciplina est; & ad usque Anglorum à Romanâ Ecclesiâ defectionem instituta illa servata sunt, hinc frequentissima in Ecclesiasticis Britannorum libris mentio Constitutionum Othonis & Othoboni. „ Quæ cum ita sint, vel sola sufficerent ad auricularis Confessionis usum in Angliâ evincendum ad usque tempora schismatis: sed ne absque ulterioribus testimoniis id potius supponere, quam monstrare videremur, alia ex eodem sæculo superaddemus testimonia.

12. Anno Domini 1281. Ioannes Cantuariensis in Angliâ primas in Concilio Lambethensi edidit canones plurimos de Confessione & Confessoribus. Anno eiusdem sæculi 87. articuli prodierunt observandi à Cantuariensi aliisque Decanis exemptis per Cantuariensem Archiepiscopum Ioannem, quod providere debeant fideliter gregi in administratione Sacramentorum, & *specialiter in Confessionibus audiendis.* Synodus item Exoniensis eodem anno 1287. canone 5. agens de penitentiâ, inter pleraque de Confessione auriculari egregiè exposita, renovat statutum Lateranensis Concilij de confitendo semel in anno proprio Sacerdoti: *ad minus in quadragesimâ, inquit, peccata sua integrè proprio Sacerdoti, vel alteri de ipsius licentiâ, confiteantur.* Et infra: *nullus omnino Sacerdos crimina sibi confessata revelet, vel verbo, vel signo, vel quovis alio modo specialiter vel generaliter.* Addit verò canone 20. pro instructione eorum, quibus Parochialis Ecclesiæ regimen incumbit, quamdam summulam omnes habere debere à diversis tractatibus extractam sub compendio: si autem queras, quænam sit hæc summula, collector Anglicanus post Exoniense Concilium subdit: *Summula seu modus exigendi Confessiones, penitentiasque injungendi, ab eodem R. Patre Petro Episcopo Exoniensi, Sacerdotibus sua Diacesis ad observandum*

Gabriel  
Cossartius.

Mattheus  
Westmonas.

Ioan. Can-  
tuariens.

Synod. Exo-  
niensis.

Collector  
Anglican.

dum



Petrus Exo-  
nienſis.

*duꝛ impoſitus in Synodo Exoniēſi. Et in ipſâ ſummulâ Petrus Exo-  
nienſis : Sacerdoti omnia debemus confiteri. Et expenſis per decem de-  
calogi præcepta cunctis peccatis, uti & aliis in audiendâ Confefſione  
obſervandis : moneat pœnitentem Sacerdos, inquit, quod habeat oris  
propriꝝ Confefſionem veram & nudam cum omnibus circumſtantiis, &  
integram, quod hac omnia detegat.*

Synod. La-  
methenſis.

13. Sæculo 14. ad annum Domini 1330. Simon Cantuarienſis  
Archiepiſcopus in Synodo Lamethenſi edidit canonem ordine ſecun-  
dum, qualiter Sacerdos ſe habeat in ordine ad audiendas Confefſiones,  
& inter alia ſtatuit : Sacerdos ad audiendum Confefſiones communem  
eligat ſibi locum, ubi communiter ab omnibus videri poterit in Eccleſia :  
& in locis abſconditis, non recipiet Sacerdos alicuius, & maximè mu-  
lieris, Confefſionem. Et canone 3. Prohibemus, quod nullus Sacerdos lap-  
ſus in mortale peccatum ad altare præſumat accedere celebraturus, ante-  
quam confiteatur. Quidam enim errant credentes, quod mortalia delen-  
tur per Confefſionem generalem. Audis Lutheraniſmum damnatum,  
antequam contigit fuiſſe natum? ſed hic non ſiſtit, ſi de ſpeciali om-  
nium peccatorum Confefſione teſtimonium reddat, & de Auriculari  
neceſſe eſt, quod ſuperaddat : pergit itaque canon : Item nullus Sacer-  
dos irâ, odio vel metu, etiam mortis, audeat in aliquo detegere alicui-  
us Confefſionem, ſigno vel verbo ſpecialiter, nec generaliter. Notanda  
ſunt priora verba, quidam enim errant, ex quorum ſequacibus fuiſſe  
puto Ioannem Wicclephum ex Angliâ oriundum, de quo & omni-  
nibus eius aſſectis ſcribit ſub Riccardo 2. Henricus Kneygton Cano-  
nicus Leyceſtrenſis editus inter decem Angliæ ſcriptores, Wicclephi-  
ſtæ ſuis erroribus abundabant quarto dicentes : quod ex ſola cordis con-  
tritione deletur omne peccatum abſque oris Confefſione, nec requiritur  
oris Confefſio, etiam ubi copia Sacerdotum haberi poterit. Additque, ad

Henricus  
Kneygton.

Wicclephiſt.

Concilium  
Londinenſe.

instantiam procerum Regem Angliæ Archiepiſcopo Cantuarienſi  
mandaffe, ut ſollicitam per Regnum librorum Wicclephiſtarum in-  
quiſitionem inſtitueret, & ſuper eos animadverteret, quod & execu-  
tioni mandatum, lucet ex hac Wicclephiſtarum propoſitione : quod ſi  
homo fuerit debite contritus, omnis Confefſio exterior eſt ſibi ſuperſua  
vel inutilis, quam anno 1382. in Concilio Londinenſi damnavit  
Gulielmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, tanquam hæreticam & de-  
terminationi Eccleſia repugnantem. Quod ipſum accuſati de errore Ni-  
colaus Hereford, & Philippus Rappingdon recognoverunt, declaran-  
tes coram Gulielmo Cantuarienſi Epifcopo : quod ſi homo fuerit de-  
bite



bitè contritus, omnis Confessio exterior est sibi superflua & inutilis: concedimus, quod est hæresis: ne autem in potterum similes errores in Ecclesia Anglicanâ prædicarentur, Concilium Oxoniense anno 1408. sub Thoma Arundellio Cantuariensi Archiepiscopo statuit, ut nullus de peccatorum Confessione, alioue quocumque Sacramento Ecclesia, seu fidei articulo aliter doceat, prædicet, aut observet, quam quod per Sanctam Matrem Ecclesiam reperitur discussum. Idque ut magis innotesceret, quid Sancta Mater Ecclesia de articulo Ioannis Wicclephi sentiret, Constantiense Concilium anno 1415. sessione 8. cui interfuit cum cæteris Natio Anglicana, damnavit iteratò laudatam supra propositionem, quam sessione 15. Bertholdus sacri Palatii Apostolici causarum auditor citavit tanquam à Wicclepho & Hus dogmatizatum: Confessio vocali facta Sacerdoti, introducta per Innocentium non est tam necessaria homini, ut diffinit: quia si quis solum cogitatu, verbo, vel opere offenderit fratrem suum; solum cogitatu, verbo, vel opere sufficit pœnitere. Item grave est & infundabile, Presbyterum audire Confessionem populi modo, quo latini utuntur. Et de his aliisque articulis quantum abhorruerit non modo universa sub cælo Ecclesia, sed specialiter quoque Anglia, patet ex sententiâ condemnatoriâ dictorum articulorum in Synodo Constantiensi prælectâ, in qua asseritur, quod Doctores & magistri studij generalis Oxoniensis eos ut reprobos excerpendo collegerint, & scholasticè reprobavint articulos. In tantum nimirum Anglicana Ecclesia ad potteriora usque sæcula pugnavit pro Confessione auriculari & secretâ, quam tot repetitis ex omni antiquitate testimoniis hocce nostro tempore firmavit Spelmannus, eiusque in collectione Anglicanorum Conciliorum adiutor, ut divina providentiâ factum fuisse existimem, quod ex Angliâ homines Romanæ Ecclesiæ infestissimi exurgerent, qui, dum in edendis præscorum suæ Patriæ Conciliorum monumentis omnem operam impendunt, hoc unum efficerent, ut ex publicatis per hostes Ecclesiæ antiquorum monumentis argumentum defumeretur, quo ipsi debellarentur vel invitati, quandoquidem ex publicatis Patrum suorum actis, ipsi à fide maiorum defecisse convincerentur. Nempe hæc est inconcussa vis veritatis, ut oïes suos obruat, & sui amantes super omnes erronum dolos & Machinationes extollat.

14. Scripserat Henrici Octavi vestigiis seductus ad omnes torius Christianitatis Principes, qui se à Sedis Apostolicæ communiione avulsum cernebat, Iacobus primus, & ut illos in partes traheret, rem

Concilium Oxoniense.

Concil constantiense.



planè odiosam attigit, qua simul Confessionem odiosam redderet, & sic cum uno alios quoque Catholicæ fidei articulos suspectos præberet. Attamen obijcienti Jacobo Anglorum Regi, perniciosam esse statibus regni Confessionem secretam, dum ex eâ pro reipublicæ bono & regum principumque salute manifestare sit vetitum rebellionis secretum, occurrit præter Eminentissimum Cardinalem Peronum nominatus per Galliæ regem Massiliensis Episcopus Nicolaus Coeffeteau, & in responso ad Angliæ regem satisfacit obiectioni, non hanc principum secularium, sed & Ecclesiasticorum communem esse legem, absque eo quod ex sigillo ullum gexoriatum incommodum, quin potius ad securitatem subsidium, cum nullus Confessionem adæat, quin de peccatis pœniteat, & à rebellionem tam propriis lacrymis, quam monitione Sacerdotis mentem avertat. Ut autem constet, quam parum hoc obsit Confessioni, desiderarem, omni mentis præoccupatione sepositâ, ad antiquæ Ecclesiæ monumenta oculos converti, quidque à Christo ad Nectarium senserint Patres, post Nectarium verò Orientis & Occidentis Ecclesiæ usque ad nostra sæcula tradiderint, per-  
 volvi. Inter orbis Catholici Regna, nullum extitisse videremus, quod frequentiora suppeditat præ Auriculari Confessione testimonia, quam Anglicanum: adduximus tot prædecessorum Regum Constituta, tot Sanctissimorum Patrum & Cantuariensium Præfulum monumenta, tot Anglicanæ regionis Synodica Episcoporum decreta, ut eum oculos à vero avellere oporteat, qui hanc veritatem non videat: somniavit omnium primus in Anglia Ioannes Wiclephus, auricularem Confessionem ab Innocentio tertio fuisse introductam contra Christi Apostolorumque doctrinam; at commentum est, quod refutatione non indiget.

15. Somnium est ab ipsa Anglicanæ Ecclesiæ defectione, quod incertus nobis auctor in antiquitatibus Britannicis præterito sæculo editis, nunc Hannoveriæ reexcusis, per fas & nefas prætendit obtrudere, à Romanis asseri: Anglorum gentem primo ad fidem conversam ab Augustino per Gregorium ad hanc regionem transmissio, cum ante illa tempora constet ex Tertulliano, Athanasio, aliisque antiquis, Anglos habuisse Catholicæ religionis Episcopos, quos cum istius regionis fidelibus usque ad Augustinum, Anglorum Apostolum vocitatum, in illa fide permanisse autumat, quam post defectionem Anglia prædicat: sed auctor ille suo se gladio interimit, cum in recensendis ex Antiquorum scriptis pro fide Anglorum testimoniis illa repetat, quæ commu-



nem Ecclesiæ Catholicæ fidem spirant, altaria, sacrificia, Presbyteros, & similia Romanæ fidei non tam præbent indicia, quam convincentia argumenta. Quod si ex illis sæculis, quibus rarissimum dumtaxat de Anglicanâ fide reperitur testimonium, præclare colligi potest, Episcopos cum subiectis sibi fidelibus communicasse Romanorum Episcoporum communioni & fidei, quis tam insanæ mentis reperietur, qui de auriculari Confessione Anglos aliter sensisse asseret, cum inter omnia illa, circa quæ per temporum difficultates & regum Ethnicorum tyrannidem deviabant, quædam in solis ritibus & disciplina Ecclesiastica corrigenda duxerat Augustinus, & nihil inveniatur de Confessione, quam tamen proxime sequentes Episcopos ab ipso Theodoro Cantuariensi ad usque defectionem Angliæ sub Henrico Octavo indubitanter observasse constat, signum manifestissimum, non ab Innocentio tertio, ut somniabant Wicclephistæ, neque ab Augustino Anglorum Apostolo, ut somniant Angli moderni, sed antiquitus ex ipsâ Apostolorum traditione suscepisse. Hisce vero ut finem imponam, adiungo testimonium verè aureum ipsius Henrici Octavi in libro contra Lutherum edito & sub auspiciis Leonis 10. ante 160. annos in lucem emisso. Ausus fuerat Lutherus Confessionis necessitatem impugnare, & Henricus Angliæ Rex postquâ ex variis testimoniis veritatem Catholicam propugnasset, subdit : *verum de Confessione, si verbum nullum neque nominatum, neque in figura legeretur, neque quidquam à Sanctis Patribus diceretur : tamen quum videam totum populum tot sæculi peccata sua patefacere Sacerdotibus. Cum ex eâ re tam assidue videam tantum boni proventum, tam nihil enatum mali, aliud neque credere, neque cogitare possem, quam eam rem, non humano consilio sed divino plans mandato, & constitutam esse, & conservatam. Neque enim ullâ humanâ auctoritate populus umquam potuisset adduci, ut occultissima scelera, quorum tacitam conscientiam horrebant, qua ne prodirent in lucem, tanti referebat ipsorum, in alienas aures ( qui posset, quum vellet prodere ) tanto cum pudore, tanto cum periculo, tam incunctanter effunderet. Neque fieri potuisse, quum tam numerosi Presbyteri boni mali que promiscuè Confessiones audiant, ut audita continerent, etiam hi, qui alias nihil continent, nisi Deus ipse, qui Sacramentum instituit, rem tam salubrem speciali gratia defenderet. Mihi ergo, quidquid ait Lutherus, non ex aliqua populi consuetudine, nec ex institutione Patrum, sed ab ipso Deo, videtur instituta & præservata Confessio.*

Henric. Rex.



*Pœnitentia fructus ostendant.*

Uti duplex Confessio dabatur in primitivâ Ecclesiâ, quarum una auricularis impugnata fuit, ita duplex Pœnitentia in usu fuit, publica nimirum & occulta, quarum posterior de levibus & quotidianis delictis nullam difficultatem umquam peperit in Ecclesia, quod semper convenerit inter omnes, occultam pœnitentiam in usu fuisse pro quotidianis delictis, sinè quibus mortalis hæc vita non ducitur etiam à sanctissimis. Aliud planè est de publicâ pœnitentiâ, de quâ agit canon noster Antiochenus, & de quâ cum nostro sæculo plura, quæ haud multum ædificant, controvertuntur, hoc unum hic tractandum suscipio, quod spectat ad publicam pœnitentiæ ob peccata publica historiam.

## CAPUT X.

## De Pœnitentiâ publicâ.

## ARTICULVS I.

De variis Pœnitentium gradibus, eorumque origine, & defuetudine apud Græcos.

1. Initio nascentis Ecclesia breves admodum fuere pœnitentia, nec triam graviorum delictorum pœnitentia erat perpetua, ut Morinus probat ex loco D. Pauli, Clemente Alexandrino, ac libro Pastoris.
2. Auctor Constitutionum Apostolicarum tantum meminit pœnitentia quinque aut septem Hebdomadarum.
3. Spontanea quorundam pœnitentia longius protracta occasionem dedisse videtur rigori Ecclesia, qui sub Agrippino cœpit ad tertij sæculi initium, aut finem secundi.
4. Putat Cardinalis Bona, varios Pœnitentia gradus tantum post Novati hæresim cœpisse, sed ante Novatum paulatim gradus introductos fuisse, ut



de Pœnitentium gradibus apud Græcos. 309

ut colligitur ex D. Ireneo & Tertulliano.

5. Post Tertulliani tempora & Novati heresim 4. gradus pœnitentiæ etiam sub distincto nomine erant cogniti, ut monstratur ex Gregorio Taumaturgo, canone Nicæno, D. Basilio, & Gregorio Nisseno.
6. Exponuntur quatuor illi gradus, nimirum stentium, audientium, substratorum, & consistentium.
7. Pro hũ quatuor pœnitentium gradibus in Oriente usu observatis facit canon 87. Trullanus, eosque numerant Ioannes Abbas in Raitha, Aristenus, Blastares, Gabriel philadelphiensis, & Leo Allatius.
8. Duravit usus istorum graduum usque post tempora Nectarij, ut probatur ex Chrysostomo, & canone Chalcedonensi, & Damasceno.
9. Maxima in gradibus pœnitentium remissio facta est post tempora Nestæ, qui edito pœnitentia relaxavit, ut patet ex plurium testimonio.
10. Post illam remissionem, omisâ graduum distinctione, diuturniores pœnitentias impositas fuisse, probatur.
11. Ritus hodierna pœnitentiæ publica apud græcos Schismaticos ex Simone Thessalonicensi adducitur, cui additur aliud testimonium Iacobi Goar ex Euchologio græcorum.

1. **E**minentissimus Cardinalis Bona libro primo, de rebus liturgicis, capite 17. §. 3. de pœnitentiâ publicâ tractaturus: „observant, inquit, eruditi in scriptis Tertulliani, Cypriani, & aliorum Patrum, qui ducentis & quinquaginta annis post Christum floruerunt, nullam reperiri pœnitentium in varias classes distinctionem, sive Episcoporum prudentiæ commissa tunc fuerit, sive revera post Novati heresim inceperit, quod probabilis existimo. Per eruditos intelligit inter alios Ioannem Morinum Blesensem congregationis Oratorij Presbyterum, qui in libro de pœnitentia anno 1651. Parisiis impresso omnem fere de publicâ pœnitentiâ materiam exhaustisse videtur, & libro 4. cap. 9. hanc quæstionem attingit, quænam pœnitentia apud primitivos fideles fuerit usitata? ac reponit: à nascente Ecclesiâ ad heresim usque Montani breves admodum fuisse, probarique posse, inauditam tunc fuisse, aliquo saltem tempore, illam trium graviorum criminum perpetuam pœnitentiam: enimvero gentium Doctor lascivum Corinthium ob incestum cum matre à communione separatum, & satana, ut verbis Pauli utar, in interitum carnis traditum, jubet epistola 2. ad Corinth. capite 2. recipi pœnitentiam

Bona.

Morinus.

Ad Corinth.



Clemens  
Alexandrinus

tiam agentem: *sufficit illi, inquit, qui eiusmodi est, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus, ita ut è contrario magis donetur, & consolemini.* Et D. Ioannes Christo charissimus cum adolescentem in omne vitiorum genus prolapsum in vicinis Asiæ regionibus ducem latronum factum comperisset, lacerato habitu mox ad montes properat, ubi obviam illi factus fugientem sistit precibus, & spe veniæ ad pœnitentiam allicit, & tum inquit Clemens Alexandrinus apud Eusebium libro 3. capite 17. *Horrore persusus, graviter & acerbè lamentatus est: Senem ad se adventantem complectitur, fletu & mœrore, quoad poterat, pro culpâ satisfecit: & dexterâ solâ occultatâ, lacrymarum undâ secundo baptizatur. Apostolus ratâ & constanti asservatione, ei se à Servatore veniam & remissionem peccatorum precibus suis impetraturum pollicetur: atque ad genua accidens, ipsam manum dextram tanquam aqua pœnitentiæ ablutam purgatamque osculatus, illum ad Ecclesiam reducit. Crebris item precibus Deum pro illo invocat, continuis jejuniis una cum eo se macerat, variis divinæ sapientiæ sententiis eius animum quasi quibusdâ lenociniis mitigat, tranquillatque: neque prius, ut fertur, inde decessit, quam illum Ecclesiæ ministerio præfecisset.* Præclarum sane de primitivæ Ecclesiæ sensu testimonium, cum S. Ioannes Evangelista vera pœnitentiæ, ut subdit Clemens Alexandrinus Apostolicorum Discipulorum auditor, *exemplum per exteriora pœnitentiæ signa hominibus proposuit ad imitandum.* S. Ioannes ab exilio redux extremâ senectute ad finitimas Asiæ regiones profectus est, ibique circâ annum ad minus 100. in exterâ civitate peregrinus Adolescentem latronum principem factum non modo per brevem pœnitentiam Ecclesiæ restituit, sed eiusdem Ecclesiæ ministerio præfecit. Et S. Pauli Discipulus Hermes in libro Pastoris, quem tanti fecerunt antiqui Patres, ut eorum nonnulli velut canonicum citaverint, libro 2. Mandato 4. *agens de adulterâ fatetur se divinitus edoctum, ut si mulier dimissa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reverti . . . si non receperit eam vir suus, peccat.* Ad quæ rectè Morinus, manifestum hoc esse indicium, pro adulterio longam plurimorum annorum pœnitentiam non fuisse necessariam, cum uxor ad Maritum rediens cum Penelope dicere potuisset: *certe ego qua fueram te discedente puella, protinus ut redeas facta videbor avus.* Addo ego, hinc dulucidè constare, fornicarias & adulteros non debuisse pœnitere toto vitæ tempore absque spe communiōnis: quidquid enim uxor cuiusdam Diaconi apud S. Ireneum libro 1. capite 9. per Marcum hæreticum seducta, *cum eam magno labore fra-*

Lib. Pastoris.

Irenæus.



res convertissent, omne tempus in Exomologesi consummavit, plangens & lamentans hanc, quam passa est ab hoc mago corruptelam. Colligit tamen Morinus, longum illud tempus, quod plangit mulier illa ex singularis devotionis zelo, non ex præcepto fuisse. Et ut pateat ex eodem Ireneo, vera esse, quæ docet Morinus, Mulieres plurimæ ab eodem Marco corruptæ sæpe cum ad Ecclesiam Dei redissent, confessæ sunt, seque corpore ab eo contaminatas fuisse, miroque ipsius amore exarsisse. Quod si illæ ad Ecclesiam Dei redierint, aliam Diaconi uxorem tam diu in pœnitentiâ perseverasse non oportuit, quod item probat Marcionis historia per Epiphanium relata, qui cum virginem quandam fraudibus ad stuprum pellexisset, & veniam ab Episcopo multis precibus obtinere non potuisset, eandemque sortem Romæ passus esset, tandem sub Eleuthero Papâ pœnitentiâ confessus, ut ipse Tertullianus libro de præscript. narrat, cum conditione datâ sibi occurrit.

Tertullian.

2. Circâ Montani tempora sedit Eleuterius Papâ ante annum Domini 180. & quænam fuerit tunc temporis Ecclesiæ in publicis pœnitentiis disciplina, abunde colligi potest ex dictis supra: ac in primis gravem satis fuisse pro gravioribus delictis pœnitentiâ, quam tot precibus tot jejuniis constat fuisse exercitam. Auctor Constitutionum Apostolicarum, qui traditiones Apostolorum utcumque compilavit, de eâ posteritati consecravit libro 2. cap. 16. cum verò deliquisse videris, jube ejici foras, acerbè ferens, de quo eiecto doleant item Diaconi, qui eum observent & extrâ Ecclesiam contineant. Primum omnium ex Apostolico instituto observandum circâ graves peccatores erat separatio à Communione fidelium, sicut Paulus fecerat cum incestuoso Corinthio. Tradere huiusmodi Sathana in interitum carnis. Et infra eodem cap. 5. primæ ad Corinthios: nunc autem scripsi vobis non commisceri, si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibum sumere. Et à fortiori, nec simul in Ecclesiâ orare, ut canones Apostolici statuunt, unde rectè juxtâ Apostolicam traditionem Auctor Constitutionum graviore peccatores extra Ecclesiam ejiciendos statuit, & pergit: postea jubebis ingredi, & factâ examinatione an pœniteat, sitque dignus, qui in Ecclesiam ex toto admittatur: castigillum jejuniis duarum, aut trium, aut quinque, aut septem hebdomadarum, ut delicti genus & ratio poposcerit, atque ita dimitte eum. Atque hæc fuit omninò primitivæ Ecclesiæ in publicis pœnitentiis consuetudo, quam secutus D. Ioannes Apostolus totius Asiæ Exarchus

Constitut.  
Apostolic.

Ad Corinth.

Constitut.  
Apostolic.

chus



chus Deum crebris precibus pro adolescente invocans, & continuis jejuniis una cum eo se macerans, donec expleto quinque, sex, aut plurimum hebdomadarum tempore eum non Ecclesię tantum restituit, sed & ministerio Ecclesię prefecerit, quo facto Ephesum rediit Asiam universam rectorus.

3. Non ignoro quidem, mulierem illam à Marco heresiarchâ seductam omne vitę tempus spontaneè in exomologesi consummasse, sed & addo, hæc, aliaque pœnitentium exempla paulatim causam præbuisse rigori illi Ecclesiastico, qui tempore Tertulliani vigere cœpit in Africâ, ut nullū planè ex trium generum peccatoribus, lapsis nimirum, mœchis, & homicidis absolvendi per claves Ecclesię, sed imponendi illis perpetuam ad finem usque pœnitentiam vigerit. De mœchis clarum habemus D. Cypriani epistolâ ad Antonianum locum: *Et quidem apud Antecessores nostros, quidam de Episcopis istic in Provinciâ nostrâ dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentię locum contra adulteria clausurunt*: Antecessores appellat Cyprianus loquens, ut puto, de Agrippino Carthaginienſi in Africâ primæ, qui potuit paulò post medium secundi sæculi ad Episcopatum illum promoveri, & sub quo Presbyteratum adeptus est Tertullianus. An rectè id decretum fuerit, haud disputo: Montano tamen ex his aliisque deliranti, Ecclesiam nullas habere pro absolvendis adulteris claves, editum proposuit Zephyrinus Papa Romanus, cuius sub hisce verbis libro de pudicitia, cap. 1. meminit Tertullianus: *ego & mœchia & fornicationis delicta pœnitentię functis dimitto*. Quod idem Cornelius Papa statuerat Cypriano suffragante cum omni Africâ de lapsis, quos pariter Ecclesia non absolvebat, sed pœnitentiâ imposita clementiæ divinæ relinquebat per contritionem delicta sua expiaturus, ut vidimus parte nostrâ 2. antiquitatis illustratæ, ad quam & de homicidij crimine noticiam desiderantem remitto, contentus hic notare verbum illud: *pœnitentię functis*. Quod indicat, non perennem quidem, pœnitentiã tamen aliquam publicam à Zephyrino fuisse desideratam.

4. Visum fuit Cardinali Bona de rebus liturgicis libro 1. capite 17. § 3. varios pœnitentię gradus solum post Novati hæresim, aut sæculi 3. medium cœpisse, ut supra audivimus, & rationem subdit: „cum enim Novatiani perperam assererent, non esse in Ecclesiâ potestatem peccata post Baptismum dimittendi... visum est Patribus modum & ordinem pœnitendi certis legibus stabilire, atque ideo quatuor pœnitentium gradus, sive stationes constituerunt, quarum prima dicebatur

„ batur



„ batur fletus, secunda auditio, tertia substratio, quarta consisten-  
„ tia. „ Verum pace Eminentissimi Cardinalis dixerim, non hæc  
primum post Novati hæresim instituta sunt à Patribus, sed pro maxi-  
mâ parte ex Traditione antiquâ paulatim in quatuor illos solemnibus pœ-  
nitentiæ gradus creverunt. Quod moris fuerit ipso Apostolorum tem-  
pore graviores peccatores penitus à communione separare, ut nec  
cibum cum illis liceret sumere, audivimus supra: quod si peccata  
sua confitentes communionis restitutionem postulabant, anno circiter  
centesimo moris erat ( ut patet ex Ioanne Evangelistâ ) aliquot septi-  
manis in pœnitentiâ persistere, cuius ritum auctor Apostolicarum  
Constitutionum describens, ejectionem in primis ex Ecclesiâ refert,  
ubi signa pœnitentiæ præbet, quæ primum fletus gradum lucidissimè  
inducunt; tum admissio intra Ecclesiam pœnitente jejuniorum im-  
positionem superaddit, quæ aliquo etiam signo exterius manifestata  
gradum substrationis manifestant: & ne quidquam hic effingere vi-  
deamur: mulier illa per Marcum hæreticum corrupta, ubi ad delicti  
Confessionem venisset, *omne tempus in Exomologesi consummavit,*  
*plangens & lamentans corruptelam.* Id autem facere non potuisset illa  
mulier, nisi ante tempora Irenei gradus aliquis pœnitentiæ extitisset.  
Ne verò ullum supersit dubium, Tertullianus, qui per 50. annos ante  
Novatianos floruit inter alia opuscula, quæ Catholicus edidit, unum  
habet de pœnitentiâ, in quâ, ut infra videbimus, tacitis nomi-  
bus plurium graduum meminit. Quin imo licet in Montani hæresim  
lapsus claves absolvendi impugnaret, pœnitentiæ usum tamen nul-  
quam Montanista infregit. Unde ex Catholicæ Ecclesiæ disciplinâ  
retinuit Montani schola, quod libro de pudicitia de pœnitentiæ gra-  
dibus docet Tertullianus Montanista: *causas pœnitentiæ delicta condi-*  
*cimus. Hac dividimus in duos exitus. Alia erunt remissibilia, alia in-*  
*remissibilia.* Remissibilia quoniam pœnitentiæ genere solvantur, non  
dicit: Irremissibilibus autem annectit fornicationem & adulterium,  
quorum criminum reos inter flentes constituit, dum graviorum  
sub dio collocat: *reliquas autem libidinum furias impias in corpora &*  
*in sexus ultra jura natura, non modo limine, verum omni Ecclesia tecto*  
*submovemus, quia non sunt delicta, sed monstra.* Quidam itaque tecto  
submovebantur Tertulliani ævo, quos non malè Eminentissimus  
Cardinalis Bona §. 5. accenset iis, qui cum brutis rem habentes ab  
Ancyrano Concilio inter hyemantes collocantur: alij non omni Ec-  
clesiæ tecto submovebantur, quod inter flentes in porticu moras ne-

Ireneus.

Tertullian.



terent, de quibus Tertullianus egit libro de pudicitia, cap. 3. *adstitit pro foribus, & de nota sua exemplo ceteros admonet, & lacrymas fratrum sibi quoque advocat, & redit plus utique negotiata, confessionem scilicet, quam communicationem . . . nec amittit, sed praparat fructum.* Et libro de pœnitentiâ, omnibus fratribus legationes deprecationis suâ injungere, utique cum in templi porticu consistunt, intrantes Ecclesiam fratres exorare consueverant flentes, ut pro pace sua intercederent: addit Tertullianus de eodem exomologesis actu, quod prosternendi & humiliificandi hominis disciplina sit, mandans etiam *sacco & cineri incubare . . . jejuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, mugire dies noctesque ad Dominum Deum suum, Presbyteris advolvi, & caris Dei adgeniculari.* Neque ultima verba indicant hanc pœnitentiam in ipsa Ecclesia peractam, neque hunc esse tertium gradum, quem sublequentes Patres substrationem nuncuparunt.

5. Post Tertulliani tempora, & Novati hæresim, quam Cyprianus debellavit, hos publicæ pœnitentiæ gradus etiam distincto nomine fuisse cognitos, non malè observat ante Cardinalem Bona Ioannes

Morinus. „ Morinus libro 6. de pœnitentia cap. 1. „ tum Patres artem quãdam, & disciplinam morbis Spiritibus medendam tradiderunt, „ inquit, vel potius id, quod ab Apostolorum tempore usurpaverant, „ maiori severitate additâ, in disciplinam, statamque curationis „ methodum redegerunt. Methodus illa in distributione pœnitentium in quatuor classes sive stationes potissimum consistit: „ fletum, „ auditionem, substrationem, & consistentiam, de quibus Cyprianus variis in locis, & Gregorius Taumaturgus in postremo cano-

Gregorius Taumaturg. *ne canonicæ Epistolæ ipsi adscriptæ: fletus seu luctus est extra portam oratorij: ubi peccatorem stantem oportet fideles ingredientes orare, ut pro se precentur. Auditio est intra portam in ferula, ubi oportet eum, qui peccavit, stare usque ad Cathecumenos, etiam illinc egredi. Audiens enim, inquit, scripturas & doctrinam, rejiciatur, & precatione ne dignus censeatur. Subiectio autem seu substratio est, ut intra templi portam stans cum Cathecumenis egrediatur. Congregatio seu consistentia est, ut cum fidelibus consistat, & cum Cathecumenis non egrediatur: & hi sunt omninò quatuor pœnitentiæ gradus, quos Gregorius Neocæsariensis in Ponto Episcopus, Origenis quondam auditor, & Cypriano ferè coetaneus apud Theodorum Balzamonem aliosque Græcos exhibet in epistolâ suâ canonicâ; & ne quisquam existimet, horum graduum nomina illis temporibus non convenire; sacrosan-*

ctum



Etum Nicænum Concilium canone XI. trium ultimorum disertè meminit: lapsi, inquit, dum veraciter pœnitentiam gerunt, tribus annis fideles inter audientes habeantur: en audientiam. Et sex annis omni se contritione dejiciant: en substrationem. Duobus autem annis sine oblatione populo in oratione communicent. En consistentiam. Et D. Basilii Cœsariensis in Cappadocia Exarchus, qui sæculo 4. post Nicænum Concilium orbi universo innotuit, epistolâ 3. canonicâ ad Amphilochem, canone 56. agens de homicidâ voluntario: qui sua sponte interfecit, & postea pœnitentiâ ductus est, 20. annis Sacramento non communicabit, viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Debet quatuor annis deslere stans extra fores oratorij, & fideles ingredientiæ rogans, ut pro eo precetur, suam iniquitatem pronuncians. Post quatuor autem annos inter auditores recipietur, & quinque annis cum ipsis egredietur: septem autem annis cum eis, qui in substratione orant, egredietur. In quatuor annis solum stabit cum fidelibus, sed non erit oblationis particeps. Is autem expletis, erit Sacramentorum particeps. Et canone 58. qui adulteravit, in quindecim annis Sacramento non communicaverit. In his autem quindecim annis sic quoque dispensabitur. Quatuor annis erit deslens, quinque audiens, quatuor substratus, in duobus consistentens sine communione. Quem canonem sic brevissime explicat Scholiastes Harmenopuli section. 5. titul. 3. 1. Hoc est stans extra Ecclesiam, & ingredientiæ orans, ut pro se preces fundant. 2. Hoc est stans foris in Narthece. 3. Hoc est stans intra Ecclesiam post ambonem, & cum Cathecumenis egrediens. 4. Hoc est cum fidelibus orans, qui nondum tamen Sacramenti dignus censetur, nisi post hoc. Et S. Gregorius Nyssenus Basilij trater epistolâ ad Episcopum Mitylenensem canone 4. est ergo canon eiusmodi, ut qui in fornicatione polluti sunt, in tribus quidem annis ab oratione omnino expellantur: in tribus autem sint solius auditionis participes. In tribus autem aliis, cum eis, qui in conversione substernuntur, & tunc sint Sacramentorum participes. Atque ex his abunde constat non modo de quatuor pœnitentium gradibus, sed etiam de Orientalium regionum observatione sæculo 4. jam inde à Novati hæresi ad usque Concilij Generalis secundi tempora.

6. Modum orationis super hosce pœnitentes, præclare nobis docet Concilium Laodicenum sub Liberio circâ annum 364. vel sub Damaso, ut alij volunt circâ annum 367. ex diversis Asiæ Provinciis coactum: quod oporteat seorsum primo post allocutiones Episcoporum orationem super Cathecumenos celebrari: & postquam Cathecumeni

Canon XI.  
Nicen.

D. Basilii.

Harmenop.

Gregorius  
Nyssenus.

Concilium  
Laodicen.



egressi fuerint super eos, qui sunt in pœnitentiâ, precem fieri. Hu etiam accedentibus ad manum Sacerdotis, & discedentibus tres orationes consummari fidelium. Ne vero quisquam has tres orationes super tres gradus pœnitentium consummari existimaret, notandum cum Eminentissimo Cardinali Bona, aliisque peritis, primum gradum flentium in porticu extrâ Ecclesiam constituisse, & peccata sua publicè deplorasse cilicio & cinere sordidatos, & super hos nullam dictam fuisse orationem ab Episcopo aut Presbytero, utpote qui à templi vestibulo erant exclusi, & ideo ad genua fidelium provoluti, intrantes pro misericordiâ exorandâ permovebant. Secundus gradus audientium erat, & pœnitentes hoc in gradu constituti intrâ portam in Narthece aut Propyleo audiebant lectionem scripturarum earumque interpretationem, & illi licet non admitterentur ad manuum impositionem, dimittebantur tamen post orationem Ecclesiæ pro Cathecumenis. Tertius gradus erat substratorum, qui manentes intrâ ambitum Ecclesiæ post Ambonem jejuniis, precibus, humicubationibus, aliisque laboriosis afflictis operibus post energumenos, & Cathecumenos, seu audientes accedebant ad manus impositionem Episcopi, qui oratione super eos habitâ ante oblationem sacrorum donorum eos dimittebat, atqui de his propriè loquitur Concilium Laodicenum, non verò de tribus aliis nec de quarto gradu consistentium, quod illi à solâ communione abstinentes cum fidelibus sacrificio & orationibus intererant. Et de quatuor hisce pœnitentium gradibus tot sunt subsequantium sæculorum testimonia, ut videantur stationes illæ pœnitentium luce clariores in Orientis & Occidentis Ecclesiâ.

7. De Oriente testimonium reddit à nongentis & octoginta annis Synodus Trullana, dum canone 87. adulterorum causam pertractans, à Patribus enim nostris statutum est, inquit, ut qui sunt eiusmodi, annum desleant, biennio audiant, triennio substernantur, & septimo cum fidelibus consistant, & sic oblatione digni habeantur. A pluribus læculis Ioannes Abbas Raithu in scholiis ad scalam S. Ioannis Climaci: & Apostolica Traditio de divisione & ordinatione pœnitentium, purgandorum & Cathecumenorum: sunt vero pœnitentium quinque loci. Locus plorantium, cum pœnitens stat extrâ ambitum Ecclesiæ, & procidens cum fletu ab ingredientibus postulat orationem ante ipsorum pedes prostratus. Locus qui dicitur audientium ante portas, quæ Basilica dicuntur ad audiendum officium, ubi pœnitentes divinum officium audiunt. Subquestratio, quæ est statio Ecclesiæ intrâ ambitum Ecclesiæ in posteriori

Canone 87.  
Trullan.

Ioan. Abbas.  
cap. 13.

parte



parte ambonis. Vnde & qui ibi est in exclamatione, qua fit ad egressuros, & ipse cum eis egreditur Consistorium, ibique statuitur, qui usque ad complementum sacri mysterij perseverant. Post Zonaram item Alexius Aristenus in canonem 21. Synodi Ancyranæ exponens decennium à Patribus impositum sceminis foetum suum in utero perimentibus : stabunt & flebunt duobus annis extrà peribolum sive ambitum Ecclesia ; tribus autem stantes ad portas Basilicas, & scripturas sacras audient : quatuor verò alii stabunt intrà ambitum Ecclesia usque ad ambonem prostrata, & cum Cathecumenis exeuntes. Anno denique uno cum fidelibus consistent orationum participes, & sic his gradibus decursis perfectione digni censentur. Mattheus Blastares quoque in Syntagmate Alphabetico tomo 2. pandectæ canonum græcorum Oxonij in Angliâ nuper edito : pœnitentes in quatuor ordines distinguuntur, flentes, audientes, substratos, & consistentes. Flentes illi sunt, qui stant extrà portam oratorij, & ab ingredientibus fidelibus & precum subsidium exposculant, & peccati condonationem. Audientes illi sunt, qui stant intrà portam in loco, qui Narthex dicitur, & divinas scripturas communisque doctrina explanationem audiunt. Cætera libens omitto, quod ea renovet Gabriel Philadelphienlis Metropolita libro de Sacramento pœnitentiæ, capite 10. de eo, quot, & quam Ecclesia loca sunt, in quibus peccatores deslebant, & deslent peccata sua : hæc sunt : fletus, auditio, substratio, consistentia, participatio. Fletus locus est extrà portam oratorij, in quo stant flentes, & peccatorum veniam à fidelibus introeuntibus, & exeuntibus postulant. Auditionis locus est intrà portam templi, videlicet in Narthece, in quo stant audientes, & hymnorum sanctarumque scripturarum lectionem & doctrinam audiunt. Substratio- nis locus est intrà templum retro ambonem, in quo stant, qui substernuntur, qui cum Cathecumenis exeunt è templo, cum illud, quicumque Cathecumeni discedite, à Diacono promulgatur. Consistentia locus est, in quo ij, qui pœnitentiam egerunt, & sufficientem, idoneumque Canonem executi sunt, consistent, & fidelibus comprecantur. Eadem hocce nostro sæculo tradidit Leo Allatius libro de rebus Græcorum dissertatione de Narthece veteris Ecclesiæ : pœnitentium gradus fuere quatuor, luctus, auditio, succumbentia, & statio, quæ fultus ibidem exponit.

Alexius  
Aristenus.

Math. Blast.

Gabriel  
Philadelph.

Leo Allatius.

8. Neque hæc Græcorum testimonia adduxi, ut probem, ad hoc usque sæculum stationes illas pœnitentium apud Orientales fuisse in usu, cum ut rectè Leo Allatius suprâ, alia circâ Pœnitentium ritum



aliorum loco fuerint introducta. Putat Ioannes Morinus, sese ex variis antiquorum monumentis efficere, apud Orientales tertium pœnitentiæ gradum j. m. inde à Nectario obsolevisse, quod nulli canones istam pœnitentiam amplius imponant, nec auditionis & substrationis tempus præfigant. Verum an istud subsistat, non facile dixerim: Chrysofomus sanè, qui post Nectarium sedem Constantinopolitanam obtinuit, tertium pœnitentium genus homiliâ 27. in Mattheum exponit, cum in mysteriis orationem 2. pro iis, qui in pœnitentiâ sunt, multam misericordiam postulare contendit. Et homiliâ 3. in epistolâ ad Ephesios: *Audis praconem stantem & dicentem, quicumque estis in pœnitentiâ abite.* Et homiliâ 18. in 2. epistolâ ad Corinthios: *Et pro iis, qui sunt in pœnitentiâ, communiter & à sacerdote, & à populo fiunt preces.* Addit infra: cum à lacris septis arcentur, antequam orâces fiant & dimittantur, *omnes similiter humi jacere, & omnes similiter consurgere oporteat.* Quibus omnibus cunctum substrationis ritum describit: ut non minus tertium pœnitentiæ gradum, quam reliquos post Nectarium in Oriente remansisse, credendum sit. Quid enim aliud prætere potest S. Ioannes Damascenus, dum in Hæresi Massalianorum circa tempora Chrysofomi aut paulo serius florescentium, contra eos invehitur, *quod gravissimis criminibus inquinatos ad se confugientes nullo extante fructu pœnitentiæ, sine sacerdotis auctoritate, nulla habita ratione graduum, qui canonibus Ecclesiasticis excipiuntur, primo quoque die se expiaveros profitentur.* Quid aliud sacrosanctum Chalcedonense Concilium, dum canone primo: *regulas Sanctorum Patrum per singula nunc usque Concilia constitutas proprium robur obtinere decrevit?* Inter illas enim extitisse Nicænas, Laodicenses, aliasque inter quatuor pœnitentium gradus distinguentes, nullum potest esse dubium. Quid demum aliud Ioannes Scholasticus Antiochenæ Ecclesiæ Presbyter, dum in collectione 50. capitum titulo 4. de cædibus voluntariis adducit D. Basilij canonem 56. expresse inter hos quatuor pœnitentium gradus distinguentem?

9. Magis igitur probarem post Iustiniani tempora maximam in gradibus pœnitentium remissionem factam fuisse per Ioannem Nesteutam, qui anno 586. Mauritio imperante in Patriarcham Constantinopolitanum defuncto Eutychio electus fuit: hunc enim non recentiores modo, sed & antiquiores Græci de introductâ laxitate accusarunt Leo Allatius libro 3. de consensu Orientalis & Occidentalis Ec-

clesiæ cap. 9. „ Pœnæ, inquit, pœnitentibus impositæ, mitiores „ multæ

D. Chrysof.

Ioannes  
Damascen.

Canon 1.  
Chalcedon.

Leo Allatius.



„ multæ nunc sunt, quam erant antea, à Ioanne enim Nesteuta anti-  
 „ tiqus ille pœnarum rigor remissus est, licet id alij inter eos non  
 „ probent. „ Et Harmenopolus, qui anno circiter millesimo centesi-  
 mo scribebat, sæpius nimiam indulgentiam jejunatore accusat. Et ante  
 illum seculo 11. Concilium Constantinopolitanum imperante Alexio  
 Comneno celebratum, ad hanc quæstionem 11. Monachorum : an  
 oporteat, ut vult canonicum jejunatoris, canonicè se gerere : Respondit :  
 hoc jus canonicum jejunatoris nimia indulgentia usum multos perdidit.  
 Et Nicephorus Chartophylax in epistola ad Theodosium Mo-  
 nachum, qui scribebat circa annum Christi 800. ita de il-  
 lius canonibus judicat : quod autem ad editos à Ioanne jejunatore  
 consuetudinem recipimus, juxta uniuscuiusque vires, correctionum mo-  
 derandarum : eo excepto, quod dicimus, quæ secundum canonum disci-  
 plinam visa sunt à Ioanne jejunatore dicta esse, si quis cordatus conside-  
 raverit, ex Patrum sententiâ dependere. Hæc antiquiores etiam Græ-  
 ci de Ioannis jejunatoris canonibus, at quid illos cito, cum ipse Ioan-  
 nes in fine libelli pœnitentialis expressè fateatur : hæc sunt definitiones  
 epitimiorum levissimorum quidem, & nimia relaxatione facillimorum à  
 me traditorum. Quod si jam queras, in quonam hæc relaxatio confi-  
 stat : quod, inquit, ad communionem attinet, ut supra dictum est,  
 abstinebitur ab eo per spatium unius anni, duorum, trium, quatuor, quin-  
 que, usque ad sextum & septimum, postea concedetur. Quod ad cibum &  
 potum attinet, ut ferunt uniuscuiusque natura & vires. Quod vero ad  
 liturgiam, cum Cathecumenis exire è templo, & in Narthece stare ju-  
 ventor : in vespertinis vero & matutinis officiis, & aliis liberum omnino  
 erit illis stare in templo, ubi voluerint.

Concilium  
Constantia.

Nicephor.  
Chartophil.

Ioan. Iejun.

eiusdem pœ-  
nitent.

10. Et ex hisce clare colligitur, ad quodnam Ioannes Iejunator re-  
 licto antiquorum rigore pœnitentiæ modum redegerit, ut nimirum  
 pro gravissimis peccatis ad limum septem annorum pœnitentia im-  
 ponatur quoad abstinentiam à communione, tum deinde quoad ab-  
 stinentiam à potu & cibo certos dies per illud tempus fuisse assignatos,  
 demum omnem illam quatuor graduum quoad stationes ritum fuisse  
 redactum in unum audientium, quo non omni tempore divinatorum  
 officiorum, ut moris erat antiquitus, sed solum sacrificij tempore  
 pœnitentes jubebantur consistere in Narthece, & post missam Cate-  
 cumenorum exire. Et jam intelliges, cur Ioannes Monachus D. Basi-  
 lij discipulus dictus, in libello pœnitentia post tempora Ioannis  
 Nesteute confecto diuturniores quidem pœnitentias imponat etiam

viginti



viginti annorum in homicidas voluntarios, nusquam tamen quatuor illarum pœnitentium stationum memineat: & quid sibi velit S. Maximus Abbas & Martyr, dum sæculo septimo Mentionem faciens cap. 15. expositionis liturgicæ de Cathecumenorum & pœnitentium dimissione, nihil tamen aliud circà pœnitentium gradus distinguat, quin potius in scholiis ad cap. 3. de ordine eorum, qui expurgantur, S. Maximus. expresse scribat: *sciendum est autem, huius talium rerum differentia & diversitatis nunc non servari adamusim eundem modum.* Idem plane de suo tempore testatum reliquit Zonaras in canon. 19. Laodiceum: *verum hoc tempore quæ ad pœnitentes spectant, nescio quomodo intermissa obsoleverunt.* Et Theodorus Balzamon in eundem canonem: *quoniam autem hæc ad aliam consequentiam devenerunt, non sunt interpretanda.*

11. Ne verò quisquam existimet, hæc ad alium ritum deviasse, audiendus est Simeon Thessalonicensis opusculo contra hæreses: educuntur itaque Cathecumeni, ij etiam, qui post Baptismum lapsi sunt, & divinam fidem eiurarunt, & illi quoque, qui fraterno sanguine impiati eadem patrarunt, aut alia facinora perpetrarunt, qua omnes à communionem arcent. Qui una simul omnes foras protrudebantur cum exeuntibus Cathecumenis. At nunc ob persecutiones & frequentes rerum turbas id per commodum fore Patres existimassent, Cathecumeni, Apostata, & Sicarij extra pelluntur. Cateri, si Baptismo solum insigniantur, separatim relinquuntur, pœnitentiam eorum Spiritualibus Patribus procurantibus. Hi vero qui extruduntur, sese sistunt in Narthecibus, aut in Cathecumeniis, dum tremenda mysteria peraguntur. Nartheces porro sunt vel templorum initia, vel Cathecumenia, vel domus ipsa Cathecumenorum, qua ideo excogitata sunt, ut & hi auditu tantummodo & visione divinarum fiant participes, labijs vero & lingua fidem profiteantur, & pietatis verba concinant. Stationis vero, precumque fidelium non communicant, cum adhuc sint seiuncti, & separati. Si itaque statione & supplicatione, qua in missa habetur, indigni sunt, multo magis quam maximè tremenda communionis fuerint. Extat hoc Simeonis Metropolitæ Thessalonicensis testimonium apud Leonem Allatum dissertatione de Narthecē veteris Ecclesiæ, & ex illo plane constat, ad quem ritum publica pœnitentia Tempore schismatum pervenerat apud Græcos, de illo hocce tempore à Græcis observato, hæc habet Iacobus Goar in Eucharologio Græcorum: *publica pœnitentia nulli licet amplius imponatur, aliquos tamen Confessione expiatis à sacra communione per annum*

vel



vel plures quandoque arcem. Hi non ita plene reconciliati privationem Eucharistia panis Eulogici communionis vices agentis, verè tunc ἀντι-δύπον, sumptione solantur : & Sanguinis Dominici sumendi loco aquam in Theophaniis Benedictam, Diacono eam μετὰ λαβίδος porrigente communionis diebus Paschatù scilicet, Apostolorum Petri & Pauli, Assumptionis, & Christi Natalitiorum summa cum religione hauriunt, & tandem oratione ἐπὶ τῶν ἐξ ἐπιτιμίων λυομένων super eis recitata, ex integro Ecclesia reconciliantur.

## ARTICVLVS II.

De Pœnitentiæ publicæ ritu apud Latinos, variaque illius apud eos Fortuna.

1. Non eadem fuit apud Occidentales & Orientales inter gradus pœnitentiæ publicæ distinctio. Disciplina circà pœnitentes publicos Roma observari consuetâ repetitur ex Sozomeno.
2. De primo flentium gradu varia testimonia Cypriani, Paciani, Ambrosij, Paulini, Theodoreti, & Hieronymi, & quamvis Morinus contendat, vix aut numquam in usu fuisse apud Latinos, aliquod tamen tempus stetisse præcedere debuit receptionem in Ecclesiam.
3. De secundo audientium gradu vix ulla memoria apud Latinos, & præter testimonium Felicis tertij difficulter reperitur aliud.
4. Tertius pœnitentium gradus apud Latinos notus, ut patet ex variis testimoniis & canonibus Synodi Toletana II. ac Agathensis.
5. Quartus pœnitentium gradus quo ad rem ipsam in usu fuit apud Latinos, ut patet ex canone 21. Eliberitano, & Siricio Papâ. Pœnitentium absolutio additur ex Innocentio, & Sacramentario Gelasiano.
6. Ioannis Morini sententia de abrogatis septimo saculo quotidiana manus impositione cum oratione publicâ in mediâ Synaxi super pœnitentes genuflexos, & solemnibus pœnitentium dimissione.
7. Quænam testimonia faciant pro renovatâ octavo saculo antiquâ graduum pœnitentium distinctione? adducuntur Capitularia Caroli Magni, loca Nicolai I. canon 30. Synodi Wormatiensis, & Concilium Generale octavum.
8. Verum non antiqua pœnitentium sed nova distinctio introducta est



in Occidentem, ut rectè Morinus, contra quem statuitur, tria per ipsum indicata non omninò abrogata mansisse in Ecclesiâ.

9. A saculo itaque 8. usque ad 12. obtinuit primus flentium gradus: secundus auditionis quo ad nomen remansit, non verò quo ad substantiam: tertius quoque gradus nomen obtinuit, sed à priori disciplinâ multum recessit. Quarti gradus si alicubi mentio fiat, res ipsa demonstrat.
10. Expositâ pœnitentiâ publicâ materiâ, de ea omninò agi hoc canone 2. Antiocheno, paucis indicatur, & sic tota hac materiâ absolvitur.

Sozomenus.

1. Licet quibusdam videri posset, pertractatâ Orientalium de pœnitentium gradibus sententiâ superfluum fore, de eorum apud Latinos consuetudine agere, non sic tamen existimandum est, cum apud Romanam Ecclesiam eiusque subiectas per Europam Patriarchali potestati Ecclesias alia planè fuerit in pœnitentiâ gradibus disciplina, jam inde ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio: quod si enim queras, quid Romana Ecclesiarum omnium mater observaverit, præstò nobis est Sozomenus Leoni Magno coetaneus, qui libro 7. Historiæ, cap. 16. disertis verbis testatur: sollicitè autem in Occidentalibus Ecclesiis, & maxime in Romanâ servatur: ibi enim manifestus est pœnitentium locus. Stant autem in eo mœsti, ac veluti lugentes: finitoque demum Dei sacrificio participes non facti, quorum participes fieri pueros Dei cultores fas erat, cum planctu ac lamentatione semetipsos in terram pronos abjiciunt. Tum ex adverso lamentabundus Episcopus accurrens, consimiliter humi cum eiulatu collabitur, ac tota denique Ecclesia multitudo lacrymis suffunditur. Post hac Episcopus primus exurgit, ac jacentes erigit: & quantum satis est, pro peccatoribus pœnitentiam agentibus precatur, eos dimittit, privatim deinde sponte sua quisque vel jejuniis, vel lotionum ciborumque abstinentia, vel aliis, quibus iussus est, semetipsum affligens tempus expectat, in quantum Episcopus præstituit. Elapso demum præfinito die, pœna jam quasi debito quopiam exoluta, à peccatis absolvitur, & populo in Ecclesiâ conjungitur. Hæc Romani Sacerdotes, ab ipso inde exordio etiam ad nostram usque memoriam custodiunt. Hæc de Occidentalium Ecclesiarum, & Romanæ præsertim disciplinâ ab auctore Græco à duodecim sæculis posteritati consecrata: ne verò sine fundamento asserta videantur, aliorum testimoniis comprobare necesse est.

2. Quod ex Apostolico instituto invaluit, etiam per Occidentem fuisse



fuisse receptum, graviores nimirum peccatores à cōmunionem fide-  
 lium separare, ijſque Eccleſiam interdicerè, indubium eſt apud om-  
 nes peritos, & præclarè audivimus ex auctore Conſtitutionum Apoſto-  
 licarum, quem ineptè Clementem Romanum crediderunt etiam anti-  
 qui. In Africâ Tertulliani tempore primâ pœnitentiæ ſtationem fuiſſe,  
 in quâ fideles ante portam Eccleſiæ lugubribus veſtibus induti ad genua  
 intrantium Sacerdotum provolvebantur rogantes, ut intercederent  
 pro peccatorum remiſſione & veniâ impetrandâ delictorum, non ob-  
 ſcurè confirmat D. Cyprianus, cum epiſtolâ 26. lapſos adhortatur,  
 ut crebri eorum gemitus audiantur, & delicta ſatisfacientibus Deo fletibus deleant. Idem pro Hiſpaniâ Pacianus Barcinonenſis Epiſcopus  
 exhortatione ad pœnitentiam: qui fratribus peccata ſua non tacet, Eccleſia lacrymis adiutus, Chriſti precibus abſolvitur. Et clarius pro  
 Italiâ Ambroſius libro 2. de pœnitentia, cap. 10. ubi hortatur pecca-  
 torem, ut Patrocinium ſibi ad Deum obſecrandum Sanctæ plebis requirat. Fleat, inquit ibidem, pro te Mater Eccleſia, & culpam tuam lacrymis  
 laver: videat te Chriſtus mœrentem, ut dicat, beati triſtes, quia gau-  
 debit. Et illuſtrius D. Paulinus in vitâ S. Ambroſij, dum agit de  
 Theodoſio Imperatore contrâ ſuam promiſſionem civitatem Theſſalo-  
 nicenſem militum furori tradente: hoc enim factum ubi comperiſſet  
 Ambroſius, Imperatori copiam ingrediendi Eccleſiam denegavit: nec  
 prius dignum judicavit cœtu Eccleſiæ vel Sacramentorum Communione,  
 quam publicam ageret pœnitentiam. Quomodo id factum ſit, latius  
 exponit Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus libro 5. cap. 17. quod Am-  
 broſius Theodoſio ſacrum templum ingredi cupienti extrâ ſacra veſti-  
 bula obviam procedit, vetatque in templum intrare, & tum obſequutus  
 Imperator cum gemitu & lacrymis ad palatium revertitur. Atque veſte  
 lugubri indutum per octo meſes peccata ſua fleviſſe, teſtatur ibidem  
 Theodoretus, ac toto tempore quod illi ad pœnitentiam præſinitum erat,  
 ut qui lugeret, Imperiali ornatu uſus non eſt. Conſonat libro 7. capi-  
 te 24. Sozomenus, nec poſt tot meſium fletum ad preces Ruffini  
 Theodoſium in Eccleſiam recipere voluit: tandem pergit Theodoretus:  
 Theodoſius ad ſacros templi parietes advenit, non ingreditur in  
 templum ille quidem, ſed ad Epiſcopum, qui in adiculâ ſalutatoriâ ſe-  
 debat accedens, obſecrat, ut vincula ſibi ſolvat. Ex quibus videmus,  
 morem iſtius temporis circâ publicos pœnitentes quoad primum fletum  
 gradum, de quo ſi aliud teſtimonium expoſtulas, Auguſtino  
 coetaneus Magnus Eccleſiæ Doct̃or Hieronymus epiſtolâ 30. ad

Cyprian.

D. Pacianus.

D. Ambroſ.

D. Paulinus

Theodoret.





D. Hieron.

Oceanum narrat de Fabiolâ nobilissimâ Matronâ Romanâ , quæ post adulterum maritum dimissum secundo viro nubens à communione disiuncta erat , & post secundi viri obitum , inquit Hieronymus , *aperuit cunctis vulnus suum , & decolorem in corpore cicatricem fletus Roma conspexit. Dissuta habuit latera , nudum caput , clausum os. Non est ingressa Ecclesiam Domini , sed extrâ castra cum Maria sorore Moysi separata consedit ; ut quam Sacerdos eiecerat , ipse revocaret.* Quibus ex verbis patet præclare , id quod Theodosius in palatio , hoc Fabiolam ante Templum perfecisse ; Ioannes quidem Morinus libro 6. capite 2. in fine , fletus stationem propriam fuisse Ecclesiæ Orientali contendit , subditque in Ecclesiâ latinâ parum observatam. *Licet enim legantur criminum rei extrâ Ecclesiam flere , vix aut numquam leges id certo tempore iussos extrâ Ecclesiam fecisse , nam id zelo & desiderio communicationis in aliis stationibus factitasse , dubium non est. Post annum septingentesimum apud Latinos nonnumquam fletus mentio legitur , fuitque illius stationis usus in criminum publicorum curatione , sed ab eo , quem hæcenus explicavimus , plurimum recedebat.* Hæc Morinus , quæ ut veritati consonent , ulteriori expositione indigent. Quantum enim colligitur ex supradictis testimoniis , indubiatum fuit sæculo 4. latinis Patribus , aliquod tempus fletus præcedere debuisse ante receptionem in Ecclesiam ; sed quod græci imponebant pro certò tempore tanquam primam pœnitentium stationem , hoc latini postulabant nullo tempore requisito tanquam conditionem ad pœnitentiæ impositionem , ut Occidentalibus statio fletus non esset gradus pœnitentiæ : & hoc fuit in causâ , quod Sozomenus ubi suprâ mentionem faciens pœnitentiæ , apud Latinos observatæ , nihil loquatur de fletu.

Felix 3.

3. Nullam quoque mentionem fecit Sozomenus secundi pœnitentium gradus nimirum auditionis , quod & illius solum memineant Græci , & nulla ferè mentio existat ante sæculum septimum apud Latinos : verum quidem est , Felicem 2. epistolâ 7. easdem pœnas in rebaptizatos decernere , quas Concilium Nicænum decrevit : *tribus annis inter audientes sint , septem annis subiaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum : duobus autem annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre , sed tantummodo secularibus in oratione socientur.* In vulgatâ editione scripta est hæc epistolâ ad Episcopos universos per diversas Provincias constitutos , unde meritò queri posset , an sacrosanctum Nicænum Concilium , cuius hic decreta renovat , ab orbe universo receptum ad hæc usque tempora non vigerit apud Occidentales



tales quo ad graduum pœnitentialium distinctionem. Sed obest Codex Iustelli, qui habet epistolam istam solis Episcopis per Siciliam constitutis inscriptam, ut videatur in Siciliâ horum graduum distinctio observata, secus verò in Italiâ, de cuius capite urbe Româ ante Felicem tertium præclarum habemus testimonium, inter pœnitentes nullam fuisse auditionis stationem. Consonat Morinus libro 6. cap. 4.

„ §. 10. asserens, præter Felicis tertij testimonium „ aliud difficile „ apud Latinos inveniri, quo auditio, vel id, quod auditione significatur, in pœnitentiam fuerit impositum. „ Aliud est post septimum sæculum, dum frequenter apud Latinos auditionis mentio facta est, nam auditio tunc multum differabat ab eâ, quam græci observabant, ut fusius infra.

Morinus.

4. A tertio pœnitentiæ gradu incipit Sozomenus, eumque latinæ Ecclesiæ notissimum fuisse indicat, locumque ad illam distinctum fuisse servatum: *ibi enim est manifestus pœnitentium locus. Stant autem in eo mæsti, ac veluti lugentes*: Consonat Concilium Toletanum 3. canon. 11. *jubemus, ut secundum formam antiquorum canonum detur pœnitentia. Hoc est, ut prius eum, quem sui pœnitentes facti à communione suspensum, faciat inter aliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere: expleto autem satisfactionis tempore, sicut Sacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni restituat.* Concilium item Agathense canone 60. quem repetit & confirmat paucis post annis Concilium Epaunense can. 29. ita lapsos puniendos statuit: *pœnitentiam biennij conditione infrascriptâ observationis imponimus, ut præscripto biennio tertio sine relaxatione jejurent, & Ecclesiam studeant frequentare. In pœnitentium loco standi & orandi humilitatem ita noverint observandam, ut etiam ipsi, cum Cathecumeni egredi commonentur, discedant.* Divus item Gregorius M. libro 2. dialogorum, cap. 23. scribit, morem fuisse, ut dum missarum solemnia celebrabantur, Diaconus clamaret, *si quis non communicat, det locum.* Latius id exponit Sozomenus supra, quod, dum liturgia celebratur, non participantibus communioni, cum planctu & lamentatione semetipsos pronos in terram abjiciunt. Tum ex adverso lamentabundus Episcopus occurrens, consimiliter humi sum ejulatu collabiitur, ac tota denique Ecclesia multitudo lacrymis suffunditur. Post hac Episcopus primus exurgit, ac jacentes erigit, & quantum satis est, pro peccatoribus pœnitentiam precatus eos dimittit. Ex quibus habemus, ipsius liturgiæ tempore post missam Cathecumenorum pœnitentes substratos jacuisse, ac per Episco-

Sozomenus.

Canon. 11.  
Toletan.

Concilium  
Agathense.

Gregor. M.  
Sozomenus.



pos à terra erectos manus impositione susceptâ discessisse, in quibus consistebat 3. gradus substratorum : nec licuerat, ut toties antiqui canones clamant, sine crebris manuum impositionibus Episcoporum pœnitentes reconciliari, unde & Capitulare Caroli M. libro 5. capite 62. *criminalia peccata multis jejuniis, & crebris manus Sacerdotum impositionibus, eorumque supplicationibus juxta canonum statuta placuit purgari, ita ut nemo sine manus impositione Episcopi, aut eius jussu alterius Presbyteri se credat esse à suis facinoribus absolutum.*

Capitul. Caroli M.

Canon. 21. Eliberitan.

Siricius Papa

Innocent. 1.

5. Quartum pœnitentiæ genus, quod consistentium dicitur, neque latinis ignotum fuit, utque Tertullianum cum Cypriano omitam, Concilium Eliberitanum can. 21. eos, qui per tres Dominicas ad Ecclesiam non accesserunt, statuit, *pauco tempore abstinere*, seu quod idem est, sine communionem consistere. Et Concilium Arelatense 1. canon. 11. & 12. de puellis fidelibus, quæ junguntur ethnicis, & ministris, qui scœnerant, statuit aliquanto tempore à communionem separari. Præclare hunc pœnitentiæ ritum describit S. Siricius Papa epistolâ 1. ad Himerium Tarraconensem Episcopum pro iis, qui reconciliati iterum ad peccata reversi sunt, & pœnitentiam expostulant : *de quibus, inquit cap. 5. quia jam suffugium non habent pœnitendi, id diximus decernendum, ut sola intra Ecclesiam fidelibus oratione jungantur, sacra mysteriorum celebritati, quamvis non mereantur, intersint : à Dominica autem mensa convivio segregentur.* Ad consistentiæ gradum spectabat cum fidelibus orare, sacrificio interesse, non tamen offerre, nec tunc communionem sumere. Et hæc omnia attingit Siricius Papa, ut si nomen omisit, rem ipsam expresserit, de quâ illud quam maximè notandum, testimonia hæctenus citata non agere de consistentiâ, tanquam pœnitentes per tres alios gradus ad hunc perveniant, sed separato quasi pœnitentiæ modo obstricti per hunc solum pro peccatis satisfaciant, ut & mirum non sit, à Sozomeno nullam mentionem factam huius stationis tanquam quarto loco peragendæ à pœnitentibus. Et hæc quidem præcipua ad pœnitentiam spectantia, prout observari consueverant in Occidentis Ecclesiâ: de pœnitentium absolutione hæc memoriæ tradidit Innocentius 1. epistolâ 1. ad Decentium Eugubinum. *De pœnitentibus verò, qui sive ex gravioribus commissis, sive ex levioribus pœnitentiam gerunt, si nulla interveniat agritudo, quintâ feriâ ante Pascha eis remittendum Romana Ecclesia consuetudo demonstrat.* Quod ipsum latius explicat antiquissimum Sacramentarium Romanum à Gelasio Papâ sæculo 5.

NOVIS



novis titulis ornatum, in quo ordo agentibus publicam pœnitentiam sic recensetur: *suscipis eum quartâ feriâ mane in capite quadragesimæ, & cooperis eum cilicio, oras pro eo, & in laudis usque ad cœnam Domini, qui eodem die in gremio presentatur Ecclesiæ, & prostrato eo omni corpore in terrâ dat orationem super eum ad reconciliandum in quintâ feriâ cœna Domini, sicut ibi continetur.* Plura adferre possemus, sed ad subsequendum sæculorum ritus accedamus, illic Occidentalium regionum disciplinam parum latius pertractaturi.

Sacrament.  
Gelasij.

6. Ioannes Morinus libro 6. de pœnitentiâ, capite 27. existimans, ritus pœnitentiales antiquos trecentis post Nestarium annis in latinâ Ecclesiâ inviolatè viguisse, & circâ septimum sæculum tria potissimum mutari & abrogari cœpisse, quorum unum ad pœnitentiam spectans censeri debet, quotidiana illa manus impositio, & oratio publice in mediâ Synaxi super pœnitentes genuflexos fieri solita, aliud verò, ut nulla eorum in Synaxi solemniter fieret dimissio. Ab annis autem nongentis, inquit, & ultrâ solemnem illam pœnitentium in missâ dimissionem cessasse, demonstrant antiqua omnia Missalia & Ritualia, in quibus nulla fit istius dimissionis mentio. Illius non meminit ordo Romanus editus, nec quem habemus ex antiquo Manuscripto plusquam septingentorum annorum exscriptum, nec antiquum S. Gregorij Sacramentarium Romæ ex antiquis membranis evulgatum, nec his omnibus antiquius ante paucos annos à viro antiquitatis Ecclesiasticæ admodum perito Hugone Menardo congregationis S. Mauri Monacho, nec alia duo ad illius, quod edidit, ætatem proximè accedentia, quorum sæpè mentionem facit. Hæc Morinus, qui dum notat, hisce abrogatis totum substrationis ritum obsolevisse, cum antea ostenderimus, nullam ferè in latinâ Ecclesiâ pœnitentium stationem fuisse cognitam, nisi forsan ultimam eamque separatim impositam, fateri debet, à sæculi septimi fine alium planè ritum circâ publicam pœnitentiam agentes fuisse introductum, id quod libro 7. à capite primo ostendere & firmare conatus est.

Morinus.

7. Verum audire mihi videor, tantum abesse, à sæculo 7. abrogatum fuisse antiquum pœnitentiæ ritum, ut potius sæculo 8. restitutus videatur juxtâ antiquam græcorum disciplinam, ut etiam per quatuor gradus distinguerentur pœnitentes: Capitulare Caroli Magni operâ Benedicti Levitæ editum, libro 5. titul. 135. de Cathecumenis non prætereundis, statuit etiam de lapsis: *hî qui quolibet modo*

Capitul. Car.  
roli M.

Christum



Christum, quem semel confessi sunt, abjurarint, tribus annis inter audientes sint, & postea cum Cathecumenis permittantur orare per manus impositionem communionis Catholica gratiam recepturi. Et titulo 136. tenenti: qui pœnitentiam publice gerunt, debent unum annum esse cum cilicio inter audientes, vel usque ad magnum diem, & populo quando intrat in Ecclesiam perfusi lacrymis veniam postulare, precarique qualiter septem annorum pœnitentiã agatur cum humilitate, ut pro eis dignentur orare. Tribus vero annis subiaceant inter pœnitentes manibus Sacerdotum in loco retro ostium Ecclesiæ pœnitentibus constituto, & seorsum, infra ipsam tamen Ecclesiam, secluso populo tamen, jam non in terram prostrati, sed vultu & capite humiliato humiliter & ex corde, ut supra dictum est, veniam postulent, & pro se orare exposcant. Duobus etiam annis oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed populo tantummodo in oratione socientur, ut perfectionem septimo in cœna Domini consequantur anno, id est per Episcopi vel eius jussu manus impositionem absolutione Sacerdotalium precum communionis Catholica gratiam recepturi. In his vero septem annis multipliciter jejuniis & orationibus, fletibus & Eleëmofynarum prout melius poterint, exhibitionibus & lacrymis persistant. Hæc de publicam pœnitentiam agentibus Capitulare Caroli Magni sæculo 8. confectum anno 1588. Parisiis impressum, & nuper operâ Balusij duobus tomis capitularium reexcusum. Ex quo licet Occidentis Ecclesiæ disciplina pro pœnitentibus publicis præclare demonstraretur, præstat tamen audire Nicolai Papæ testimonia, quorum unum extat epistolâ ad Rivoladrum Episcopum, ubi scribit, se trium filiorum occisori imposuisse: ut triennio ante fores Ecclesiæ pro peccatis suis oraturus consistat, & deinde inter auditores permaneat quadriennio, ut septem annorum curricula absque communionem corporis & sanguinis ducat. Ita quidem ut in omnibus diebus vita sua carnem non manducet, & in isto septennio vinum non sumat, nisi diebus Dominicis & festivitatum. Abinde quinquennio, tribus diebus per septimanam à vino abstineat. Ut duodecim annis quantitas pœnitentiæ extendatur. Extat hæc Nicolai primi epistola ordine 17. in Appendice primâ, uti & alia vigesima quarta ad Hincmarum Remensem, in qua de pœnitentiâ 12. annorum homicidæ impositâ: quorum tribus prioribus ante fores Ecclesiæ lugendo, singultus edendo misericordiam à Domino consequi festinare procuraret. Quarto deinde atque quinto inter auditores Omnipotentem exorare studeat absque Corporis & Sanguinis Domini susceptione. Residuis præterea septem annorum curricula, communionem Domini Sacramenti suscipere

Nicolaus I.



suscipere liceat celeberrimis Festivitatibus diebus, oblationes quidem nul-  
 latenus offerendo. Verum tamen omnibus prædictis temporibus, excepto  
 Festivitatibus diebus & Resurrectione Dominica, continuè quadragesimali  
 more usque ad vesperam jejunus perseveret. Edidit hæc epistolam Sir-  
 mondus tomo 3. Conciliorum Galliæ, ad annum 867. & omittis  
 aliis Nicolai primi testimoniis, sub Hadriano 2. eius successore duo  
 insignia reperiuntur, quorum unum extat in Concilio Wormatiensi,  
 canone 30. statuimus, ut Parricidæ & fratricidæ per unius anni curricu-  
 lum ante fores Basilicæ orantes Domini clementiam perseverent. Com-  
 plecto autem anni curriculo introducantur in Ecclesiam: tamen inter au-  
 dientes usque dum unius anni spatium finiat, stent, cum ad missarum  
 solemnias vel alia sacra audire officia venerint. His ita peractis si pœniten-  
 tia fructus in eis conspicitur; Corporis & Sanguinis Domini nostri Iesu  
 Christi participes fiant, &c. Aliud verò reperitur actione 9. Concilij  
 Generalis 8. in qua Vicarij Hadriani primi cum universâ Synodo  
 hoc epitimium septem annorum in periuros contra D. Ignatium pro-  
 mulgarunt: propter manifestatum peccatum tale, esse illos in duobus  
 annis extrâ Ecclesiam, & in aliis duobus annis intrâ Ecclesiam audire  
 divinas scripturas usque ad Cathecumenos, non tamen ullo modo com-  
 municare, sed abstinere à carnibus & vino quatuor annis præter Dominicos  
 dies, & præter Dominicas Festivitates: & in aliis tribus annis stare cum  
 fidelibus, & mereri divinam communionem in solis Dominicis solemnita-  
 tibus cum Eleëmofynis, & orationibus, atque jejuniis: ita ut tribus  
 diebus hebdomadis, secunda videlicet, quarta, & sexta FERIA absti-  
 neant à carnibus & vino.

Concilium  
Wormaticæ.

Concil 8.

8. Dum ultimum hocce Concilij Generalis octavi Epitimum,  
 uti & primum Caroli Magni supra citatum primâ fronte perlegebam,  
 occurrit, possibile fuisse antiquam Ecclesiæ disciplinam apud græcos  
 circa pœnitentes in quatuor gradus distinctam, ad hæc usque tempora  
 non modo in Orientali sed & Occidentali Ecclesiâ fuisse servatam:  
 sed re sagaciori mente disquisita, visum est, lapsam antiquorum disci-  
 plinam sæculo 8. potissimum & 9. à sede Apostolica de novo tenta-  
 tam, & hinc provenisse, quod antiquorum canonum pœnitentias  
 quoad 4. graduum distinctiones olim in Oriente observatas introdu-  
 cere conati sint per omnem Ecclesiam: dum verò huic rei operam im-  
 penderunt tam Romanorum Imperatores, quam Romani Pontifices,  
 alia plane disciplina introducta est, ut recte ante nos observavit Ioan-  
 nes Morinus, cui tamen in aliquibus consentire non possum: ac pri-



mò quidem, quod velit, nullum testimoniorum mentionem facere orationis impositioni manuum conjunctæ: secundò nec dimissionis pœnitentium cum Cathecumenis: contrarium enim constat ex Capitulari Caroli Magni supra citato, cui Benedictus Levita libro 5. Capitularium à titul. 58. tot statuta superaddit, ut planè injuriosum sit Antiquitati, hac de re dubitare. Addit, nec mentionem fieri separationis à sacrosancti sacrificij aspectu, sed & illius cum duobus aliis meminit Concilium Generale 8. cuius auctoritatem cum effugere non  
 „ potuit Morinus libro 6. cap. 22. dixit §. 14. „ Latinam hanc esse  
 „ pœnitentiæ impositionem, & Græcis in omnibus ferè partibus &  
 „ loquendi modis incognitam. „ Verum vel hinc constaret, apud  
 latinos tunc in usu fuisse pœnitentium solemnem dimissionem, cum  
*duobus annis intrâ Ecclesiam divinas scripturas usque ad Cathecumenos*  
 districtè audire præcipiatur. Accedit non à solis sedis Apostolicæ Vicariis, sed ab integro quoque Concilio hanc pœnitentiâ admissam fuisse: unde melius hanc difficultatem solvi posse existimarem, si dicamus, publicarum pœnitentiarum usum paulatim in occidente tum ob raritatem pœnitentium, tum ob temporum difficultates in desuetudinem abiisse, hancque obtento Romano Imperio primum Occidentalium partium Augustum Carolum Magnum voluisse collapsam disciplinam Ecclesiæ restituere, idque juxtâ antiquos Græcorum canones, quod tamen ab Occidentalibus non fuit susceptum, nisi modo planè differenti, ut statim videbimus. Idem dico à Vicariis Hadriani secundi tentatum in Concilio Generali 8. in quo dum mentio fiebat restituendi pœnitentiæ gradus pro periuris Photij affectis contra D. Ignatium, elegerunt Patres primitivam Ecclesiæ disciplinam canonibus stabilitam, quæ tamen apud Græcos amplius non invaluit, ut alibi ostendimus.

9. Quantum itaque ad publicæ pœnitentiæ usum post Caroli Magni imperium ad usque 12. sæculum, primus pœnitentiæ gradus silentium nomine insignitus obtinuit; hunc enim sonant omnia mediæ illius ætatis testimonia, cum luctuosæ pœnitentiæ ante fores templi mentionem faciunt: addunt aliquot Concilia apud S. Ivonem Carnotensem, Burchardum Wormatiensem, aliosque compilatores, nudis pedibus incessionem, pretiosarum vestium depositionem, & similia id genus alia luctuosæ pœnitentiæ signa, quæ rigori primitivæ Ecclesiæ nullatenus cedunt. Secundus gradus audientium quoad nomen receptus est, sed non quoad veritatem aut substantiam. Auditio enim antiqui-

tus

Morinus.

 tus  
 &  
 om  
 æta  
 abf  
 Mo  
 fuis  
 apu  
 mu  
 licu  
 nui  
 fra  
 ten  
 Ec  
 ora  
 fio  
 Ca  
 bu  
 ma  
 gra  
 vic  
 nic  
 pla  
 spe  
 pœ  
 pe  
 sca  
 no  
 fio  
 in  
 sue  
 tur  
 rib  
 ne  
 per  
 aut  
 ina



tus comprehendebat certum in Ecclesia locum, qui Narthex dictus fuit, & solam Sermonis ac Missæ Cathecumenorum auditionem, quæ omnia in hoc gradu auditionis non comparent, sed solum, ut mediæ ætatis testimonia sonant, ut inter auditores consistant pœnitentes absque Corporis & Sanguinis susceptione: ex quo non malè colligit Morinus libro 7. cap. 8. §. 3. consistentiam antiquorum mutatam fuisse in auditionem recentiorum, hoc tamen unico excepto, quod apud mediæ ætatis scriptores & Patres, auditores certis diebus communicare possent, quod ne quidem in quarto consistentium gradu olim licuisset. Tertius substrationis gradus nomen suum à sæculo 7. obtinuit, sed à priori quoque disciplinâ multum recessit. Licet enim substrati per manus impositionem reconciliari solebant in fine pœnitentiæ, hoc tamen non fiebat mediæ Ecclesiæ ætate; ut olim in medio Ecclesiæ, præmissâ antecederent frequenti manuum impositione cum oratione & frequenti ex confesso fidelium tempore sacrificij dimissione, sed fiebat in angulo Ecclesiæ, uti Carolus Magnus, libro 5. Capitularium cap. 71. dixit suprâ: *retro Ostium Ecclesia pœnitentibus constituto.* Eiusdem Anguli Ecclesiæ meminerunt pœnitentiale Romanum, & Burchardus Wormatiensis Episcopus. Quod si quarti gradus mentionem faciant, ut absque communione consistent; addi videbimus, ut jam notatum est, certis festiuitatibus licuisse communicare, ex quo hic gradus, prout antiquitus observari consueverat, planè corrui.

Carolus M.

10. Atque hæc sunt præcipua ad publicam pœnitentiam spectantia, quæ enim Ioannes Morinus fusius enarrat vel de pœnitentiis pro occultis peccatis mediæ ætate impositis, vel pro peccatis publicis canonice imponendis, aut hocce tempore scabrosa sunt, aut variam fortunam subierunt, & ad institutum nostrum non pertinent. Enimvero canon noster Antiochenus, occasione cuius tam multa de Sacramento pœnitentiæ exposuimus, cum in primitivâ Ecclesiâ anno 341. editus sit, primitivæ Ecclesiæ consuetudinem spirat, & cum contrâ eos, qui Ecclesiam Dei ingrediuntur, absque eo quod communicent, sit editus, de publicis peccatoribus agit, quos & ideo ab Ecclesiâ removet, *quamdiu per Confessionem pœnitentia fructus ostendant,* adeoque & publicam pœnitentiam pertractat, quam post Confessionem eis Episcopus imponebat: hæc autem ita esse, evincunt subsequencia canonis verba: *& precibus indulgentiam consequantur.* A luctu & fletu incipiebat pœnitentia

Canon 2.  
Antiochen.

apud



apud Græcos, ut verò Antiochenum Concilium ostenderet, sese antiquam Ecclesiæ disciplinam defendere, silentium & substratorum precibus indulgentiam exostulari debere contendit: in illis enim gradibus præcipuè pœnitentiæ fructus per lamentationes, submissiones, & preces ostendi, docuit antiquitas, nec media apud Latinos abnegavit ætas.

*Cum excommunicatis autem non licere communicare, nec cum his, qui per domos conveniunt, &c.*

1. *Excommunicatis communicare non licet ex antiquâ Ecclesiâ regulâ.*

Canon 2.  
Antiochen.

1. **H**Æc est secunda pars canonis Antiocheni, in qua nihil adnotatione dignum reperio. Excommunicatis, quales tunc erant Quatuodecimani per domos convenientes, non licuisse communicare, erat recepissima apud omnes Ecclesias regula, in singulis ferè Synodis comprobata; unde & non malè canon Antiochenus concludit: *si quis autem de Episcopis, aut Presbyteris, vel Diaconis, seu quilibet ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste privetur communionem, tanquam qui regulam confundat Ecclesiâ.* Circâ quæ verba ex versione Dionysij Exigui notanda sunt hæc: *seu quilibet ex clero.* Quæ Gentianus Hervetus rectius vertit: *vel quemvis ex canone.* Ad quæ unicam Notam, quam Gabriel Albaspineus doctissimus Aurelianensis Episcopus in hoc Concilio elucubravisset, subnectere placet, ne quidquam aliunde desideretur ad huius Synodi expositionem pertinens:

Albaspineus. „ *vel quemvis ex canone*: „ hoc est, inquit, qui inter clericos recensentur, & qui societate & communionem Ecclesiasticâ fruuntur. Per „ canonem enim hoc loco intelligo chartam illam, qua omnium clericorum nomina, ordines, dignitates, & gradus, omnis denique „ Ecclesiasticus senatus, & conventus inscriptus legebatur: & ita accipiendum censeo, quod in 16, & 17. Nicœni reperitur, qui in canone recensetur, item quicumque omnino in canone recensetur. „ Et hisce finem impono huic canoni, cuius expositio si fusior fuerit ob excellentiam materiæ, quæ Ecclesiæ sensum circâ præcipua fidei & disciplinæ Catholicæ capita attingit, in reliquis breviores erimus, & præcipua dumtaxat illustrabimus.

CANON III.



## CANON III.

Εἴ τις Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, ἢ ὅλως τῷ  
 τῆ ἱερατείου τις καταλιπὼν τὴν ἑαυτῆ παροι-  
 κίῳ, εἰς ἑτέραν ἀπέλθοι, ἑπτὰ πρυτελῶς με-  
 τασὰς, διατεῖβεν ἐν ἄλλῃ παροικίᾳ πειρᾶται,  
 ἐπὶ πολλῶ χρόνῳ, μηκέτι λειτουργεῖν, εἰ μάλιστα  
 καλουῦπι τῷ Ἐπισκόπῳ τῷ ἰδίῳ, ἐπρωελθεῖν εἰς  
 παροικίαν τῷ ἑαυτῆ καὶ ᾠδαινοῦπι μὴ ἴσα-  
 κίοι· εἰ δὲ καὶ ἐπιμῆροι τῆ ἀταξία, παντελῶς ἀυ-  
 τὸν καθαιρεῖται τῆ λειτουργίας, ὡς μηκέτι χῶραν  
 ἔχεν ἀποκατάστασεως· εἰ δὲ καθαιρεθῆντα διὰ  
 ταύτῃ τῷ αἰτίαν δέχονται ἕτεροι Ἐπίσκοποι,  
 καὶ κείνον ἐπιμίας τυγχάνεν ὑπὸ κοινῆς σιωδου,  
 ὡς ᾠδαιλύοντα ὄντ θεσμούς ὄντ ἐκκλησιαστικούς.

*De his, qui ab alia Parochia prater conscien-  
 tiam Episcoporum suorum in aliis  
 immorantur.*

Si quis Presbyter, aut Diaconus, & omnino qui-  
 libet ex clero Parochiam propriam deserens ad  
 aliam properaverit: dein omnino demigrans in  
 alia Parochia per multa tempora nititur immorari,  
 ulterius ibidem non ministret: maximè si vocanti  
 suo Episcopo, & regredi ad propriam Parochiam com-

Verfio  
 Dionys. Exi-  
 gui.



monenti obedire contempserit. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, à ministerio modis omnibus removeatur; ita ut nequaquam locum restitutionis inveniatur. Si verò pro hac causa damnatum alter Episcopus suscipiat, hic etiam à communi coerceatur Synodo, velut qui Ecclesiastica constituta dissolvat.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Clericus, qui ad propriam Parochiam redire contempserit, degradetur.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Si quis Clericus suà Parochiâ relicta ad aliam abierit, deinde illic commigrans, in alia longo tempore versetur, ne amplius sacra peragat, præsertim si à proprio vocatus Episcopo non regrediatur. Si verò in insolentia perseveret, deponatur, nec ullam postea redeundi potestatem habeat. Et si quis Episcopus sic depositum susceperit, à communi Synodo puniatur, ut leges dissolvens Ecclesiasticas.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras : In hanc sententiam multi canones editi sunt. Nam & Sanctorum Apostolorum 15. eadem & Nicæna prima Synodi 16. valde his affinia constituta sunt; & canones ante id tempus editi quinto quarta Synodi canone confirmati fuere. Quapropter ex iis, quæ in illos canones scripsimus, huius quoque explicationi satisfactum putamus.

Aristenus : Eadem quæ 15. canon Apostolicus, & hic canon jubet, neminem viz. Presbyterorum aut Diaconorum aut aliorum omnino, qui in Sacerdotali sunt Catalogo suam relinquentem parochiam, & ad alteram proficiscentem, & multum in eo absumentem temporis sacra peragere: & præsertim si à proprio Episcopo vocatus fuit, & morem non gessit, nec redire voluit.



voluit. Eum autem, qui in istiusmodi confusione permanet, deponi, nec spem restitutionis habere. Sed & Episcopum, qui ita depositum ut clericum admittit, ut legum Ecclesiasticarum transgressorem castigari mandat à communi Synodo, quando omnium Provincia Episcoporum sit conventus, ob Ecclesiasticas incidentes controversias & quæstiones canonicas.

Balzaion : De iis, qui suas Paroecias relinquunt, & in alias recedunt, quare canonem Sanctorum Apostolorum 15. prima Synodi can. 16. & 4. can. 5. & discas ex iis, qua illic scripta sunt, etiam ea qua hoc canone constituta sunt.

Altera Balzaionis interpretatio : Quoniam nonnulli Presbyteri, Diaconi, & Hypodiaconi, qui sua sponte & non ob penam iis impositam sacra aliquamdiu non celebrant; rursus sacra peragere volentes prohibiti sunt; quaesitum est, quantum sit tempus, quod sacrorum celebrationem ei adimit, qui eam non omnino exercuit, dico quod multum tempus ex lege est triennium. Si ergo Sacerdos quispiam toto triennio non celebrat, non morbo, nec captivitate, nec alia eiusmodi causa impeditus; non amplius celebrare sinetur. Si enim, ut vult hic presens canon, deponitur, qui longo tempore, triennio scilicet in aliena paroecia versatur, licet etiam fortassis illic celebret, multo magis, qui suum ministerium per triennium averterit, vel se etiam indignitatis condemnaverit, celebrare non sinetur. Hoc autem probò & ex edicto facto mense Martio indict. 3. tempore S. Patriarcha D. Nicolai, qui sic precisè dicit; sed communiter definitum est de omnibus, qui in omnibus septimanis deserviunt Sacerdotibus & Diaconis, de iis quidem, qui sunt in gradu, quod & olim definitum fuit. De superfluis autem, eum, qui à magna urbe peregrè profecturus est, aliquam causam necessariam significantem Archidiacono, & iis, qui in hebdommæ primas gerunt, peregrè proficisci ad sex menses; nec alium superum quidem loco suo subsistentem, postea autem ad finem usque triennij. Alterum pro se servitio subjicientem, ut Ecclesia ministerium ei suppleatur per substitutum. Deinde si post integrum triennium non redierit, procul constituatur, & ab hebdommæ omnino excidat, nihil eum juvante substituti datione vel restitutionis spem prabere valente. Si autem sunt etiam quidam in urbe imperiali, in hebdommadis ministeriis vacare non sinuntur, nec à proprio officio recedere; & si non ad sex usque menses ad ministerium redierint, extruduntur, nullum alium, quem accusent, præter seipsos habentes; quod præsentibus sex menses dormierint, & sacerdotio se dederint nullam Ecclesia curam gerentes.



## SCHOLION.

1. *Sensus canonis, & à quibus olim fuerit in auctoritatem receptus.*

1. **L**icet nuper à viro erudito audierim, quæ in canonibus Apostolorum reperiuntur pro magnâ parte desumpta esse ex canonibus Antiochenis, unanimis tamen Græcorum Interpretum sententia est, quæ hoc canone Antiocheno statuta sunt, ex canone 15. Apostolorum, & 16. Nicæno desumpta fuisse, ut tradit Balzamon, qui unum addit de eo, qui commonenti Episcopo, ut revertatur, obedire contemnit, & in illâ indisciplinatione permanet, de quo statuit, *ut à ministerio modis omnibus removeatur, ita ut nequaquam locum restitutionis inveniatur.* Hoc autem ne quisquam nimis rigorosum existimet, en Sardicense Concilium à totius Occidentis Episcopis paulò post Antiochenum celebratum, in quo canone 10. Hostius Cordubensis approbantibus omnibus Episcopis statuit: *eos qui semel in Clerum Ecclesiasticum ab aliquibus fratribus nostris promoti sunt, si nolint redire ad eas, ad quas nominati sunt, Ecclesias, deinceps non admitti.* Addit tamen canon, in communionem laicam posse admitti, quod non repugnat, sed potius convenit Antiocheno canonijam citato, quem Fulgentius Ferrandus Carthaginensis Diaconus compendiosè refert in breviatione canonum titulo 99. *ut Presbyter vel Diaconus, qui desertâ Ecclesiâ suâ ad aliam transferit, si post evocationem Episcopi sui reversus non fuerit, deponatur.* Concil. Antioch. titulo 3. Refert & integrum hunc canonem S. Martinus Braccarensis Episcopus titulo 34. collectionis à Concilio Lucensi probatæ, & Ioannes Antiochenus sub titulo 20. *non oportere Clericos præter voluntatem sui Episcopi peregrè proficisci, neque absque illius litteris in aliam urbem recipi, & munera obire, sed statim redire, aut si nolint, penitus abdicari.* Exhibet quoque hunc canonem Antiochenum Cresconius in breviario canonico titulo 17. *ut Clerici proprias Ecclesias non relinquunt.* Ubi & post hunc tertium canonem Antiochenum citat decretum Gelasij Papæ in collectione Dionysij Exigui sub numero 23. quod huc spectat, ideoque referendum: *quisquis propria desertor Ecclesia nullis existentibus causis ad aliam putaverit transeundum, temerèque susceptus fuerit, & promotus, reverendorum canonum, vel ipse, vel receptor eius atque provektor constituta non fugiet, qua de huiusmodi præsumptoribus præfixere reservanda.* Hec Gelasius



Gelasius Papa respiciens & probans proculdubio statuta Antiochena, quæ ad hunc canonem 3. spectantia renovavit Concilium Aquisgranense in Galliâ anno Christi 816. sub Stephano quarto, nam tit. 71. eiusdem Concilij hic canon 3. Antiochenus integrè insertus est. Eius quoque expressis terminis mentionem faciunt præcipui Belgij, Galliæ & Italiæ Metropolitæ, dum sub Nicolao Papâ primo Theodgaudus Belgicæ Galliæ primas, Guntharius Agrippinensis Coloniae, Arduicus Vefontionensis, Rotlandus Arelatenfis, & Tado Mediolanensis Ecclesiarum Archiepiscopi cum Coepiscopis suis in epistolâ tomo 8. collectionis per Labbeum publicatâ scribunt, de deposito per Episcopum clerico ab aliis sine segregantis consensu non restituendo: *cum in Concilio Antiocheno cap. 3. de hoc ita habeatur: si qui Presbyteri aut Diaconi à proprio Episcopo excommunicati ausi fuerint, &c.* Et hæc omnino sufficient ad auctoritatem non modo Antiocheno Concilio, sed huic quoque canoni conciliandam.

Synodica  
Belgic.

## CANON IV.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος ὑπὸ συνόδου καθαιρεθεὶς, ἢ Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος ὑπὸ τῆς ἰδίου Ἐπισκόπου, τολμήσῃεν πειράξαι τῆς λειτουργίας, εἴτε ὁ Ἐπίσκοπος κῆ τινὲν παραγούσαν συνήθειαν, εἴτε ὁ Πρεσβύτερος, εἴτε ὁ Διάκονος, μηκέτι ἐξόν εἶναι αὐτῶν, μήτε ἐν ἑτέρω συνόδῳ ἐλπίδα ἀποκαταστάσεως, μήτε ἀπολογίας χάριν ἔχῃν· ἀλλὰ καὶ ὅν κοινωνοῦντας αὐτῶ πάντας ἀποβάλλεσθαι τῆς ἐκκλησίας, καὶ μάλιστα, εἰ μαθόντες τὴν ἀπόφασιν τινὲν κῆ τῶν παρασημίων ἐξενεχθεῖσαν, τολμήσῃεν αὐτοῖς κοινωνεῖν.



*De damnatis & ministrare tentantibus.*

Verſio  
Dionyſij  
Exigui.

Si quis Episcopus damnatus à Synodo vel Presbyter aut Diaconus à ſuo Episcopo auſi fuerint aliquid de ministerio ſacro contingere : ſive Episcopus juxtà præcedentem conſuetudinem, ſive Presbyter, aut Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in aliâ Synodo reſtitutionis ſpem aut locum habere ſatisfactionis : ſed & communicantes ei omnes abjici de Eccleſiâ, & maxime ſi poſteaquam didicerint adverſus memoratos prolatam fuiſſe ſententiam, eiſdem communicare tentaverint.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Episcopus, Presbyter, Diaconus damnatus, ſi priſtinum officium uſurpaverit, numquam reſtituatur, & omnes ei poſt damnationem ſcienter communicantes, excommunicentur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus de Synodo depositus, ſi ſacra celebrare auſus fuerit, redeundi poteſtatem non habet.

*Interpretes Græci.*

Zonaras: Episcopi quidem, ſi accuſentur, ipſorum cauſam à Synodo examinari ac deſiniri oportet : de Presbyteris verò, Diaconis, aliisque inferioribus Clericis proprio Episcopo judicare ac ſententiam ferre permiſſum eſt. Quod ſi injuſtè ſe damnatos querantur, à Metropolitanano Synodoque Provincia, ex huius Synodi ſexto can. & ex Sardicenſis Synodi canone 3. & 5. lata ab Episcopo ſententia examinari debet. Extat quoque de eâ re decretum lib. 3. titulo 1. cap. 22. Baſilic. cuius initium ;  
ſi



si qua verò inter Reverendiss. eiusdem Synodi Episcopos controversia exorta sit. Hinc igitur sunt illa huius canonis verba : si quis Episcopus à Synodo depositus &c. Aliquam liturgia partem attingere ausus fuerit, ( liturgia nomine hoc loco, non sacrorum celebratio incruentique sacrificij oblatio solum ; sed omnes præterea summi Sacerdotij functiones intelliguntur. Proinde etiam si à sacro faciendo abstineat ; Baptismum tamen ministret, aliave, qua ex precedente, hoc est inveterata antiqua consuetudine, summi Sacerdotis propria munia sunt. ) Vel Presbyter aut Diaconus quamvis injuste se damnatum fuisse contendat, audiri hominem in altera Synodo, & de illius damnatione iterum ipso postulante cognosci, aut alium ei defensionis locum concedi, ne liceat, quin etiam quicumque illorum damnatione cognita ipsis communicaverint, segregentur, & ab Ecclesia expellantur. Et vero eiusmodi hominem suo se ipsum calculo condemnare Synodi Carthaginensis canon undetrigesimus asserit. Igitur tum ex hoc canone, tum ex iis quos supra commemoravimus, facile apparet, licere Episcopo, qui injustè se damnatum existimet, alios causa sua ac damnationis cognitores postulare. Quamvis huic constitutioni 15. eiusdem Synodi canon repugnare videatur ; si quis, inquit, Episcopus aliquorum criminum coram omnibus Provincia Episcopis accusatus, consentientibusque illorum suffragiis damnatus fuerit, is ne amplius ab aliis iudicetur, sed ea sententia, quam consentientes Provincia Episcopi tulere, rata permaneat. Videntur ergo, ut diximus, hi canones inter se contrarij, sed non sunt tamen. Verum 4. canon de iis agit qui à Synodo, hoc est sententia ab aliquibus Provincia Episcopis inter se convenientibus pronuntiata, damnati fuerint, quamobrem & ei, qui se injustè laesum putat, de altera questione instituenda integrum esse decernit : at vero 15. canon de damnatione, quam omnes simul Provincia Episcopi unanimi consensu approbare, est intelligendus. Igitur quando cumque aliqui ex Episcopis Provincialibus quemquam condemnaverint, ei, qui damnatus est, secundam de causâ questionem instituendi facultas erit : at si contra aliquem omnes Episcopi Provinciales consentientibus animis iudicaverint, iudicium illud ei, contra quem pronuntiatum est, in dubium revocare amplius non licebit ; ut facile à contrario intelligi queat, si minus inter se de damnatione consentiant, quamvis omnes simul convenerint, tunc quoque de sententia damnationis examinanda ab eo, qui damnatus est, quari licere. De hac re vide etiam Synodi huius canonem 14.

Aristenus : Hic quidem canon, ut & canon 12. ostendunt Episco-



pum à Synodo depositum posse provocare, & sententiam contra se latam si injustè facta fuit, ab altera maiori emendare Synodo, nisi forsitan Episcopus, qui deponitur per arrogantiam suam ante sententia contra se lata correctionem sacra facere ausus fuerit. Tunc enim neque licet injustè se deponi dicit, restitutionem habebit, nec secunda Apologia locum. At 15. huius Synodi canon ait, eum qui ab omnibus in Provincia Episcopis deponitur, postea provocare non posse, sed sententiam contra eum latam firmam manere. At Synodi Sardicensis 4. & 5. canon licentiam dederunt Episcopo, qui ab omnibus Provincialibus deponitur Episcopus provocare, & ad Beatissimum Ecclesia Romana Episcopum confugere, nec in Episcopatum eius alium eligi, priusquam Romanorum Episcopus sententiam examinavit, & decretum confirmavit; & hac quidem sententia justior & humanior est, & nunc etiam obtinet.

Balzaion : Vicesimus quidem octavus canon Apostolicus abdicat eos, qui justè depositi fuerint, & rursus prius ministerium attingunt: presens autem canon dicit, eos non habere spem restitutionis vel per iudicium alterius Synodi, & eos, qui illis scientes communicant, ex Ecclesiâ ejici. Videntur ergo canones non exaquari. Puto autem eos in omnibus convenire. Desiniunt enim, ut duobus modis puniantur ij, qui post perfectam condemnationem aliquid Sacerdotale exercent. Apostolicus itaque canon dicit eos, qui justè depositi fuerint, scilicet qui non habent appellationis auxilium, & aliquid Sacerdotale exercent, abdicari. Presens autem canon illi consimiliter, primum quidem decernit ab alia Synodo non admitti eos, qui à perfecta Synodo Constantinopolitana verbi gratia, depositi fuerint, adversus quam non est appellatio; nec eos etiam, qui bis appellaverunt, & victi sunt, & postquam appellationis auxilium eis denegatum fuerit, aliquid Sacerdotale exercent. Deinde per id quod dicit, eos ex Ecclesia ejici, qui ipsis communicant, debere ipsos etiam abdicare, dicere videtur. Sic interpretare canones, nec dixeris eum, qui est à Synodo depositus, & habet auxilium appellationis, si post depositionem aliquod Sacerdotale exercent, esse abdicatum, & appellationis auxilium perdere, ut nonnulli dixerunt. Dices enim repugnantia, & canonibus & diversis legibus, quæ statuunt, eos, qui sunt condemnati, integrum & intactum statum habere, donec de appellatione cognitum fuerit: præcipuè autem 4. canone Sardic. Synod. quem etiam lege 1. quare etiam 13. & 15. canon. presens Synodi. Et Sardicen. Synod. canon. 4. qui hos tollit; & libro 3. Basilic. titul. 1. cap. 45. cuius principium est; si autem aliqui Sanctissimi Episcopi: & scies quomodo & à quibus de causis crimi-



criminalibus judicantur Episcopi & Clerici; & quando & à quibus appellant condemnati.

## S C H O L I O N.

1. Canonem 4. ut ab Eusebianis in odium Athanasij editum habet Hermantius, at longe aliter Theodorus Balzamon Patriarcha Antiochenus, cui consonat sacrosanctum Chalcedonense Concilium.
2. Canonem hunc in auctoritatem quoque recipiunt totius Orientis Episcopi de causâ Timothei Æluri rogati à Leone Augusto.
3. Ex Africâ eum quoque in auctoritatem recepit Ferrandus citans Hipponiregiense Concilium, in Hispaniâ Martinus Braccarensis, ex Italiâ Ioannes secundus, & ex Galliâ S. Casarius Arelatenfis.
4. Saculo 8. eum admiserunt Hadrianus I. Carolus Magnus in Capitulari ab Ansegiso Abbate uti & à Benedicto Levita collecto.
5. Habemus item ex Galliis Isaac Lingonensem, & Hincmarum Remensem, quibus eum canonem citat Nicolaus I. cuius testimonium plurimum facit pro firmandâ huius Synodi auctoritate.

1. **G** Odefridus Hermantius in vitâ D. Athanasij Gallicè editâ exponens Synodi Antiochenæ decreta, ubi ad canonem 4. pervenit. *On ne peut douter, inquit, que ce canon ne concerne S. Athanase, qui regardoit comme nul le jugement, que ces heretiques avoient prononcé contre luy, & nous verrons, qu' ils se serviront de cette décision, pour déposer le Pape mesme.* Hæc Doctor Parisiensis communi opinione præoccupatus, quod Antiochenum Concilium hæreticorum fuerit, & contrâ Athanasium institutum. Sed longè aliter Theodorus Balzamon schismaticus licet Patriarcha Antiochenus loco superioris relato: constituit canon 29. Apostolorum: *si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depositus justè super certis criminibus, ausus fuerit atrectare ministerium dudum sibi commissum: hic ab Ecclesia penitus abscindatur: & de isto Apostolorum ac nostro Antiocheno iudicat Balzamon: puto autem eos in omnibus convenire.* Tantum abest Eusebianos huius canonis in odium Athanasij constituendi fuisse auctores: quod ut funditus evertatur, oculos dumtaxat ad priscos Ecclesiæ Patres vertere oportet, & eorum super hunc canonem explorare iudicium. Magnum 630. Episcoporum Chalcedonense Concilium,

Hermantius.

Canon. 29.  
Apostolor.

Balzamon.

S. I. I.  
A. I.



Concilium  
Chalcedon.

lium, cum actione 4. ventilandam suscepisset causam Carosi & Dorothei Monachorum, qui Dioscuro damnationem Synodicam vilipendenti, & in Episcopatus ministerio pergere volenti restitutionem Imperatoris operâ procurare tentarunt, intercessit Aetius Archidiaconus & Primicerius, quod *ausi sunt Episcopum nominare Dioscorum, qui à Sancto & universali Concilio depositus est, ac deprecari piissimos ac Deo amabilissimos Imperatores . . . quoniam igitur ipsi non solum malè in hoc sentire deprehensi sunt, sed etiam depositos protegere; aperta autem pronuntiant sacri canones de Clericis ac Monachis, qui in huiusmodi labuntur: si jubetis hos legemus: quandoquidem maximè videntur se jam pridem à Sanctissimâ & Catholicâ Ecclesiâ, & à proprio Episcopo separasse, ut etiam ex datis libellis suam sententiam aperuerunt. Sancta Synodus dixit: sacri Patrum canones legantur, & commentariis inferantur. Sumptoque libro Aetius Archidiaconus & Primicerius Magna Ecclesia legit: Canon octogesimo tertius: si quis Episcopus à Synodo depositus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omninò qui est sub regula, à proprio Episcopo ausus fuerit amplius aliquid sacri ministerij gerere, sive Episcopus juxta superiorem consuetudinem, sive Presbyter, sive Diaconus, postea non liceat ei ne in altera quidem Synodo spem restitutionis, nec satisfactionis locum habere. Sed & omnes, qui ei communicant, ejiciantur ex Ecclesiâ: & maximè si, postquam cognoverunt sententiam in prædictos latam, iis communicare ausi fuerint. Canon 83. est omninò canon 4. Antiochenus, qui hic perappositè adfertur, tum ut ostendatur, Dioscorum à Chalcedonenſi Synodo damnatum & in ministerio pergentem nullam amplius spem habere posse restitutionis, tum ut Carosus & Dorotheus post latam in Dioscorum sententiam eidem scienter communicantes ejicerentur Ecclesiâ. Et hæc est omninò regula, quam calcabant laudati Monachi, dum damnatum Dioscorum introducere conati sunt ut Episcopum, qua de re acta Concilij antea retulerant: omnes reverendissimi Episcopi clamaverunt, petitiones istas Synodum audire non licet. Illum, qui damnatus est ab omni Synodo, Episcopum nominare ausi sunt, regula quare calcantur? tam Orthodoxus nimirum erat Antiochenæ Synodi canon 4. ut se illi tanquam firmissimæ regulæ obstructum agnosceret Concilium Chalcedonenſe, regula, inquit, quare calcantur?*

Liberat.  
Archidiac.

2. Timotheus Ælurus à Dioscuro ordinatus Presbyter Alexandrinus sese separaverat ab Ecclesiâ: sed Timotheus quidam cognomento alurus, inquit Liberatus Diaconus in breviario per Gernerium novissimè Parisiis



fiis reexcuso, & Petrus Moggus Diaconus, qui de ordinatione fuerunt Diof-  
 cori, ab Alexandrinâ Ecclesiâ se separaverunt. Idque ulterius exponunt  
 Episcopi Ægyptij in Synodicâ ad Leonem Augustû, quod cum quatuor  
 aut quinque dumtaxat Episcopis & paucis Monachis Ecclesiæ repug-  
 narint, ita ut damnati tunc regulariter à sanctâ memoria Proterio, &  
 omni Ægyptiaco Concilio, etiam Imperiali nutu digne exilium sunt ex-  
 perti. Et hæc damnatione non obtante Timotheus interrupt Eccle-  
 siam, & à damnatis Diofcorianæ factionis Episcopis ad Thronum A-  
 lexandrinum vivente Proterio illius sedis Episcopo evehitur, ac illi  
 non modò communicant schismatici Episcopi, sed ex Ægypto quo-  
 que ad Leonem pro Timotheo litteras mittunt extantes parte 3. Con-  
 cilij Calchedonensis, titulo 24. Hocque dum fiebat, Orthodoxorum  
 quoque Episcoporum litteras recipiens Imperator, ut vidit nimis mo-  
 lestum fore, iterum ex orbe in unum convocare Episcopos, Magi-  
 strianos suos per totum Orientem direxit, ut Orthodoxi Episcopi  
 iudicium ferrent, quid de Timotheo sentiendum esset, qui omnes  
 apud Liberatum capite 15. breviarj rescribunt: *Timotheum non solum*

Orientis  
Episcopi.

*inter Episcopos non haberi, sed etiam Christianâ appellatione privari.* Res-  
 pondet Anatolius novæ Romæ aut Constantinopolis Episcopus  
 parte 3. Calchedonensis Concilij epist. 26. *Quia constituo Timotheum*

Anatolius  
Constantin.

*quidem, quantum ad integritatem sanctorum canonum, adversum quas*  
*semper ea, qua gessit & gerit, hæctenus irritavit, in ordinatione Sacer-*  
*dotij nullatenus esse dignum.* Episcopi Phænicæ secundæ, expositis Ti-  
 mothei actis irregularibus aliis, & contrâ canones gestis scribunt ep. 38.

Episcopi  
Phænicæ.

*omni veniâ hunc virum exuimus.* Episcopi Provinciæ Isauriæ epist. 39.

Episcopi  
Isauriæ.

*nullus ei per canones Sanctorum Patrum venia sermo relinquitur.* Et si  
 quæras, quinam illi canones sint, juxtâ quos Timotheum eiusque com-  
 municatores omni veniâ indignos, & omni ulterioris iudicij remedio  
 privatos putant orbis Episcopi, audi Episcopos Pisidiæ epistolâ 41.

Episcopi  
Pisidiæ.

*ad Leonem Augustum: Timotheum quidem, qui jam damnatus osten-*  
*ditur, sicut plurimi venerabilium Episcoporum Ægyptiaca Diocesis, &*  
*reverendissimi Clerici in scriptis affirmantes, vestra clementia suggeste-*  
*runt novissimè, contrâ Ecclesiasticas sanctiones ad Sacerdotij ministe-*  
*rium fuisse perductum, sed etiam eos, qui cum scirent, eum fuisse dam-*  
*natum, communicare illi sine periculo crediderunt, extraneos eos esse à*  
*Dei Ecclesiâ judicamus, secundum consequentiam regularem nullâ eis*  
*veniâ nec spe restitutionis ullo modo remanente, sicut tertia & octogesima*  
*regula de talibus apertè decernit, cuius initium est: si quis Episcopus*

à Syno-



à Synodo depositus aut Presbyter aut Diaconus ab Episcopo proprio, &c. Subscribunt cum Pergamio Metropolitano alij 14. Pisidiæ Episcopi & ex eorum testimonio habemus plura, id tamen præcipue canonem 4. Antiochenum esse illum, vi cuius totius Orientis Episcopi Timotheum Ælurum à Synodo Ægyptiacâ damnatum, & de ministerio sacro contingere ausum, secundum consequentiam regularem nullâ dignum veniâ nec restitutionis spem habentem scribunt rejiciendum.

3. Ne verò quisquam existimet, canonem hunc in Oriente dumtaxat fuisse receptum; habemus ex Africâ Fulgentium Ferrandum, qui in breviatione canonum sub titulo 54. ponit: *ut si quis Episcopus à Synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat, & si fecerit, spem restitutionis non habeat.* Concil. Antioch. tit. 4. Concil. Hipponi-regien. tit. 3. Non solum Ferrandus Carthaginensis in Africâ Diaconus canonem 4. Antiochenum laudat, sed & citat Concilium Hipponi-regiense, quod *plenarium totius Africa* fuisse, scribit Possidius in vitâ Augustini, illiusque meminit codex canonum Ecclesiæ Africanæ post tit. 34. Fuit hoc Concilium coactum anno 393. adeoque posterius est Antiocheno, ut eadem omninò statuens videatur canonem Antiochenum renovando confirmasse. Idem probari potest de Hispaniâ, in quâ Lucense Concilium ab undecim sæculis probavit collectionem canonum Martini Braccarensis Episcopi, ubi disertis verbis titulo 36. canon 4. Antiochenus exhibetur. Probari id posset de aliis orbis regionibus, sed cum ex Galliâ oriundi sunt, qui novissimè hunc canonem oppugnant, non incongruum erit ostendere, quid Gallia etiam antiquitus senserit: anno 534. rogatus à Cæsario Ioannes Papa secundus de causâ contumeliosi Episcopi, respondet epistolâ 4. *rigorem canonum servare necessè est. Et in fine: qua verò de his canones præcipiunt, subter adjecimus, ut qua facienda sunt, positi agnoscere.* Recipit hanc epistolam S. Cæsarius Arelatensis Episcopus, & in scrinio suo servaturus hunc subiunctis canonibus titulum præfixit. *Hi tituli canonum, quos nobis superscriptus sanctus & Dominus meus Ioannes Papa sedis Apostolica cum præfata auctoritate direxit.* Citat ex epistolâ Siricij Papæ & canonibus Apostolicis quædam capita, ac subdit: *ex canonibus Antiochenis capitulo 4. de damnatis & ministrare tentantibus: si quis Episcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter &c.* Quod si jam ex-postules iudicium S. Cæsarij Arelatensis Archiepiscopi, & hunc & alios titulos antiquorum Patrum à Ioanne Papâ transmissos urget à sanctis Sacerdotibus provenisse, qui hoc pro exemplo vel remedio Ecclesiarum



fiarum suis definitionibus deliberaverunt. Addit non posse nec debere fieri: ut tantorum ac talium, quos supra memoravimus Sacerdotum canones contemnentis aliter, quam illi statuerunt, observare vel agere præsumentis. Nec se tantæ eloquentiæ esse, ut ante tribunal Christi contrâ tantos ac tam sanctos Sacerdotes, qui canones statuerunt, causam dicere possit: & ulterius neminem quidquam objicere posse, quia quidquid contrâ illorum definitionem, in quibus Spiritum sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito. Hæc planè alia sunt Gallicanæ Ecclesiæ testimonia de nostro Antiocheni Concilij canone, Patribusque ipsum constituentibus, quam nostro sæculo in lucem eduntur: sed ne huic dumtaxat testimonio ex antiquitate petito inhærere videamur, alia superaddenda sunt Gallicanæ Ecclesiæ monumenta.

4. Sæculo 8. Hadrianus Papa primus in epitome canonum Romæ Carolo Magno oblatâ canonem in compendium redegit, & quanta illum in veneratione habuerit Carolus Magnus Francorum Imperator, docet in Capitulari suo, quod toti Galliæ præscripsit, & anno Domini 807. per Ansegisum Abbatem Lobensem prodit libro 1. titulo 7. de his, qui à Synodo vel à suo Episcopo damnati sunt: in Antiocheno Concilio, inquit, quod his, qui damnati sunt à Synodo vel à suo Episcopo, & postea ministrare præsumunt, præcipitur, ut nullus audeat communicare. Si quis verò eis communicaverit, simili sententiæ subjaceat, sicut & damnatus. En ipsummet canonem 4. Antiochenum à Carolo Magno non modo renovatum, sed & omni Ecclesiastico ordini per Galliam universam præscriptum: quin & proinde Benedictus Levita paulò post Ansegisum innominato licet Concilio eundem libro 6. Capitularium titulo 60. inseruit hisce verbis: ut Presbyter, vel Diaconus, aut Subdiaconus, si à proprio Episcopo exauctoratus, sancti ministerij officium incipiat præripere, spem restitutionis non habeat.

Capitul. Caroli M.

Benedict. Levita.

5. Nec putes, hæc ipsa pro Gallicanæ Ecclesiæ usu non fuisse recepta: Isaac enim Lingonenis in Galliâ Episcopus in canonibus, quos sese in præfatione ex Benedicti Levitæ libris ad suam suorumque utilitatem in unum opusculum congestisse fatetur titulo 9. ex libro 7. Capitularium, cap. 6. citat integrum canonem Antiochenum, si quis Episcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter aut Diaconus, &c. Et post citata plura hoc spectantia, titulum 9. concludit Isaac hocce Capitulo: hæc verò per singula capitula in statutis Nicani Concilij legere potestis, seu in aliis sanctorum Patrum Synodalibus editis, & in Antiocheno

Isaac Lingonenis.



Hincmarus  
Remensis.

Nicolaus 1.

Concilio, quod hi qui damnati sunt à Synodo, vel à suo Episcopo, & postea ministrare præsumunt, præcipitur, ut nullus audeat eis communicare. Si quis verò eis communicat, simili sententia subiaceat, sicut & damnatus. Ubi iterum habemus canonem 4. Antiochenum in terminis probatum. Uti & ab Hincmaro Metropolitâ Remensi in scedulâ anno 866. Concilio sueffionensi 3. oblatâ: & Antiocheno Concilio de damnatis aliquid præsumentibus de ministerio, ut nullo modo liceat eis nec in aliâ Synodo spem restitutionis habere. Scio quidem hanc scedulam offensione exortâ non fuisse perfectam, sed ne quisquam autumat, canonem hunc Antiochenum ab aliquo Patrum fuisse exploratum, audiendus est, qui eos ad Synodum convocarat Nicolaus Papa primus, quocum tam diu simultatem egit Hincmarus Metropolitâ Remensis. Scribit summus ille Pontifex epistolam ordine nonam ad Michaellem Orientis Imperatorem, & inter alia testimonium huic canoni & Concilio præbet præclarissimum: sed & venerabiles Antiocheni canones præcipiunt: si quis Episcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo, &c. Ac post integrum canonem 4. citatum, pergit: si Episcopus qui damnatus à Synodo est juxta sacros canones, si ausus fuerit aliquid de sacro ministerio juxta præcedentem consuetudinem contingere, & ante audientiam communicare, ipse in se damnationem protulit, ita ut nullo modo liceat ei nec in alia Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis, sed & communicantes omnes abjici de Ecclesia: quanta putas Gregorius pœna multandus est, &c. Ita consequenter ad Gallicanæ Ecclesiæ sensum Sedis Apostolicæ testimonium, ut post hæc rubore perfusus oporteat, qui canonem ab hæreticis in odium Athanasij constitutum proclamant, dum à Nicolao Papa primo, venerabiles Antiocheni & sacri canones vocantur, & quod maximè favet proposito, ob contenta præcipuè canone quarto, quem & ipse Photius laudat in Nomocanone titulo 9. cap. 18. & Harmenopolus section. 1. titulo 4. in epitome canonum, & section. 2. titulo 2. & Regino Abbas Prumiensis libro 2. de Ecclesiasticis disciplinis numero 402, alijque.



*Si quis Episcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo.*

1. Episcopus à Metropolitano judicari consuevisse in Synodo Provinciali, minorem clerum à suo Episcopo, patet ex pluribus testimoniis.
2. Damnatum ab Episcopo clericum, vel à Metropolitano Episcopum nihil de ministerio attingere potuisse ante novum ea de re iudicium, intelligi debet de legitimè damnatis.
3. Neque obest causâ Eluri, occasione cuius Episcopi Cappadocia secunda & Episcopi Galatia prima scribunt, ex quacumque causâ depositum non posse sine aliâ sententiâ ministerium attingere, nam quacumque causâ ibi non significat justam & injustam, sed cuiuscumque generis delictum.

1. **C**ontentam his verbis Ecclesiæ disciplinam, attingit Zonaras Græcorum canonum interpres præstantissimus: Episcopi quidem si accusentur, ipsorum causam à Synodo examinari ac definiri oportet: de Presbyteris verò, Diaconis, alijsque inferioribus clericis proprio Episcopo judicare ac sententiam ferre permissum est. Utrumque illud innititur antiquæ Ecclesiarum traditioni, quam in canonem redegit sacrosanctum Nicænum Concilium, dum canone 5. de his, qui communione privantur seu ex clero, seu ex laico ordine, ab Episcopis privari debere non tam definivit, quam supposuit: & dum circa ipsius Episcopi iudicium controversia movetur, causam in Synodis Provincialibus bis per annum convocandis judicari oportere, constituit. Et hisce vestigijs insistens Antiochenum Concilium Episcopum à Synodo, Presbyteros, & Diaconos ab Episcopo suo judicari supposuit ut indubitatum, uti & subsequenti tempore Africanâ Ecclesiâ, quæ didicerat à S. Cypriano Carthaginensium Præfule, unicuique Episcopo portionem gregis adscriptam & rationem sui actus Domino redditurum, & ob id cum S. Hipponensium Antistite Augustino inferioris ordinis clerum ab Episcopo, maioris & altioris fastigij gradum à Provincia Episcopis iudicandum, cui canone 9. consonat Calchedonense Concilium, & post illud in collectione suâ titul. 15. Ioannes Antiochenus, dum eum, qui rem cum proprio Episcopo habet, ad Metropolitanum,



politianum, clericorum verò inter se controversias ad proprium remittit Episcopum.

2. Innumera extant istius disciplinæ exempla, sed cum nulla umquam hac de re quæstio exorta fuerit apud antiquos aut recentiores peritos, & canon ipse hanc disciplinam supponens agat de Episcopo re ipsa per Concilium, & clerico per Episcopum damnato, operæ precium videtur, quale iudicium hic canon intelligat, latius examinare. Enimverò queri potest, num hic agat de quocumque iudicio sive legitimo & iusto, sive illegitimo & iniusto, quod si asseratur, occasionem habebit Dominus Hermantius suam tuendi opinionem, hunc nimirum canonem contrà D. Athanasium fuisse editum; qui iniuste à Synodo damnatus de ministerio sacro contingere erat ausus. At pace viri eruditi dixerim, haud id est, quod canon noster Antiochenus statuit, Theodorus Balzamon schismaticus Antiochenæ Diocesis Patriarcha idem statuisse voluit, quod statuerat vigesimus octavus canon Apostolicus, & faventem sibi habet Ioannem Scholasticum Patriarcham Constantinopolitanum, qui tempore Iustiniani Imperatoris ante undecim sæcula sub hocce titulo 17. *non oportere eos, qui de gradu suo deturbati sunt, ministeria attingere audere*, Collocat duos dumtaxat canones, quorum prior est Apostolicus citatus, posterior quartus noster Antiochenus, ut & Ioanne Episcopo Constantinopolitano iudice, Antiochenus canon renovasse videatur Apostolicum, qui cum disertis verbis tantum loquatur de eo, *qui iuste ob manifesta crimina depositus fuit*, & canonem Antiochenum de iuste id est secundum allegata & probata damnatis egisse oportuit.

3. Sed obesse videtur epistola Synodica Cappadociæ secundæ ad Leonem Augustum inter illas, quæ editæ sunt post Chalcedonense Concilium, in quâ Episcopi agentes de Timotheo Æluro post damnationem ad Thronum Alexandrinum evecto, nullatenus ordinationem valere asserunt. *Primum quidem, quia oportet eum, qui ex quacumque causâ deponitur, sustinere, & neque ad eum gradum accedere, neque ad maiorem currere dignitatem, antequam is, qui eum deposuit, solvat sententiam in eo prolatam, aut certè Sanctorum Episcoporum Synodus, qua perpexerint, iusta definiant.* Eadem omninò habet Synodica Galatiæ primæ ad eundem Leonem Augustum inter epistolas post Chalcedonense Concilium 57. *nam eum, qui ex quacumque causâ depositus est, non solum ad maiorem gradum venire lex Ecclesiastica non permittit, sed neque in ordine, in quo fuit, permanere, nisi deponens propria*

Ioan. Antiochen.

Episcopi Cappadoc. 2.

Episcopi Galatiæ 1.



*pria sententia eum rursus absolvat, aut certe Synodus Sanctorum Episcoporum aliquid de eo disponat.* Hæc enim respicere canonem 4. Antiochenum, tuetur Dominus David libro de iudiciis canonicis Episcoporum cap. 2. artic. 6. & cum ex *ex quacumque causâ* sit in utraque Synodica, dici posset, canonem Antiochenum agere de iustè vel iniustè damnatis, quibus vetat ministerium sacrum contingere. Verum rectius auctor, qui epistolas illas edidit, cum in margine ad locum citatum ex Synodicâ Galatiæ notat: *Concilium Nicanum canone 5.* Ubi expressè de Presbyteris & inferioris ordinis clericis: *& sic qui suo peccaverint evidenter Episcopo, excommunicati rationabiliter ab omnibus asistentur, usquequo vel in communi vel Episcopo placeat, humaniorem pro talibus ferre sententiam.* Et hoc est, quod canon quoque noster Antiochenus renovavit, ut & de iis agat, *qui suo peccaverint evidenter Episcopo, si sint clerici, vel suæ peccaverint Synodo, si sint Episcopi.* quod Episcopi Cappadociæ secundæ & Galatiæ primæ non evertunt dum interpretantur, ex quâcumque causâ damnatos ministerium sacrum contingere non posse ante solutionem sententiæ, sed potius confirmant. Tò enim *quacumque* ibi non sonat veram vel fictam causam, sed causam cuiusque generis sit, sive ob infidelitatem aut lapsum in fide, sive ob contemptum disciplinæ, aut aliam quamcumque causam, ob quam canones depositionem imponunt. Enimverò credibile non est, laudatos duarum Provinciarum Episcopos canones Nicenos & Antiochenos in schismaticum sensum trahere voluisse, ac docuisse Presbyterum alios ab Episcopo, vel Episcopum irregulariter ab alterius Provinciæ Synodo, etiam nullo servato ordine ob fictas rationes, quæ omnibus innotescunt, damnatos, debere à sacro ministerio abstinere, quæ si canon noster Antiochenus statuisset, quomodo ab Ecclesiâ universâ & Concilio œcumenico probari meruisset?

*Ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere.*

1. Non agitur hoc canone de iis, quibus aliud non suppetebat appellationis auxilium, ut malè commentatus fuit Theodorus Balzamon.
2. Balzamon suo se gladio interimit, & canonem loqui de eo, cui alias



*Appellationis remedium competit, ipsa canonis verba lucidissime indicant.*

**Balzamou.** 1. **D**ocet Theodorus Balzamou hoc canone agi de iis, quibus non competit appellationis remedium: *presens autem canon Apostolico similiter primum quidem decernit, ab aliâ Synodo non admitti eos, qui à perfectâ Synodo, Constantinopolitanâ verbi gratiâ, depositi fuerint, adversus quam non est appellatio; nec eos etiam, qui bis appellaverunt, & victi sunt, & postquam appellationis auxilium eis denegatum fuerit, aliquid Sacerdotale exercent.* Verum præterquam quod hæc sint Græcorum schismaticorum figmenta latius suo loco refellenda, respondemus, nihil hocce canone supponi de iudicio nulli Appellationi subiecto, sed potius de iustâ quâdam sententiâ, contra quam damnatus ex se ipso præter Ecclesiæ statuta sacrum ministerium contingere præsumit: & hoc est, quod ipse canon Antiochenus innuit per hæc subsequentiâ verba, *ausi fuerint de ministerio sacro contingere: quæ rectius Aristenus ante Balzamouem exposuit: si is, qui depositus, per arrogantiam suam ante sententiâ contra se lata correctionem sacra facere ausus fuerit.* Agit itaque canon de eo, qui iustè per Episcopum aut Synodum damnatus, non curans latam in sese sententiam, ministerium suum attingere, ut clericos ordinare, aliaque munia Episcopalia contingere, si sit Episcopus; Sacrificium celebrare, Baptismum & Sacramenta pœnitentiæ & extremæ unctionis administrare, si sint Presbyteri; Sacerdoti celebranti assistere, Sanguinis Domini communionem distribuere, si sit Diaconus, absque ullâ planè restitutione, aut prioris sententiæ revocatione fuerit ausus. Et ut clarius constet, erroneam esse Balzamouis interpretationem, hocce canone agi dumtaxat de iis; quibus appellationis denegatum fuerit auxilium, tantum oculos vertere oportet ad subsequentiâ canonis verba: *nullo modo liceat ei nec in aliâ Synodo restitutionis spem habere.* Hæc enim statui in pœnam delicti, & ipse contextus evincit, & infra latius ostendetur: quomodo autem possibile est, canonem agere de iis, quibus non competit appellationis auxilium, si eos ipsos in pœnam delicti privet ulteriori appellationis remedio? privari certè nemo potest, nisi eo, quod habet, ut & canonem Antiochenum necessariò de iis agere oportuit, qui appellare poterant.

**Balzamou.** 2. At opponit sese Balzamou: *nec dixeris enim, qui est à Synodo depositus, & habet auxilium appellationis, si post depositionem aliquid Sacerdo-*



*Sacerdotale exerceat, esse abdicatum, & appellationis auxilium perdere, ut nonnulli dixerunt. Dices enim repugnantia & canonibus & diversis legibus, qua statuunt, eos, qui sunt condemnati, integrum & intactum statum habere, donec de appellatione cognitum fuerit: præcipiè autem 4. Canone Sardicensis Synodi, quem etiam lege, quere etiam 13. & 15. canonem præsentis Synodi, &c. Hucusque Theodorus Balzamon: hoc verò tantum abest, aliquid expositioni nostræ officere, ut anteriorem Balzamonis interpretationem potius condemnet & nostram planè promoveat. Verum quidem est, & antiquissimum Ecclesiæ statutum, appellatione interiectâ rem manere in integro, & appellentem reum in suo persistere ministerio: id enim laudatus à Balzamone canon 4. Sardicensis vetuit, ne pendente appellationis iudicio alius in cathedram substituatur; & eâ regulâ usus Iulius primus non modo Eusebianos arguit, quod alium in Athanasij locum substituerant Alexandriæ Episcopum, sed & ipsum quoque Athanasium post damnationem ad sese confugientem recepit in communionem, de cuius effectu testimonium perhibent, qui Athanasium Romæ continuò fuisse in Synaxibus memoriæ proditum reliquerunt. Plura afferre possemus de illius disciplinæ Ecclesiasticæ usu testimonia, sed cum Balzamoni quoad hoc consentiam, doceri cuperem, quid hæc disciplina Ecclesiæ faciat ad demonstrandum, canonem Antiochenum agere dumtaxat de iis, quibus nullum competit appellationis remedium? supponit quidem Balzamon de causâ latum fuisse iudicium, sed hoc ipsum est in causâ erroris. Agit canon disertis verbis de eo, qui post primam sententiam adhuc habet appellationis auxilium, & illum eo remedio ducit privandum, quod ministerium sacrum ausus fuit contingere: non quod non potuisset in ministerio suo persistere, si appellationem interpoluisset, sed quod omnem Ecclesiæ disciplinam negligens & quasi contemnens, pro libitu suo per arrogantiam ministerium sacrum contingere ausus est: & sic jam apparet verum esse, quod supra docuimus, hunc canonem agere de iis, qui in primâ instantiâ ab Episcopo aut Synodo damnati ex se ipso & propriâ autoritate in ministerio persistunt, quales tunc temporis erant complures Ariani & hæretici, qui omnem disciplinam Ecclesiæ pervertentes, singula faciebant pro libitu, non curantes cum Ario Synodale Episcoporum decretum,*



*Nulla modo liceat ei, nec in aliâ Synodo  
restitutionis spem, aut locum habere  
satisfactionis.*

1. Parisiensium Archiepiscopo suum pro Synodorum Provincialium suprema auctoritate argumentum desumentem ex hoc canone, ipsa canonis verba opponuntur, qua solum agunt de certo casu.
2. Extrâ casum enim à canone allatum fuisse appellationis remedium, & canon supponit, & ipsi schismatici graeci admittunt, ut adversa sententia explodenda potius, quam admittenda videatur.

Canon  
Antiochen.

1. **Q**uod Parisiensium Archiepiscopus de Marca, favens supremæ Synodorum Provincialium auctoritati, ex hisce verbis piscari conatus sit in confirmationem opinionis suæ argumentum, patet ex libro eius de concordia: sed quo jure, dubitari posset & inquiri, nisi mentem Antiocheni canonis examinanti contrarium occurreret, & quod omnis sub cælo Ecclesiâ de appellatione à Synodis Provincialibus semper docuerat, hocce canone stabilitum conspiceret. Negare quidem nemo potest, quin canon Antiochenus verbis suprâ citatis Presbyterum ab Episcopo suo justè damnatum, & Episcopum à Synodo Provinciali legitimè depositum, privet omni appellationis remedio, *nullo modo liceat ei, nec in aliâ Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis*: sed quis non videt, hic agi de eo, qui legitimè damnatus arroganter ministerium suum contingere audet absque eo, quod ab Episcopo, aut Synodo restitutionem obtinet, aut licentiam habet? agit canon Antiochenus de iis, qui appellationis remedium contempserunt, & ideò in pœnam delicti omnis appellationis remedio eos privandos ducit, ut juxtâ modum delicti sit & pœna peccati: quod & justissimum fuisse & omni æquitati consonum, docet integrum Chalcedonense Concilium & universa sub cælo Ecclesia per illud representatum, ac tot insuper Orientis & Occidentis Episcopi & Synodi, quot suprâ attulimus in confirmationem huius Antiocheni canonis.

2. Hæc autem cum ita sint, extrâ casum à canone citatum fuisse auxilium appellationis ab Episcopi aut Synodi judicio, ipse canon per



per se demonstrat, & præclare ex eo deducit Aristenſis græcorum canonum interpres: hic quidem canon, ut & canon duodecimus ostendunt, Episcopum à Synodo depositum posse provocare, & sententiam contra se latam si injustè facta fuit, ab altera maiori emendare Synodo, nisi forsitan Episcopus, qui deponitur per arrogantiam suam ante sententia contra se lata correctionem sacra facere ausus fuerit. Tunc enim neque licet injustè se deponi dicit, restitutionem habebit, nec secunda apologia locum. Et eadem ante ipsum Zonaras: igitur ex hoc canone facile apparet, licere Episcopo, qui injustè se condemnatum existimet, alios causa sua ac damnationis cognitores postulare. Neque negat hanc disciplinam Theodorus Balzamon: unde videant receptiores Catholici, quid doceant, cum Provincialium Conciliorum supremæ auctoritati student, cum id nec ipsi schismatici propugnare audent, admitrentes hunc errorem corrigi ex canone 4. Antiocheno, tantum abest inveniri pro illo errore fundamentum in hocce Concilio. Latius hoc deducere occasione huius canonis, nisi alibi mentio facienda esset de appellationis materiâ. Reliqua, quæ in canone sequuntur de damnandis iis, qui damnatos hoc canone expositos in communionem recipiunt, sunt communis Ecclesiæ regula, nullaque indigent expositione nostrâ.

Aristenſis.

Zonaras.





## CANON V.

Εἴ τις Πρεσβύτερος, ἢ Διάκονος, καταφρο-  
νήσας Ἐπισκόπου ἰδίου, ἀφώρεισεν ἑαυτὸν τῆς  
Ἐκκλησίας, καὶ ἰδία βιωθήσεται, καὶ θυσιαστή-  
ριον ἔστησεν, καὶ Ἐπισκόπου ὁρτοκαλεσαμένου  
ἀπειθοῖεν, καὶ μὴ βούλοιο ἀπαρτεῖσθαι μηδὲ  
ὑπακούειν καὶ πρώτων καὶ δευτέρων καλουῶν, τού-  
των καθαιρεῖσθαι παντελῶς, καὶ μηκέτι θερα-  
πείας τυγχάνειν, μηδὲ δυνάσθαι λαμβάνειν τιλὴν  
ἑαυτῷ ἡμιῶν· εἰ δὲ ὁρτοκαλεσθῶν καὶ ἀναστα-  
τῆν τιλὴν Ἐκκλησίαν, διὰ τῆς ἐξωθεν ἐξουσίας ὡς  
σασιώδῃ αὐτὸν ἐπιστρέφεται.

*De his, qui se à ministerio Ecclesiastico subtra-  
hant, & seorsim colligunt.*

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.

Si quis Presbyter, aut Diaconus Episcopum pro-  
prium contemnens se ab Ecclesia sequestravit, &  
seorsum colligens altare constituit, & commonenti  
Episcopo non acquieverit, nec consentire vel obedire  
voluerit semel & iterum convocanti, hic damnetur  
omnimodo, nec ultrà remedia consequatur, quia  
suam recipere non potest dignitatem. Quod si Eccle-  
siam conturbare & sollicitare persistat, tanquam sedi-  
tiosus per potestates exteras opprimatur.

*Epitome*



*Epitome Hadriani Papa I.*

Si Clericus proprium Episcopum contemnens seorsim colligit, inévocabiliter damnetur, idem si Ecclesiam turbare non desinit, per cæteras potestates opprimatur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Omnis Presbyter vel Diaconus, qui Episcopum contemnit, & ab eo recedit, atque aliud altare extruit, si ter ab Episcopo vocatus in arrogantia persistit, depositus sit & curationis spe destitutus.

*Interpretes Græci.*

Zonaras: Eadem cum 31. Sanctorum Apostolorum canone, hic quoque canon decernit, quaque eoloci diximus, ad huius simul explicationem sufficiunt. Quiddam verò præterea ad illa, qua can. Apostolico continentur hic canon adjungit dicens: si verò tumultus ciere, Ecclesiamque labefactare pergat, ipsum ab externa potestate veluti seditiosum coerceri placet. Quicumque ait ob conventus seorsim habitos depositione multatus fuit, si non quiescat, sed in Ecclesia tumultus ac perturbationes excitet eam labefactans, hoc est seditiones in ea commovens, externa potestatis, civilis nimirum, auctoritate, ut se ad penitentiam recipiat, veluti seditiosum volumus emendari. Constantinopolitana præterea Synodi, in templo Sanctorum Apostolorum congregata, nonus canon eos, qui Episcopis non obtemperant, neque multa indicta resipiscunt, Magistratum illius regionis opera coercendos esse decernit. Ex quo illud ex hoc quoque 5. canone notandum est, quod Episcopis potestate cupiam supplicia irrogandi omnino interdictum est: sed ab ijs multa impositione, qui peccaverint corrigendos; ac si minus paruerint, secularibus magistratibus esse tradendos.

Aristenus: Talis Episcopum impietatis aut injustitia non condemnans, ut 31. Sanctorum Apostolorum canon statuit, sed superbia & fa-



flu elatus juxta decimum Synodi Carthaginensis canonem, si se ipsum ab Ecclesia separaverit, & aliud altare struxerit, & populum sibi attraxerit privata peragens conventicula, postea ter ab Episcopo vocatus, non morem gesserit, sed in confusione manserit, dignus est, qui omnino deponatur, & non amplius speret, se curationem umquam assecuturum & honorem suum resumpturum.

Balzion: Eadem cum 31. canone Apostolico hic praesens canon decernit, & sufficiunt, qua illic scripta sunt. Adicit autem, ut & qui turbas excitant, & sententia adversus eos lata, qua quidem perfecta est, non stant, per civilem magistratum potestatem corrigantur. Quare nota ex praesenti canone, sicut etiam ex IX. Canone Synodi, qua habita est in aede Apostolorum; multare debent Episcopi delinquentes, non autem eos torquere. Si enim non pareant, tradent civilibus magistratibus. Lege & Carthaginensis Synodi can. X. Syn. 6. can. 31. Synodi 1. & 2. canonem 12. 13. 14. & 15. considera ergo, numquid etiam ex praesenti canone 2. qui propter falsi vel lesa maiestatis vel sacrilegii crimen, vel causam ad religionis decreta pertinentem, vel aliquam aliam eiusmodi causam deponuntur, nec pure eloqui ac proferre, & de conscientia fateri persuadentur, à civilibus Magistratibus penis subjiciuntur. Scimus enim hoc varie fieri.

## SCHOLION.

1. Baïlius putat hunc canonem ab Eusebianis ad vexandos Catholicos editum fuisse, contra quem statuimus, eum Orthodoxum esse, & canoni Apostolico consonum, & à Concilio Carthaginensi probatum.
2. Eum nominatim refert & in auctoritatem recipit sacrum Chalcedonense Concilium, ubi 630. Episcopi clamant, hæc iusta regula Patrum.
3. Ex occidente illum probat Vigilius Papa, cuius epistola probari meruit à Synodo generali 5.
4. Saeculo 8. habemus Zachariam Pontificem, & Capitularia Caroli Magni, quibus, si opus esset, alia testimonia adjungi possent.

1. **B**ailius Doctor Parisiensis tomo 2. Conciliorum in notis ad hunc canonem putat, eundem ab Eusebianis fuisse editum.
2. Canonem hunc, inquit, Eusebiani ad vexandos Catholicos Syn-

Bailius.

nodali



in nodali hac constitutione renovarunt, & in pravam usum conver-  
 terunt. Sed hoc habet preoccupatum animi iudicium, ut San-  
 ctissima quæque suspecta velit, & quæ disciplinæ Ecclesiasticæ sunt  
 consona, abhorreat tanquam ex pravâ intentione decreta. Præter-  
 quam enim quod Eusebianis huius Concilij tempore communicarent  
 Episcopi Catholici, quod hic canon sit Orthodoxus & Apostolicæ  
 doctrinæ consonus, est constans omnium sententia, etiam Binnij  
 aliorumque iudicio, qui Antiochenos canones ab Eusebianis editos  
 proclamant. Zonaras & Bilzamon tradunt delumptum ex hoc cano-  
 ne 32. qui sub nomine Apostolorum circumfertur: *si quis Presbyter  
 contemnens Episcopum suum, seorsum collegerit, & altare aliud erexe-  
 rit, nihil habens quod reprehendat Episcopum in causâ pietatis & iusti-  
 tia, deponatur, &c.* Et Apostolicæ doctrinæ ex hoc canone erutz  
 consentiens Cyprianus toties egit contrâ Fortunati, Felicissimi, alio-  
 rumque schismaticorum fautores, uti toties contrâ Donatistas seorsim  
 colligentes egerunt in Africâ S. Optatus Milevitanus, & Magnus  
 Ecclesiæ Doctor Augustinus: similes autem post Nicænum Conci-  
 lium vagabantur per Orientem, ij nimirum qui cum Quartodecumanis  
 sentiebant, & in suis domibus cætus adunabant, ut de Audianis vidi-  
 mus canone 2. Erant & pertinaces tunc temporis Clerici, qui Episco-  
 porum iudicia contemnentes ne quidem per Synodum damnati à mi-  
 nisterio desistebant: erant demum, qui in partes tracti & per Catho-  
 licos Episcopos admoniti à schismatico conventu abstinere nolebant,  
 & malo illi obviandum ducentes Catholici Episcopi, in Antio-  
 cheno Concilio cum simulantibus Eusebianis statuerunt primo,  
 damnandos eos esse sine spe recuperandæ dignitatis, quod Concilium  
 Carthaginienſe 6. sub Aurelio eiusdem civitatis Episcopo renovavit,  
 suggerentibus Alipio & Valentino: *ab universis Episcopis dictum est.  
 Si quis Presbyter à proposito suo correptus fuerit, debet utique apud vici-  
 nos Episcopos conqueri, ut ab ipsis eius causâ possit audiri, ac per ipsos  
 suo Episcopo reconciliari: quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) in-  
 status secernendum se ab Episcopi sui communionem duxerit, ac separatim  
 cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema ha-  
 beat, & locum amittat, ac si querimoniam justam adversus Episco-  
 pum non habuerit, inquirendum erit.* Quæ ultima verba indicant cum  
 Antiocheno canone, talem seorsim colligentem sine spe restitutionis  
 à Concilio esse abjiciendum.

Canon. 32.  
Apostolor.

Concilium  
Carthag. 6.

2. Post Carthaginienſe Concilium summam huic canoni 5. Antio-  
 cheno



Concilium  
Chalcedon.  
act 4.

cheno auctoritatem conciliat sacrosanctæ Chalcedonenſis Synodi  
iudicium, cum actione 4. in cauſâ Dioſcori ſic habet: *Aetius*  
*Archidiaconus Conſtantinopolis Sancta & Catholica Eccleſia di-*  
*xit: regula eſt hac cum aliis poſita à Sanctis Patribus, quam cuſtodien-*  
*tes Sanctiſſimi Patres Episcopi, docent & Clericos & Monachos, &*  
*omnes Chriſtum colentes, ſi aut reſultantes aut acquieſcere non volentes*  
*hac utamur regulâ, & ex Codice relegit hæc:*

\* *ſeparant.*

\* *ſeparaverit*

De Clericis & Monachis, qui ſe ipſos à communione \* ſuſpendunt.  
Si Presbyter aut Diaconus ſuum contemnens Episcopum, à communione  
ſemetipſum \* ſuſpenderit Eccleſia, & ſecretius collectam fecerit, & altare  
conſtituerit, & noluerit evocanti Episcopo conſentire, neque eidem ac-  
quieſcere, neque obedire & prius & ſecundo vocanti: hunc omnino  
damnari, nec unquam curationem mereri, nec recipere eum poſſe hono-  
rem, [ ordinamus. ] Si autem permanserit turbas faciens & ſeditiones  
Eccleſia, per Extraneam poteſtatem, tanquam ſeditioſum debere converti.  
Omnes reverendiſſimi Episcopi clamaverunt: hæc juſta regula Patrum.  
Hucusque acta Chalcedonenſis Concilij: nec puto illuſtrius testi-  
monium deſiderari poſſe, quam ſexcentorum triginta ex omni Oriente  
Episcoporum, una cum legatis Leonis Primi adunatorum. Ut tamen  
hoc ipſum ulterius exponatur, hic eſt canon ille Aetio Archidiacono  
Conſtantinopolitano teſtante, qui una cum aliis poſitus eſt à ſanctis  
Patribus, non itaque ab Eufebianæ factionis hominibus in odium A-  
thanasi editus. Hic canon ille eſt, qui eodem Aetio teſte, non modo  
à ſanctis Patribus erat editus, ſed & obſervatus tempore Concilij  
Chalcedonenſis à ſanctiſſimis ubique per Orientem Episcopis, qui do-  
cebant Clericos, Monachos, & quotquot Chriſtiano nomine con-  
ſtabat inſignitos, ſi repugnabant, juxta canonem 5. Antioche-  
num fore coercendos. Hic demum canon ille eſt, ad quem in  
Chalcedonenſi Concilio perlectum omnes reverendiſſimi Episcopi cla-  
maverunt: hæc juſta regula Patrum. Quid præclarius? Quid in huius  
canonis confirmationem adferri poteſt auguſtius?

Vigil. Papa.

3. Quod ſi velis Occidentis iudicium cum Orientali conjungi, ad-  
eſt Vigilius Papa epistolâ 14. ad Ruſticum & Sebaltianum Diaconos,  
quos ob plurima crimina in ſchiſma prolapſos & obedire detra-  
ſtantes in laudatâ deponit epistolâ, & inquit, *ut univerſi nos hæc pro*  
*loco, in quo nos Deus eſſe voluit, & auctoritate Beati Petri Apoſtoli*  
*rectè feciſſe cognoſcant, canonum conſtituta poſuimus, que ſanctâ*  
*Chalcedonenſis Synodus apud ſe relecta laudavit. Aetius Archidiaconus*  
*relegit:*



relegit: si quis Presbyter aut Diaconus suum contemnens Episcopum, à communione semetipsum suspendit Ecclesia, & secretius collectam facit &c. Additque Reverendissimorum Episcoporum unanimem canoni subiectam sententiam, hæc iuxta regula Patrum. Nec modò scripta est hæc Vigilij epistola ad citatos Diaconos, sed etiam lecta in Synodo generali quintâ anno Domini 553. sub Iustiniano Imperatore, & inserta collationi septimæ eiusdem Concilij, ut post duarum Synodorum generalium auctoritatem sedi Apostolicæ consonam nefas sit, huius canonis veritatem amplius revocare in dubium.

4. Floruit sæculo 8. Zacharias Pontifex & epistolâ 7. ad Pippinum Regem, cap. 8. scribit: De Presbyteris & Diaconibus, qui se à ministerio Ecclesiastico subtrahunt, & seorsim collectas faciunt ex canone Antiocheni Concilij capitulo 5. promulgatum est: Si quis Presbyter aut Diaconus &c. Et hic canon est unus ex illis, quos in fine epistolæ Beatorum Patrum sanctiones. Vocavit, & districtè observari mandavit: unde & Benedictus Levita libro 6. Capitularium titulo 233. ab Imperatoribus Occidentis renovatum memorat: Si quis Presbyter contra Episcopum suum inflatus schisma fecerit, anathema sit. Quod si superbia, quod absit, inflatus secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obrulerit, loco amisso, anathema habeatur. Plura eiusmodi adferri possent canonem Antiochenum renovantia, sed quid opus est iis recensendis diutius inhærere, ubi laudatum Chalcedonensis Concilij testimonium lumen meridianum excedit, & quidquid ultrâ desiderari valet, abunde sua auctoritate suppleat.

Zachar. Papa

Libro 6.

Capitular.

Titul. 305.

ed. Balus.

*Se ab Ecclesia sequestraverit, & seorsim colligens altare constituit, &c.*

I. Agit canon de schismaticis, qui altare contra altare erigere dicuntur.

I. **E** Gerat canon antecedens de iis, qui Episcopi aut Synodi Provincialis decretum contemnentes, sese in eadem Ecclesiâ ministeriis sacris, ut semper consueverant, miscebant: pergit nunc sacrum Antiochenum Concilium de iis agere, qui Ecclesiam quidem relinquunt, sed seorsim & in privatis domibus cum Quartodecimanis colligunt. Et de iis utitur termino apud antiquos receptissimo: *seorsim colligens*



Cyprian.

Canon 5.  
Antioch. n  
Alipius  
Numidiæ.

colligens altare constituit. Dum Novatiani contra S. Cornelium Papam schisma conlabant in Italiâ, quod Novatus moverat contra Cyprianum in Africâ, exclamat S. ille Præsul Carthaginienſis epistolâ ad Cornelium, foris sibi extra Ecclesiam, & contra Ecclesiam constituisse conventiculum perdita factionis. Epistolâ ad Magnum alio utitur loquendi modo, quique ad rem nostram facit, quod Novatiani falsa altaria fingerent. Et epistolâ 40. ad plebem: Cathedra, inquit, una super Petrum Domini voce fundata: aliud altare constitui, aut Sacerdotium novum fieri præter unum altare & unum Sacerdotium non potest. Idem apud S. Optatum Milevitanum, qui libro 1. contra Parmenianum agens de schismate Donatistarum, sic, inquit, exitum est foras, & altare contra altare erectum est, & sic canon noster Antiochenus, qui sese ab Ecclesiâ sequestraverit, & seorsim colligens altare constituit. Et Alipius Provinciæ Numidiæ in sexto Carthaginienſi Concilio legatus: ut qui superbia inflatus putaverit separatim Sacrificia Deo offerenda, vel aliud erigendum altare contra Ecclesiasticam fidem disciplinamque crediderit: non exeat impunitus.

*Quod si Ecclesiam conturbare, & sollicitare persistat, tanquam seditiosus per potestates exteras opprimatur.*

1. Quod primitiva Ecclesia seditiosos non tradiderit brachio seculari provenit ex eo, quod Imperatores non erant Catholici, ijs enim fidem professis aut Catholica fidei faventibus, ad eorum tribunal detulit Ecclesia, ut patet ex causâ Pauli Samosatensis.
2. Ex hoc fundamento causâ Donatistarum relata fuit ad Constantinum Magnum, quâ de re plura ex S. Optato Milevitano & collatione Carthaginienſi, ac S. Augustino.
3. Hac vestigia inſecutum est Chalcedonense Concilium in causâ Carosi & Dorothei, quo canonis Antiocheni sententia firmatur.
4. In causâ Viscini præclarum habemus exemplum ex S. Ambrosio qui eam ex Synodo Aquileienſi retulit ad Gratianum Augustum.
5. Illi quoque fundamento innixi hostes Ecclesia plura contra Catho-



*cos tentarunt eos seditionis accusantes, cum ipsi ut seditionis rei puniendi erant ex variis canonibus, quos refert Photius.*

1. **I**oannes Zonaras primus græcorum canonum Interpres notandum ducit, quod *Episcopis potestate cuiusquam supplicia irrogandi omnino interdictum sit.* Vel ut loquitur Balzamon: *multare debent Episcopi delinquentes, non autem eos torquere.* Quod primitiva Ecclesia ab incunabulis suis neminem puniverit, non provenit ex eo, quod ipsi non licuerit seditiosos brachio sæculari tradere, sed quod sub Imperatorum Ethnicorum tyrannide oppressa non potuerit id ipsum efficere, quia Magistratus non habebat, quibus illos tradere poterat: hinc summum Apostoli Pauli circa obduratos peccatores Ecclesiam Dei scandalizantes consilium: *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus.* Aliter profectò, cum post tyrannorum persecutiones faventes sibi habere Imperatores cœpit Ecclesia; nam dum ipsius Aureliani tempore, (quem Ecclesiæ fuisse prædicat Eusebius Cæsarensis in Palestinâ Episcopus libro 7. historiæ capite 24.) questio exorta fuisset de Paulo Samosatensi Patriarchâ Antiocheno, & in Synodo ob varia in moribus & fide errata depositus Ecclesiam Domno in eius locum substituto cedere nollet, totius Orientis præcipuarum civitatum Episcopi Antiochiæ secundo congregati laudatam suprâ disciplinam amplexi sunt, & rem ipsam ad potestatem sæcularem detulerunt. *Verum, inquit Eusebius, cum Paulus ex Episcopi domo eius Ecclesia propriâ exire nollet, Imperator Aurelianus de eâ re rogatus est sententiam.* Clarius hæc disciplina Ecclesiæ innotuit, ubi Constantinus Magnus imperium adeptus erat, & Tyrannos devicerat, cum Christianorum religio sub Catholico Magistratu & Principe cœpit florescere.

2. Ex hoc fundamento Donatistarum causa devoluta fuit ad Constantini Magni iudicium: Cæciliano legitimè in Episcopum Carthaginiensem ordinato, Majorinus factiosæ feminæ potentiâ superordinatus est, sicque Majorinus à Cæciliano exiens altare contrâ altare erexit, & quantumcumque à legitimo Episcopo & Romano Pontifice, ut verisimile est, admonitus, precibus non acquievit, sed suâ in rebellionem perstitit: favebat causæ Majorini Donatus à Cæsis nigris in Africâ Episcopus, à quo tanquam duce & signifero istius factiosis tota Majorini schismatica Ecclesia nomen sortita fuit, & cum eo usque ascenderet rabies, ut nec in Concilio Romano convicti & dam-

Zonaras.

Balzamon.

Paulus.

Eusebius.



nati acquiescerent, sed post turbatam seditione Africam omne Ecclesiasticum contemnerent iudicium, egrè tandem Constantinus ad gladium Imperialem recurrens, modum seditiosis imposuit, quem epistolâ ad Catholicos Episcopos exponens, *direxi, inquit, meos homines, qui eosdem infandos deceptores religionis protinus ad comitarum meum perducant, ut ibi degant, ibi sibi mortem pervideant.* Quid hoc Constantini decretum subsecutum sit, ostendimus parte 2. Antiquitatis illustratæ dissert. 1. cap. 7. art. 4. ubi licet probavimus loca eorum fisco per Constantini legem fuisse adjudicata, & suggerente Osio Cordubensi Episcopo mortis sententiam in leniorem coertionem fuisse mutatam, vastante tamen Africam circumcellionum furore Catholici à Sylvestro comite armatum militem postularunt, & *hâc ratione factum est, inquit S. Optatus Milevitanus libro 3. ut miles videretur armatus.* Quod etiam sub Macario Donatistæ aliqui occubuerint, cum Parmenianus Donatistarum Princeps Catholicis objiceret, ac si contra Christi mandata Petri gladium resumpissent, reponit S. Optatus, Christum venisse pati, non defendi, nec Macarium eduxisse gladium Ecclesiæ, sed Imperij: & *ex ipsis nominibus, inquit, contra unitatem inconsiderate latrat invidia, & assernantes aliqui accusandam aut fugiendam estimant unitatem, quod Marculus & Donatus dicantur occisi & mortui. Quasi omninò in vindictam Dei nullus mereatur occidi.* Et in collatione 3. Carthaginensi, cuius compendium extat in appendice ad S. Optatum, dum Donatistæ urgebant, externum iudicem expostulari non debuisse, cum homo non iudicet de Sacerdotibus, reponunt Catholici numero 296. *Quod primi Donatistæ in Episcopali causâ humana iudicia flagitarint, & quod persecutionem non patiantur ipsi, sed faciant.* Et Parmeniano idem objicienti, respondit D. Augustinus libro 1. contra eius epistolam, capite 7. *An forte de religione fas non est, ut dicat Imperator, vel quos miserit Imperator? cur ergo ad Imperatorem vestri venire legati? cur eum fecerunt causæ suæ iudicem? & intrâ: an forte nec talia (hæreticorum scilicet atque schismaticorum tentamenta) potestates ista humana constitutionis permittuntur curare? propter quid ergo gladium portat, qui dicitur esse minister Dei vindicem in iram eis, qui malè agunt?*

3. Et his alijsque vestigijs insistens Antiochenum Concilium de schismaticis, qui Ecclesiam conturbare & sollicitare pergunt, tanquam seditiosos per potestates exteras opprimi, rectissimè statuit, idque ne sine ulteriori confirmatione tradidisse videremur, prodeat sacro-

Constant. M.

Optatus  
Milevitanus.Collatio  
Donatist.

D. Augustin.



sacrofanctum Calchedonense Concilium, quod actione 4. innuit Carolo & Dorotheo Archimandritis seu Monachorum præpositis, ut si constituto die sese non separent à factione Dioscori, privatos fore gradu, dignitate & communione: *ac si quidem perfugere conentur, valere in eos eandem pœnam decernit sanctum hoc & universale Concilium: externa videlicet auctoritate juxta divinas sacrasque Patrum regulas, corroborante sententiam in contumaces latam.* Citati erant parum antea canones quartus & quintus Antiocheni, qui sunt ipsæ divina, sacraque Patrum regula à Calchedonensi Concilio probatæ, quarum quintam de seditioso per potestatem exteram opprimendo, non modo laudat, sed planè renovat eandem pœnam decernens, *externa videlicet auctoritate corroborante sententiam in contumaces latam*, seu quod idem est: contumaces schismaticos tanquam seditiosos *per potestates exterarum opprimendos*, ut loquitur canon Antiochenus verbis supra citatis.

Concilium  
Chalcedon.  
Actio. 4.

4. Huic fundamento quoque innixum est, quod circà schisma Ursicinum statuit Gratianus Imperator: electo legitimè in Pontificem Romanum Damaso, à factiosis quibusdam in locum eius ordinatus est Ursicinus, qui Episcoporum omnium judicio obstitens *turbarum toties damnatus*, ut loquitur cum Ambrosio epistolâ 4. *incedebat adhuc quasi præteritis non perhorrescendus exemplis.* Addit post conatum eius de turbandâ Mediolanensi Ecclesiâ, privata ubique conventicula cogere studuisse: *nunc ante synagoga fores, nunc in Arianorum domibus miscens occulta Concilia, & suos eis jungens.* Et hic habes casum, de quo agit Antiochenus canon 5. & si queras, quid S. Ambrosius cum Damaso Papâ & omni Italiâ faciendum judicavit? nomine Catholicorum Episcoporum litteras conscripsit S. Ambrosius, & Gratianum, Valentinianum, ac Theodosium Christianos Principes datâ ex Aquileiensi Concilio epistolâ interpellat: *petimus & rogamus, ut obrepenti ei adimerè dignemini facultatem, & infra oramus igitur, ut jam & populo Romano, qui post relationem præfecti urbis pendet incertus, & nobis sacerdotibus securitatem interdictam importunissimi hominis obiectione tribuatis.* Et relato ad sæcularem potestatem Ursicini schismate, factum est, quod laudatum ab Onuphrio Panuino testatur antiquum registram: *Valentinianus Ursicinum urbe expulit anno primo mense 2. ordinationis eius.* Quod ulterius exponit ipse Gratianus in referipto ad Aquilinum urbis Vicarium in appendice ad Codicem Theodosianum edito: *Ursinum quidam Gallia coercet.*

Ambrosius.

Synodus  
Aquilienf.

Registram.

Gratianus  
& Imperat.



Canon 5.  
Antiochen.

*Et ne motus aliquot inquietos exerceat, cohibet Agrippina secessio. Et hoc est quod decreverat canon Antiochenus: tamquam seditiosus per potestates externas opprimatur.*

Photius.

5. Quid plura? post tam illustria Ecclesie Catholice testimonia auderem dicere, precipuam, quam imperatores umquam exercuerunt potestatem circa rem Ecclesiasticam, huic fundamento fuisse in-nixam, unde & ipsi heretici ac schismatici homines jam inde à flores-centis Ecclesie initio studuerunt hoc fundamentum in sui favorem ar-ripere. Sic Donatistæ contra Cæcilianum retulerunt ad Constanti-num Magnum; sic Ariani contra Athanasium retulerunt ad eundem Augustum & filium eius Constantium, donec bis sede depulsus mit-teretur in exilium. Sic factio Ursicini contra Damasum retulit ad Va-lentinianum & Gratianum. Sic impia Theophili Alexandrini turba contra damnatum à se Chrysostomum pro exilio ipsius retulit ad Theodosium. Sic demum per omnem ætatem schismaticæ factiones semper confugerunt ad principes, quos ut in partes suas traherent, seditionem damnatorum à se Catholicorum allegabant, qui met seditionis rei, ex hocce fundamento per Imperatores puniti, scelorum suorum pœnas dabant. Sic cum intruso schismatico Patriarchâ Photio factum fuit sæculo 9. qui tamen in Nomocanone suo titul. 9. cap. 3. *de Clericis schisma facientibus, & circa voluntatem Episcoporum altaria erigentibus. Apostolorum canon 31. Concilij Antiocheni canon 5. Concilij Carthaginiensis canon 10. Concilij sexti canon 31. Concilij 1. & 2. in aede Sanctorum Apostolorum [habiti] XII. XIII. XIV. XV. Apostolorum canonem citat, qui, ut rectè Zonaras cum Theodoro Balzamone, schismaticos statuit damnandos: addit secundo loco canonem 5. An-tiochenum, qui ut laudati canonum interpretes notarunt, ad-jungit, contumeliosos ab externâ potestate coercendos esse, hocque firmatum à canone nono Concilij in aede Apostolorum congregati.*

Zonaras.

*Nonus canon eos, inquit Zonaras, qui Episcopis non obtemperant, neque multa à iudicibus respiciunt, magistratuum illius regionis operâ coercendos esse decernit. Habemus canones illos Concilij in aede Apostolorum congregati per Gentianum Hervetum editos inter opera Balzamoni cum eiusdem commentariis, & inter alios statutum est canone 9. si qui autem sunt morem omnino non gerentes, & pœnarum correctioni non sedentes, eos per vocationem ad eius loci magistratus nemo castigari pro-hibet. Antiochena enim Synodi canon 5. eos, qui tumultus excitant, & seditiones in Ecclesia introducunt, per manum externam converti oportere statuit.*

Canon. 9.  
Constantin.



*statuit.* Ubi videmus, non solum à canone illo tempore Photij constituto, renovatum fuisse idem omnino, quod canone Antiocheno erat statutum, sed & ipsum canonem Antiochenum in auctoritatem susceptum, quod post Photium imitatus est Arsenius Patriarcha Constantinopolitanus, cum utroque hoc canone citato scripsit titul. 86. oportere convenienti tempore rogare atque implorare magistratum potentiam, ad auxilium & castigationem. Id quod non Orienti solum, sed Occidenti quoque eo usque perplacuit, ut in hunc usque diem gravioris delicti reos Brachio sæculari tradant iudices Ecclesiastici.

## C A N O N V I.

Εἴ τις ὑπὸ ἑἰδίου Ἐπισκόπου ἀκοινώνηται γέγονεν, μὴ ἄλλοτερον αὐτὸν παρ' ἐτέρων δεχθῆναι (εἰ μὴ ὑπ' αὐτῆς ὁμοδοχίης τῆς ἰδίου Ἐπισκόπου) ἢ ἑνώσιας ἡμιόδοχης, ἀπληθήσας ἀπολογίσεσθαι, πείσας τε τὴν ἑνώσιον καταδέξοιτο ἐτέραν ἀπόφασιν· ὁ αὐτὸς δ' ὅς ἐστι ἐπὶ λαϊκῶν, καὶ Πρεσβυτέρων, καὶ Διακόνων, καὶ πρῶτων τῶν ἐν τῷ κλήρῳ καταλεγουσῶν κερδαίτω.

*De Clericis excommunicatis, & Laicis.*

Si quis à proprio Episcopo communionem privatus est, non ante suscipiatur ab aliis, quam suo reconcilietur Episcopo, aut certe ad Synodum, quæ congregatur, occurrens pro se satisfaciatur, & persuadens Concilio sententiam suscipiat alteram. Hæc autem definitio maneat circa Laicos, & Presbyteros, & Diaconos, omnesque, qui sub regula esse monstrantur.

Verbo  
Dionys. Exi-  
gui.



*Epitome Hadriani Papæ I.*

Ut Excommunicatus à suo Episcopo non suscipiatur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Excommunicatum ab Episcopo clericum, si maior Synodus susceperit, vel condemnaverit, sententiæ acquiescat.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : Multi de hac quoque re canones editi sunt, ac per ea, quæ in illos diximus, huius etiam explicationi satisfactum arbitramur.

Aristenus : Qui ligat, & solvere potest. Idcirco Clericum ab Episcopo pœnis subiectum & segregatum, non oportet ab alio ut inculpatum admitti, nisi ab eo, qui ligavit, sit absolutus. Si Synodus autem depositum examinaverit, & segregationem invenerit præter rationem illatam, quod male factum est, emendare potest, & eum solvere, & sententia de eo firma maneat.

Balzaon : De iis, quæ hoc canone comprehenduntur, satis scripsimus in aliis diversis Canonibus, & in 12. 13. canone Apostolico.

## S C H O L I O N.

1. Numquam licuisse Episcopis alterius excommunicatos in communionem recipere, ex Apostolico instituto repetit Alexander Patriarcha Alexandrinus, & firmatur Canonibus Concilij Illiberitani, Arelatenfis, & Nicani.
2. Hac Synodorum placita renovat Antiochenum Concilium, cuius statutum subsequenti tempore fuisse in Ecclesiâ observatum patet ex Canonibus Synodi Sardicensis, & ex Decretis Siricij, & Innocentij.
3. Canonem ipsum Antiochenum ex Oriente citant & in auctoritatem admittunt Ioannes Antiochenus & Arsenius Monachus, ex Occidente

Carolus



Carolus Magnus, & Belgij Episcopi in suâ Synodicâ, quos subsecuti sunt collectores canonum.

1. **B**reviores solito sunt interpretes græci in expositione huius canonis Antiocheni, quod tot tantisque antiquorum testimoniiis eum roboratum existimarent, ut iudicarent, nullâ planè confirmatione egere. S. Alexander Patriarcha Alexandrinus in suâ ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum epistolâ apud Theodoretum libro 1. capite 4. conqueritur, damnatos ab Episcopis Arianos in Ecclesiam recipi, comministros verò ob id infamiæ notâ inurendos, eo quod, inquit, nec Apostolica regula id permittit. Canonem de non recipiendis damnatis per alium Episcopum vocat S. Alexander Patriarcha Apostolicum, quem si exoptulas, en inter alios trigessimum tertium: *si quis Presbyter aut Diaconus ab Episcopo suo segregetur, hunc non licere ab alio recipi, sed ab ipso, qui eum sequestraverat, nisi forsitan obierit Episcopus ille, qui eum segregasse cognoscitur.* Statim ac Concilia celebrari consueverunt in Occidente, canon hic, ut præcipuum disciplinæ Ecclesiasticæ caput firmari meruit, ut canone 53. Illiberitano: *Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem, à quo absentus in crimine aliquo fuerit. Quod si alius Episcopus presumpserit eum admittere, illo adhuc minimè sciente, vel consentiente, à quo fuerat communionem privatus, sciat se huiusmodi causas inter fratres cum status sui periculo præstiturum.* Hoc Concilium quoque illud est, quod eruditus Mendoza circâ annum 303. ab universâ Hispaniæ Ecclesiâ summâ auctoritate celebratum tuetur, post quod Concilium Arelatense primum à ducentis Episcopis anno 314. in Galliâ celebratum idem confirmavit canone 16. *de his, qui pro delicto suo à communionem separantur, placuit, ut in quibuscumque locis fuerint exclusi, eodem loco communionem consequantur.* Sed quid in his immoramur, ubi constat de sensu universalis Ecclesiæ in sacrosancto Nicæno Concilio coadunatæ, canone enim 5. statutum reperitur: *De his, qui communionem privantur, seu ex clero seu ex laico ordine, ab Episcopis per unamquamque Provinciam sententiâ regularis obtineat: ut hi qui abjiciuntur ab aliis, non recipiantur. Requiritur autem, ne pusillanimitate aut contentione, vel alio quolibet Episcopi vitio videatur à congregatione seclusus.* Et infra: *Et sic qui suo peccaverunt evidenter Episcopo, excommunicari rationabiliter ab omnibus æstimentur: usquequo vel in communi, vel eidem Episcopo placeat humaniorem pro talibus ferre sententiam.*

Alexander  
Alexandrin.

Canon 33.  
Apostolor.

Canon: 51.  
Illiberit.

Canon 16.  
Arelatens.

Canon 5.  
Nicen.



Canon. 17.  
Sardicenfis.

2. Et hæc sunt, quæ post tot Synodorum placita, orbis universi decretis firmata, renovanda duxit sacrum Antiochenum Concilium, statuens communionem privatos ab aliis recipi non debere, donec vel Episcopus, vel Synodus sententiam retractans excommunicatum Ecclesiæ restituat. Quod ne quisquam à Concilio Nicæno statutum, & ab Antiocheni firmatum, nunquam deinceps ab Ecclesiâ somniet observatum, consideranda sunt subsequentiæ Ecclesiæ tempora, quibus idem renovavit Osius Cordubensis Episcopus cum omni Sardicensi Concilio canone 16. & 17. quorum prior est, *de Clericis à communione summotis ab alio non recipiendis Episcopo*, posterior verò *Osius Episcopus dixit. Quod me adhuc movet, reticere non debeo, si Episcopus qui fortè iracundus (quod esse non debet) citò & asperè commovetur adversus Presbyterum, sive Diaconum suum, & exterminare eum de Ecclesiâ voluerit, providendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem: & idèd habeat potestatem is, qui abjectus est, ut Episcopus finitimos interpellet, & causa eius audiat; ac diligentius tractetur, qui à non oportet ei negare audientiam roganti; & ille Episcopus qui justè ac injustè eum abjecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur, ut vel probetur sententia eius à pluribus, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter & fideliter examinentur, eum, qui fuerit à communione separatus, ante cognitionem nullus debet præsumere, ut eum communioni societ &c.* Huc utque canon 17. Sardicensis manifestè renovans 6. Antiochenum, ut post tam illustre Occidentis iudicium nullum supermaneat dubium attestantibus Romanæ sedis Præsulidus, & inter illos Siricio Papâ in Synodicâ Romanâ ad Africæ Episcopos cap. 7. *ut abjectum Clericum alia Ecclesia non admittat.* Et post Syricium Innocentio 1. epistolâ ad Victricium Rothomagensem capite 7. *Hoc etiam Synodus statuit Nicæna, ut abjectum ab altero Clericum, altera Ecclesia non recipiat.*

Siricius.  
Innocent. 1.

Ioan. Antiochen.

Arsenius.

3. Idem planè in titulum 18. redigit Ioannes Antiochenus: *nemini inquit licere cum excommunicatis communicare, aut ab aliâ sede dejectos alium Episcopum ad communionem admittere.* Idem habet Ioannes Antiochenus in nomocanone Theodoro quondam adscripto, ubi & in confirmationem adducit hunc canonem 6. Antiochenum: eundem planè renovat titulo 9. nomocanonis capite 4. & 5. Phorius Pseudo-Patriarcha Constantinopolitanus, & diu post ipsum Arsenius Monachus in Synopsi canonum titulo 75. *Clericum in alienam parœciam sine consensu ipsius Episcopi non esse recipiendum: alioquin excommunicatur tum qui recepit, tum qui receptus est: si autem perseveret ipsum detinere,*



desinere, ipse gradu deiciatur: neque vero ei, qui ab alio excommunicatus fuerit, alius veniam dabit, nisi forte is, qui excommunicavit, obierit. Eadem juxta canonem 6. Antiochenum observare perrexit Occidentalis Ecclesia, ut Concilium Carthaginense 2. canone 6. Tauritanense canone 7. Cæsaraugustanum canone 5. Epauense canone 28. & Capitulare Caroli Magni ab Ansegiso Abbate editum incipiens librum primum de his, qui ab Episcopo proprio excommunicantur: sunt enim, inquit, aliqui, qui culpis exigentibus ab Episcopo proprio excommunicantur & ab aliis Ecclesiasticis vel Laicis presumptuose in communionem accipiuntur, quod omnino Sanctum Nicanum Concilium simul & Chalcedonense, nec non & Antiochenum, atque Sardicense fieri prohibent. Et edita per Labbeum, tomò 8. Conciliorum, Theodgaudi Belgicæ Gallæ Primatis, Guntharij Agrippinensis Colonix, Arduici Vesontionensis, Rotlandi Arelatenensis, Tadois Mediolanensis Archiepiscoporum epistola citat ex professo canonem sextum Antiocheni Concilij: item in eodem Concilio c. 6. si quis à proprio Episcopo communionem privatus est, &c. Ut post Occidentis & Orientis consensum nullum amplius esse possit de receptione huius canonis dubium: eum Constantinus Harmenopolus in autoritatem recipiens exhibet titulo 4. hisce verbis: exclusus à communionem prius ab alio ne recipitor, quam ab Episcopo suo: extra quam si habita Synodo, ad eam profectus, sese purgaverit, Synodoque persuasà, sententiam aliam tulerit. Et Regino abbas libro 2. numero 400. alijque.

Capitul. Caroli M.

Synodica Belgij.

*Non ante suscipiatur ab alijs, quam suo reconcilietur Episcopo.*

## C A P V T XI.

De litteris, quibus olim innotescbant excommunicati.

1. Moveretur questio, de non admittendo alterius excommunicato sine segregantis Episcopi consensu, qua alibi fusus tractata est.
2. Aliam questionem tangit Mendoza, undenam scilicet excommunicati



olim innotescerant : eos autem innotuisse per litteras, quas Episcopi mittebant, probatur ex Cornelio Papâ & Cypriano.

3. Accedunt Alexander Patriarcha Alexandrinus & Theodoretus, quorum testimoniis aliud additur D. Augustini de modo denuntiandi damnatos ab Episcopo Clericos in aliâ Provinciâ.
4. Indicatur, Ecclesiam per communicatorias litteras tunc maximè unionem fovisse, cum Tyrannos constat in Christianos Tyrannidem exercuisse.
5. De electione Episcoporum monebantur reliqui, idque litteris ad Patriarchas, & Primate transmissis, qui illas in suis diœcesibus aut regionibus divulgabant.
6. Etiam excommunicationem Episcoporum relatam fuisse ad Pontificem, patet ex Cypriano epistolâ ad Stephanum Papam, à quo anxie quesivit de depositione Martiani Arelatensis, ne ad illum scribens, cum excommunicato communicare censeretur. Eadem habes ex testimoniis D. Athanasij, Iulij primi, aliorumque.

1. **F**uisset hic proprius quæstionis istius locus, quam movit Ioannes Launoius parte 1. epistolarum, de non recipiendo per Romanum Pontificem alterius excommunicato sine segregantis Episcopi consensu, nisi abunde hanc quæstionem enodasset parte 2. antiquitatis illustratæ dissert. 1. capite 2. ubi ostendi hanc communem apud antiquos regulam sic semper fuisse intellectam, ut nullus Episcopus non superior alterius excommunicatum in communionem recipiat : quâ regulâ manente inconcussâ, excommunicatus ab Episcopo Clericus in communionem recipi poterat à Metropolitano in Provinciali Concilio, à Patriarchâ in Patriarchali, & à sede Apostolicâ, cuius Episcopus tanquam Christi Vicarius Ecclesiæ claves acquisivit in Petro : sicque non modo ultimis sæculis & media ætate à præsulis Romanis fuisse observatum, sed etiam ab ipsius Ecclesiæ incunabulis in ipso quoque Marcione à Patre Episcopo communionem privato, qui licet sede vacante à Clero Romano responsum accepit, nos injussu venerandi Patris tui facere illud non possumus. A subsequentibus tamen Pontificibus in communionem (Tertulliano teste) fuit admissus.

Epiphanius.

2. Alia hic quæstio exurgit, cui occasionem præbuit Ferdinandus Mendoza in notis ad canon 53. Illiberitani Concilij, undenam, Marcione in Ponto communionem per Patrem Episcopum privato, ex-

commu-



communicationis sententia innotescere potuerit Clero Romano: illam enim notam fuisse, ex Responso eius manifestum fit. Gravis videri posset hæc difficultas, sed occasione alterius cuiusdam testimonij ex intimâ antiquitate repetiti observat Mendoza, hunc fuisse olim in Ecclesiâ morem, quod excommunicatorum nomina non ad Presbyteros solum eiusdem Diœcesis, sed ad Episcopos aliarum quoque Provinciarum remitti solerent, ut notum esset omnibus, quinam ad Ecclesiæ communionem essent admittendi. Sicque putem cum Marcione à Patre excommunicato actum in Ponto, ut nimirum Pater Episcopus scripserit Romam, & Clero manifestarit, à se ob stuprum excommunicatum fuisse Marcionem filium. Sic quoque S. Cornelius Pontifex epistolâ inter Cypriani 48. eundem Cyprianum monuit de Novatiani fautoribus Maximo Presbytero, Longino, Machæo aliisque communionem privatis, ac subdit: *invigiletur ergo, ut omnibus Coepiscopis nostris & fratribus innotescat.* Et pariter Cyprianus epistolâ 42. ad Cornelium Papam de Felicissimo eiusque Presbytero in Africâ damnatis, Synodicas legi Romæ postulat: *legi illic fratribus jubeas.* Sicque factum fuit, ut Novatiani fautores ad Africam pervenientes fuerint à Cypriano reiecti, ut ipsemet testatus est epistolâ 41. ad Cornelium, & Felicissimus cum aliis Romam adveniens reiectus fuerit à Cornelio, ut idem Cyprianus testatur ex S. Cornelij Synodicis epistolâ 55.

3. Præclarum quoque huius disciplinæ Ecclesiasticæ testimonium reddit S. Alexander Patriarcha Alexandrinus, post damnatum in Synodo Ægypticâ Arium: tum enim datis ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum extantibus apud Theodoretum libro 1. Historiæ, cap. 4. litteris: *sunt autem, inquit, hæretici Anathemate damnati ex numero Presbyterorum Arius: ex Diaconorum autem, Achilles, Euzoius, Æthales, Lucius, Sarmates, Iulius, Menas, Arius alter, & Helladius.* Addit Theodoretus: *litteras etiam in eandem sententiam scripsit idem Alexander ad Philogonium Antiochena Ecclesia Antistitem, ad Eustathium, qui id temporis Bercæ rexit Ecclesiam, & ad alios, qui erant dogmatum Apostolicorum Patroni.* Possunt testimonia similia superaddi complurima, & si petas, qualiter damnati ab Episcopis Clerici fuerint olim in aliis Provinciis denunciati? en D. Augustinum libro 3. contra litteras Petiliani, cap. 38. *de Splendore vero, quem Diaconum in Catholicâ damnatum, & à se rebaptizatum Presbyterum fecit, cuius in Galliâ damnationem à fratribus missam*

Corn. Papa.

Cyprianus.

Alexander  
Alexandrin.

Theodoret.

D. Augustin.



Mendoza.

Collega noster Fortunatus ibidem apud Constantinam publicè legendam proposuit. Ad quod testimonium eruditus Mendoza loco superius citato : „ si ex Galliâ ad Africam, nec Africam solum, sed Africæ interiora excommunicatorum nomina remittebant olim Episcopi, „ ne peccato excommunicatorum quoquo modo perverti, aut contaminari possent fideles, maximam fuisse apparet & Caritatis, & „ Christianæ religionis in antiquis Episcopis curam. „ Hæc Mendoza, quæ abundè sufficiunt ad verba canonis exponenda, quæ solum de inferioris ordinis Clericis agunt.

S. Optatus.

4. Quod si tamen ista observata fuerint de Clero, quænam olim Ecclesiæ disciplina quoad maioris ordinis Clerum esse debuit, ne in eorum communione error obtingeret ? audimus toties litterarum communicatoriarum fieri mentionem, per quas Sacerdotum unitas sibi coherebat, & si primitivæ Ecclesiæ faciem sedulè aspiciamus, inveniuntur profectò tunc litteræ illæ quam maximè floruisse, cum Ecclesiam sub impiâ gentilium Tyrannide constat gemuisse : dum sevientè Ethnicorum rabie fidelis populus ad Leones quereretur in circo, & ut loquar cum S. Optato, dum *saribat bellum Christianis indictum : Dum in templis demoniorum diabolus triumphabat. Dum immundis fumabant ara nidoribus. Dum qui ad sacrilegia venire non poterant, ubicumque thus ponere cogebantur. Dum omnis locus templum erat ad scelus. Dum inquinabantur propè morientes senes, ignorans polluebatur infantia, à matribus parvi liberi portabantur ad nefas : parentes incruenta parricidia facere cogebantur : alij urgebantur templum Dei vivi subvertere, alij Christum negare, alij leges divinas incendere, alij thura ponere.* Dum, ut finiam ego de persecutione Decianâ à S. Optato ob oculos positâ Episcopi conquirebantur ad pœnam, Cyprianus deserere cogebatur civitatem Patriam, & in Italiâ Imperator multo patientius & tolerabilius audiret levari adversus se amulum principem, quam constitui Romæ amulum Sacerdotem, vigeat tamen Christiana Societas, & tunc maximè, cum nitebantur Tyranni Ecclesiam opprimere, visa fuit per communionis litteras unita florescere.

Cyprianus.

5. Nullum unquam primitivæ illius Ecclesiæ tempore electum in Episcopum ordinari contigit, quin de eius ordinatione reliqui per orbem monebantur Episcopi, cuius hæc fuit disciplinæ istius ratio, ne exteri schismaticorum fraudibus decepti reciperent in communionem hæreticos aut indebitè ordinatos. De sedis Apostolicæ Præsule Cornelio scriptum fuisse ad Africam, testatur Cyprianus epistolâ 42.



& superordinatus Cornelio Novatianus hunc morem secutus Africanam quoque de sui ordinatione reddidit certiore, & inquit Cyprianus litteris nuper ab utraque parte susceptis, tuas litteras legimus, & Episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimavimus: Addit, se nec Novatiani litteras legi vel audiri passum, & quod aliquos Romanos miserit rem ipsam funditus examinatos, rationem addit; quod autem scripta collegarum nostrorum, qui illic ordinationi tua adfuerant, desideravimus, non veteres mores obliti, novum aliquid quaerebamus. Nam satis erat, ut tu te Episcopum factum litteris nuntiares: nisi esset ex diverso discrepans factio. Moris ergo erat, Romano Episcopo ritè ordinato, de eo moneri alios per orbem Episcopos, qui illud ipsum singulorum auribus intimabant. Hoc tamen ne quisquam ob frequentem Episcoporum ordinationem nimis difficile ordinatis fuisse existimet, servatum fuit antiquitus, ut Romani Pontifices de sua ordinatione monerent Orientis Patriarchas & Exarchos, uti Occidentalium Dicecesium Primates, qui tum cæteros suæ regionis Episcopos certiores reddebant: sicque intelliges, quid sibi velint S. Cornelij Papæ ad Fabium Patriarcham Antiochenum de contentione Novatiani & sui ordinatione apud Eusebium epistolæ: quid item eiusdem Pontificis ad Cyprianum dumtaxat de ordinatione suâ inscriptæ litteræ: quod nimirum Fabius esset Patriarcha Antiochenus, per quem innotescere debuerat Dicecesi totius Orientis, cuius caput erat Antiochia, & Cyprianus esset Præsul Carthaginienſis & totius Africæ Primas, per quem cæteris Africanis Provinciis debebat indicari, unde & ipse Cyprianus epistolâ 42. ad Cornelium de hac ipsâ re sermonem instituens: sed & per Provinciam nostram hac eadem Collegis nostris singulis in notitiam perferentes, ab his quoque fratres nostros cum litteris dirigendos esse mandavimus, quamquam mens nostra & propositum jam tunc fratribus & plebi istic universa manifestatum fuisset, quando litteris nuper ab utraq; parte susceptis, tuas litteras legimus, & Episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimavimus. Eadem ratio, quæ in ordinatione Cornelij, etiam erat in rejectione Novatiani, & hoc quoque probari potest de damnatione indicandâ ex loco Theodoretî superius citato de Ario alijsque, quorum excommunicationem dicitur retulisse Alexander Patriarcha Alexandrinus ad Philogonium Patriarcham Antiochenum, Alexandrum Constantinopolitanum, & Eustathium Berrboensem præcipuos istorum temporum Episcopos, sub quibus omnium supremus comprehenditur S. Sylvester Pontifex

Cyprianus.

Cyprianus.



Romanus, quem hac de re fuisse instructum, clamant Eusebius, Socrates, Gelazius Cycizenus, alijque istorum temporum Historias attingentes: nec mirum, cum videatur fuisse Orientalium Ecclesiarum disciplina, Romanum Pontificem semper instruere, ut per illum Occidentem innotesceret, sicut & Orientis Patriarchæ, Exarchi, & præcipui nominis Episcopi monebantur, ut per illos innotesceret Orientalium regionum fidelibus.

Cyprian.

6. Accedit, Occidentales Episcopos nõ minus quam Orientales Pontificem admonuisse tam de reiectione quam ordinatione Antistitum, qui proinde & cæteros primates admonebant, unde de ordinato in Marciani Arelatenis Episcopi locum Antistite scribit ad S. Stephanum S. Cyprianus Africæ Primas: *significa planè nobis, quis in locum Marciani Arelate fuerit substitutus, ut sciamus, ad quem fratres nostros dirigere, & cui scribere debeamus.* Licet varix potuerint esse causæ, ob quas Episcopi libi invicem missis fratribus aut nuntiis scribere poterant, duæ tamen fuerunt, æque præcipuæ: quando nimirum pro gravi aliquâ causâ indigebant alterutrius consilio, vel quando ex Provinciâ fratres debebant proficisci in regiones exteras, quod fieri non potuit absque Episcopi litteris, & hoc in causâ fuit, quod Cyprianus nomen Arelatenis Episcopi à Stephano Papâ inquisivit. Quod si queras, cur tam anxie rem hanc perscrutatus sit? nullam aliam adferre possum, quam antiquitus mittere ad aliquem epistolas formatas, seu alias litteras per clericos pro deliberatione cuiusdam rei Ecclesiasticæ, erat cum eo communicare. Unde & D. Athanasius Africanos admonuit de Arrianis: *ne recipiatis illorum litteras, sed oblatas disrumpite.* Et infra: *Quod si Georgius formulam pacificatoriam scribat, ne illam recipiatis.* Et Iulius Papa in epistolâ ad Orientales testatur, legatos Eusebianorum frustra petiisse, ut ad Pistrum Alexandria scriberet: instructus enim per D. Athanasij legatos, indebitè fuisse ordinatum, & à S. Alexandro ac Synodo Nicænâ ut Arianum damnatum: *Videtur, inquit, vel ex hac causâ, qui potius in culpâ habendi sunt; nosne, qui persuaderi non potuimus, ut Ariano Pistro litteras scriberemus; an illi qui mihi consilium dedere, ut contempto magno Concilio ad impios hæreticos, veluti ad pios homines litteras darem.* Et S. Flavianus Leonem primum epistolâ 9. admonet de damnatione Eutichetis, ut eam ubique manifestet. *Ne nescientes aliqui, quid ille senserit, quasi ad Orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam conjunctionem loquantur.* Et S. Ambrosius mentionem faciens Paulini Patriarchæ Antiocheni, cui datus erat eiusdem



eiufdem sedis competitor Flavianus : *Paulinus* inquit in Synodicâ A-  
 quileienfi ad Galliarum Episcopos, *qui semper communionis nobiscum*  
*intemeratam habuit concordiam.* Et ut scias communionem hic sumi  
 pro litteris communicatoriis, Sozomenus libro 7. capite 11. scribens  
 de Romano aliisque Occidentis Episcopis : *Paulino quidem seu Antio-*  
*chia Episcopo consuetas scribebant epistolas, quas Synodales appellant,*  
*ad Flavianum verò silentio agebant.* Et S. Optatus Milevitanus lib. 2.  
 contrâ Parmenianum, ostensurus in quonam præcipuè communitio E-  
 piscoporûm consistebat, cum Siricio *nobis totus orbis commercio forma-*  
*tarum in una communionis Societate concordat.* Et post Optatum S. Au-  
 gustinus epistolâ 162. *Cæcilianus poterat non curare conspirantem*  
*multitudinem inimicorum, cum se videret & Romana Ecclesia, in quâ*  
*semper Apostolica Cathedra viguit principatus, & cæteris terris, undè*  
*Evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias litteras fuisse*  
*conjunctum.* Objiciebant Augustino Donatistæ, Cæcilianum in  
 Africâ fuisse communionem privatum, & reponit Augustinus, potuisse  
 Cæcilianum non curare hanc Schismaticorum objectionem, cum se  
 cæteris Catholicis ac Sedi Apostolicâ in primis cerneret communitio-  
 nem junctam per litteras communicatorias. Litteræ itaque Catho-  
 licorum Episcoporum erant tesserae communionis Ecclesiasticæ, ut &  
 dicere ausim, hoc fuisse ex præcipuis Ecclesiasticæ disciplinæ capitulis,  
 super quod tanquam axim quamdam tota volvebatur fidelium  
 communitio, & sic quoque idem Augustinus epistolâ 163. de Eleusio  
 & lociis eius loquens : *hic primo asserere conatus est, ubique terra-*  
*rum esse communionem suam; quarebam utrum epistolas communicato-*  
*rias, quas formatas dicimus, possent, quo vellent, dare.* Sed de his  
 latius infra.

D. Ambros.

Sozomenus.

Optat. Milev.

S. Augustin.

Augustinus.

CANON VII.



## CANON VII.

μὴ δένα ἀνα εἰσληνικῶν δέχεσθαι τῶ ξένων.

*De Peregrinorum susceptione.*

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.

Nullus Peregrinorum sine pacificis, id est commendatitiis, suscipiatur epistolis.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Peregrini sine commendatitiis litteris non suscipiantur ab alio.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Peregrinus pacificas non afferens epistolas, non est recipiendus.

*Interpretes Græci.*

Zonaras: *Quanam sint epistola pacifica, quæve commendatitia, XI. canone IV. Synod. satis explicavimus. Externos porro hoc loco omnes, qui ex alia regione in aliam forte se conferunt, sed Clericos qui ex alia in aliam Ecclesiam proficiunt, intelligit; quos quidem à presulibus Ecclesiarum, ad quas se conferunt, nisi à prefectis Ecclesiarum, à quibus discessere, pacificas epistolas afferant, hic canon admitti vetat. Externi verò qui sint, 33. Apostolorum canone apertius indicatur, ne quem inquit externum Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum sine commendatitiis litteris recipi liceat, nam quo minus hospitio excipiantur, necessariaque ad vita usus ab iis, ad quos se contulere, suppedientur, haud prohibet: ad communionem verò ipsius admitti Canon omnino vetat.*

Aristenus: *Etiam in plurimis canonibus hoc dicitur, nempe eos, qui*  
alibi



alibi ordinantur, non admittendos esse sine Episcopi, à quo ordinationem acceperunt, litteris.

Balzamon: In 33. canone Apostolico, & 16. Calchedonenfis Synod. de pacificis tractatum est, & commendatoris Epistolis, & quod ij sunt externi, qui ab aliis Diœcesibus veniunt. Lege ergo qua in illis scripta sunt.

SCHOLIION.

1. *Varia versiones huius canonis ex collectoribus canonum desumpta.*
2. *Aliqui canonem de solis Clericis agere volunt, sed error est, qui rectè ex textu græco corrigitur, uti & ex antecedenti canone, quem hic prosequitur.*
3. *Differentiam aliqui statuunt inter pacificas, formatas, & commendatitias litteras, licet ex Photio & canone XI. Concilij Chalcedonensis differentia facienda videatur inter formatas & pacificas, quam etiam admittit Sidonius Apollinaris.*

1. **E**Git canon præcedens de non recipiendis alterius excommunicatis sive Laicis sive Clericis, verum hosce cognoscere, hic labor, hinc difficultas: attingit, proindè canon noster septimus receptam apud omnes Ecclesias regulam, ex quâ Episcopi quique sese servare poterant indemnes ab omni regularum transgressione, cum non reciperent alterius Diœcesis aut Episcopi subditos sine litteris pacificis. Nullus peregrinorum sine pacificis suscipiatur. Ita simpliciter ex græco Gentianus Hervetus, & Christophorus Iustellus in Codice canonum Ecclesiæ vulgò universæ. Antiqua canonum collectio latina tempore Leonis Primi edita habet hunc canonem ordine 8. & legit: *de non suscipiendis peregrinis Clericis: nullum sine formatâ suscipere peregrinum.* Dionysius verò Exiguus canonem hunc septimum *de peregrinorum susceptione* intitulat, & vertit: *nullus peregrinorum sine pacificis, id est commendatitiis, suscipiatur epistolis.* Fulgentius item Ferrandus Carthaginensis Archidiaconus in breviatione canonum, titulo 211. *ut nullus peregrinus sine formata Episcopi accipiatur.* Concilium Antiochenum tit. 7. Ioannes Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus titulo 21. citat Antiochenum canonem 7. *nullus externus sine pacificis suscipiatur.* Cresconius Dionysium Exiguum imitatus verbis

Canon 7.  
Antiochen.

Prisca collect.

Dionys.  
Exiguus.

Fulgentius  
Ferrandus.

Ioan. Schol.



ipſius refert canonem 7. titulo 15. Iſidorus Mercator ex antiqua verſione exhibet : *nullum abſque formata (quam Græci Epistolam dicunt) peregrinorum Clericorum ſuſcipi oportet.* Anſegilus Abbas tomo 1. Capitularium Caroli Magni, titulo 3. item inquit in Antiocheno Concilio habetur : *ut fugitivi Clerici, & peregrini à nullo recipiantur nec ordinentur ſine commendatiſſis litteris, & ſui Episcopi vel Abbatis licentiâ.* Photius in Nomocanone ſub hoc tituli octavi capite 5. de peregrinorum ſuſceptione, & de paſſivis commendatiſſisque litteris, ponit canonem 7. Antiochenum. Eundem habet Conſtantinus Harmenopolus titulo 2. ſectionis 2. Regino Abbas Prumiensis libro 1. de Eccleſiaſticis diſciplinis numero 425. Antiqua canonum collectio Herovalliana de diſciplina Eccleſiaſtica cap. 17. Mattheus Blaſtares denique in Syntagmate Alphanetico littera A. & canon Synodi Antiochena ſeptimus præcipit : *ut Clerici peregrini & ignoti ſine Episcopi ſui commendatiſſis neſtquam ſacra peragant.* Hæc varii canonum collectores, & tam græci quam latini interpretes, ac utriuſque Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ Codices.

2. Placuit verò hæc omnia referre, quia non paucæ difficultates ex canonis verſionibus exurgunt, ac primo quidem, an canon 7. Antiochenus agat dumtaxat de Clericis : hoc enim in terminis docet Mattheus Blaſtares, & ante ipſum canoni inferuit Iſidorus Mercator *peregrinorum Clericorum.* Et admittere debent illi, qui formatas Clericis dumtaxat datas fuiſſe contendunt, cum Fulgentius Ferrandus epistolam, de quibus agit canon, interpretetur formatas. Verum, ut quod ſentiam, liberè exponam, ortum hæc ducunt ex titulo quodam, quem Priscæ canonum collectionis interpret Latinus vertit, de *non ſuſcipiendis peregrinis Clericis*, & hinc ipſum canonem de Clericis interpretantur Iſidorus Mercator apud Latinos, & Mattheus Blaſtares apud Græcos : ſed abſque fundamento reſtringitur ad Clericos, cum hic canon Antiochenus, ut antea monui, ſit quaſi proſecutio canonis antecedentis, qui dum expreſſè egit de non recipiendis alterius damnatis ſive Laicis ſive Clericis, hic noſter ſeptimus proſequitur, juxta antiquam Eccleſiæ regulam Episcopus quo ad hoc ſeſe ſervare poſſe indemnes, ſi peregrinos non ſuſcipiant ſine litteris paſſivis : & hinc in Græco nulla fit mentio Clericorum, ſed expreſſè habetur ; *μηδὲνα ἀνεο ἱεροκλήων δέχεσθαι ἢ ἕτερον.* Id eſt : *nullus peregrinorum ſine paſſivis ſuſcipiatur* : nullus peregrinorum ſive Laicorum ſive Clericorum, cui ſavent omnes ſerè canonum ſupra citatæ verſiones, Fulgentij Ferrandi,



Ferrandi, nullus peregrinus. Ioannis Scholastici, nullus externus. Hadriani 1. ut peregrini. Photij de peregrinorum susceptione. Et antiquæ Synoplis Græcæ: ο ξένος, peregrinus. Hæc autem rectè posita esse de omni peregrino fideli, etiam ostendetur canone sequenti: & hinc patet, non modo Mattheum Blastarem, sed & Zonaram in huius canonis interpretatione aberrasse, cum ad solos Clericos eum restringere videantur.

3. Secunda quæstio exurgit, cum tot sint de hoc canone versiones, & ubi Græcus textus habet pacificas, alij legant formatas, alij commendatitias: an nulla inter hæc omnia sit disparitas? disparitatem enim quamdam reperiri volunt complures, ac in primis aliquam esse contendit Philippus Priorius in dissertatione de litteris canonicis inter pacificas & commendatitias, Mattheus item Blastares differentiam constituit inter commendatitias, dimissorias, & pacificas: & ante ipsum Theodorus Balzamon, Zonaras, alijque Græci, quibus viam paravit Photius Patriarcha Constantinopolitanus titulo 8. Nomocanonis, cap. 6. de differentiâ pacificarum & commendatitiarum litterarum: Concilij Chalcedonensis canon XI. Concilij Carthaginensis canon 106. citat Photius Concilij Carthaginensis canonem 106. ex Codice canonum Africanæ Ecclesiæ, sed solum formatarum meminit. Melius itaque citat canonem XI. qui statuit: omnes pauperes & indigentes auxilio, cum proficiscuntur, sub probatione epistolis vel Ecclesiasticis pacificis tantummodò commendari decrevimus, & non commendatitiis litteris, propter eâ quod commendatitias litteras honoratioribus tantummodò personis præstari conveniat. Ex quo sequitur, aliquam à Græcis statutam fuisse inter utrumque differentiam, quam etiam statuisse videtur Sidonius Apollinaris libro 6. epistolâ 8. agnosceris profecturo civi me epistolam, Clerico debuisse formatam. Et libro 7. epist. 2. litteras meas ad formatam vicem, scilicet ut lector, elicuit. Scripsit circa tempora Chalcedonensis Concilij hic Sidonius, nec facile ostendetur, ante illum differentiam factam inter commendatitias aut formatas & pacificas, unde & Dionysius Exiguus in canone Antiocheno: pacificis, id est commendatitiis. Reliqui omnes formatas, pacificas, & commendatitias epistolas promiscuè sumplerunt: ut tamen appareat, quibus incrementis res hæc in Ecclesiâ profecit, de ea hic specialiter agemus.

Photius.

Sidonius  
Appollinar.Dionys.  
Exiguus.



## CAPUT XII.

## De litteris Pacificis.

1. Canon Antiochenus utitur nomine pacificarum, quod antiquitus litteræ communionis dicebantur litteræ pacis, Tertulliani hac de re testimonium, ex quo aliisque nomen pacificæ epistola desumpsit Antiochenum Concilium.

1. **M** Irari quisquam posset, quid in causâ esse potuerit, quod Antiochena Synodus usâ fuerit nomine pacificarum epistolarum: sed non fuit inventrix illius, cum diu antea perantiquus Carthaginienſis Ecclesiæ Presbyter Tertullianus libro adversus Praxeam cap. 1. de communionis litteris à Romano Pontifice fidelibus Asiæ concessis, scripserit: *coegit & litteras pacis revocare jam emissas.* Litteras pacis sumit pro litteris communionis, & hinc apud D. Cyprianum *pacem dare lapsis*, significabat, lapsos restituere communioni: pax enim & communio tunc temporis promiscuè sumebantur non modo à Patribus in litteris, sed à Synodis in canonibus; & hinc puto post Nicænum Concilium apud Græcos invaluisse nomen litterarum pacificarum, ubi alias litterarum communicatoriarum meminebant: sic D. Athanasius epistolâ ad solitarios de Ursacio & Valente Episcopis ad fidem redeuntibus: *ultrò subscripserunt epistolis pacificis, quas Athanasij Presbyteri Petrus & Ireneus, & Ammonius Laicus ad id circumcumeutes colligebant.* Plura adferri possent, sed sufficit testimonio Athanalij consonum esse, quod Antiochenum tradit Concilium: *nullus peregrinorum sine pacificis suscipiatur.* Nunc de ipsis canonicis epistolis, earumque origine, usu, & vario nomine agamus, non enim pœnitebit de iis parum latius agere, in quibus antea ostendimus, præcipuum caput Ecclesiasticæ communionis consistere.

Tertullian.

Cyprian.

Athanasius.

Canon 7.  
Antiochen.

Nullus



Nullus Peregrinus.

ARTICVLVS I.

De Peregrinorum susceptione, qui cum tessera hospitali, aut litteris pacificis proficiscebantur.

1. Dare peregrino hospitium erat signum communionis. Ab ipsis Ethnicis cum tessera peregrinantibus provenit gratia hospitalis, unde apud Tertullianum contesseratio hospitalitatis.
2. Hospitalitas initio Ecclesia viguit inter fideles, ut patet ex locis D. Pauli & Ioannis Apostoli.
3. Accedunt Apostolorum auditores Clemens Romanus, Ignatius Martyr, S. Polycarpus, & alij secundi & tertij saculi scriptores, signanter Lucianus apostata in suo peregrino.
4. Peregrini historia parum latius expenditur, & similes Christianorum deceptores occasionem dederunt regula, de non recipiendo peregrino sine pacifica.
5. Disciplinam hanc imitari voluit Iulianus Imperator, sub cuius imperio permansit apud fideles: testimonia Hieronymi, Ambrosij aliorumque, quibus accedit sacrum Chalcedonense Concilium.
6. Hospitalitatem in Gallis viguisse usque ad tempora Caroli Magni, ex pluribus testimoniis colligi videtur.
7. Ne tamen existimemus, hanc hospitalitatem primitiva Ecclesia disciplinam redolere, unde hac orta sit, & à quibus observata fuerit, expenditur, ac quandonam in desuetudinem abierit, & quomodo solt Episcopi hospitalitatis professionem posterioribus saculis emisierint.

1. **L**icet varia apud primitivos fideles essent communionis indicia, unum tamen illudque in temporalibus præcipuum erat, peregrinis fidelibus præbere tectum & hospitium, Philippus Priorius in suâ de litteris canonicis dissertatione capite 4. ex admirabili Patrum nostrorum erga invicem charitate profectum credidit, ut clericis laicisque peregrè proficiscentibus concederentur illa testimonia, quorum



- beneficio apud externos fratrum necessitas sublevaretur, & salvâ Ecclesie disciplinâ aleretur concordia. Initium ducit vir eruditus ab ipsis Ethnicis, quod & diu antea libro 1. de Abraham capite 6. animadverterat Magnus Ambrosius, cum scripsit: *hospitalem gratiam etiam apud barbaras gentes inviolabilem*. Addit de illis Priorius, habuisse tesseram hospitalem, de qua Plautus in Penulo articulo 5. *si ita est: tesseram conferre si vis hospitalem, eccam attuli. Ag. agedum huc ostende. Est par, probe: nam habeo domi. Par. h. m. hospes! salve multum &c.* Et Iason apud Euripidem Iymbola seu tesseram liberali manu largiebatur in Medea, ad quem locum Scholiastes Græcus: *peregrini tesseram confringentes aliam partem servabant, alteram vero hospitibus; ut si iterum sese invicem invisere contingeret, aut aliquem ex liberis, mediam illam tesseram exhibentes, hospitalitas renovaretur*. Et hinc jam intelliges quid sibi voluerit Tertullianus capite 20. de præscript. *& contesseratio hospitalitatis*. Mutuato nimirum à tesserâ hospitali nomine, ut rectè Iustellus ad canonem 11. Chalcedonensem.
2. Primi electæ plebis Hebræi ut Abraham, Loth, alique antiqui erant valde hospitales in suscipiendis peregrinis, nec manus primitivæ Ecclesie fideles, quos S. Petrus Apostolorum Princeps mandat esse *hospitales sine murmuratione*. Et ad Hebræos Paulus capite 13. *hospitalitatem nolite oblivisci*. Et ad Romanos 12. *hospitalitatem sectantes*. Et ad Thessalonicenses 1. capite 4. *de charitate fraternitatis non necesse habemus scribere vobis. Ipsi enim vos à Deo didicistis, ut diligatis invicem, Et enim factu illud in omnes fratres in universâ Macedonia. Et huc respiciens S. Hieronymus: Macedones in charitate laudantur ab Apostolo, & in hospitalitate, ac susceptione fratrum*. Et de eligendâ in Presbyteram viduâ scribit in priori ad Timotheum capite 5. *si hospitio receperit*. Et sanctus Ioannes inter damnati à sese Episcopi Diotrephitis crimina ponit epistolâ 3. *Neque ipse suscipit fratres, & eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia ejicit*. E contra verò laudat ibidem Gnum: *fideliter facis, quidquid operaris in fratres & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderint charitati tuæ in conspectu Ecclesie, quos benefaciens deduces dignè Deo*. Quis hic Gaius fuerit, hæsitant Patres, plerique tamen & rectè meo iudicio, existimant fuisse Corinthium, quem sese Paulus ibidem baptizasse testatur 1. Corinth. 1. & de quo in epistolâ ad Romanos ex Corintho scriptâ: *salutat vos Caius hospes meus*. Ubi & illi ab hospitalitate præbet testimonium insignis.



3. Enimverò fuit hoc indubitatum Corinthiorum insigne, esse hospitale, de quo Apostolorum Petri & Pauli Discipulus, qui quartus factus est Romanorum Pontifex, S. Clemens in genuinâ suâ ad Corinthios epistolâ: *quis enim apud vos versatus est, . . . qui splendidos ac liberales hospitalitatis vestra mores non laudaverit?* Non unum jam Corinthium, ut Paulus, sed integram Corinthiorum Ecclesiam ab hospitalitate laudat Clemens Romanus, fidelesque omnes hanc observasse, quam omnes laudabant peregrinantes, & ubique advenientes celebrabant. Et de Smyrnenfibus, quod Philonem, Caium, & Agathopodem exceperint, testimonium perhibet S. Ignatius Martyr epist. ad Smyrnenfes, & addit eos gratias agere, *quod modis omnibus illos refeceritis.* Et S. Polycarpus Smyrnenfis Episcopus hanc hospitalitatem non oblcure commendat, cum in epistolâ ad Philippenses scriptum reliquit: *fraternitatis amatores, diligentes invicem, in veritate sociati.* Hospitalitatem in terminis laudat Clemens Alexandrinus libro 2. Stromatum, folio editionis Florentinæ per Gentianum Hermetum 58. & quantum temporibus Tertulliani floruerit, ipsemet libro 2. ad uxorem capite 4. indicat: *si peregrè frater adveniat, quod in alienâ domo hospitium?* Agit Tertullianus contrâ eas, quæ nubunt gentilibus maritis, & ostendere volens illo in connubio à fidelibus feminis non posse exerceri officia vitæ Christianæ, hospitalitatem adducit, quam Ethnicus maritus erga Christianum negabit: tantum tunc temporis fideles erant hospitales, unde & mirum esse non debet, quod impius Lucianus de ficto suo peregrinante Christiano testatum reliquit: *susceptâ peregrinatione egreditur vagaturus satù sibi viatici in Christianis repositum esse existimans, à quibus quaquaversum incedebat stipatus, in omni agebat rerum abundantia.*

4. Rem hanc graphicè describit Priorius capite 7. ait peregrinum illum fuisse impostorem Philosophum, qui tamquam Protheus formas omnes induebat: ob scelera sua exul factus, tandem cum esset rerum omnium egenus, animo secum reputavit, nullam esse gentem Christianis parem in hospitalitatis virtute: ad illos proinde contugiens religionem fingit Christianam, initiandis adscribitur, & ut finem suum obtineret, cum gentilibus agit, ut quasi religionis Christianæ postularus ac deprehensus in carcerem detruderetur. Detrusus verò excipit desentes fideles, qui carcerem illum frequenter adibant, peregrino ad copiam usque providentes, & sane inquit Lucianus, *magnæ spes peregrino afferebantur tunc ab ipsis, illo carceris obrentu.* Et tum

Clemens Roman.

Ignat. Mart.

Polycarpus.  
Clemens Alexandrin.

Tertullian.

Lucianus Apostata.

Et tum demum



demum à Syriæ Præside carcere eiectus est, qui & in patriam ditissimus redux, inde secundam peregrinationem instituit, qua Christianos tam impiè credulos nationibus universis deridendam proponeret. Sed malum consilium malum habuit exitum, & ut audivimus ex Luciano supra, ubi secundo peregrinaturus satis sufficiens viaticum in Christianis positum esse arbitraretur, in impietate suâ detectus à Christianis fuit derelictus, ut post tot fraudes sceleratam vitam inaudito facinore exiit, dum publicè & solemnè concione comburi voluit. Hæc facti species, in quâ solâ primitivæ Ecclesiæ in fideles hospites liberalitas consideranda est, utpote quæ ex ipsis gentilibus testimonium mutuat præclarissimum. Et ex hisce aliisque Christianos decipientibus mirum esse non debet, si in tantâ fidelium hospitalitate providè à Patribus introductum sit, nullum peregrinum sine litteris esse recipiendum. Et sine illis inquit canon 32. Apostolorum, *nec qua sunt necessaria subministrentur eis.* Regulam planè renovat Antiochenum Concilium, cuius canon tunc temporis viguit per orbem Catholicum, ut vel unicum Iuliani apostatæ docet exemplum.

5. Impius ille Christianorum persecutor imitari volebat pietatem fidelium, eorumque mores cum gentilismo commutare, hincut habemus ex S. Gregorio Naianzeno, *constituebat etiam diversoria adificare ac domos excipiendis hospitibus dicatas, simulque humanitatem erga pauperes adungere, cum aliam tum eam, qua in notis sive tesseriis epistolaribus consistit.* Et si alium testem exoptules, en Sozomenum libro 5. capite 15. *Dicitur præterea Iulianus imitatus esse inprimis formulas litterarum Episcopaliū, quibus solebant se inter ipsos certiores facere de peregrinis, quo proficiscerentur, & unde venissent, ut tanquam noti, atque adeo amici propter signi testimonium hospitio exciperentur, diligenterque curarentur.* Ex quibus abundè colligitur, non modo hospitalitatis contestationem, sed & litterarum ipsis ad hoc concessarum usum sub Iuliani Imperio permansisse: de hospitalitate scribit Hieronymus in commentariis super caput 1. epistolæ ad Titum: *Episcopi domus omnium commune debet esse hospitium. Laicus enim unus aut duos, aut paucos recipiens implebit hospitalitatis officium.* Et D. Ambrosius de officiis libro 2. capite 21. *Valde id decorum totius est orbis æstimatione, peregrinos cum honore suscipere, non deesse mensa hospitalitatis gratiam, occurrere officii liberalitatis, explorare adventus hospitium.* Et inter articulos, ob quos in Synodo ad Quercum tentata fuit depositio S. Ioannis Chrysofomi, erat unus, *quod hospitalita-*

Canon 32.  
Apostolorum.

Gregorius  
Naianzen.

Sozomenus.

D. Hieron.

Ambrosius.

Synod. ad  
Quercum.

tens



tēm solus quotidie comedens, desereret. Sed calumnias fuisse, clamant vitæ eius scriptores, & convincunt ipsa D. Ioannis Chrylostomi scripta hospitalitatem sæpius laudantia: de Ilidoro ex ordinatione S. Athanasij Presbytero Alexandrino tunc temporis agente annum ætatis 80. scribit Georgius Patriarcha Alexandrinus in vitâ Chrylostomi: *peregrinorum & hospitem Alexandria exceptor.* Viguit adhuc sub Imperatoris Marciani imperio, sed cum forsitan peregrinantes fraudibus circumvenirent suos hospites, renovavit sacrosanctum sexcentorum & triginta Episcoporum Chalcedonense Concilium canone 11. nostrum Antiochenum: *Pauperes omnes & qui auxilio indigent, cum probatione & litteris pacificis Ecclesiasticis solis peregrinari decrevimus.* Ad quæ verba Ioseph Ægyptius: *quod ad omnes pauperes, qui eleemosynas rogant, mandamus nunc, ut scribantur in epistola, cum inquisitum fuerit in eorum negotia: & quod digni sunt eleemosynis, & quod eis necessaria desunt.* Editum habemus hoc Iosephi Ægyptij opus caractere Arabico & latino tomo 1. pandectæ canonum. Et Zonaras ad laudatum canonem: *His igitur hominibus, qui se omnimodo opis indignos profiterentur, suppetiis, quas optaverant, ferendis ab Episcopis littera tradebantur.* Et Aristenus: *qui pauperes itaque auxilio indigent, cum litteris Episcoporum pacificis iter facere debent, ut qui opem in ferre possunt, misericordia in eos commoveantur.*

6. Quamdiu vigerit hæc in Ecclesiâ consuetudo, attingit Christianus Lupus in caput 20. Tertulliani de præscriptionibus, docetque in Galliis remansisse usque ad tempora Caroli M. & Ludovici Pij: enimverò de illis scribit Salvianus Presbyter Massiliensis in libris de gubernatione Dei: *Franci mendaces, sed hospitales.* Et in Capitulari suo Theodulphus Aurelianensis Episcopus cap. 25. statuit: *Admonendi sunt, ut hospitalitatem diligant, & nulli hospitium præbere detrectent: & si cui fortè hospitium præstiterint, nullam ab eo mercedem accipiant: nisi forte ille, qui à te recipitur, sponte aliquid det.* Carolus Magnus item adeo foisse hospitalem affirmat Eginardus, ut peregrinorum numerus non soli palatio, sed & toti regno fuerit onerosus. Renovavit sane hic Imperator canonem Antiochenum de peregrinis, ut patet ex Capitulari libri 1. capite 3. & appendicæ primâ ad lib. 4. cap. 16. *de litteris peregrinorum,* & appendicæ 2. capite 20. *de vagis peregrinis,* & cap. 24. *de hospitalitate & susceptione itinerantium tam missorum nostrorum, quam reliquorum bonorum hominum.* Et hæc quidem omnia post collectionem Capitularium Ansegisi Abbatis, quibus addi possunt ex collectione Benedicti Levitæ alia de hospitalitate & curâ pauperum.

Georgius Alexandrinus.

Concilium Chalcedon.

Ioseph Ægyptius.

Zonaras.

Aristenus.

Salvianus.

Theodulp. Aurelianens.

Capitul. Caroli M.



7. Hæc tamen, ne quisquam existimet, primitivam illam Ecclesie disciplinam redolere, necessario adnotandum est, primis Ecclesie sæculis fideles sibi invicem fuisse hospitales, idque non modo ex innatâ pietate ortum duxisse, sed ex virtute generi humano pernecessariâ. Apud multas enim gentes, ut rectè Christianus Lupus in notis ad caput 20. Tertulliani de præscriptionibus, non erant stabula, sed meritoria hospitia. Hinc & apud Hæbreos aliosque populos non modo olim deluisse tabernas ex sacro textu colligunt plerique, sed & usque nunc in Orientis regionibus deesse confirmant plurimi. Ortum exinde habuisse potest apud Gentiles laudata superius hospitalitas, quid ni & apud Christianos primis Ecclesie sæculis illa quorumvis fratrum in domum susceptio ad hospitium. Quanto tempore illa floruerit in Ecclesie Christianæ primordiis, vix dici potest: putat Christianus Lupus loco superius citato: „ post multiplicatam sub Constantino „ Ecclesiam cœperunt quidam pauperes sine negotiis ex otio vagari, & „ crimina admittere: hinc divites cœperunt cunctos negligere. Eos „ tamen non neglexit mater Ecclesia. Etenim illis varia ubique hospi- „ talia erexit, & ipsos numeravit inter participantes de quartâ parte om- „ nium suorum proventuum. „ Sed alia videtur huius desuetudinis ratio petenda ex multiplicatâ sub Constantino Ecclesiâ, quando orbe Romano ad fidem converso præ multitudine fidelium undique peregrinantium nimis onerosum factum est singulis, fratres quotidie hospitio excipere, hinc pedetentim in desuetudinem abiisse, divites hospitari, & pro pauperibus Hospitalia fuisse inventa, quæ Iulianus Apostata imitari volens in Gentilismo, *constituebat etiam diversoria edificare*, inquit S. Gregorius Naianzenus, *ac domos excipiendis hospitibus dicatas, simulque humanitatem erga pauperes adjungere*. Et ipse Iulianus in epistola ad Arladium Galatiæ Pontificem à Sozomeno libro 5. cap. 15. adductâ: *porro Xenodochia multa in singulis civitatibus extruïto, ut peregrini nostra benignitate fruantur*. Et ex illis temporibus raram mentionem invenies de mutuâ illâ & apud primos fideles observatâ hospitalitate: Episcopos huic potissimum incumbere debuisse reperies, & sic in consecratione Episcopi petit huc usque Metropolitanus: *vis esse hospitalis?* Et solos pauperes cum litteris pacificis pro hospitio iter egisse, quod per civitates orbis Catholici, ut nunc usque Romæ observatur, hospitalia publica fuerint iustituta, in quibus pauperes reciperentur cum litteris à Synodo requisitis. Interrogatus à Constantis Augusti proceribus Martinus, qualiter Pyrrhus Patriarcha

Lupus.

Iulianus  
Apostata.

Patr  
Pon  
bi,  
prab  
veni  
solu  
min  
debe  
Leo  
dien  
veni  
copa  
cepi  
hosp

1.  
2.  
3.  
4.  
5.



Patriarcha Constantinopolitanus Romæ fuisset receptus, reponit S. Pontifex: vos Domini mei nescitis Romanam Ecclesiam: dico enim vobis, quia quisquis venit illuc miserabilis homo hospitari omnia ad usum præbentur ei, & nullum immunem suis donis Sanctus Petrus repellit venientium illuc, sed panis mundissimus, & vina diversa dantur non solum ei, sed hominibus ei pertinentibus. Si ergo in miserabilibus hominibus hæc fiunt, qui venit honorabilis, sicut Episcopus, quales sumptus debet suscipere; hæc Romana sæculo 6. Ecclesia, cuius morem Waso Leodienfis Episcopus observari mandavit, cum teste Anselmo Leodienfi canonico in eius vitâ, statuit, ut omnes peregrini sine equis pervenientes sine repulsa reciperentur, qui autem in equis venissent, Episcopali relinquerentur excellentia. Peregrinorum similem quamdam receptionem supposuit canon noster 7. Antiochenus, occasione cuius hospitalitatis contestationem parum fufius exposuimus.

Martin Papa

Waso Leod.

*Sine Pacificis.*

ARTICVLVS II.

De litteris commendatitiis, seu formatis.

1. Littera pacifica alias commendatitia dicuntur, à commendatione peregrinantium nomen sortita: à temporibus Apostolorum in usu fuisse, ostendunt varia Pauli loca.
2. Apostolorum auditores Clemens Romanus & Polycarpus Smyrnenfis idem testantur, & D. Ireneum cum Martyrum Lugdunensium commendatitiâ profectum esse ad Eleutherium, testis est Eusebius, ex quo illa adfertur, unde & formula commendatitiarum colligitur.
3. post tempora Cypriani nomen litterarum communicatoriarum in usu fuisse habemus ex Synodis Illiberitana & Arelatensi, at post Concilium Nicenum communicatoria & formata promiscuè sumebantur, teste D. Augustino.
4. In Nicæno Concilio additum litteris formatis, ut assumantur in supputationem prima græca elementa. Locus Gratiani, huc spectans, cui additur locus Sirmondi omnia hæc elementa exponens.
5. Pars formata Attici Constantinopolitani ex Gratiano, & formata



Heidilonis ex Sirmondo, cui alia quoque consona sunt, nisi quod in aliquibus litteræ græca ponantur in medio, aut sine.

6. Ex certa formâ hisce in litteris servatâ dictæ sunt formata, quo nomine nota sunt apud D. Athanasium, S. Optatum, Concilium Milevitanum, aliaque.
7. Mediâ aetate formata Clericis iterfacientibus præscripta, cumque antiqua formula cum elementis græcis in desuetudinem abierat, dimissoriarum nomen obtinuerunt etiam apud Græcos. Apud Latinos littera dimissoria pro ordinandis ab alio Episcopo etiamnum dari consueverunt.
8. Recentiorum græcorum formata aut commendatitia ex Iacobo Goar adducitur.

1. **P**acificæ meminit canon, cui alia accommodata sunt nomina ac primò quidem commendatitiarum, quarum usum ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio fuisse, ostendit gentium Doctor ad Corinthios capite 3. incipimus iterum nosmet ipsos commendare, aut numquid egemus sicut quidam commendatitiis epistolis? supponit Paulus se notum esse Corinthiis, ideoque nullâ commendatione egere, sed hoc proprium esse peregrinis & ignotis, & hæc fuit prima omninò ratio usus litterarum commendatitiarum, quibuscum fratres primitiva Ecclesia ad exterâs regiones peregrinantes mittebat, aut in quibus de fratribus exterâs gentes monebant: sic enim Paulus in epistolâ ad Romanos cap. 16. commendo autem vobis Phæben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris: ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, & assistatis ei, in quocumque negotio vestri indigerit. Et in 1. ad Corinth. cap. 16. si autem venerit Timotheus, videte, ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur sicut & ego: ne quis ergo illum spernat: deducite autem illum in pace. Et in epistolâ ad Colossenses de Marco: si venerit ad vos, excipite illum. Proprias autem commendatitias litteras dicere possumus, quas dedit ad Philemonem de Onesimo: tu autem illum, ut mea viscera suscipe. Et infra eius conversionem indicans: si ergo habes me socium, inquit, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Nempe commendatitiæ litteræ à temporibus Pauli Apostoli habuerunt subnotatum nomen scriptoris, & epigraphen, ad quem essent scriptæ, sine quibus in primitivâ Ecclesiâ litteræ commendatitiæ erant suspectæ, ut evincit hic D. Cypriani

locus



locus in epistolâ ad Clerum Romanum : *legi etiam alias litteras , in quibus nec qui scripserint , nec ad quos scriptum sit , significantur , expressum est.* Cyprianus.

2. Post Apostolos permanit hæc Ecclesiæ consuetudo commendandi fratres vel litteris commendatitiis expressè ad id conscriptis , vel occasione desumptâ , ut sæpius fecerat Paulus in litteris canonicis. Sic Clemens Romanus in suâ ad Corinthios epistolâ missorum suorum nomina Claudium , Ephebum , Valerium , Bitonem , cum Fortunato edisserit. S. quoque Polycarpus Smyrnenfium Episcopus in epistolâ suâ ad Philippenfes per Petrum de Halloix correctius cum græco textu editâ : *Hæc vobis scripsi per Crescentem , quem in præsentem diem commendavi vobis , & nunc commendo. Conversatus est nobiscum inculpabiliter : credo quia vobiscum similiter. Sororem autem eius habebitis commendatam , cum venerit ad vos. Quod iterum Polycarpi audivit. S. Ireneus Lugdunensis Ecclesiæ Presbyter cum litteris merè commendatitiis Romam ad Eleutherium Papam transmissis sit , testatur Eusebius Cæsarensis in Palestinâ Episcopus libro 5. capite 4. qui & formulam hisce verbis conscriptam refert : *Te in Deo omnibus in rebus perpetuo , Pater Eleuthere , valere optamus. Has litteras ad te perferre fratrem nostrum Ireneum , & ministerij consortem rogavimus : teque obsecramus , ut illum utpote studio incredibili erga testamentum Christi flagrantem , gratiâ & benevolentia præ cæteris complectaris. Quod si locum & gradum Ecclesiastici ministerij vim & facultatem habere , justitia cuiquam impertienda animadverteremus , hunc ut Presbyterum Ecclesiæ ( hoc namque munus obtinet ) in primis tibi commendassemus. Hæc commendatitia Martyrum Lugdunensium epistola , ex quâ formam cæterarum licet colligere : addit Eusebius , subnotatam fuisse singulis Martyrum nominibus , sicque habebat omnia per S. Cyprianum ad commendatitias litteras requisita : *Legi etiam alias litteras , in quibus nec qui scripserint , nec ad quos scriptum sit , significanter expressum est. Et quoniam me in iisdem litteris & scriptura , & sensus , & charta ipsa quoque moverunt , ne quid ex vero vel subtractum sit , vel immutatum , eandem ad vos epistolam authenticam remisi , ut recognoscatis , an ipsa sit , quam Clemente Hypodiatono perferendam dedistis. Perquam enim grave est , si epistola Clerica veritas mendacio aliquo ex fraude corrupta est. Hoc igitur ut scire possimus , & scriptura , & subscriptio an vestra sit , recognoscite. Ex quo loco , ut rectè Christianus Lupus , discimus varia : quod nimirum communicatoriæ epistolæ formula con-***

Polycarpus.

Eusebius  
Cæsariensis.

Cyprianus.

Lupus.



„ listeret in epigraphe, subscriptione, scripturâ, sensu, chartâ,  
 „ illorum omnium certo modo, & pluribus aliis: dumque unum  
 „ deesset, aut quid minimum in eo desideraretur, epistola erat suspen-  
 „ da. „ Vocat quidem epistolam illam D. Cyprianus Clericam, sed  
 „ & aliud nomen habuisse nimirum commendatitiam, docent nos in-  
 „ dubitata istorum temporum testimonia, quæ morem tunc intro-  
 „ ductum fuisse evincunt, de non admittendo aliquo peregrino pra-  
 „ ter commendatitias litteras: Sic habet canon 12. Apostolorum, &  
 „ canon 32. nullus Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut  
 „ Diaconorum sine commendatitiis suscipiatur epistolis. Et si canones Apo-  
 „ stolici sæculo tertio à fidelibus collecti non sufficiunt, eni auctorem  
 „ Apostolicarum Constitutionum lib. 2. capite 58. Si autem aliquis fra-  
 „ ter aut soror ex Paraciâ advenerit, qui commendatitias offerant &c.  
 „ Addit infra tam multa Apostolicarum Constitutionum auctor, ut cer-  
 „ tò colligamus, tunc observatum fuisse commendatitiarum epistola-  
 „ rum nomen, & eas promiscuè tam laicis quam Clero fuisse concessas,  
 „ ut aberrant illi, qui velint aliquam tunc differentiam fuisse pro laicis  
 „ inter pacificas & commendatitias epistolas.

Canon 32.  
Apostolor.

Auctor  
Constitut.  
Apostolic.

Concilium  
Illiberit.

Canon 7.  
Arelatens.

Simondus.

3. Subsequentia sæcula, & maximè post Divi Cypriani ævum  
 commendatitiarum nomen non videntur ita observasse, sed in-  
 valuit nomen litterarum communicatoriarum idque passim pro omni  
 hominum genere: sic enim antiquissimum memoriâ hominum Illibe-  
 ritanum Concilium, quod canones edidit, earum mentionem fecisse  
 reperitur can. 25. *communicatoria danda sunt ei littera.* Et canone 58.  
 de interrogandis iis, *qui communicatorias litteras tradunt.* Nec sola  
 Hispania, sed & Gallia cum omni Occidentali Ecclesiâ in Concilio  
 Arelatensi primo statuit canone 7. *de præsilibus, qui fideles ad præs-  
 datum profiliunt, placuit, ut cum promoti fuerint, litteras accipiant  
 Ecclesiasticas communicatorias.* Ad quæ verba Iacobus Sirmondus in  
 notis posthumis per Labbeum tomo 1. Conciliorum in appendice pu-  
 blicatis: „ præsides aliive rectores Provinciarum, ex Provinciis  
 „ ipsis deligi non solebant, sed aliunde mittebantur, proinde litte-  
 „ ris communicatoriis sive formatis indigebant, sine quibus aditus ad  
 „ communionem peregrinis apud exteros non foret. „ Hæc Sirmon-  
 „ dus, & rectè, nam inde constat litterarum communicatoriarum non  
 „ modo nomen sed & rem ipsam fuisse necessariam peregrinis; addit  
 „ Sirmondus *sive formatas*, communicatoriæ enim & formatæ post  
 „ Nicæni Concilij tempora promiscuè sumebantur, ut testis est luculen-  
 „ tissimus



tissimus à duodecim & quod excurrit sæculis magnus Ecclesiæ Doct̃or  
 Augustinus epist. 163. *quædam, utrum epistolæ communicatiæ, quæ* Augustinus.  
*formatas dicimus, posset, quo vellem dare.*

4. Ut tamen res hæc à suâ origine repetatur, notandum ex Ar-  
 tico Constantinopolitano Episcopo apud Gratianum distinct. 73. in  
 sacrosancto Nicæno Concilio à 318. Patribus aliquid additum fuisse ad  
 formam litterarum canonicarum, ut nimirum inquit Gratianus, *assu-* Gratianus.  
*mantur in supputationem prima græca elementa Patris, & Filij, &*  
*Spiritus Sancti hoc est ω. υ. α. quæ elementa octogenarium, & qua-*  
*dringentesimum & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli*  
*prima littera, id est ω. quæ numerum octoginta significat. Eius quoque,*  
*qui scribit, Episcopi prima littera; cui scribitur secunda littera; acci-*  
*ipientis tertia littera; civitatis quoque de qua scribitur, quarta: & in-*  
*ditionis quacumque est illius temporis, numerus assumatur: atque ita his*  
*omnibus Græcis litteris, quæ ut diximus, numeros exprimunt in unum*  
*ductu, unam quacumque collecta fuerit summam epistola teneat. Hanc*  
*qui suscipit omni cum cautela requirat expressè. Addat præterea separa-*  
*tim in epistola nonagenarium & nonum numerum, qui secundum Græca*  
*elementa significat A. M. H. N. Refert quoque hæc ipsa Iacobus Sir-*  
 Sirmundus.  
 „ mundus tomo 2. Conciliorum Galliæ & subdit: „, ex superiori-  
 „ bus liquet, numerorum, qui in formatis observantur, alios in omni-  
 „ bus formatis eosdem semper esse, alios in singulis diversos: illos  
 „ proinde omnibus communes esse, hos singularum proprios: com-  
 „ munes sunt, qui fiunt ex primis litteris Π. Υ. Α. Π. quibus numeri  
 „ respondent ΧΧС. СССС. Ι. ΧΧС. atque ex omnibus litteris.  
 „ Α. Μ. Η. Ν. quarum numeri sunt Ι. ΧΛ. VIII. L. id est 56. ΧСΙΧ.  
 „ omnium verò summa DCLX. quare hic idem numerus formatis  
 „ omnibus est communis. Atque in omnibus idem est. Proprius au-  
 „ tem qui ex primâ litterâ scribentis, secundâ cui scribitur, tertiâ  
 „ accipientis, quartâ civitatis de quâ scribitur, & ex indictionis cu-  
 „ iusque notâ ducitur: quæ vix unquam in diversis formatis consen-  
 „ tiunt. Eo fit ut in singulis diversus existat, ac diversa proinde in  
 „ diversis utriusque numeri sit summa: quod ex sequentibus forma-  
 „ tarum exemplis patefiet, si prius, quos Græcæ litteræ numeros sig-  
 „ nificent, ostenderitimus.



*Quos numeros singula Græcorum elementa  
significent.*

A α 1.	I ι 10.	Ρ ρ 100.
B β 2.	K κ 20.	Σ σ 200.
Γ γ 3.	Λ λ 30.	Τ τ 300.
Δ δ 4.	Μ μ 40.	Υ υ 400.
E ε 5.	N ν 50.	Φ φ 500.
ς 6.	Ξ ξ 60.	Χ χ 600.
Z ζ 7.	Ο ο 70.	Ψ ψ 700.
H η 8.	Π π 80.	Ω ω 800.
Θ θ 9.	ς 90.	

5. Huc usque Iacobus Sirmondus, ex quibus non modo quamcumque formatam examinare possumus, sed & plures, si vetus ille usus revocaretur, conscribere, ut post Sirmondum notat Priorius. Extat verò in Gratiano formata ab Attico Constantinopolitano juxta eam methodum conscripta cum hacce Epigraphe: *Sanctissimo in Christo Fratri summa dulcedine charitatis amplectendo A. illius civitatis Episcopo. v. illius Ecclesia Prasul perpetua Beatitudinis optat in Christo salutem ω. υ. α. π.* Plura adderem ex hac formatâ, nisi placuisset aliâ, quam Sirmondus ad finem tomi 3. Conciliorum Gallix nobis reliquit inter 12. formulas litterarum formatarum mediâ ætate conscriptas: *In nomine Patris Π. & Filij Υ. & Spiritus Sancti A. Heidilo superna eiusdem Patris & Filij & Spiritus Sancti favente clementia Noviomensium humilis Episcopus, Sancto & venerabili ac carissimo nobis Rodulfo Sanctæ Laudunensis Ecclesiæ Episcopo, geminam in Christo pacem exoptat & Gloriam. Vestra intueatur magnitudinis experientia, hunc presentem Clericum nomine Rotgerium à nobis per singulos Ecclesiastici honoris gradus ad onus Diaconii fore promotum, & expolitâ petitione ipsius ad proficiscendum, commendat eum plurimum, ac pergit: nos etiam*

*more*

Formata  
epistola.

Formata  
Heidilonis.



more Canonico hanc ei formatam epistolam secundum decreta Nicæni Concilij græcis characteribus insignitam vobis deferendam concessimus : per quam ipsum vestra tuitioni committimus , & à nostrâ Parochiâ penitus sequestramus. In qua quidem post Æolica superius elementa in supputatione Patris , & Filij , & Spiritus Sancti assumpta , Petri quoque primum elementum Π. ut nos corde fidem Sanctæ Trinitatis habentes , constreamur ore ad salutem per eiusdem principis Apostolorum doctrinam , rationabili ordine subnexuimus. Et ne aliqua fraus falsitatis in ea locum obtinere prævaleat , nominis nostri , qui scribimus primam litteram H. cui scribitur secundam O. vestri tandem , qui accipitur , tertiam Δ. civitatis nostræ insuper addentes quartam I. cum indictione V. huius igitur calculationis summam in unum pariter comprehensam , ita diligentius annotare studuimus Π. LXXX. Y. CCCC. A. I. Π. LXXX. H. VIII. O. LXX. Δ. IV. I. X. addidimus præterea nonagenarium & nonum numerum , qui secundum græca elementa significat A. M. H. N. Summa vero totius numeri in omnia ducti complet MCXLVI. hac autem omnia requirenda sunt diligenter & cum omni cautelâ. Huc usque formata Heidilonis epistola , cui eodem planè modo conscriptæ consonant aliæ ab eodem Sirmondo relatæ , præterquam quod earum aliquæ litteras græcas ponant initio , quas aliæ collocant in medio , aliæ in fine. Ultima sane ordine XI. sic incipit : Π. Y. A. Π. Δ. A. Θ. H. M. X. Durandi Episcopi Arvernorum ad Rodulphum Turonensem Archiepiscopum. Eam scriptam existimat Sirmondus circâ finem sæculi XI. ut exinde pateat , in illa usque tempora litteras formatas , pro ut à Nicæno Concilio & Attico Constantinopolitano constat ordinatas , in usu fuisse etiam apud Occidentis Ecclesias , quod ipsum confirmant Regino Abbas Prumiensis , Burchardus Wormaciensis Archiepiscopus , Ivo Carnotensis , Gratianus Monachus , qui suis canonum collectionibus & decretis formulas litterarum formatarum inseruerunt.

6. Et ex hisce non male Eminentissimus Cardinalis Baronius ad annum 142. : „ In magno Concilio Nicæno certa quædam forma ( unde & formatæ dictæ sunt ) ne fraus irreperet , est instituta. „ Et de illâ litterarû formâ tempore suo observatâ loquitur S. Athanasius : „ si Gregorius formulam pacificarum scribat , & S. Optatus Milevitanus libro 2. contra Parmenianum . nobis totus orbis commercio formatarum concordat. Et S. Augustinus epistolâ 163. querebam , utrum epistolas communicatorias , quas formatas dicimus , posset , quo vellem , dare. Et idem Augustinus cum secundo Milevitano Concilio canone 20. Pla-

Baronius.

Athanasius.

S. Optatus.

Augustinus.







rus Balzamon in canonem XI. Calchedonensem : dicuntur autem Balzamon.  
*dimissoria, ut qua ostendant ex voluntate ac dimissione Antistitis Clericum*  
*vel Episcopum transiturum.* Et cum eodem Balzamone in canonem 17.  
 Trullanum Aristenus : *si quis autem Episcopus alienum admiserit Cleri-* Aristenus.  
*cum sine litteris eius Episcopi dimissorius, & in sua Ecclesia collocaverit,*  
 & post hos omnes Mattheus Blattares in Syntagma Alphabeticum :  
*sunt autem dimissoria, qua ostendunt, permissum esse Episcopo vel Clerico* Matth. Blatt.  
*ex sententia Antistitis sedem mutare, & Sacerdotale illic officium sine*  
*omni impedimento obire.* Verum nec dissimulare oportet, hocce no-  
 men nunc temporis apud Latinos invaluisse passim pro litteris ab Epif-  
 copo cuidam ex clero datis, ut cum iis ab alterius Dicecesis Episcopo  
 ordinetur : sic Concilium Senonense anno 1528. in decretis morum  
 canone 5. *litteras dimissorias ad sacros ordines.* Concilium Colonien-  
 anno 1536. parte 1. canone 29. *litteras dimissorias, quae vulgo licen-*  
*tiatoria ordinandi vocantur.* Concilium denique Tridentinum sess. 21.  
 capite 1. de reformatione, dum agit de conferendis ordinibus, vetat  
 quidquam recipi *pro litteris dimissoriis.* Quid verò in iis contineri  
 debebat, exponit Concilium Burdigalense anno 1624. cap. 6. titul. 9.  
 de dimissoriis litteris.

8. Superfluum esset recentiores dimissoriarum aut pacificarum  
 formulas repetere, cum nemo ferè inveniatur, quin illas apprimè  
 noverit. Unum cum Priorio, quod Euchologium Græcorum ex Codi-  
 ce Leonis Allarij continet, proferre non pœnitebit. ΣΥΣΤΑΤΙΚΟΝ  
 inscribitur, hoc est formata sive commendatitia cum hocce titulo :

*In testimonium & securitatem Filij secundum Spiritum  
 Domini Cyri N.*

Formata  
 Græcorum.

In palatio nostro Episcopali Amathuntis scripta est ex potestate à San-  
 ctis Apostolis data Pontificibus creandi Diaconos, Hypodiaconos, & in  
 Sacerdotij dignitatem promovendi : ac propter illam gratiam, qua in  
 mediocritatem nostram etiam pervenit, in Sacerdotij gradum adoptavi  
 Monachum Cyrum N. exhibito nobis Patris illius Spiritualis testimonio,  
 secundum Apostolicos canones : dedi ipsi liberam potestatem sacri faciendi  
 in Ecclesiâ Dei, hanc ob causam mediocritas nostra presentem formatam  
 exaravit, & accipienti inter Monachos Sacerdoti Cyro N. in ipsius secu-  
 ritatem contulit. Et hæc quidem de litteris formatis; earumque di-  
 verso nomine ac variantium specie sufficiant, ex quibus non parum  
 roboratur canon noster 7. Antiochenus : nullus Peregrinorum sine pa-  
 tificis suscipiatur. Quod ultimum verbum adiuac restat exponendum.

Canon 7.  
 Antiochen.



*Suscipiatur.*

## ARTICVLVS III.

## Non suscipiendos fideles sine Pacificis.

1. Pacificas olim concessas in ordine ad communionem Ecclesiasticam, rectè animadvertit Priorius, qui & addit, fideles sine pacificis solum ad communionem peregrinam fuisse susceptos.
2. Canones Synodi Agathensis de communionem peregrinâ agunt, & cum canone 16. Ilerdensi eam in pœnam delicti imponunt, quod rectè exponitur ab Albaspineo, cuius locus integer adfertur.
3. Ex Albaspineo constat de triplici statu peregrinorum, ac primò eorum, qui excommunicati sine pacificis proficiscebantur, quibus etiam rectum negabatur.
4. Secundò eorum, qui sine pacificis peregrinabantur, sed à communionem seclusi non erant, & illis dabantur necessaria ad victum, nullatenus tamen Clerici admittebantur ad ministerium, qua de re Synesij testimonium, factum Chrysostomi, & canon Chalcedonenfis adferuntur.
5. Tertiò eorum, qui cum pacificis interfaciebant, qui examinatis litteris ad communionem admittebantur: canon 32. Apostolorum, Auctor Constitutionum Apostolicarum, & canon Iliberitanus huc spectantes.
6. Viguit hac disciplina in Africâ id ipsum testantibus Cresconio, & Ferrando, & petentibus à Ioanne 2. Episcopis Afris, ut nullus Clericus trans mare navigans admittatur sine pacificis, id quod Agapitus Papa canonibus, utique primi Carthaginensis Concilij consonum iudicavit.
7. Modus recipiendi peregrinos fideles cum pacificis ex D. Augustino repetitur.

1. **D**uplicis communionis meminimus in expositione huius canonis, quarum primam occasione horum verborum: nullus peregrinus, diximus consistere in contestatione hospitalitatis, aut susceptione ad hospitium, secundam occasione horum: sine pacificis, in susceptione ad communionem Ecclesiasticam, de quâ propriè hunc canonem



canonem intelligendum existimarem, cum statuit, *nullum peregrinorum sine pacificis suscipiendum.* Enimverò dissentire non possum ab illis, quæ rectè animadvertit Philippus Priorius in dissertatione de litteris canonicis titul. 11. Litteræ canonicæ ideo concedebantur, ut peregrinantes sublevarentur harum beneficio, & mysteriorum confortio, modo adessent eiusmodi litteræ ex antiquorum canonum decretis conscriptæ. Qui autem hac ope destitutus ad iter se accingebat, à fratribus quidem humaniter excipiebatur, ei tamen communionis tantum peregrinæ jure frui licebat, id est, quod ad naturæ jura pertinet, ad omne genus solatij, ad ea quæ ad vitam erant necessaria, benignè & comiter agebatur cum peregrinis; in iis verò, quæ Sacramentorum erant, eâ severitate procedebant, ut absque litteris penitus sacrorum communio denegaretur. Erant enim tunc quasi suspecti; nec satis apparebat, an verè essent Christiani; aut dubium erat, ne criminis aut sceleris cuiuspiam rei essent. Nihil evidentius in hanc rem adferri potest, quam id, quod habet Synesius epistolâ 65. de Alexandro Episcopo. Scripta est hæc epistola ad Theopantum (quamvis ad Theophilum perperam affirmant nonnulli) scripta inquam in causa Alexandri Basiopolitanæ in Bithyniâ. Scribit igitur Synesius: *nosti igitur, venerande Pater, quomodo me gesti, in Ecclesiam eum non admisi, neque sacra mensa participem feci; domi tamen eundem honorem largitus sum, qui insontibus impendi solet.* Huc usque Priorius.

Priorius.

synesius

Synesius.

2. Et ex hisce jam spes effulget exponendi canones Agathensis Concilij de communione peregrinâ tractantes: *Si quis Clericus furtum Ecclesia fecerit, peregrina ei communio tribuatur.* Ita habes canone 5. & canone 2. *Contumaces vero Clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur: & si qui prioris gradus elati superbiâ communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur: ita ut cum eos penitentia correxerit, rescripti in matriculâ gradum suum, dignitatemque recipiant.* Coacta fuit hæc Synodus tempore Symmachi Pontificis anno Domini 506. à totius Galliæ Episcopis: & anno 524. Concilium Ilerdense à totius Hispaniæ Episcopis celebratum can. 16. *Reus sacrilegij prolixiori anathemate condemnatur, & vix quoque peregrina ei communio anima concedatur.* Sunt, qui peregrinam commu-

Canon 5.  
Agathensis.

Canon 2.  
Agathensis.

Canon 16.  
Ilerdensis.



nionem interpretati sunt de communione sub unicâ specie, sed nulla-  
 tenus verisimile videtur, illam pro tam gravi & enormi crimine in  
 pœnam infligi, cum tamen canones Agathenses & Ilerdenses citati  
 communionem peregrinam imposuerint in pœnam, unde rectius Ga-  
 briel Albaspineus doctissimus Aurelianensium Antistes libro 1. obser-  
 vatione 3. : „ Communio peregrina nihil aliud est, nisi me fallit  
 opinio, quam communitas & consociatio, quæ Presbyteris sive  
 aliis Clericis, qui sine formatis, aut commendatitiis litteris pe-  
 regrinabantur, indulgebatur in societate Clericorum & commu-  
 nione Ecclesiasticâ. „ Et infra latius hoc exponens, ne quisquam  
 indigno communicaret, „ eâ de causâ, inquit, litteræ formatæ  
 subintroducæ sunt. Inde etiam veteres canones omnem curam, &  
 cautionis omne genus adhibent, ut fideles à consortio & societate  
 peccatorum secludantur. Quando igitur Episcopus, Presbyter,  
 Clericus peregrinabantur, placuit ut nullus Episcoporum navigaret  
 sine formatâ Primatis: item ut Clerici sine formatâ & conscientia  
 Episcopi, per alienas plebes non vagarentur. Tum demum ut nul-  
 lus peregrinus sine formatâ Episcopi acciperetur, super quibus litte-  
 ris Episcopi ad quos facilis aditus patebat, scribebant peregrinis  
 illac iter fecisse, visisque litteris eorum, à quibus profecti erant,  
 communionem indulgisse: alioqui peregrinus ille non accipiebatur,  
 neque ulli rei Ecclesiasticæ aut civili cum Clericis diocesis, qua il-  
 li iter erat, communicabat, & quasi excommunicatus habebatur.  
 Verum enim verò quamvis frons, oculi, vultus persæpe mentiantur,  
 oratio vero sæpissimè, si tamen peregrino litteræ formatæ excidissent  
 si interceptæ aut alio quovis casu amissæ fuissent, aut Episcopus  
 quacumque tandem de causa eas denegavisset? vel si qua tandem  
 suspicio subesset, non omninò rejiciebatur, quia dubitatio obo-  
 riebatur, num vera essent, quæ allegarent. Itaque non ea injuria  
 afficiebatur, ut excommunicatis annumeraretur; sed neque ad  
 communionem Ecclesiæ admittebatur, ne aut ovis morbosa & ta-  
 bida, quæ gregem inficeret, in causam Domini nostri Jesu Chri-  
 sti intraret: sed seorsim, sumptibus Ecclesiæ in loco semoto aleba-  
 tur, ubi orabat, & in eo statu erat, ut laicus non esset, nec tamen  
 communioni Ecclesiæ participabat, neque ullis clerici muneribus  
 defungebatur, id videre est in 32. canone Apostolorum: nemo pe-  
 regrinorum Episcoporum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum  
 sine commendatitiis suscipitor litteris, & si eas obtulerit, attentius



in disquisitionem vocantur. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntur, sin minus, ubi necessaria eis suppeditaveritis ad communionem & ulteriorem ipsis consuetudinem non admittitote, multa enim per surreptionem fiunt: quo canone meâ quidem sententiâ exponitur, quid sit communio peregrina, quæ ab initio non erat genus pœnæ & animadversionis, sed instituta fuerat, ut Clerici, de quorum statu & conditione non constaret, non omnino rejicerentur. Postea vero hoc eodem genere communionis usa est Ecclesia, ut Clericos non peregrinos in officio contineret; & ita factum est, ut hæc communio genus quoddam pœnæ censeretur. Et infra: Est locus quidam insignis in vitâ sancti Ioannis Chryostomi, qui huic observationi multum lucis affundere potest: *si placet, inquit,*

Chryostom.

*Domine, Spiritualis communionis nondum illis consortium trade, ne Papam contristes; caterum in aliis omnia in eos officia humanitatis exerce, id enim tibi Episcopo convenit, ita illos excepit Ioannes, ad communionem minimè admittit.* Hac peregrinæ communionis species Ecclesia punivit non solum Clericos peregrinos; sed eos etiam, qui in Diocesi habebant domicilium, quod degradationis sive suspensionis à muneribus Ecclesiæ & separationis à cæteris Clericis genus est, tam in rebus civilibus, quam Ecclesiasticis: & hinc patet, ut mea fert opinio, quid fuerit communio peregrina, & unde denominationem acceperit. Huc usque Gabriel Alaspineus.

3. Placuit verò hæc omnia recensere, quod ex iis non solum constet de litteris formatis, sed etiam de peregrinorum susceptione, qui tripliciter considerari possunt, vel prout sine commendatitiis litteris communionem privati proficiscebantur, quo casu non modo ab Ecclesiasticâ communionem, sed & hospitio ac omni communionem peregrinâ fuerunt seclusi, quod Firmilianum Cæsareensem in Cappadociâ Episcopum cum Cypriani legatis factum putasse, audivimus alibi, hic verò sufficiant hæc eius verba. *Nec ad colloquij saltem communis sermonem admittit præcipiens fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet, ut venientibus non solum pax & communio, sed & rectum & hospitium negaretur.* Si Cyprianus à communionem per Stephanum fuisset separatus, sic cum eius legatis Romæ actum fuisset, ut supra describit Firmilianus, enim verò nec cum iis, qui foris sunt constituti hæretici, in eodem balneo esse voluit D. Ioannes Apostolus, multo minus simul vivere in eodem hospitio.

Firmilianus.

4. Secundò considerari queunt prout sine litteris pacificis fideles peregrini



peregrinantur, vel quia illas non petierunt à proprio Episcopo, vel quia illas ab Episcopo petitas omiserunt aut perdiderunt in itinere, & de illo casu propriè intelligendus est canon 7. Antiochenus: *non suscipiatur.* Quomodo id ipsum intelligendum sit, audivimus ex Gabriele Albaspineo, & Philippo Priorio supra, ut nimirum peregrini suscipiantur quidem ad cibum & mensam à fidelibus, in communionem tamen Ecclesiasticam nullatenus admittantur, *ubi necessaria eis suppeditaveritis*, inquit, canon 32. Apostolorum, ad quæ Zonaras: *quod si dubij circa recta fidei dogmata videantur, una cum talibus convictum vitari jubet: attamen iis necessaria benigne suppeditare, & sic missos facere. Eos enim ad vitam necessariam indigentes negligere, & sic dimittere, inhumanum judicatum fuit ab Apostolis, avaritiamque simul arguens eorum, qui eos non receperunt.* Consonant ad eundem canonem Aristenus, & Theodorus Balzamon, qui licet cum Zonarà loquantur de iis, qui dubias pacificas secum ferunt, de omnibus tamen illis pariformiter loquendum indicant, qui cum nullas pacificas afferunt, num fideles an infideles aut excommunicati habendi sunt: de quibus Synesius: *domi tamen eundem honorem largitus sum, qui in fontibus impendi solet.* Et de his quoque rogatus D. Ioannes Chrysostomus, quos ut peregrinos excepit, ad communionem minimè admisit. Rem nobis enarrant scriptores Græcorum antiquissimi, quorum Socrates unus libro 6. cap. 9. quod D. Ioannes Chrysostomus quatuor Monachos Ægyptios sine litteris commendatitiis Theophili Alexandrini Constantinopolim venientes: *honorificè excepit, precumque participes esse permisit, sed communionem mysteriorum illis se prius minimè concessurum dixit, quam eorum causa cognita, & accurate disceptata esset.* Alter verò Sozomenus libro 8. cap. 13. viros istos comiter excepit, & in honore habuit, & in Ecclesiâ preces fundere non prohibuit; ad mysteriorum verò communionem admittendos non censuit, *quod id autè causam cognitam fas non esset.* Cœperat jam tum antiqua Ecclesiæ disciplina quoad peregrinorum sine commendatitiis litteris à communionem Ecclesiasticà suspensionem vilescere, ideoque ad preces Monachos Ægyptios admisit Chrysostomus, non tamen ad sacram participationem aut ministerium, quod unicè excepit, & postmodum testimonio suo comprobavit sacrosanctum Chalcedonense Concilium canone 13. *peregrinos Clericos & lectores, in alia civitate præter commendatitiis litteras sui Episcopi, nusquam penitus ministrare, debere.* Scribit ad eum canonem Christianus Lupus: „ porro ca- „ non

Canon 32.  
Apostolor.  
Zonaras.

Synesius.

Socrates.

Sozomenus.

Canon 13.  
Chalcedon.  
Lupus.



non noster Clerico sine commendatitiis venienti non sacrum dum-  
taxat ministerium interdicit, sed & adimit illum hospitis hono-  
rem. Qui nimirum in processionibus simul cum Episcopo loci  
faciendis consistebat. Verum & talis comitatus in solemnitate cum  
vestibus sacris, erat aliquod ministerium sacrum, quo Clericos pri-  
vavit sine commendatitiis adventantes canon 13. Calchedonenlis :  
*quocumque loco, inquit Zonaras, sacris operari vetat.* Nec aliud habet  
canon : *nusquam penitus ministrare debere.* Cui consonare nostrum  
Antiochenum, *non suscipiatur ad ministerium,* putat Blastares, dum  
utrumque conjunxit in Syntagmate Alphabetico litteræ A. capite 9.  
*quin & 13. quarta Synodi canon, & Antiochena septimus precipiunt,*  
*ut Clerici peregrini & ignoti sine Episcopi sui commendatitiis neutiquam*  
*sacra peragant.* Ad quæ nihil aliud notandum habeo, quam nimirum  
tempore Antiocheni Concilij non solos Clericos, sed & omnes Lai-  
cos cum pacificis proficisci debuisse, ut susciperentur in communionem  
Ecclesiasticam à fidelibus loci : hinc Antiochenum canonem non so-  
lum vetare, ne Clerici ministrent in alterius Diocæsi sine dimissoriis  
sui Episcopi, sed & ne Clerici & Laici sine pacificis in communi-  
onem Spiritualem etiam quoad preces publicas reciperentur ab Episco-  
po loci.

5. Tertiò demum peregrini veniunt considerandi, prout afferunt  
pacificas sui Episcopi, & tunc quidem præmissò illorum examine sta-  
tim recipiebantur, ut statuit canon 32. Apostolorum : *cum scripta*  
*detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur, si prædicatores*  
*veritatis extiterint.* Similem inquisitionem voluit auctor Constitutio-  
num Apostolicarum libro 2. capite 58. *Si autem aliquis frater aut soror*  
*ex paraciâ advenerit, qui commendatitias offerant; accedat Diaconus,*  
*& inquirat, an fideles sint, an Ecclesiastici, num hæresi quapiam con-*  
*taminati: ac rursus soror nupta ne an vidua sit.* Atque ita cum cognoverit,  
fideles plane esse, atque in doctrina Domini idem atque nos sentire, dedu-  
cat singulos eorum ad locum eis accomodatam. Si vero Presbyter item ex  
paraciâ advenerit, excipiat in commune à Presbyteris : si Diaconus  
fuerit, à Diaconis, si autem Episcopus fuerit, cum Episcopo sedeat eodem  
honore ab eo acceptus. Hanc etiam inquisitionem requirit Concilium  
Illiberitanum juxtà antecedentis Ecclesiæ consuetudinem canone 58.  
*Placuit ut ubique, & maximè in eo loco, in quo prima cathedra constitu-*  
*ta est Episcopatus, ut interrogentur hi, qui communicatorias litteras*  
*tradunt; an omnia rectè habeant & testimonio suo comprobent.* Plura

Canon 13.  
Chalcedon.

Matth. Blast.

Canon 32.  
Apostolor.

Constitut.  
Apostolic.

Canon 58.  
Illiberit.



sunt hâc de re antiquitatis testimonia, ex quibus Græci passim annotant indagacionem factam de litteris pacificis, ut Zonaras in canonem 33. Apostolorum: *quod si commendatitias attulerint, ne tum quidem sine probatione admittere permittit.* Aristenus in eundem: *& sic tamen cum examinari oportet.* Balzamon quoque ibidem: *de pietate debere examinari.* Mattheus Blastares: *quod si easdem attulerint, ne tum quidem sine examinatione ipsdem communicare.* Arsenius Monachus titulo 99. *eosque, qui has afferunt, examinari.*

6. Accurata fuit Africana Ecclesia in huius disciplinæ observatione, ideoque reperimus in collectione Cresconij Africani Episcopi tit. 15. *Vt nullus fidelium prater commendatitias suscipiatur epistolas.* Similia habentur in breviatione canonum Ferrandi Carthaginiensis Archidiaconi, qui sub Iustiniano Imperatore floruit. Nec mirum, cum post liberatam à persecutione Wandalicâ Africanam Ecclesiam scripserant eius Episcopi ad Ioannem 2. Pontificem Romanum: *Beatitudini tua credimus intimandum, fratres aliquantos ex nostro collegio, relictis sine causâ plebibus suis, ad transmarinas navigare sapius regiones. Hos diutius Ecclesia toleravit, excusante eos violentia temporis mali, petimus nunc, ut quicumque forsitan Episcopus, aut Presbyter sive Diaconus, aut cuiuslibet inferioris ordinis Clericus sine nostrâ epistolâ venerit, & non approbaverit se pro utilitate sanctarum Ecclesiarum fuisse directum, similis hæretico judicetur: neque vestrâ communionem dignus existat, ut in omnibus & per omnia Beatitudinis vestra disciplina laudetur.* Respondit verò Ioannis successor Agapetus, cui tradita fuit epistola: *Illud quoque quod Catholicos, qui præsent aut militant Ecclesia, sine Sacerdotum suorum litteris suscipi à nobis minimè debere mandatis, & canonibus est congruum, & disciplinis prodesse iudicamus.* Extat responsio tomo 4. Conciliorum Labbe inter Agapeti epistolas ordine 2. in qua notanda sunt verba: *& canonibus est congruum, ipsis utique Africanis, & signanter primæ Carthaginiensis Synodi canonis septimo, quo juxtâ editionem Lucæ Holstenij statuitur: ut unusquisque Clericus, vel Laicus, non communitet in aliâ plebe sine litteris Episcopi sui. Gratus Episcopus dixit: nisi hoc observatum fuerit, communicatio fiet passiva. Nam si cum litteris receptus fuerit: & concordia inter Episcopos servatur, & nemo subtilis, alterius fugiens communionem ad alium latenter accedet.* Hæc Carthaginiensis Episcopus, qui Synodo Sardicensi interfuit, tantaque tunc erat Africanæ Ecclesiæ religio circâ litteras commendatitias, ut universi dixerunt: *omnibus provides, Clero & Laicis consulens.*

7. Ut



7. Ut verò ex ipsâ Africâ circâ modum suscipiendi peregrinos per-  
antiquum habeamus testimonium, ex ipsis Donatistis, qui ante Gra-  
tom in Africâ dirum schisma moverant contrâ Cæcilianum, nobis  
testimonium reliquit S. Augustinus Hipponensis in Africâ Episcopus,  
dum libro de pastoribus capite 13. scribit ad Donatistas: *Ovis Dei gre-* Augustinus.  
*gem suum quarit. Puta ovem de Oriente venisse in Africam, quarit gre-*  
*gem suum, incurrit in te, in basilicam tuam intrare vult. Commoveris*  
*ignotâ facie. Vel tu vel minister tuus, stans vel sedens ad ostium interro-*  
*gat ovem quarentem gregem suum, imo gregem Dei. Cum grege suo in-*  
*trare vult, ubi eum esse putat. Quaris, Paganus es, an Christianus?*  
*respondet: Christianus. Quaris, ne forte Cathecumenus sit, & irruat*  
*sacramentis? respondet: fidelis. Quaris cuius communionis sit? respondet:*  
*Catholicus Christianus. Fidelem Catholicum reprobas? qui sunt, quos*  
*intus tenes.* Hæc Augustinus, ex quibus de modo suscipiendi in pri-  
mitivâ Ecclesiâ peregrinos fideles apertissimè constat: forsan non ha-  
buere Donatistæ litteras pacificas in usu, ut reliqui per orbem Chri-  
stiani, ideoque illarum non meminit Augustinus, sed solum inter-  
rogationum quarumdam ab ipsis factarum, quæ Catholicis non erant  
superflua, licet ex formatis utcumque constabat de Christianâ religione  
& statu peregrinantium. Notanda sunt verba: *stans vel sedens ad*  
*ostium interrogat ovem.* Et hoc in Ecclesiâ locum habuit etiam  
pro Catholicis: Diaconis enim id munus competebat, & cum  
litteræ formatæ scribi solerent ad Episcopos, ipsos quoque aliquando  
hoc munus obiisse, ex intimâ antiquitate probari posset. Et hinc forsan  
lux suppeditatur intelligendi locum Theodoretî Cyrensis Episcopi,  
capite 17. libro 5. de Theodosio Imperatore per Ambrosium commu-  
nitione privato: *non ingreditur templum ille quidem, sed ad Episcopum,* Theodoret.  
*qui in adiculâ salutatoriâ sedebat, accedens obsecrat, ut vincula sibi*  
*solvat.*



## CANON VIII.

Μηδὲ Πρεσβύτεροι ἔδω ἔν ταῖς χώραις κανονικὰς ἐπιστολάς διδόναι, ἢ πρὸς μόνους ἔδω γείτονας Ἐπισκόπους ἐπιστολάς ἐκπέμπειν. ἔδω δὲ ἀνεπιλήπτως χωρεπισκόπους διδόναι εἰρλικὰς.

*De Pacificis peregrinorum, id est commendatitiis litteris.*

Presbyteri, qui sunt in Agris, canonicas epistolas dare non possunt, ad solos tantum vicinos Episcopos litteras destinabunt. Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dare possunt Pacificas, id est, generales epistolas.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Presbyteri agrorum non possunt dare Canonicas Epistolas, sed Chorepiscopi.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Presbyter ruri degens Canonicas ne det Epistolas, vel saltem ad vicinum tantum Episcopum.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : Canonica epistola nomine commendatitia pacificaque hoc loco intelliguntur. Qua vero sint pacifica epistola, quæve commendatitia, jam diximus. Ha vero à præfectis Ecclesiarum, non autem à Presbyteris



ris, nec ab iis qui sunt in regionibus, à quibus ut plurimum abesse solent Episcopi, dari consuevere. Chorepiscopis autem ab omni suspitione alienis quorum scilicet astimatio nullà criminis labe maculata est, pacificas tribuendi (nam alia quoque Chorepiscopis privilegia conceduntur) ad solos tamen vicinos Episcopos, & qui sunt in pagis Presbyteros, non ad eos, qui longioribus intervallis disjuncti sunt, canon facultatem esse decernit.

Aristenus: Solis Episcopis & Chorepiscopis inculpatis permittitur Clericis Parœcia sua peregrè proficisci volentibus canonicas dare epistolas, at Presbyteris primas in regione forsitan partes tenentibus, hoc non decet. ad vicinum autem Episcopum de talibus Clericis scribere, & ordinationem ac fidem ac opinionem eorum notam facere etiam illis conceditur.

Balzamon: Didicisti quanam sunt pacifica vel dimissoria epistola, & quanam sunt commendatitia, qua dicuntur & canonica: quia autem nonnulli asserabant Presbyteros, qui sunt in regionibus seu Protopapas, dare posse epistolas pacificas etiam ad vicinos Episcopos, eo quod ipsi non haberent jus aliquod ordinationis, sed pietatis & Christiana communio- nis: statuerunt Patres, eas quoque dare, in solius Episcopi potestate esse situm, Chorepiscopis autem ab omni reprehensione alienis, quorum scilicet existimatio nullà accusatione, qua labem asserat, tentata est, concessum est, & dare litteras pacificas, quia eis alia quoque privilegia data sunt.

## SCHOLIION.

1. Sensus canonis, & quid licuerit Presbyteris ruralibus, quid Chorepiscopis.
2. Solos Episcopos non vero Presbyteros olim dedisse pacificas, colligitur ex formulâ Attici Constantinopolitani, Sozomeno, canone 13. Chalcedonensi, alijsque.
3. Chorepiscopis non licuisse dare formatas, ostendere conatur Priorius ex epistola 88. Leonis 1. sed epistolam illam spuriam esse & Leoni 1. suppositam, plura evincunt.
4. Idem de epistolâ illâ sentiebat Morinus, qui nihil aliud esse contendit, quam canonem septimum Concilij Hispanensis 2. miserè truncatum.
5. Debellato Priorij fundamento nihil obest, quo minus veritatem attigerit canon noster Antiochenus, quod nimirum licuerit Chorepiscopis dare pacificas.



1. **E** Gerat canon præcedens de peregrinis non recipiendis sine pacificis litteris, quas latini formatas dixere, pergit verò hic canon agere de iis, à quibus peregrini litteras debebant recipere. Distinguit non modo inter rusticanos Presbyteros & Chorepiscopos, sed inter ipsas quoque epistolas, quarum aliquas vocat litteras ad vicinos Episcopos datas, alias pacificas, id est generales epistolas: Presbyteris permittit dumtaxat ad vicinos Episcopos litteras dare, ut si Provinciam egredi velint fideles, ab Episcopis pacificas accipiant, quas Presbyteri dare non poterant. Chorepiscopis verò, si irreprehensibilis sint vitæ, indulget dare generales per orbem epistolas: utrumque verò quam rectè statuatur à Synodo, parum fufus pertractandū videtur.

2. Licet Albaspineus canonem vigesimum quintum Illiberitani Concilij & nonum Arelatensis Synodi velit intelligendos de litteris pacificis, Sirmondus tamen rectius eos de litteris communicatorijs lapsis dari solitis interpretatus est, unde relictis hisce canonibus, de quorum sensu egimus in Ecclesiâ Africanâ nuper typis editâ, pergemus ad alia antiquitatis testimonia, ex quibus non nisi nimis manifestè colligitur, solos Episcopos olim dedisse pacificas. Et sanè formula ab Attico Constantinopolitano pro conscribendis formatis edita, habet inscriptionem hoc modo: *Sanctissimo in Christo fratri summâ dulcedine charitatis amplectendo A. illius civitatis Episcopo. U. illius Ecclesia Prasul perpetua beatitudinis optat in Christo salutem.* Hæc probata à 118. Episcopis Nicænis formula, quæ manifestè supponit, Episcopum esse, qui formatam concedit. Idem supponit D. Augustinus epist. 163. uti & Gregorius Naianzenus oratione tertiâ, ubi commemorat, Iulianum disciplinam Ecclesiæ nostræ, quæ in commendatitijs epistolis sita erat, æmulatum fuisse. Quæ Sozomenus ex versione Valesij hisce verbis exhibet libro 5. capite 16. *Præcipuè notas ac tesseras Episcopaliū litterarum adpiratus esse dicitur, quibus solent peregrinos sibi invicem commendare, ut undelibet venientes, ad quoscumque accesserint, tanquam noti atque amici excipiantur hospitio, & benignè curentur ob testimonium eiusdem nota.* Circà quæ verba notandum, quas epistolas Gregorius Naianzenus vocat commendatitias, à Sozomeno dici Episcopales, quod litteræ formatæ à solis Episcopis dari possent, unde etiam sacrum Chalcedonense Concilium canone 13. *Peregrinos Clericos & lectores in aliâ civitate præter commendatitias litteras sui Episcopi ministrare non posse.* Et secunda Synodus Aurelianensis anno 533. canone 13. *Abbatēs, Martyrarij, reclusi vel Presbyteri, epistolia dare*

Atticus.

Gregorius  
Naianzen.

Sozomenus.

Canon 13.  
Chalced.Canon 13.  
Aurelianens.



non presumant. Et Concilium Turonense secundum anno 567. can. 6. Canon 6.  
Turonensis.  
*ut nullus Clericorum vel Laicorum prater Episcopos epistolia facere  
 presumat.* Et Concilium Hispalense secundum anno 619. canone 7.  
*nec formatas cuilibet epistolas mittere, hac enim omnia illicita esse* Canon 7.  
Hispalensis.  
*Presbyteris.* Et Mattheus Blastares in Syntagma Alphabeticum: canon  
 autem 8. *Synodi Antiochena epistolas canonicas sive commendatitias, &  
 dimissorias solis Episcopis dari permittit.* Quibus omnibus nihil super-  
 addi necesse est ad monstrandum, canonem quoad primam partem fuisse  
 apud omnes receptum.

3. Quoad secundam partem de Chorepiscopis, aliud quidem di-  
 cendum putabat Priorius, quam quod statuit canon noster Antiochenus:  
 cum enim statutum sit presentis canone: *Chorepiscopi autem, qui sunt  
 irreprehensibiles, dare possunt pacificas, id est generales epistolas.* Hoc  
 ipsum parum firmum esse, ostensurum se pollicetur Philippus Priorius  
 dissertatione de litteris canonicis, & fundamentum desumit ex Leo-  
 nis Magni epistolâ 88. ad Germaniæ & Galliæ Episcopos, ubi habetur  
 ne Presbyteri, atque etiam Chorepiscopi formatas epistolas mittere  
 audeant. „ Quod inquit Priorius, quam verum sit Leonis Magni  
 decretum, palam faciam, ubi canonem integrum octavum Concilij  
 Antiocheni representavero. *Presbyteros rurales dare epistolas non com-  
 venit; aut ad solos vicinos Episcopos mittent. Chorepiscopi autem,  
 qui irreprehensibiles fuerint, dare pacificas poterunt.* „ Hæc sunt,  
 quibus opponit verba Leonis primi: *formatas cuilibet epistolas mittere  
 non possunt. Hac enim omnia illicita sunt Chorepiscopis.* „ Et addit:  
 „ Nonne frontibus adversis pugnat Leo Magnus cum canone Antio-  
 cheno? certum est Episcoporum id juris fuisse. „ Gravis profectò  
 objectio, & in canonis quin imò Concilij Antiocheni destructionem  
 eo perniciosior, quo adversarius opponitur illustrior. In medium  
 adducitur Leo ille, & nomine & veritate Magnus, *Eloquentissima*, Ioannes 8.  
 ut scribit Ioannes 8. *sedis Apostolica tuba*, asserens solius Episcopi esse,  
 litteras formatas cuilibet mittere. Verum vanum est hoc Priorij fun-  
 damentum, & duplici ex capite omni firmitate destitutum. Opponit  
 Antiocheno Concilio Leonem Magnum in illâ epistolâ, quæ Leonis  
 Magni non censetur, sed alicuius impostoris: erasit illam epistolam ex  
 operibus Leonis Magni, qui illa nuper edidit Paschasius Quesnellius,  
 & illam Leoni Magno suppositam fuisse dissertatione 11. evincit. Exhi-  
 bet epistolam illam ord. 88. tomo 4. Conciliorum Philippus Labbe inter  
 cæteras Leonis primi, sed notare non omisit in margine: *suppositam* Labbeus.  
multa



*multa arguunt.* Ac primo quidem incipit epistola cum iisdem ferè verbis, cum quibus incipit epistola Leonis 87. Secundo quia nihil ferè continet, nisi quod desumptum est ex epistolâ nonâ Damaso Papæ suppositâ; tertio quia utitur canone 3. Concilij Neocæsarensis juxta interpretationem Dionysij Exigui, qui diu post Leonem Magnum

Surius. „ suam collectionem adornavit; demum quod juxta Surius „ ex fine „ huius epistolæ argumentum sumatur, quod non sit plena sed fragmentum dumtaxat „ Idque Farraginis potius quam epistolæ. Addit Philippus Labbeus ad locum ex hâc Leonis epistolâ de Chorepiscopis citatum: *Hispalense 2. canone 7. miserè deformatum.* Volens innuere, hunc de Chorepiscopis locum ex Concilio Hispalensi 2. fuisse desumptum, sed depravatè transcriptum.

Labbeus.

Morinus.

4. Nec solus hoc sentit Labbeus, Ioannes Morinus parte 3. de sacris ordinationibus capite 1. numero 6. scribit de hâc Leonis primæ epistolâ: „ conficta est epistola 88. inter S. Leonis epistolas, vel „ ab eodem vel ab aliquo alio eiusdem temporis & odij in Chorepiscopos consorte: epistola ista vel potius *epistolæ fragmentum*, ut in fine annotatur, nihil aliud est, quam canon 7. Concilij Hispalensis 2. illuc verbum è verbo translatus, cui additum est exordium inconditum & puerile tam eloquenti Pontifici, & in periodicis suis liniandis, & perspicuè circumducendis accuratissimo indignissimum: de Chorepiscopis non loquitur Hispalense Concilium, sed sefellit aut falli voluit impostor pravâ aut depravatâ canonis lectione: Patres enim decretum ferunt adversus Agapium Cordubensem Episcopum, qui frequenter Episcopos delegabat ad ea agenda, quæ ex Conciliorum decretis ad solos Presbyteros spectabant, illiusque prævaricationis occasione renovant antiqua canonum statuta. „ Quæ nimirum Presbyteris severè interdicit litterarum formatarum conscriptionem, ut fusè vidimus suprâ. Quod vero hæc Morini sententia certissima sit, docet ipsum Concilium Hispalense 2. canone 7. ubi nulla mentio extat Chorepiscoporum, sed Presbyterorum dumtaxat, ita enim juxta editionem Garfiæ Loaisiæ: *nec formatas cuilibet epistolas mittere, hæc enim omnia illicita esse Presbyteris, quia Pontificatus apicem non habent, quem solis deberi Episcopis, auctoritate canonum precipitur.* Ubi vulgata editio habet *Presbyteris vel Chorepiscopis*, ibi editio Garfiæ Loaisiæ, qui Hispanica Concilia ex antiquissimis codicibus edidit correctiora, solum legit: *Presbyteris*, ut planum sit, impostorem huic epistolæ sub nomine Leonis editæ addidisse:

Canon 7.  
Hispalensis.



disse : hac enim omnia illicita sunt Chorepiscopis, qui ad exemplum & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur, vel Presbyteris, qui eandem formam gestant. Desumpta hæc sunt ex supplicâ Damaso Papæ epist. 9. in quâ legitur, Chorepiscopos, qui iidem sunt, qui & Presbyteri, quia ad formam & exemplum septuaginta, inveniuntur prius instituti, non posse formatas epistolas mittere &c. Quæ omnia solis Pontificibus deberi tam ex superioribus, quam ex aliis Patrum constitutis . . . edocti estis : & hic est potius fons ille, ex quo desumptus est locus Leoni primo adscriptus, vel dicendum, quod, qui hanc epistolam Damaso supposuit, ferè iisdem terminis aliam supposuerit Leoni Pontifici Romano, ut abundè constat ex dictis.

Epist. sub nomine Damasi.

5. Debellato Priorij fundamento, quod desumpserat ex suppositâ titiâ Leonis epistolâ, videre nequeo, quid vetet asserere, ex hoc canone Antiocheno licuisse Chorepiscopis dare canonicas, pacificas, communicatorias, commendatitias, aut formatas epistolas : sic enim perantiquus Carthaginienfis Ecclesiæ Diaconus Ferrandus in suâ canonum Breviatione asserit numero 80. ut Vicariis Episcoporum liceat formatas facere. Concilium Antiochenum titul. 8. Et Ioannes Antiochenus titulo 21. ex canone Antiocheno : Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dent Pacificas. Et Aristenus ad hunc canonem Antiochenum : solis Episcopis & Chorepiscopis inculpatis permittitur, Clericis Parochia sua peregrè proficisci volentibus canonicas dare epistolas. Consonat Theodorus Balzamon : Chorepiscopis autem ab omni reprehensione alienis concessum est & dare litteras pacificas, quia eis alia quoque privilegia data sunt. Harmenopolus canonem in hocce compendium redigit sect. 2. titulo 3. Presbyter agrarius litteras canonicas non det nisi ad vicinum dumtaxat Episcopum, Chorepiscopus autem det. Zonaras verò ad hunc canonem. Chorepiscopis autem ab omni suspitione alienis, quorum scilicet existimatio nulla criminis labe maculata est, pacificas tribuendi (nam alia quoque Chorepiscopis privilegia conceduntur) ad solos tamen vicinos Episcopos, & qui sunt in pagis Presbyteros, non ad eos, qui longioribus intervallis disuncti sunt, canon facultatem esse decernit. Et juxta Zonaræ commentarium Mattheus Blastares litterâ A. capite 9. Chorepiscopis verò, ut ab omni reprehensione alieni sint, pacificas ad finitimos Episcopos mittere indultum est, quia eos aliis quoque privilegiis canones donarunt. Verum quid in causa sit, cur canonem Antiochenum limitent Zonaras & Blastares ad finitimos Episcopos mittendi pacificas, huc usque non video, cum octavus canon

Ferrandus.

Aristenus.

Balzamon.

Harmenop.

Zonaras.



Ferdinand.  
Mendoza.

Antiochenus ruralium Presbyterorum potestatem limitet ad vicinos  
 ipsis Episcopos, non Chorepiscoporum, de quibus nullâ restrictione  
 adhibitâ statuit, *dare posse pacificas.* Unde & rectè Ferdinandus  
 „ Mendoza ad canonem 58. Concilij Illiberitani: „ ad vicinos au-  
 „ tem Episcopos Presbyteris Parochianis has litteras dare licebat, ut  
 „ constat ex Concilio Antiocheno. Sed si longius esset progredien-  
 „ dum, Chorepiscopi vel Episcopi formati erat utendum, ut in  
 „ eodem Concilio decernitur. „ Sicque probat, quod antecedenter  
 „ asseruerat: „ formatas epistolas non nisi Episcopi tantum dare po-  
 „ terant, vel Chorepiscopi. „



CANON IX.

Τ  
 χεῖ  
 τῶ  
 διὰ  
 πῶ  
 καὶ  
 περὶ  
 τὸν  
 να  
 κία  
 Ἐπι  
 κείν  
 ὡς  
 τῶ  
 καὶ  
 εἰς  
 τῆ  
 τῆς

De

P  
 trop



## CANON IX.

Τὰς καθ' ἑκάστην ἑπαρχίαν Ἐπισκόπους εἶδέναι  
 χερὶ τὸν ἐν τῇ μητροπόλει ᾠρεσῶτα Ἐπίσκοπον, καὶ  
 τὴν Φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἑπαρχίας·  
 διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πρῶταχόθεν βιωτέρεον  
 πρῶτας εἶναι τὰ πράγματα ἔχοντας· ὅθεν ἔδοξε  
 καὶ τῇ ἡμῇ ᾠρηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν  
 περιττὸν εἶναι λοιπὸν Ἐπισκόπους ἀνθ' αὐτοῦ, καὶ  
 τὸν ἀρχαῖον κρατήσῃ τῶν πατέρων ἡμῶν κλυό-  
 να· ἢ ταῦτα μόνον ὅσα τῇ ἑκάστῃ ἐπιβάλλῃ παρρι-  
 κία, καὶ ταῖς ὑπὸ αὐτῷ χώραις· ἕκαστον γὰρ  
 Ἐπίσκοπον ἐξουσίῳ ἔχειν τὴν αὐτοῦ παρρικίας, διοι-  
 κεῖν τε καὶ τὴν ἑκάστῃ ἐπιβάλλεσθαι βυλάβειαν, καὶ  
 ᾠρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ  
 τῷ αὐτοῦ πόλιν· ὡς καὶ χροβονεῖν Πρεσβυτέρους,  
 καὶ Διακόνους, καὶ μὲν κρίσεως ἕκαστα διαλαμ-  
 βάνειν, περιμιτέρω δὲ μηδέν πράττειν ἐπιχερεῖν, δίχα  
 τῆς μητροπόλεως Ἐπισκόπου, μηδὲ αὐτὸν ἀνθ'  
 τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

*De Metropolitanis singularum Provinciarum.*

Per singulas regiones Episcopus convenit nosse, Me-  
 tropolitanum Episcopum sollicitudinem totius Pro-  
 vincia

versio  
 Dionys. Esi-  
 gui,



vinciæ gerere : propter quod ad Metropolitim undique, qui negotia videntur habere, concurrunt. Unde placuit eum & honore præcellere, & nihil amplius præter eum cæteros Episcopos agere, secundum antiquam à Patribus nostris regulam constitutam : nisi ea tantum, quæ ad suam Diœcesim pertinent, possessionesque subiectas. Unusquisque enim Episcopus habeat suæ Parochiæ potestatem, ut regat juxtâ reverentiam singulis competentem, & providentiam gerat omnis possessionis, quæ sub eius est civitate : ita ut Presbyteros & Diaconos ordinet, & singula suo iudicio comprehendat. Amplius autem nihil agere tentet, præter Antistitem Metropolitanum, nec Metropolitanus sine cæterorum gerat consilio Sacerdotum.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Metropolitanus, licet comprovincialibus Episcopis prælatus, nil tamen præter illos, nisi in propria Parochia dispenset.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

A Metropolitæ sententiâ pendere oportet Episcopos, & nihil citrà illius Concilium instituere, nisi ea sola, quæ ad suam cuiusque parœciam spectant, & viris reprehensionem non obnoxiiis manus imponere.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras : Quamvis non iisdem omnino verbis hic canon constet, si tamen sententiam spectes, cum Apostolico canone 34. in omnibus congruit. Ex iis ergo, quæ ibi dicta sunt, huius quoque intelligentiam facile, qui voluerit, assequetur.

Aristenus :



Aristenus : Eadem ac 34. Sanctorum Apostolorum canon etiam hic docet , Episcopus nimirum uniuscuiusque Provincia primum suum cognoscere , & sine eius sententia nec Episcopus eligere , nec aliquid aliud ex iis , qua ibi dicuntur , magni momenti facere , sed ea sola qua ad cuiusque Provinciam spectant , & Presbyterum ac Diaconum ordinare , & quacumque hisce sunt similia.

Balzamon : Qua in presenti canone continentur , exposita sunt in 34. canone Apostolico , & lege eum.

SCHOLIION.

1. A quibus hic canon in auctoritatem receptus fuit.

1. **C** Itatus fuit hic canon à plerisque subsequentium seculorum auctoribus , ac in primis ab omnibus canonum collectoribus ut Ferrando Carthaginensi Diacono in breviatione canonum titul. 45. ubi : ut Episcopus sine Metropolitanis Consilio nihil agat , nisi ea tantum , qua ad gubernationem Ecclesia sua pertinent. Concil. Antiochen. titul. 9. à Ioanne Antiocheno sub hoc titulo 2. collectionis canonum : de honore Metropolitanis ex canonibus decreto : ponit , Antiochena Synodi canonem 9. Martinus Bracatenfis Episcopus parte 1. collectionis canonum ponit sub hoc titulo 4. de primatu Metropolitanis : eiusdem Concil. Antiocheni canon 9. Cresconius Africanæ cuiusdam Ecclesiæ Episcopus sub hoc titulo 36. de primatu Episcoporum : Concil. Antiochen. titul. 9. quinimo Zacharias Pontifex epistolâ 7. ad Pippinum cap. 1. item in canone Concilij Antiocheni cap. 9. continetur ita : per singulas regiones &c. Et Capitulare Caroli Magni per Anfegifum Abbatem libro 1. capite 8. de hoc canone : item in eodem Concilio ( Antiocheno scilicet ) ut ad Metropolitanum Episcopum suffraganei respiciant , & nihil novi audeant facere in suis Parochiis sine conscientia & consilio sui Metropolitanis : nec Metropolitanus sine eorum consilio. Et Hincmarus Remensis in scedulâ averfus Hincmarum Laudunensem part. 2. Concilij Duziacensis inserta : cum sacri Antiocheni canones precipiant , ut præter Metropolitanum nihil agere debeat secundum antiquam à Patribus nostris regulam constitutam , nisi ea tantum , qua ad suam Parochiam pertinent. Citat insuper hunc canonem 9. sæpius in eadem scedulâ Hincmarus , signanter verò capite 10. & 21. item epistolâ 1.

Ferrandus.

Ioannes Antiochen.

Mart. Bracc.

Cresconius.

Zachar. Papa

Capitul. Caroli M.

Hincmarus Remensis.



stolâ 1. ad Hincmarum Laudunensem inter eas, quas ex Codice Vaticano descripsit Lucas Holstenius, & tomo 8. Conciliorum edidit Philippus Labbeus & venerandum Antiochenum Concilium, per singulas, inquit, regiones Episcopus convenit nosse Metropolitanum &c. Et Photius in Nomocanone titulo 1. cap. 5. alijsque Græci communiter, ut superfluum sit, iis recensendis inhære.

*Per singulas regiones Episcopus convenit nosse  
Metropolitanum Episcopum.*

### C A P V T XIII.

#### De antiquâ Metropolitum orbis notitiâ.

1. Quod tempore huius Synodi per omnes orbis Catholici Provincias constituti fuerint Metropolitanus, ex Anacleti testimonio repetit Garfias Loaisa, qui dum nullum facit discrimen inter supposititia & genuina eadem, repetere potuisset ex loco Gregorij 7.
2. Id autem niti genuinis antiquorum testimoniis ostenditur ex Leone I. Hieronymo, Innocentio I. canonibus Antiocheno nono, Nicano quarto, & Apostolorum trigesimoquinto, ad quem ultimum observat quædam Beveregius.
3. Addit Beveregius Metropolitanorum institutum ab Apostolis originem ducere, quod ipsum cum Domino de Marca alibi ostendimus.

1. **H**abet canon: per singulas regiones, quod non solum in unâ orbis parte, sed in universâ sub cælo Ecclesiâ huius Concilij tempore constituti fuerint per Provincias Metropolitanus, quod, quibus incrementis factum sit per universum orbis Romani Imperium, non abs re erit, si occasione præsentis canonis latius ostendatur. Garfias Loaisa in tractatu suo, quem de Primatu Ecclesiæ Tolentane conscripsit, §. 1. ostensurus Metropolitanorum institutionem: factam autem fuisse ab Apostolis, inquit, totius orbis & Provinciarum partitionem, ad Evangelij faciliorem propagationem te- statur Anacletus Pontifex maximus ad Episcopos Italiæ his verbis:

Garfias  
Loaisa.

Pro-



Provincia multò ante Christi adventum tempore divisa sunt maximà  
ex parte ; & postea ab Apostolis & Beato Clemente prædecessore nostro  
ipsa divisio est renovata ; & in capite Provinciarum , ubi dudum Pri-  
mates legis sæculi erant , ac prima judiciaria potestas , ad quos qui  
per reliquas civitates commorabantur , quando eis necesse erat , qui ad  
aulam Imperatoris , vel regum confugere non poterant , vel quibus  
permissum non erat , confugiebant pro oppressionibus vel injustitiis suis ,  
ipsoſque appellabant , quoties opus erat , sicut in lege eorum præceptum  
erat : ipsis quoque in civitatibus vel locis nostris Patriarchas , vel  
Primates , qui unam formam tenent , licet diversa sint nomina , leges  
divina & Ecclesiastica poni & esse jufferunt : ad quos Episcopi , si ne-  
cesse fuerit , confugerent , eosque appellarent , & ipsi primatum no-  
mine fruerentur , & non alij : reliqua verò Metropolitana civitates ,  
quæ minores judices habebant ( licet maiores comitibus essent. ) habe-  
rent Metropolitanos suos , qui prædictis juste obedirent Primatibus ,  
sicut & in legibus sæculi olim ordinatum erat ; qui non Primatum , sed  
aut Metropolitanorum aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. Hæc  
Anacletus. Quam sententiam libenter posui , ut Episcopi , Archiepis-  
copi , & Primatis discrimen discrepantesque functiones intelligas ab  
Apostolis acceptas distinctasque. Hucusque Gaspar Loaisa , qui  
dum Anacleti testimonium adducit , nullum inter supposititia discrimen  
faciendo antiquas decretales epistolas pro genuinis habuit , cum  
potius ea ipsa verba sine ullâ erroris notâ mutuare potuisset à Grego-  
rio Papâ 7. qui illa ipsa indubitata suæ epistolæ 35. ad Rothomagen-  
sem , Turonensem , & Senonensem Archiepiscopos inseruit , addens  
post citatum suprâ locum : & licet singula Metropoles civitates suas  
Provincias habeant , & suos Metropolitanos habere debeant Episcopos ,  
sicut prius Metropolitanos judices habebant sæculares , quibus verbis in-  
dubitatum habet Gregorius 7. Metropolitanos ex Apostolico instituto  
in Provinciarum Metropolibus fuisse constitutos , quam rem certam  
& antiquam meritò dixit in suis ad Concilium Claromontanum notis  
Dominus de Marca Parisiensium Archiepiscopus : addit vero ratio-  
nem Gregorius septimus , sicut prius Metropolitanos judices habe-  
bant sæculares , id quod aliis verbis indicaverat auctor epistolæ Ana-  
cletæ suppositæ , quod ad illos judices , qui per reliquas civitates com-  
morabantur , confugiebant , id quod canon noster Antiochenus pro  
institutâ in Provinciarum Metropolibus dignitate Metropolitanâ ag-  
noscit verissimum : propter quod ad Metropolim undique , qui negotia vi-  
dentur habere , concurrunt.

Anacletus.

Gregorius 7.

Marca.

Canon 91.  
Antiochen.

2. Ne



2. Ne verò quisquam existimet, hæc supposititiis dumtaxat niti epistolarum decretalium monumentis, certiora in medium proferenda sunt Antiquitatis testimonia, quorum primum æternitati consecravit Leo & veritate & cognomento Magnus, dum epist. 84. ad Anastasium Thessalonicensem ex discretionem potestatis inter Apostolos divinitus factâ, ortam esse ait discretionem potestatis inter Provinciæ Episcopos: *quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, uni tamen datum est, ut cæteris præmineret. De quâ formâ Episcoporum quoque est orta distinctio, & magnâ dispositione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent: sed essent in singulis Provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia.* Ex instituto per Christum regimine Monarchico, testatur Leo primus, ortam esse distinctionem Episcoporum. In collegio Apostolico à Christo Domino unus cæteris fuit præpositus, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio, & in ordine Episcoporum ab Apostolis magnâ disquisitione provisum est, ut essent in Provinciis primi, ne omnes sibi omnia vindicarent Episcopi. Addit, hos vocatos fuisse Metropolitanos, de quibus ante 50. annos epistolâ 13. ad Alexandrum Antiochenum Episcopum scripserat Innocentius primus: *ergo secundum pristinum Provinciarum morem Metropolitanos Episcopos convenit numerari.* Secundum pristinum Provinciarum morem, inquit, loquens de Provinciis prout antea divisæ fuerant in notitiâ aut laterculo Imperij, de quibus etiam canon noster Antiochenus loquitur, cum Provinciæ meminit: *Metropolitanum Episcopum sollicitudinem totius Provincia gerere.* Quod ipsum antecederet suppeditavit sacrosanctum Nicænum Concilium, dum canone 4. statuit: *firmitatem eorum, qua geruntur per unamquamque Provinciam Metropolitanato tribuatur Episcopo: & ut pateat, trecentos octodecim orbis Catholici Episcopos anno 325. hoc non instituisse, sed institutum confirmasse, en canonem 35. Apostolorum: Episcopos gentium singularum scire convenit, quis inter eos primus habeatur.* Ad quæ verba notat Gulielmus Beveregius in canonem 9. Antiochenum, hoc autem summam istorum Apostolicorum canonum antiquitatem egregiè evincit, utpote qui temporibus editi fuerunt, quibus Metropolitanorum nomen nondum introductum est. Vix umquam enim primo & secundo sæculo usurpatum invenias: sed Metropolis tunc dierum prima cathedra & Metropolitanus primi Episcopi appellabantur. At post hæc Synodum Metropolitanorum nomen passim invaluisse, neminem

Leo 1.

D. Hieron.

Innocent. 1.

Canon 9.  
Antioch.Canon 4.  
Nicen.Canon 35.  
Apostolor.  
Beveregius.



11 neminem later. Ac proinde si Apostolici illi canones post hoc Con-  
12 cilium Antiochiæ habitum editi fuissent (ut nonnullis visum est)  
13 non primus Episcopus sed Metropolitanus, vel δ ἐν τῇ μητρο-  
14 πόλει Episcopus ille dictus esset, qui aliis Episcopis præest. 15  
Accurata est hæc Beveregij annotatio, & plurimæ ex illâ enodari pos-  
16 sent quæstiones, facileque colligi, quàm aliena sint à genuinâ anti-  
17 quitate, quæ sæculo secundo aut parum postea ante Nicæni Concilij  
18 tempora mentionem faciunt Metropolitanorum aut Archiepiscopo-  
19 rum, ut decretalis epistola Anacleto Papa supposita.

3. Aliam annotationem habet Beveregius ad canonem trige-  
20 simumquartum Apostolorum : „ insignis locus, inquit, ad Beveregius.  
21 evincendam Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & Patriarcha-  
22 rum Antiquitatem, & Primitivarum Ecclesiarum in Provincias  
23 distributionem, quàm ab ipsis etiam Apostolis institutam esse, eru-  
24 ditissimus ille Petrus de Marca probat de concordia Sacerdotij &  
25 Imperij libro 6. capite 1. & quidem ipsis, quibus conditi sunt hi  
26 canones, diebus Provinciarum Metropoles, ac proinde singula-  
27 rum Provinciarum Metropolitanos constitutos fuisse, ex Tertul-  
28 liano colligimus, dicente : *proxima est tibi Achaia, habes Corin-* Tertullian.  
29 *thum. Si non longè es à Macedoniâ, habes Philippos, habes Thessa-*  
30 *lonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem*  
31 *Italia adiacet, habes Romam, unde nobis quoque authoritas præsto*  
32 *est* : Tertullianus de præscript. Hæret. capite 36. his enim verbis  
33 haud obscure indigitat, suis etiam temporibus Corinthum Achaïæ  
34 Metropolitim fuisse, Philippos & Thessalonicam in Macedoniâ :  
35 Ephesum Asiæ, & Romam Italiæ. Sic etiam Cyprianus Cartha-  
36 ginem alias sibi subiectas habuisse Provincias docet : *Sed quoniam* Cyprianus.  
37 *latius, inquit, fusa est nostra Provincia; habet etiam Numidiam*  
38 *& Mauritanias duas sibi coherentes.* Cyprian. epistolâ 8. ad Corne-  
39 lium. „ Hucusque Beveregius citans Petrum de Marca Parisien-  
40 sem Archiepiscopum, qui libro 4. cap. 1. §. 13. disertis verbis docuerat :  
41 cum in Imperio Provinciæ contributæ essent cuidam civitati prima-  
42 riæ, quæ Metropolis dicebatur, apud quam Magistratus causas de Marca.  
43 judicabant, & propterea populi frequentius conveniebant, quod  
44 singulari quodam jure cæteræ civitates à matrice penderent, Apo-  
45 stoli itidem Episcopos in civitatibus constituerunt, eo videlicet  
46 ordine, ut penderent ab Episcopo in Metropoli seu urbe primariâ. „  
47 Hæc Dominus de Marca, quæ parte primâ antiquitatis nostræ illu-  
48 stratæ



stratae dissert. 1. cap. 3. art. 1. ex quibusdam locis Pauli Apostoli, aliisque tum Apostolorum tum antiquorum scriptis evici de variis Orientalium Provinciarum Metropolitibus, subdens art. 4. ex Nili Doxapatrij tractatu de 5. thronis Patriarchalibus anno 1043. ad Rogerium Siciliae Regem conscripto sedes Metropolitanas tunc temporis quatuor Patriarchis Orientalibus subjectas: sed quia nullam ferè notitiam dedimus circà Occidentalis Ecclesie Metropoles olim in Provinciis constitutas, & notitia Nili Doxapatrij recentior sit, quam ut ex eà de antiquâ Ecclesie notitiâ discernatur, non abs re futurum arbitror, si ampliorem quamdam occasione presentis canonis demus notitiam prisce & mediæ ætati conformem, idque contra Schismatica novatorum somnia, qui dum omnia miscent, cuncta pervertunt, & confundunt.

## ARTICVLVS I.

## De Græcorum schismaticorum notitiis, &amp; signanter de unâ quadam tempore Leonis sapientis conscriptâ.

1. Notitiam Episcopatum ex M. S. Codice regio edidit Abbas Fulienfis, qui ad Diocesim Romanam notavit, eam mutilam esse, id quod occasionem dedit Beveregio scribendi contra eundem Abbatem.
2. Verum edita per Abbatem Fuliensem notitia firmatur à Iacobo Goar in aliâ; quin & ipsam Beveregij notitiam corruptam esse, ex variis locis colligitur.
3. Editâ per Beveregium notitia ab homine Græco & schismatico conscripta fuit, ut mirum non sit, quod in ea Sedis Apostolica auctoritati detrahatur, & arctiores ei termini statuuntur.
4. Hinc ex notitiâ græcâ non potest statui de regionibus Sedi Patriarchali Romana subiectis, quas aliunde constat esse omnes Occidentis Provincias.
5. Idem constat ex brevi descriptione per Abbatem Fuliensem editâ, quin & ex aliis in Geographiâ sacrâ contentis, ut hæc abunde defectum notitiæ ex Codice regio edita suppleant. Neque obesse potest notitia Beveregij, qua hic integra adfertur.



6. Notitia hac cum aliis comparata quibusdam in locis correctior apparet, at alius in locis corruptior.
7. Auctorem notitiæ à Beveregio edita ignarum fuisse circa statum Occidentalis Ecclesiæ, vel ex eo colligitur, quod integras Provincias pro civitatibus obrudat.
8. Quin & Orientalis Ecclesiæ notitiæ non edidit, prout antiquitus fuit, sed prout mediâ aetate Ecclesiastica Dioceses obtinuerunt. Varia antiquorum notitiæ à variis edita indicantur.

1. **E** Diderat præterito sæculo in jure Græco Romano quamdam Leonis sapienti adscriptam notitiæ vir in græco versatissimus Leunclavius, post quem hoc sæculo vir quidam eruditus lib. 2. gestorum Dei per Francos Gulielmo Tyriensi subjecit notitiæ Patriarchatum Antiocheni & Hierosolymitani, sed adeo corruptam, ut in præfatione operis annotarit: *nomina uti erant in M. SS. diversa à vulgatis, exhibuimus sane corruptissima; qua dabit, ut speramus emendata, Auberti Mirei diligentia.* Nec auctorem fefellit opinio, Aubertus enim Mireus præclaræ civitatis nostræ decus notitiæ Episcopatum orbis edidit adductis etiâ variis latinorum notitiis, de quibus non contemnendum confecit opusculum, post quem Carolus à S. Paulo Abbas Fulienfis multum laboris in hoc negotio impendit, & nonnullis etiâ antiquis Episcopatum notitiis unam eamque præstantissimam ex Regiâ Bibliothecâ erutam addidit, in quâ nihilominus ut ab ipso editâ, non modo Palestina prima & secunda, ac consequenter maxima pars Episcopatum ad Patriarcham Hierosolymitanum pertinentium omittitur, verum etiâ omnes Episcopatus Diocesis Romanæ desiderantur: cum enim allatâ Diocesi Constantinopolitanâ ad Romanam devenerat auctor, nulla ibi loco notitiæ occurrunt, præter hæc Abbatis Fulienfis verba: *Hic in M. S. Regio recensentur urbes Episcopales Italia, & Provinciarum Romanarum Africa; sed adeo corruptè, ut vix aliquot verba integra remanserint: unde harum notitiæ quasi inutilem consulto omisimus: hæc Abbas Fulienfis, ad quæ verba objicit* in notis ad canonem 36. Trullanum Gulielmus Beveregius: „ Verumenimverò satis mirari nequeo, quò pacto urbes Episcopales Romanæ solius Dioceseos adeo corruptè hic extarent, cum omnes aliæ integræ & intactæ remanserint. Sane si scriptori huic fides habeatur; (quæ tamen meritò in suspensionem veniat) manuscriptis saltem Papistarum Codicibus jure denegetur, cum quæ ipsi „ ipsorum



„ ipforumque causis ibi non favent, obliterantur protinus & corrum-  
 „ puntur. Hoc enim studio & deditâ operâ factum fuisse, nemo in-  
 „ ficias eat. Nimirum in istâ notitiâ longè plures Episcopatus Con-  
 „ stantinopolitano, quam Romano Patriarchæ subiecti enumerantur,  
 „ & fines illi præscribuntur, qui dominium & potestatem in totum  
 „ Christianum orbem sibi arroganter vindicat. „

2. Sic nimirum loquitur homo non Sedi Apostolicæ dumtaxat, sed & religioni Catholicæ infestus, qui & proinde omnes Catholicorum Codices suspectos reddere conatur, quod in uno Codice quædam Sedi Apostolicæ, ut putat, adversantia dicantur esse obliterate. Sed appage cum tali commento longè omni Latinorum Ecclesiæ injurioso. Beveregius de solis Romanæ Sedis Episcopatibus obliterate conqueritur, ubi ipsius Sedis Hierosolymitanæ Episcopatus prævetustate Codicis obliterate quoque Carolus à S. Paulo fatetur. De Abbatis Fulienfis fide subdubitat, ac si reipsa Romani Patriarchatus notitia extaret in regio Codice, sed ob circumscriptos illi terminos nimis angustos totum hoc edere omisisset. Sed si Carolus à S. Paulo hac de re vel semel somniasset, ut quid loco notitiæ posuisset: *hic in M. S. regio recensentur urbes Episcopales Italia, & Provinciarum Romanarum Africa.* Non solius Italiæ mentionem fecisset, cuius terminos Episcopo Romano adscriptos putavit Beveregius. At studio & deditâ operâ hæc obliterate fuisse à Papistis conqueritur: sed contrâ clamat Iacobus Goar in editâ anno 1648. post Codinum eadem illâ notitiâ, qui fatetur in præfatione, M. SS. Codices Bibliothecæ Regiæ mutilos esse, seque ex alio Codice recentiori caractere conscripto notitiam integriorem quidem quam ante hac edidisse. „ Verrum, inquit, ubi de Romanâ mentionem habet, tanta & talis est in subditorum Episcopatum enumeratione varietas, tanta vocum corruptio, tanta denique appellationum confusio reperitur, ut pace viri litterati dixerim, putem vel ab occidentalium locorum ignaro, vel ab imperito conscriptam: quæ res ab ea ex integro restituenda me prohibuit ( ut ab eiusdem interpretatione ex integro suscipienda numquam satis laudandi Abrincensis Antistitis prius deterruerat. „ Hæc Iacobus Goar, cuius editam notitiam habes post Codinum in Corpore Byzantinæ Historiæ, eandemque plane quam Gulielmus Beveregius putavit se ex Codice M. S. Bodleiano edidisse incorruptam, & Pontificiæ auctoritatis eversum. Sed audiamus exordium, & de tanti monumenti auctore inquiramus.

Iacob. Goar.

„ scripto notitiam integriorem quidem quam ante hac edidisse. „ Verrum, inquit, ubi de Romanâ mentionem habet, tanta & talis est in subditorum Episcopatum enumeratione varietas, tanta vocum corruptio, tanta denique appellationum confusio reperitur, ut pace viri litterati dixerim, putem vel ab occidentalium locorum ignaro, vel ab imperito conscriptam: quæ res ab ea ex integro restituenda me prohibuit ( ut ab eiusdem interpretatione ex integro suscipienda numquam satis laudandi Abrincensis Antistitis prius deterruerat. „ Hæc Iacobus Goar, cuius editam notitiam habes post Codinum in Corpore Byzantinæ Historiæ, eandemque plane quam Gulielmus Beveregius putavit se ex Codice M. S. Bodleiano edidisse incorruptam, & Pontificiæ auctoritatis eversum. Sed audiamus exordium, & de tanti monumenti auctore inquiramus.



Ordo præsentia Sanctissimorum  
Patriarcharum :

1. Romanus. 2. Constantinopolitanus. 3. Alexandrinus,  
4. Antiochenus. 5. Eliensis sive Hierosolymitanus.

Et sub hocce titulo incipit : Ordo præsentia Metropolitanorum & Autocephalorum, & Episcoporum, sub Apostolico Throno à Deo custodita huius, & Imperialis urbis (Constantinopoleos) agentium. Ex quibus notandum in primis, auctorem huius notitiæ fuisse Constantinopolitani Patriarchatus, ut fidem faciunt hæc eius verba : *custodita huius*. Deinde vixisse diu post Calchedonense Concilium, in quo primum confirmatus fuit Patriarchatus Constantinopolitanus secundo post Romanum loco. Tertio indicium haberi, fuisse schismaticum; cum enim in ordine præsentia Sanctissimorum Patriarcharum Romanum constituisset primum, ubi ad Patriarcharum Metropoles venit, à Constantinopolitano orditur, quod indicium est, schismaticum illum vixisse, cum Sedes Constantinopolitana ad sese devolutum somniabat Ecclesiæ primatum, ut autem id manifestum fiat, notanda sunt hæc post enumeratas Metropoles & Provincias Episcopatus Constantinopolitani verba : *Avulsi sunt autem & à Romanâ Diœcesi Throno Constantinopolitano nunc subiecti Metropolita, & qui sub iis sunt, Episcopi :*

- |                  |                   |
|------------------|-------------------|
| 1. Theſſalonica. | 2. Syracuſa.      |
| 3. Corinthi.     | 4. Rhegi.         |
| 5. Nicopolis.    | 6. Athenarum.     |
| 7. Patrarum.     | 8. Nova Patrarum. |

Hi adiecti sunt Synodo Constantinopolitana, propterea quod Papa veteris Romæ sub gentibus detentus est. Sicut & ab Orientali Diœcesi avulsus est Metropolita Seleucia Isauria & ipse cum suis viginti quatuor Episcopis sub Constantinopolitano agit. Audis Beveregi? avulsi sunt autem & à Romanâ Diœcesi. Parebant ergo, ut ante me observavit eruditus Sirmondus ex hac notitiâ, hi Metropolitanæ olim Patriarchæ Romano; & si petas, cur violenter avulsi? homo schismaticus rationem reddit: propterea quod Papa veteris Romæ sub gentibus detentus est, quod quam falsum sit, nemo eruditus ignorat: quando enim vel à novem sæculis, intrâ quæ hæc notitia ab homine schismatico fuit confecta, Romanus Pontifex sub gentibus fuit detentus? nempe deliria sunt hæc schismaticorum, inter quos auctor huius notitiæ vixit ante annos 800. ut notat Iacobus Goar, vel



anno 6391. sub Imperio Leonis sapientis & sub Patriarcha Photio, ut habent Codex regius, alterque à Jacobo Goar editus.

3. Vixit sub Photio Patriarcha græcorum schismatico, qui primum caput erexit, & solium suum super Vicarij Christi solium in terris collocare tentavit; ut mirum non sit, tunc inventum fuisse, qui notitiam Episcopatum scribens vero Christi in terris Vicario detrahere conatus sit, & quem in titulo notitiæ primum posuerat inter Patriarchas, ubi ad eius Metropoles venit, Eparchum Romæ, sive Italiæ nuncupavit, & quem omnes reliqui etiam græcorum Schismatici Patriarcham Occidentis asseverant, hic vix Italiæ ipsi subjunctam fateretur: nec contentus fuit, quod Illyricum & Siciliam à throno Romano avulsa, & violenter per Constantinopolitanum Episcopum subjugata fateatur, etiam ipsam Africam proprio Eparcho subjecit, & nullius præterea Provinciæ Occidentalis meminit, ut vel tacite omnes Occidentis Provincias à throno Romano avelleret. Et ex talibus nugis conatur Beveregius notitiam Episcopatum stabilire, ac Romanum Patriarchatum terminis Italiæ circumscribere, non recordatus, antiquitatem omnem reclamare, ex qua Iacobus primus Anglorum Rex ingenuè confessus fuit, Episcopum Romæ esse Patriarcham Occidentis universi. Verba hæc dedi parte 1. Antiquitatis Illustratæ, capite 3. ubi tot testimoniis hanc veritatem confirmavi ut hæretici nullam habeant de Catholicis conquerendi rationem, si schismaticorum nugas totius orbis iudicio reprobatae suppressere conarentur, sed Catholici potius habeant conquerendi fundamentum, quod adversæ religionis periti schismaticorum somnia pro veritate obtrudant, suosque tam miserè decipiant, & lectoribus illudant.

4. Non improbo quidem Gulielmi Beveregij studium, quo ex Bibliothecâ Bodleianâ notitiam illam nobis integriorem post Iacobum Goar ediderit, sed quod ex græco schismatico, qui nullam Occidentalium Provinciarum notitiam habuisse videtur, de Patriarchatus Occidentalis terminis concludat, quis non meritò inficiabitur? scribit post alla-

*Beveregius.*

„ tam notitiam: „ observatum velim, omnes quinque Patriarchatus  
 „ cum Metropolitibus & Episcopatibus suis, hic distinctè recenleri:  
 „ sed error manifestus in Patriarchatu Romano, qui & proindè  
 „ nullâ refutatione indiget: „ addit demum Beveregius. „ Ubi  
 „ etiam observetur, in Romano Patriarchatu longè pauciores hic nu-  
 „ merari Provincias, quam quas Episcopus istius sedis per multa re-  
 „ tro sæcula sibi usurpavit. Ut alias enim missas faciam, nec Anglia,

„ nec



„ nec Scotia, nec Hibernia throno Romano hic adnumerantur. „ Nempè hoc prælagiebat animus, hominem à sedis Apostolicæ communionem disiunctum ideò schismaticorum extulisse figmenta, ut haberet ex illis, quibus foveret schisma Anglicanum. In Græcâ notitiâ non collocari Angliam sub Patriarchâ Romano, ultrò profiteor, sed exindè statuendum esse, Angliam non subfuisse sedis Apostolicæ Præfuli, planè reicio: nec minus sequitur ex eius omissione, Angliam non subfuisse Patriarchæ Romano, quam Galliam, aut Hispaniam, quarum ibi nulla fit mentio, ac si nullatenus fuissent in Ecclesiâ. Si Carolus à S. Paulo congregationis Fulienfis Superior Generalis, nec non Abrincensis Episcopus designatus adhuc superviveret, posset conquiri, unam dumtaxat ex Regio Codice notitiam Episcopatum assumptam, cum plures edidisset: enimverò post probatum à sese in Geographiæ sacræ libro 1. Fol. 15. & sequentibus, Romanum per Occidentem univèrsam Patriarchatum, & cum præter citata à nobis dissert. 2. Antiquitatis Illustratæ, cap. 3. antiquorum testimonia, adjunxisset Gregorium Naianzenum in carmine de vitâ scribentem: antiquam Romam *totum occidentem salutari verbo ligatum tenere*; & Agathonem Papam asserentem, Synodos subiacentes Concilio Apostolicæ Sedis fuisse inter Longobardos, & Sclavos, inter Francos, Gothos, & Britannos: hoc est, per Italiam, Illyricum, Galliam, Hispaniam, & Britanniam: addentemque, se dirigere legatos *omnium nostrum, id est univèrsorum per septemtrionales vel occiduas regiones Episcoporum*. Ex his putat, vix ullum reperiri posse, qui talis auctoritatis testibus auditis, de hac veritate licet certissimâ dubitare audeat. Adducit insuper pro singulis regionibus, Italiâ, Galliâ, Hispaniâ, Britannis, Africâ, & Illyrico actus Romanorum Pontificum, quos in singulis hisce Diocæses exercuerunt, quasi tot Jurisdictionis Patriarchalis argumenta, ac demum in fine totius operis ex vetusto Codice M. S. græco-latino Bibliothecæ Vaticanæ adducit hanc antiquam notitiam.

Gregorius  
Naianzen.

Agatho Papa

Abbas Fu-  
liensis.

Brevis Descriptio.

§. Finium Sanctissimorum Patriarcharum & Apostolicarum sedium primus thronus Coryphæi Apostolorum Petri, senioris Romæ Præfuli, Apostolicam & Patriarchicam sedem Moderantis, ad terminos usque \* Saxorum, Gallorum, Camporum, Francorum, & Gades usque ad Herculis Columnas, atque Oceanum (populorum) initium habentium ab occasu solis, ubi sunt mortua aqua & quæta ac densa, ubi & \* Insula quadam

M. S. notitia  
Vaticana.

\* forte Saxo-  
num.

\* Insula  
forte Hi-  
bernia.



\* Aravi forte  
Pannonic populi.  
\* Maioricas.

Notitia ex  
M. S. Regio.

quædam ad extrema maris Oceani virorum admodum feræ, Christianorum innumeram multitudinem continens, qui sunt homines proceri, robusti, & fortissimi, atque inde Ravennam usque, ad Thesalonicam, Schlavos, \* Arrabos, Avaros, & Schytas, ac Danubium flumen Ecclesiasticas constitutiones terminorum Episcopaliū complectens. Tum etiam Sardiniam, & \* Magiricas, Carthaginemque, & Hesperias oras, & simul omnes complectens regiones, atque concludens, in quibus circumfluentes spirant venti Circius Septentrionalis, Aquilo, quin & Choreus, cuius in actibus Apostolorum mentio fit, medius deinde Favonius, Hesperius Occidentalis, Africus, atque Austraficus. Hæc amplectitur omnia supremus Apostolorum, & præstantissimus Patriarcharum Magna scilicet Romæ Antistes. Edita est hæc notitia græcolatina apud Carolum à S. Paulo Abbatem Fuliensem, qui & addit notitias duas latinas, quarum prima ex Codice Manuscripto Bibliothecæ regiæ incipit: S. Romana Ecclesia mater Ecclesiarum omnium, & magistra habet sub se vel habere debet hos Patriarchas & Metropoles, & suffraganeos inferius denotatos, sed magnam partem eorum substraxit Romana Ecclesia superbia græcorum, remotio locorum, repugnatio hæreticorum, infidelitas paganorum. Et cur illam non ponderavit Beveregius? vidisset sanè ex eâ non Italiam dumtaxat & Siciliam, sed Germaniam, Galliam, Hispaniam, Angliam, Hiberniam, aliasque regiones subjacuisse Patriarchæ Romanæ. Idem planè collegisset ex notitiâ latinâ primæ ferè æquali ex M. S. codice Bibliothecæ Thuanæ, in quâ non pauciores Provinciarum & regiones enumerantur omissis omnibus iis, quas infidelitas aut schisma græcorum subtraxerat. At quorsum hæc omnia? Beveregius illa omittens, ad unam ab Abbate Fuliensi corruptè editam notitiam appellat, quam integriorem edidit ex M. S. Bibliothecæ Bodleianæ. Cumque accuratam se Ecclesiarum distinctionem reperisse autemet, ex quâ Patriarchatum Romanum Italiæ terminis concludit, & quidquid in Oriente quoad Ecclesiarum distinctionem observatum fuit, innotescere conscribit, operæ precium erit ipsam notitiam integrè à Beveregio editam, & tantoperè ab ipso prædicatam in medium adducere, cui, ne quidquam ulterius desideretur, adjungam varias lectiones ex notitiâ sub nomine Leonis sapientis à Leunclavio, aliisque ab Abbate Fuliensi in Geographiâ sacrâ, & Iacobo Goar in Corpore Byzantinæ Historiæ editis.



O R D O  
PRÆSIDENTIÆ SANCTISSIMORUM  
PATRIARCHARUM.

1. Romanus. 2. Constantinopolitanus. 3. Alexandrinus. 4. Antiochenus. 5. Æliensis  
five Hierosolymitanus.

\* 1.

*Ordo præsentia Metropolitanorum, & Autocephalorum, & Episcoporum sub Apostolico throno à Deo custodita huius & Imperialis urbis agentium.*

**P**rovinciæ Cappadociæ.  
Provinciæ Asiæ.

Provinc. Europæ.

Provinc. Galatiæ.

Provinc. Hellepontii.

Provinc. Lydiæ.

Provinc. Bithyniæ.

Provinc. eiusdem.

Provinc. eiusdem.

Provinc. Pamphylæ.

Provinc. Armeniæ.

Provinc. Elenoponti.

Provinc. Armeniæ.

Provinc. Cappadociæ.

Provinc. Paphlagoniæ.

Provinc. Honoriadis.

Provinc. Ponti polemoniæ.

Provinc. Galatiæ.

Provinc. Lyciæ.

Provinc. Cariæ.

Provinc. Phrygiæ Cappatianæ.

Provinc. Phrygiæ Salutaris.

Provinc. Lycaoniæ.

Metropolitanus Cæsareæ.

Metropol. Ephesi.

M. Heracleæ Thraciæ.

M. Ancyra.

M. Cyzici.

M. Sardiæ.

M. Nicomediæ.

M. Nicææ.

M. Chalcedonis.

M. Sidæ.

M. Sebastææ.

M. Amasææ.

M. Melitina. [stopolis.

M. Tyanorum five Chri-

M. Gangrorum.

M. Claudiopolis.

M. Neocæsareæ. [nopolis.

M. Pissenuntis five Iustia-

M. Myrorum.

M. Stautopolis.

M. Laodiceæ.

M. Synadorum.

M. Iconij.

H h h

Provinc.

\* 1.

Eodem fere modo habetur totus titulus apud Iacobum Goar in notitiâ ex Cod. Regio editâ, Deest verò in notitiâ Leonis sapientis per Leundayiû editâ in jure græco Romano, ubi hoc modo recensentur :

1. Cæsarea. 2. Ephesus.

3. Heraclea. 4. Ancyra.

5. Cyzicus. &c.



426 Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.

Provinc. Pisidiæ.	M. Antiochiæ.
Provinc. Pamphylia.	M. Pergæ sive Silei.
* 2.	
Apud Goar : <i>secunda</i> .	
Provinc. Cappadocię.	M. Moceffi.
Provinc. Lazicę.	M. Phafidis.
Provinc. Thracię.	M. Philippopolis.
Provinc. Rhodopes.	M. Traianopolis.
Provinc. Insularum Cycladum.	M. Rhodi.
Provinc. Æmimonti.	M. Adrianopolis.
Provinc. eiusdem.	M. Martianopolis.
	* 3.
Provinc. Phrygię Pacatianę.	M. Hierapolis.

\* 3.  
Metropolitani ex Codice Bodleiano per Bevergium editi sunt n. 33. ex Codice regio per Goar n. 34. ex alio per Leunclavium sunt num. 81. & Scholiastes annotat, adhuc tres omisos fuisse, ut simul juncti efficerent numerum 84. Metropolitano-  
\* 4.  
Apud Leunclavium pro titulo solum habetur ARCHIEPISCOPATUS. Et sequitur : 1. Bizya. 2. Leonropolis. 3. Maronea 4. Germania. &c. Usque ad n. 39. apud Goar vero pro titulo : huc usque Metropolitana. Sequuntur itaque deinceps, qui proprii sunt juris, & nulli in subditos exercent. in Provincia Mysia Odissi Archiepiscopus 35. in Provincia Schytia Tomorum 36. &c.

\* 4. HACTENUS METROPOLITÆ, HIC VERO INCIPIUNT AUTOCEPHALI.

Provincię Mysię.	Autocephalus Odyssi.
Provinc. Scythiæ.	Autocep. Tomes.
Provinc. Europe.	A. Bizyę.
Provinc. Paphlagonię.	A. Pompeiopolis.
Provinc. Asię.	A. Smyrnę.
Provinc. Isaurię.	A. Leontopolis.
Provinc. Rhodopes.	A. Maronęę.
Provinc. Bithynię.	A. Apameęę.
Provinc. Rhodopes.	A. Maximianopolis.
Provinc. Galatię.	A. Germiorum.
Provinc. Europe.	A. Arcadiopolis.
Provinc. Thracię.	A. Beroęę.
Provinc. Insulę Lesbi.	A. Mytilenes.
Provinc. Helleponti.	A. Parij.
Provinc. Carię.	A. Meliti.
Provinc. Thracię.	A. Nicopolis.
Provinc. Insulæ.	A. Proconesi.
Provinc. Rhodopes.	A. Anchiali.
	* 5.
Provinc. Europe.	A. Selymbrięę.
Provinc. Insulę Lesbi.	A. Methymnes.
Provinc. Bithynię.	A. Cij.
Provinc. Europe.	A. Apri.

\* 5.  
Apud Leunclavium & Goar. Σηλυβρια. Selybria.

Provinc.



Provinc. Rhodopes.  
Provinc. Zicchię.

Provinc. eiusdem.  
Provinc. eiusdem.

Provinc. Isaurię.

\* 9.  
Provinc. Eleoponti.

\* 10.  
Provinc. Insular. Cycladum.

Provinc. Rhodopes.

Provinc. Europę.

Provinc. Hemimonti.

Provinc. Armenię.

Provinc. Abasgię.

Provinc. Ponti Polemoniaci.

Provinc. Paphlagonię.

Provinc. Lycaonię.

Provinc. Pisidię.

Provinc. Maris Ægei.

Provinc. Phrygię Salutaris.

Provinc. Pamphylię.

\* 12.

PROVINCIA CAPPADOCIÆ.

Episcopus.

1. Cæsareæ.
3. Nysæ.
5. Camulianorum.

PROVINCIA ASIÆ.

\* 13.

1. Ephesi.
3. Trallium.
5. Eleæ.
7. Assi.
9. Mastaurorum.

\* 6.  
A. Cypsalorum.  
A. Cherfonis.

\* 7.  
A. Bospororum.  
A. Nicoplis.

\* 8.  
A. Cotradorum.

A. Euchetarum.

A. Carpathi.

A. Æni. [ Mefenę.

A. Driziparorum sive

A. Mefembrię. [ lactoes.

A. Heracliopolis sive Phy-

A. Sebastopolis.

A. Trapezuntis.

A. Amastridis.

A. Mifthiorum.

A. Neapolis.

A. Ægenę.

A. Cotyaij.

\* 11.

A. Selgę.

\* 6.  
Apud Leunclavium &  
Goar. Cypfella.

\* 7.  
Apud Goar: Bosphori.

\* 8.  
Goar: Cotadorum.

\* 9.  
Abbas Fulienfis in suã  
notitiã: Hellenoponti.

\* 10.  
Goar ex Cod. regio ha-  
bet hic. Provinc. Armenia  
A. Renorum 63. quod de-  
sideratur in Cod. Bod-  
leiano apud Beveregium.

\* 11.  
Sequitur apud Goar ex  
Cod. Regio: A. Delcorum  
qua urbs sic dicta est ab  
adjacente palude Delco, is a  
enim eam vocat Diogenia-  
nus. Inscitè ergo Archiepif-  
copatum Dercis vocant.  
R. pro L. affumentes.

\* 12.  
Apud Leunclavium ha-  
betur hic titulus: Ordo  
presidentia Metropolitanorum,  
qui subsunt Apostolico  
throno Constantinopolis, &  
subiectorum eis Episcoporum.  
1. Cæsariensi Cappadocia  
1. Nysenus. 2. Camulianorum.  
3. Regiarum Thermarum.  
4. Cissi.

5. Evaisorum. 6. Seriadis.  
7. Arathia 8. Epoliorum.

\* 13.  
Notatur apud Leunclavium.  
Honorem Metropolitaniani  
accepit ab Imperatore  
D. Isaacio Angelo.



\* 14.

Apud Leunclavium : *Byrullorum.*

\* 15.

Apud Leunclavium ,  
Abbatem Ful. & Goar :  
*Aureliopolis. Et sequenti :  
Nyssa.*

\* 16.

Leunclavium & Codex  
regius : *Antandrorum.*

\* 17.

Leunclavium & Goar :  
*Kóμης. Cuma.*

\* 18.

Apud Leunclavium se-  
quitur : 3. *Heraciensi*  
*Thracia & Macedonia cū*  
17. *Episcopatibus.*

\* 19.

Apud Leunclav. *Atta-*  
*biensis.*

\* 20.

Abbas Ful. in margine  
alias : *Muizi.* Scholiastes  
græcus apud Leunclav.  
addit hanc notam : *inter*  
*Metropolitanos relati sunt*  
*Asponensis & Merinopoli-*  
*tanus. seu Berinopolit.*

\* 21.

Apud Goar : *Adriani*  
*venatus.*

\* 14.

11. *Bryullorum.*

13. *Myrines.*

\* 15.

15. *Aurillopolis.*

17. *Maschacomæ.*

19. *Barettorum.*

21. *Aninatum.*

23. *Aneorum.*

25. *Arcadiopolis.*

27. *Templi Iovis.*

29. *Sion.*

31. *Levedi.*

33. *Erytrorum.*

\* 16.

35. *Attadrorum.*

\* 17.

37. *Cymæ.*

\* 18.

12. *Pittamnes.*

14. *Phociæ.*

16. *Nisæ.*

18. *Metropolis.*

20. *Magnesiæ.*

22. *Pergami.*

24. *Prienes.*

26. *Novæ Aulæ.*

28. *Augazorum.*

30. *Colophonæ.*

32. *Tei.*

34. *Clazomenarum.*

36. *Theodosiop. sive pepering*

38. *Palæopolis.*

PROVINCIA EUROPE.

1. *Heraclea Thraciæ.*

3. *Callipolis.*

5. *Cylæ.*

2. *Panij.*

4. *Cherronesi.*

6. *Redesti.*

PROVINCIA GALATIÆ.

1. *Ancyra.*

3. *Eliopolis.*

5. *Berinopolis.*

7. *Cinæ.*

\* 19.

2. *Tabiæ.*

4. *Asponæ.*

\* 20.

6. *Mizzi.*

8. *Anastasiopolis.*

PROVINCIA HELLESFONTI.

1. *Cyzici.*

3. *Pœmanij.*

5. *Bareos.*

7. *Lampfaci.*

9. *Dardani.*

2. *Germes.*

4. *Oces.*

\* 21.

6. *Adrianothetarum.*

8. *Abydi.*

10. *Ilij.*

11. *Troadis.*



11. Troadis.

\* 22.

13. Melitopolis.

12. Pæoniæ.

\* 22.

Scholias tes græcus apud  
Leunclav. *Melitopolitanus*  
*Archiepiscopus honorem*  
*nactus est, Abydenus Me-*  
*tropolitani.*

## PROVINCIA LYDIÆ.

1. Sardium.

3. Tripolis.

5. Settorum.

7. Gordorum.

9. Salorum.

11. Mæoniæ.

\* 23.

13. Hyrcanidis.

15. Arcasti.

17. Attaliæ.

19. Balandi.

2. Philadelphicæ.

4. Thyatirorum.

6. Ariliapolis.

8. Troallorum.

10. Silandi.

12. Fani Apollinis.

14. Mustinæ.

16. Apolloniadis.

18. Bagæ.

20. Mefotymoli.

\* 24.

21. Hierocæsareæ.

23. Stratoniceæ.

25. Sattalorum.

27. Hermocapelicæ.

22. Dallæ.

24. Cerafeorum.

26. Gabalorum.

\* 23.

Apud Goar. Arcanidis.  
& in Cod. regio, *Orcani-*  
*dis. sed apud Leunclav.*  
*ut hic Ὑρκανίδος.*

\* 24.

Scholias tes græcus apud  
Leunclav. *pro Cesariano*  
*scribitur Dale, & pro Sat-*  
*talorum scribitur Cesaria-*  
*nus.*

## PROVINCIA BITHYNIÆ.

1. Nicomediæ.

3. Præneti.

\* 25.

5. Bisilinopolis.

7. Apolloniadis.

9. Cæsareæ.

11. Daphnusiæ.

2. Prusæ sive Theopolis.

4. Elenopolis.

6. Dascylii.

8. Adrianorum.

10. Galli sive Lophorum.

12. Eristes.

\* 25.

Leunclav. & Goar,  
Bafinopolis. & Abbas  
F. Basilianopolis.

## PROVINCIA EIUSDEM.

\* 26.

Nicea Mysiæ in Bithynia civitas à Lyfimacho ad palu-  
dem Ascaniam condita est. Prius Helicore dicta fuit, & à  
Græcis in admiratione habita propter fortitudinem & felici-  
tatem. Cum fraude autem à Mysis capta esset, & viri  
partim deleti sunt, partim aufugerunt, & vicinas civi-  
tates inhabitaverunt, & regio ipsorum penitus eversa est. Ve-  
rum post Alexandri obitum à Lyfimacho condita est, &

\* 26.

Totum hoc deest in  
Cod. regio & videtur per  
græcum quemdam postea  
huic notitiæ adiectum. Ne-  
que hoc ipsum reperitur  
in Cod. Goar. sed bene  
in notitia Leunclavij tan-  
quam Scholion.



Nicæa nominata, de nomine Antipatri filiæ. Hac oriundus est Stoicus Philosophus Apollo, Apollonij, qui Dardano successit, discipulus item Lycon, & Lycander, Stoici similiter Philosophi. Nec non Hierax & Ildorus, insignes Gramatici.

\* 27.

Habetur hic apud Leunclav. ut titulus: *VIII. Nicæano Bithyniæ.*

\* 28.

In Cod. Regio habentur hæc tria hocce ordine  
4. Gordoservorum. 5. Numericarum. 6. Tai eodem ordine habentur in Goar. & Leunclav.

\* 29.

Apud Leuncl. Rymnæ in C. R. *Orymnæ.* & Goar *Erymnes.*

\* 30.

C. R. *Myrabæ.* & *Anamandorum.* Goar verò *Myrabes.* *Vamandenſium.*

\* 31.

Cod. Reg. *Iſynorum* & *Lirbæ.* ita etiam Goar.

\* 27.

1. Nicææ.

3. Linoes.

5. Gerduservorum.

7. Maximianarum.

1. Sidæ.

3. Ettenæ.

5. Caſſorum.

7. Coralliorum.

9. Syethrorum.

11. Anamandorum.

13. Isborum.

15. Cobybraſſi.

2. Modrinæ ſive Melinorū.

\* 28.

4. Taij.

6. Numericarum.

## PROVINCIA PAMPHYLIAE.

2. Aſpendi.

\* 29.

4. Orumnæ.

6. Semneorum.

8. Coraciſſij. } polis.

10. Mylones ſive Iuſtiniano.

12. Dalifandi.

14. Lybræ.

16. Manæorum.

## PROVINCIA ARMENIAE.

1. Sebaſteæ.

3. Nicopolis.

5. Coloniae.

2. Sebaſtopolis.

4. Satalorum.

6. Beriffes.

## PROVINCIA ELENOPONTI.

1. Amafeæ.

3. Sinopæ.

5. Androporum.

7. Zelorum.

2. Amiffi.

4. Ibororum.

6. Zalichi ſive Leontopolis.

\* 32.

Cod. R. *Andrapodorum.* Goar; *Adrapenorum.*

## PROVINCIA ARMENIAE.

1. Melitinæ.

2. Arcae.

3. Cucuſi.



3. Cucusi.  
5. Ariarathes.

- \* 33.  
4. Arabiffi.  
6. Ceomanarum.

PROVINCIA CAPPADOCIÆ.

1. Tyanorum five Christo.  
3. Faustinopolis. [polis. 4. Salimorum.

PROVINCIA PAPHLAGONIÆ.

1. Gangrarum.  
3. Dadybrorum.

- \* 34.  
2. Iunopolis.  
4. Sorarum.

PROVINCIA HONORIADIS.

1. Claudiopolis.  
3. Prusiadis.  
5. Crateæ.

- \* 35.  
2. Heracleæ Ponti.  
4. Tij.  
6. Adrianopolis.

PROVINCIA POLEMONIACI.

1. Neocæsareæ.  
3. Cerasantium.  
5. Comanorum.

- \* 36.  
2. Trapezuntium.  
4. Polemonij.

PROVINCIA GALATIÆ.

1. Pisinuntium.  
3. Eudoxiadis.  
5. Trocnadorum.  
7. Spalææ five Iustianopolis.

- \* 37.  
2. Mericij.  
4. Pitanniffi.  
6. Germocoloniæ.  
8. Orcifti.

PROVINCIA LYCIÆ.

1. Myrorum.  
3. Telmessi.  
5. Araxes.  
7. Tatlorum.  
9. Sidymorum.  
11. Olympi.

- \* 38.  
2. Maltaërorum.  
4. Limyrorum.  
6. Aprillorum.  
8. Arneorum.  
10. Zenopolis.  
12. Otlorum.

13. Coryda-

\* 33.  
Cod. R. Arabesf & Ceomanannorum, Abb Ful. Comanorum, & Arabiffi.

\* 34.  
Scholiastes græcus apud Leunclav. pro Cybistrorum legitur & Cybistrorum. Honos Archiepiscopatus ei concessus est sub Constantino sanctissimo & universali Patriarchâ.

\* 35.  
Sequebatur hic apud Leuncl. prov. 16. Thessalonicensi Thessalia.

\* 36.  
Alias Cerasuntorum ita notitia Leunclav. apud quem habentur 7. Episcopatus sub hac Provincia, cui scholiastes 3. alios addit.

\* 37.  
Apud Leuncl. Secunda.

\* 38.  
Leuncl. Goar, & C. R. Mastaurorum.

\* 39.  
In Cod. Regio & Goar sequitur. 7. Podalia. 8. Orycandorum. 9. Teporum. que omnia desunt in Codice Bodleiano, nisi Teporum idem sit quod Tatlorum.



432 Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.

- |                  |                              |
|------------------|------------------------------|
| 13. Corydalorum. | 14. Canni.                   |
| 15. Xanthi.      | 16. Acrassi.                 |
| 17. Marcianes.   | 18. Bobi five Sophianopolis. |
| 19. Comatis.     | 20. Onundorum.               |
| 21. Phelli.      | 22. Candanorum.              |
| 23. Phasilidis.  | 24. Antiphelli.              |
| 25. Acaliffi.    | 26. Rhodiapolis.             |
| 27. Acandorum.   | 28. Lebiffi.                 |
| 29. Eudociadis.  | 30. Paliotarum.              |
| 31. Comborum.    | 32. Patarorum.               |
| 33. Barburorum.  | 34. Nessorum.                |
| 35. Cianeorum.   | 36. Melatorum.               |

PROVINCIA CARIE.

- |  |  |
|--|--|
| 1. Stauropolis.  | 2. Cibræ.  |
| * 40.<br>Cod. Reg. Sualbacæ. &<br>Abb. Ful. Salbacæ. Goar<br>Syalbacæ.   | * 40.<br>4. Heracleæ Syalabicæ.<br>6. Heracleæ.<br>8. Taborum.<br>10. Antiochiæ Meandri.<br>12. Harpassarum.           |
| * 41.<br>Apud Goar. Leuncl. &<br>Cod. Reg. Orthosiadis. &<br>Anatetartæ. | * 41.<br>14. Orthysiadis.<br>16. Allabandorum.<br>18. Alindorum.   |
| * 42.<br>Goar legendum putat<br>Amizorum. sicque in<br>Cod. Reg. Amizo.  | * 42.<br>20. Mezo.<br>22. Barbillij.<br>24. Hylarimorum.<br>26. Metaborum.<br>28. Hierî, seu templi.<br>30. Ceramorum. |
| 3. Sizorum.  | 13. Neapolis.  |
| 5. Apolloniadis.   | 15. Anotetartæ.  |
| 7. Lacymorum.  | 17. Stratonicæ.  |
| 9. Larborum.   |  |
| 11. Tappassarum.   |  |
| 19. Mylassarum.  |  |
| 21. Iaffi.   |  |
| 23. Alicarnaffi.   |  |
| 25. Cnidorum.  |  |
| 27. Mondî.   |  |
| 29. Cindramorum.   |  |
| 31. Promiffi.  |  |

\* 43.  
Leunclay. in margine  
corrigit. *Pacatians.*

PROVINCIA PHRYGIÆ CAPPATIANÆ.

- |              |                  |
|--------------|------------------|
| 1. Laodiceæ. | 2. Tiberiopolis. |
| 3. Azanorum. | 4. Ancyrosynai.  |
| 5. Peltorum. | 6. Appiæ.        |

7. Aca-



- 7. Acadorum.
- \* 44.
- 9. Iluzorum.
- 11. Sebastæ.
- 13. Timeni Therarum.
- 15. Alinorum.
- 17. Attanassi.
- 19. Sibliæ.
- 8. Icriorum.
- 10. Tranopolis.
- 12. Eumeniæ.
- 14. Agathæ Comæ.
- 16. Tripolis.
- 18. Trapezopolis.

\* 44.  
 Loco Iluzorū habetur  
 in Cod R. & Goar. *Caria.*  
 in Leunclavio multa alia  
 differunt.

PROVINCIA PHRYGIÆ SALUTARIS.

- 1. Synadorum.
- 3. Nacoleæ.
- 5. Hipsi.
- 7. Meri.
- 9. Phytiæ.
- 11. Eucarpia.
- 13. Augustopolis.
- \* 45.
- 15. Otri.
- 17. Stectorij.
- 19. Cone.
- 21. Nicopolis.
- 2. Doryllæi.
- 4. Medæi.
- 6. Promissi.
- 8. Sibindi.
- 10. Hierapolis.
- 12. Lyfiadis.
- 14. Bryzi.
- 16. Lycaonis.
- 18. Cinaborij.
- 20. Scordapiæ.
- \* 46.
- 22. Æroclorum.

\* 45.  
 Leunclav. *Itri.*

\* 46.  
 Goar & Cod. R. *Abro-*  
*clorum.* & additur in utro-  
 que: 23. *Episcopus Cadem-*  
*norum.* 24. *Alopex.*

PROVINCIA LYCAONIÆ.

- 1. Iconij.
- 3. Vafadorum.
- \* 47.
- 5. Vomanodorum.
- 7. Beretæ.
- 9. Hydæ.
- 11. Cani.
- 13. Galbanorum sive Eudo-
- 15. Pertorum.
- 2. Lystrorum.
- 4. Ambadorum.
- 6. Larandorum.
- 8. Derbæ.
- 10. Savatrorum.
- 12. Berinopolis.
- 14. Ilistrorum.

\* 47.  
 Cod. R. *Amdadorum* &  
 Abb. Ful. *Ambladorum,* &  
 sequenti Goar. *Onomodo-*  
*rum.*

PROVINCIA PISIDIÆ.

- 1. Antiochiæ.
- 3. Sozopolis.
- 5. Cibi.
- 2. Sagalassi.
- 4. Apameæ.
- 6. Tyræni.
- 7. Baroes.



434 *Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.*

- |  |                              |                                   |
|--|------------------------------|-----------------------------------|
| * 48.<br>Cod. Reg. <i>Limenorum</i> .<br>Goar legit: <i>portuum</i> .                              | 7. Bareos.<br>* 48.          | 8. Adrianopolis.                  |
| * 49.<br>Goar & C. R. <i>Tomandi</i> .   | 9. <i>Limenorum</i> .        | 10. <i>Laodicæ Combustæ</i> .     |
|  | 11. <i>Seleuciæ Ferreæ</i> . | 12. <i>Adadorum</i> .             |
|  | 13. <i>Zarzelorum</i> .      | 14. <i>Timbriadum</i> .           |
|  | * 49.                        | 16. <i>Conânes</i> .              |
|  | 15. <i>Tymandi</i> .         | 18. <i>Siniandi</i> .             |
|  | 17. <i>Mali</i> .            | 20. <i>Metropolis</i> .           |
|  | 19. <i>Tytiassi</i> .        | * 50.                             |
| * 50.<br>Abb. Ful. <i>Paralais</i> . &<br>seq. <i>Leunclav.</i> & <i>Goar</i> .<br><i>Bindei</i> . | 21. <i>Papporum</i> .        | 22. <i>Parallæ five Paralla</i> . |
|  | 23. <i>Mindevi</i> .         |                                   |

PROVINCIA PAMPHYLIA.

- |  |                              |                      |                          |
|--|------------------------------|----------------------|--------------------------|
| * 51.<br><i>Scholiasfes græcus At-</i><br><i>talia facta est Metropolis</i><br><i>anno 100. 110. 1190. 11.</i> | 1. <i>Pergæ five Sylei</i> . | * 51.                | 2. <i>Attaliæ</i> .      |
| * 52.<br>Goar & C. R. <i>Termifi</i> .<br>apud <i>Leunclav. Telminfi</i> .                                     | 3. <i>Mægydi</i> .           | * 52.                | 4. <i>Endociadis</i> .   |
|  | 5. <i>Telimifi</i> .         |                      | 6. <i>Ifindi</i> .       |
|  | 7. <i>Maximianopolis</i> .   |                      | 8. <i>Laginosaurum</i> . |
|  | 9. <i>Palæopolis</i> .       |                      | 10. <i>Cremni</i> .      |
|  | 11. <i>Corydalorum</i> .     |                      | 12. <i>Peltinifi</i> .   |
| * 53.<br>Cod. R. <i>Diciozanobor-</i><br><i>um</i> . Goar legit: <i>Dicio-</i><br><i>zanabrorum</i> .          | * 53.                        | 14. <i>Ariassi</i> . | 16. <i>Adrianes</i> .    |
|  | 13. <i>Dicytanærorum</i> .   | 18. <i>Barbæ</i> .   | 20. <i>Coi</i> .         |
|  | 15. <i>Puglorum</i> .        |                      |                          |
|  | 17. <i>Sandidorum</i> .      |                      |                          |
|  | 19. <i>Perbæ norum</i> .     |                      |                          |

PROVINCIA CAPPADOCIA.

- |  |                      |                      |
|--|----------------------|----------------------|
| * 54.<br>Apud <i>Leunclavium</i> se-<br>quuntur plures <i>Provinciæ</i><br>hic non allatæ. | * 54.                | 2. <i>Nazianzi</i> . |
| * 55.<br>Goar, <i>Leunclavius</i> &<br>Cod. R. <i>Mociffi</i> .                            | * 55.                | 4. <i>Parnassi</i> . |
|  | 1. <i>Mocessi</i> .  |                      |
|  | 3. <i>Coloniæ</i> .  |                      |
|  | 5. <i>Doarorum</i> . |                      |

PROVINCIA LAZICÆ.

- |   |                                  |                        |
|---|----------------------------------|------------------------|
| * 56.<br>Goar & C. R. <i>Petrarum</i> . | 1. <i>Phafidis</i> .             | 2. <i>Rhodopolis</i> . |
|   | 3. <i>Ecclesiæ Abissenorum</i> . | 4. <i>Petrorum</i> .   |
|   | * 56.                            |                        |
|   | 5. <i>Ecclesiæ Ziganeorum</i> .  |                        |

PROVIN



PROVINCIA THRACIÆ.

- |                   |       |                      |
|-------------------|-------|----------------------|
| 1. Philippopolis. | * 57. | 2. Diocletianopolis. |
| 3. Diospolis.     |       |                      |

\* 57.  
Loco horum trium habentur apud Leunclaviū  
9. alij Episcopatus.

PROVINCIA INSULARUM CYCLADUM.

- |           |            |
|-----------|------------|
| 1. Rhodi. | 2. Sami.   |
| 3. Chij.  | 4. Coi.    |
| * 58.     |            |
| 5. Naxiæ. | 6. Theræ.  |
| 7. Pari.  | 8. Lethri. |
| 9. Andri. | 10. Teni.  |
| 11. Meli. | 12. Pisyæ. |

\* 58.  
Scholiastes græcus notat: *Parus & Naxia sunt unite redactæque in Metropolim mense Maio, indict. VI. anno 100. C10. 10XCI.*

PROVINCIA ÆMIMONTI.

- |                  |                  |
|------------------|------------------|
| 1. Adrianopolis. | 2. Mesembriæ.    |
| 3. Sozopolis.    | 4. Plutinopolis. |
| * 59.            |                  |
| 5. Zoidorum.     |                  |

\* 59.  
Apud Leunclaviū habentur multi plures Episcopatus, & aliæ Metropoles sub sede Constantinopolitana, quam hic recensentur.

PROVINCIA EIUSDEM.

- |                   |                |
|-------------------|----------------|
| 1. Marcianopolis. | 2. Rhodostoli. |
| 3. Tramarisci.    | 4. Noborum.    |
| 5. Zecedoporum.   | 6. Sarcaræ.    |

PROVINCIA EIUSDEM.

- |                    |          |
|--------------------|----------|
| 1. Traianopolis.   | 2. Peri. |
| 3. Anastasiopolis. |          |

PROVINCIA PHRYGIÆ CAPATIANÆ.

- |                  |                    |
|------------------|--------------------|
| 1. Hierapolis.   | 2. Metellopolis.   |
| 3. Dionysopolis. | 4. Anastasiopolis. |
| * 60.            |                    |
| 5. Antædorum.    | 6. Mosynorum.      |
| * 61.            |                    |
| Marcianopolis.   | Rodostoli.         |
| Tramarifcorum.   | Nomorum.           |
| Zecedoporum.     | Scaræ.             |

\* 60.  
Goar legendum putatum cum C. R. *Attædorum.*

\* 61.  
De tribus hisce sine numero notat Abbas Fulienfis ex Provinciâ Emimonti, huc perperâ translatos esse, & tres sequentes defunt in Cod. Regio.



## PROVINCIA GALATIÆ SECUNDÆ.

- |              |                |
|--------------|----------------|
| 1. Amorij.   | 2. Philomelij. |
| 3. Docimij.  | 4. Clanei.     |
| 5. Polyboti. | 6. Piffiæ.     |

\* 62.

Habentur hæc eodem modo in cæteris notitiis, post 7. Patrarum tamen habetur apud Leunclav. titulus: *sub Syracusano Siciliis*: 1. *Tauromenitanus*. 2. *Messanenſis*. 3. *Agrigentinus*. 4. *Cronienſis*. 5. *Lilybai*. 6. *Drepani*. 7. *Panormitanus*. 8. *Thermarū*. 9. *Cephaludij*. 10. *Aleſa*. 11. *Tyndarij*. 12. *Melitenſis*. 13. *Liparenſis*. *Iidem ab Orientali Diœceſi Seleuciensis in Pamphylia, cum ſubiectis ſibi XXI* 11. *Episcopi, quorum hæc nomina*: 1. *Celeuterenſis*, &c. *Quibuscum finitortia Leunclavij.*

\* 63.

Goar: *Roma Brutiorum*. Hæc omnia tamen de Eparcho Romæ & Provinciis ei ſubiectis deſunt in Cod. Regio apud Abbatem Fulienſem, quorū loco habetur: *hic in M S. Regio recenſentur urbes Episcopales Italia, & Provinciarum Romanarum Africa, ſed adeo corruptè, ut vix aliquot verba integra remanſerint, unde harum notitiam conſultè omiſimus.*

\* 62. Avulli ſunt autem & à Romana Diœceſi throno Conſtantinopolitano nunc ſubiecti Metropolitæ, & qui ſub iis ſunt Episcopi.

- |                  |                      |
|------------------|----------------------|
| 1. Theſſalonicę. | 2. Syracuſæ.         |
| 3. Corinthi.     | 4. Rhegij.           |
| 5. Nicopolis.    | 6. Athenarum.        |
| 7. Patrarum.     | 8. Novarum Patrarum. |

Hi adiecti ſunt Synodo Conſtantinopolitanæ, propterea quod Papa veteris Romæ ſub gentibus detentus eſt, ſicut ab Orientali Diœceſi avullus eſt Metropolitæ Seleuciæ Iſauriæ, & ipſe cum ſuis viginti quatuor Episcopis ſub Conſtantinopolitano agit.

PROVINCIA SUB GLORIOSISSIMO EPARCHO  
ROMÆ, SIVE ITALIÆ.

\* 63.

## PROVINCIA URBICARIA ROMÆ.

- |                           |                       |
|---------------------------|-----------------------|
| 1. Britium.               | 2. Maceria.           |
| 3. Luna.                  | 4. Neapolis.          |
| 5. Garanta.               | 6. Vintimilium.       |
| 7. Genues.                | 8. Sipontus.          |
| 9. Ponturoma. [Lucian.    | 10. Inſule centucelæ. |
| 11. Caſtrum Euoriæ ubi S. | 12. Caſtrum Amalphes. |
| 13. Caſtrum Getteon.      | 14. Caſtrum Tiberias. |
| 15. Caſtrum Nepes.        | 16. Inſula Comaniciæ. |
| 17. Caſtrum Mulium.       | 18. Caſtrum Campſas.  |
| 19. Caſtrum Soreum.       | 20. Caſtrum Suſas.    |
| 21. Caſtrum Ilbas.        | 22. Caſtrum Anagnia.  |

## PROVINCIA CAMPANIÆ.

- |              |               |
|--------------|---------------|
| 1. Neapolis. | 2. Brettania. |
| 3. Pannonia. | 4. Calabria.  |
| 5. Veneria.  | 6. Meſina.    |

7. Vico



- \* 64.
7. Vicovarina.
  9. Apulia.
  11. Castrum Samnios.
  13. Castrum Regium.
  15. Castrum Sygnias.
  17. Castrum Patriarchias.
  19. Castrum Martyrium.
  21. Castrum Ortonos.
  8. Taurata.
  10. Castrum Opiterbetos.
  12. Castrum Sufias.
  14. Castrum Taurata.
  16. Castrum Gradum.
  18. Castrum Scylacium.
  20. Castrum Ormuvera.
  22. Castrum Oppiterbitum.

\* 64.  
Apud Goar: *Vicus Valerius*. Plura autem tam hic quam in præcedente Provinciâ variant apud eundem.

INSULA SICILIÆ.

1. Syracusa.
- \* 65.
3. Terbenium.
5. Cephaludum.
7. Panormus.
9. Trocalis.
11. Tyndarum.
13. Leontina.
15. Gaudus.
17. Liparis.
19. Didymi.
21. Onarea.
2. Catana.
4. Sefena.
6. Thermum.
8. Lilybæum.
- \* 66.
10. Acragantus.
12. Carines.
14. Abeufis.
16. Meleta.
18. Burcaufus.
20. Urica.
22. Basiludin.

\* 65. "  
Apud Goar: *Taurromenium*. *Messana*. & *Cephæadis*.

\* 66.  
Apud Goar leguntur; *Agragas*. *Tyndarium*. *Camarina*. *Leontium*. *Aleta* sive *Alesa*. *Gandos*.

PROVINCIA CALABRIÆ.

1. Regium.
3. Scylacias.
5. Constantia.
7. Tauriana.
- \* 67.
2. Locris.
4. Cotronum.
6. Tropæum.
8. Bibonum.

\* 67.  
Apud Goar legitur: *Locri*. *Scyllacis*. *Croton*. *Consentia*.

PROVINCIA ANNONARIÆ.

1. Ravenna.
3. Olcusa.
5. Pecinus.
7. Tergetra.
9. Talbitau.
11. Castrum Solernos.
- \* 68.
2. Phanus.
4. Polus.
6. Pisaurum.
8. Augustopolis.
10. Castrum Terentinum.
12. Tulericum.

\* 68.  
Apud Goar: *Fortuna Fatum*. *Asculum*. *Fulgium*. *Picenum*. Et plura alia differunt nomina.



438 Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.

- |                        |                         |
|------------------------|-------------------------|
| 13. Castrum Zanga.     | 14. Castrum Nobo.       |
| 15. Castrum Eurenica.  | 16. Castrum Semania.    |
| 17. Vicimanto.         | 18. Castrum Vereles.    |
| 19. Castrum Tamia.     | 20. Castrum Varestelia. |
| 21. Castrum Samugia.   | 22. Castrum Sora.       |
| 23. Castrum Suagallia. | 24. Castrum Cifines.    |

PROVINCIA ÆMIÆ [FORT. ÆMILIÆ.]

- |                        |                       |
|------------------------|-----------------------|
| 1. Castrum Foropompus. | 2. Castrum Brizilium. |
| 3. Castrum Brinti.     |                       |

\* Goar Praefecto.

SUB GLORIOSISSIMO \* EPARCHO AFRICÆ.

PROVINCIA BIZACIÆ.

\* 69.

Apud Goar : *Carthago Proconsularis.*

- |                              |                |
|------------------------------|----------------|
| 1. Carthagena Proconsularis. | 2. Sybiba.     |
| 3. Camplia.                  | 4. Cileos.     |
| 5. Iunces.                   | 6. Taleptes.   |
| 7. Cascala.                  | 8. Castellæ.   |
| 9. Pezana.                   | 10. Mamida.    |
| 11. Madafuba.                | 12. Colules.   |
| 13. Capfes.                  | 14. Adramytto. |

\* 69.

PROVINCIA NUMIDIÆ.

\* 70.

Apud Goar: 2. *Telepte.*  
3. *Hippo regius.* 4. *Castellum.* 5. *Vagarmelia.* 6. *Altaba.* 7. *Castra Vetera.*  
8. *Scilita.* 9. *Egerinesium.*  
10. *Tididita.* 11. *Vada.* 12. *Constantia.* 13. *Sitiphi.*

- |                    |                  |
|--------------------|------------------|
| 1. Calama.         | 2. Tebete.       |
| 3. Hippon.         | 4. Nuzidias.     |
| 5. Castamagæ.      | 6. Bades.        |
| 7. Melcum.         | 8. Leradus.      |
| 9. Castrum Bedere. | 10. Scele.       |
| 11. Egerinesium.   | 12. Titeffin.    |
| 13. Bages.         | 14. Constantine. |
| 15. Sitiphnos.     |                  |

\* 70.

PROVINCIA MAURITANIÆ PRIMÆ.

1. Rhinocururum.

PROVINCIA MAURITANIÆ SECUNDÆ.

\* 71.

Hæc leguntur apud Goar : *Benepota in parte Hispania.* 2. *Mesopotamensi in parte Hispania.*

\* 71.

- |             |                              |
|-------------|------------------------------|
| 1. Septum.  | 2. Septum ad partem Tenessi. |
| 3. Spanias. | 4. Mesop. ad partem Spaniæ.  |
|             | 5. Naurica                   |



5. Naurica Insula.
7. Insula Sardon.
9. Tures.
11. Sines.
13. Phæsiانا.
15. Aristianes.
17. Castrum Tutar.

\* 72.

IN ÆGYPTIACA DIOECESI.

PROVINCIA AUGUSTAMNICÆ PRIMÆ.

- |                         |                |
|-------------------------|----------------|
| 1. Pelusium Metropolis. | 2. Sethroetes. |
| 3. Tanes.               | 4. Tmues.      |
| 5. Rhinocutura.         | 6. Ostracine.  |
| 7. Pentaschanon.        | 8. Casium.     |
| 9. Aphthæum.            | 10. Hiphæstus. |
| 11. Panephusus.         | 12. Geros.     |
| 13. Itageros.           | 14. Thenefus.  |

PROVINCIA AUGUSTAMNICÆ SECUNDÆ.

- |                       |              |
|-----------------------|--------------|
| 1. Leonto Metropolis. | 2. Athrabes. |
| 3. Helius.            | 4. Bubastus. |
| 5. Carbethus.         | 6. Arabius.  |

PROVINCIA ÆGYPTI PRIMÆ.

1. Alexandria sub duce & 2. Hermopolis.  
Augustali.

\* 73.

- |                    |                     |
|--------------------|---------------------|
| 3. Milleos.        | 4. Costus.          |
| 5. Pfsaneos Vicus. | 6. Cotrideos Vicus. |
| 7. Sais.           | 8. Leontopolis.     |
| 9. Naucratiа.      | 10. Andronicus.     |
| 11. Zenonopolis.   | 12. Paphna.         |
| 13. Onuphis.       | 14. Tava.           |
| 15. Cleopatris.    | 16. Mareotes.       |
| 17. Manelaitarum.  | 18. Schedia.        |
| 19. Ternuthes.     | 20. Sondra.         |

PROVINCIA ÆGYPTI SECUNDÆ.

- |            |               |
|------------|---------------|
| 1. Cabasa. | 2. Phragonis. |
|------------|---------------|

3. Pachne.

3. Maiorica insula. 4. Minorica insula. 5. Sardinia insula. 8. Carallis Metropolis. 9 Turris. 10. Suffata. 11. Sita. 12. Sulchi. 13. Phausania 14. Chryfopolis. 15. Christiana lacus, 16. Tuca.

\* 72.

Hucusque omiserat Abbas Fulienfis Dioecesef & Provincias referre ex Codice Regio, qui hic iterum incipit sub hoc titulo : Provincia Ægypti per Ægyptiacam Dioecesim sub duce & Augustali. 1. Alexandria, &c.

\* 73.

Apud Goar : Milleos. & Abb. Ful. foris Metelis.



440 *Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.*

- |                 |               |
|-----------------|---------------|
| 3. Pachnemonis. | 4. Diospolis. |
| 5. Sebennytus.  | 6. Cæno.      |
| 7. Bufiris.     | 8. Elearchia. |

\* 74. Apud Goar : *Paralus*.

est 10.

\* 75. Sequitur hic in Goar & Codice Regio : 11. *Cy-ma*. & sic habentur 13 in Cod. Reg. & 14 in Goar.

\* 76. Goar legit. *Clisma*. & addit. 6. *Theodosiopolis*. 7. *Aphroditon*. & 8. *Memphilitus*. Abb. Fulienf. *Memphis*.

\* 74. 9. Regeon *Paralus*.

\* 75. 11. Vicus *Rhicomerium*.

10. Vicus *Parianæ*.

12. *Xoeos*.

PROVINCIA *ARCADIÆ*.

\* 76.

1. *Oxyrinchus Metropolis*.

3. *Cæno*.

5. *Arfinoetes*.

Nilus habet *Ostia* 7.

1. *Alexandria*.

3. *Agni*.

5. *Chasmatis*.

7. *Tenese*.

2. *Heracleus*.

4. *Nilopolis*.

6. *Memphelitus*.

2: *Κολίγδιγ*.

4. *Parali*.

6. *Tamiathe*.

PROVINCIA *THEBAIDIS PRIMÆ*.

1. *Antino Metropolis*.

\* 77. 3. *Theodosiopolis*.

5. *Hypsele*.

7. *Anteij*.

2. *Hermopolis*.

4. *Polyco*.

6. *Apollonius*.

8. *Panos*.

\* 77. Cod. Reg. addit. 4. *Ca-fus*. Goar *Lycø*.

PROVINCIA *THEBAIDIS SECUNDÆ*.

1. *Ptolemais Metropolis*.

3. *Diocletianopolis*.

5. *Tentyra*.

7. *Thebais*.

9. *Iambon*.

11. *Apollonos*.

\* 78. 13. *Thebaidis Superioris*.

15. *Mathon*.

17. *Erbon*.

2. *Conto sive Iustinianop*.

4. *Diospolis*.

6. *Maximianopolis*.

8. *Lato*.

10. *Hermonthes*.

12. *Vicus Anassæ Magnæ*.

\* 78. Correctius Goar & Cod. Reg. *Magna Thebaidis*. & *Superioris Ibeos*.

\* 79. In Goar & in Cod. R. extat hæc Provincia post *Tripolim*. Et legit uterque. 2. *Paratoion*.

PROVINCIA *LIBYÆ*.

\* 79.

1. *Dranicon Metropolis*.

2. *Paratonion*.

3. *Tran-*



- 3. Tranzalenfis.
- 4. Ammonisca.
- 5. Antipyrgus.
- 6. Antiphron.
- 7. Edonias.
- 8. Marmarices.

PROVINCIA LIBYÆ PENTAPOLIS.

- 1. Sozusa.
- 2. Cyrine.
- 3. Prolemais.
- 4. Teuchera.
- 5. Adriane.
- 6. Beronica.

PROVINCIA TRIPOLIS.

- 1. Tosibon.
- 2. Leptis.
- 3. Hyon.

IN ORIENTALI DIOECESI.

PROVINCIA CILICIÆ.

- 1. Tarsus Metropolis.
- 2. Pompeiopolis.
- 3. Sebaste.
- 4. Coricus.
- 5. Adana.
- 6. Augustopolis.
- 7. Mallos.
- 8. Zephurium.

PROVINCIA CILICIÆ SECUNDÆ.

- 1. Anabazus Metropolis.
- 2. Mopsevestia.
- 3. Ægeia.
- 4. Epiphania.
- 5. Eirenopolis.
- 6. Flavius.
- 7. Alexandria.
- 8. Cabissus.
- 9. Castabala.
- 10. Rhossus.

PROVINCIA ISAURIA.

- 1. Seleucia Metropolis.
- 2. Cilendres.
- 3. Anemorius.
- 4. Titiopolis.
- 5. Lamus.
- 6. Antiochia.
- 7. Heliu Sebaste.
- 8. Cestra.
- 9. Selenuntes.
- 10. Iostape.
- 11. Diocæfaria.
- 12. Olya.
- 13. Hierapolis.
- 14. Dalisandus.
- 15. Claudiopolis.
- 16. Eirenopolis.

\* 80.  
 Apud Goar & in C. R.  
 additur. Per Occidentalem  
 Dioecesim. Sed rectius hæc  
 verba pro titulo sequen-  
 tium, ubi Cod. Bodleian.  
 legit. Orientalem.

\* 81.  
 Abb. Ful. alias Ana-  
 karbus.

\* 82.  
 Goar & Cod. Reg. Elio-  
 sebaste. Abb. Ful. Iuliose-  
 basta.



442 Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.

- |                     |                   |
|---------------------|-------------------|
| 17. Germanicopolis. | 18. Neapolis.     |
| 19. Zenonopolis.    | 20. Sbidæ.        |
| 21. Philadelphis.   | 22. Adrassus.     |
| 23. Meloc.          | 24. Domitiopolis. |

\* 83.

Goar & Cod. R. legunt.  
26. & *Climata Cassorum*  
uterque item. *Banaborum*.

- |                            |               |
|----------------------------|---------------|
| 25. Nauzadæ [climata autē. | 26. Cassorum. |
| 27. Beneorum.              | 28. Gologosi. |
| 29. Costradis.             |               |

PROVINCIA SYRIÆ PRIMÆ.

\* 84.

Deest hic 2. in C. Reg.  
& apud Goar.

- |   |             |
|---|-------------|
| 1. Antiochia ad Daphnen<br>thronus Patriarchalis. | 2. Paltus.  |
| 3. Seleucia.                                      | 4. Berrhæa. |
| 5. Chalcis.                                       |             |

PROVINCIA SYRIÆ SECUNDÆ.

- |                       |                  |
|-----------------------|------------------|
| 1. Apamea Metropolis. | 2. Arethusa.     |
| 3. Epiphania.         | 4. Larissa.      |
| 5. Mariamne.          | 6. Seleucobelus. |
| 7. Rhaphanea.         |                  |

PROVINCIA EUPHRATISIA ET HAGIOPOLIS.

\* 85.

Cod. R. habet 14. loco  
*Perre*. & in eo defunt no-  
tata de Sergio, eadem  
defunt apud Goar.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Hierapolis.                                      | 2. Cyrus five Hagiopolis.  |
| 3. Samofata.  | 4. Doliche.  |
| 5. Germanicia.                                      | 6. Zeuma.  |
| 7. Perrhe.  | 8. Europus.  |
| 9. Nicopolis.                                       | 10. Schenarchis.   |
| 11. Cæsaria, ubi in exilio<br>erat Sanctus Sergius. | 12. Sergiopolis five Anasta-<br>siopolis, quæ hodie Rat-<br>tapha dicitur, ubi S. Ser-<br>gius Martyrium passus est. |
| 13. Orimon.   | 14. Santon.  |

PROVINCIA THEODORIADIS.

\* 86.

Goar & Cod. Reg. ha-  
bent 2. loco Paltus.

- |                         |             |
|-------------------------|-------------|
| 1. Laodicea Metropolis. | 2. Balanea. |
| 3. Gabala.              |             |

PROVINCIA



PROVINCIA OSROENES.

- |                       |                            |
|-----------------------|----------------------------|
| 1. Edessa Metropolis. | 2. Caræ.                   |
| 3. Constantia.        | 4. Theodosiopolis. [polis. |
| 5. Batnæ.             | 6. Callinicus sive Leonto- |
| 7. Novavalentia.      | 8. Birthon.                |
| 9. Monithilla.        | 10. Therimachoni.          |
| 11. Moniauga.         | 12. Macarta.               |
| 13. Marcopolis.       | 14. Anastasia.             |
| 15. Hemerius.         | 16. Circisia.              |

Hucusque est complementum Mesopotamiæ, & Persis incipit.

PROVINCIA MESOPOPOTAMIÆ SUPERIORIS  
SIVE ARMENIÆ QUARTÆ.

- |       |                               |                             |                         |
|-------|-------------------------------|-----------------------------|-------------------------|
| * 87. | 1. Amida Metropolis.          | 2. Martyropolis 15. millia- | * 87.                   |
|       |                               | ribus ab hac urbe Tigris    | Pleraque hic aliter re- |
|       |                               | fluvius oritur.             | feruntur apud Abb. Ful. |
|       |                               |                             | & Goar.                 |
|       | 3. Daras, sex milliaribus ab, | 4. Castrum Ricephas.        |                         |
|       | hac urbe sunt confinia, ter-  |                             |                         |
|       | miniq; Persidis, & Assyriæ.   |                             |                         |
|       | 5. Castrum Turandios.         | 6. Castrum Mardes.          |                         |
|       | 7. Castrum Lornes.            | 8. Castrum Ripton.          |                         |
|       | 9. Castrum Isprios.           | 10. Castrum Tzauras.        |                         |
|       | 11. Castrum Audasson.         | 12. Castrum Amarmes.        |                         |
|       | 13. Castrum Tzinobias.        | 14. Castrum Intzietorum.    |                         |
|       | 15. Castrum Banabelorum.      | 16. Castrum Chaddorum.      |                         |
|       | 17. Castrum Æsuduos.          | 18. Castrum Maspbronas.     |                         |
|       | 19. Castrum Basilicum.        | 20. Cast. Spelon & Odelorú. |                         |
|       | 21. Castrum Bijubaithas.      | 22. Castrum Manassarorum.   |                         |
|       | 23. Castrum Phirtachabraes.   | 24. Castrum Siteon Chiphas. |                         |
|       | 25. Castrum Calonos.          | 26. Castrum Bibafarorum.    |                         |
|       | 27. Castrum Tzauras.          | 28. Castrum Birtas.         |                         |
|       | 29. Castrum Attachas.         | 30. Castrum Aphuborum.      |                         |
|       | Climatis Arzanines.           |                             |                         |
|       | 31. Castrum Florianarum.      | 32. Castrum Arimachorum.    |                         |
|       | 33. Castrum Baluos.           | 34. Castrum Daphnudin.      |                         |
|       | 35. Castrum Samochartorum.    |                             |                         |



Hic finitur Mesopotamia; estque Taurus & Clausura Balaeorum. Et incipit pars Septentrionalis, Magna Armenia. Incolunt autem montem Tauri, proximè ad idem clima, duo populi nominati, unus quidem Ischthomaitæ, alter autem Nasumitæ. Et est mons præcelsus, Barathcen dictus, in quo Arca Noë aquis delata impigit in verticem eius montis, estque id notum omnibus istas partes incolentibus usque ad hodiernum diem.

## PROVINCIA ARMENIÆ ALTERIUS.

\* 88.

In Codice Regio habetur: *Metropolis Hermusatarū*. Et apud Goar *Pilichne Chosanorum* tanquam unum.

\* 89.

Hoc deest apud Goar & in M. S. Regio usque ad n. 13.

1. Dademō nunc Metropolis. 2. Arsamufaton.  
 3. Polichne. 4. Chosanorum.  
 5. Chosomachorum. 6. Citharizarum.  
 7. Castrum Marticertum. 8. Castrum Baiulvos.  
 9. Castrum Polios. 10. Castrum Ardon.  
 11. Clima Sophines. 12. Regio sub eodem climate dicta Ialimbanum, unde ortum habuit Basilius, qui præsentem librum elaboravit.  
 13. Clima Anzerines. 14. Clima Digefines.  
 15. Clima Garines. 16. Clima Orziacines.  
 17. Clima Bilabitenes. 18. Clima Astianices.

\* 90.

Sequitur in Cod. Reg. & apud Goar. *Sciendū est, hanc Autocephalam esse non facientem sub Apostolico Throno sed honoratam propter Sanctum Gregorium Armenia habentem civitates & castra 200.*

19. Clima Mamuzurorum.

## PROVINCIA PHOENICIÆ MARITIMÆ.

1. Tyrus Metropolis. 2. Sidon.  
 3. Ptolemais. 4. Berytus.  
 5. Biblus. 6. Tripolis.  
 7. Arcæ. 8. Orthosias.  
 9. Botrys. 10. Vicus Gegarta.  
 11. Arados. 12. Antarados.  
 13. Paneas. 14. Gonastij Salrus.  
 15. Vicus Politianus. 16. Vicus Trieris.

## PROVINCIA PHOENICIÆ LIBANISLÆ.

1. Emissa Metropolis. 2. Laodicea.  
 3. Helio-



- |                               |                            |
|-------------------------------|----------------------------|
| 3. Heliopolis.                | 4. Abilla.                 |
| 5. Damascus.                  | [lis. 6. Clima Iabrudorum. |
| 7. Evarius sive Iustinianopo- | 8. Talmyra.                |
| 9. Clima Maglydorum.          | 10. Saltum Gongeticum.     |
| 11. Salawias.                 | 12. Clima Orientale.       |

\* 91.

PROVINCIA PALESTINÆ PRIMÆ.

- |                            |                            |
|----------------------------|----------------------------|
| 1. Ælia Hierosolymorum     | 2. Cæsaria Metropolis.     |
| sancta civitas.            |                            |
| 3. Dora.                   | [ polis. 4. Antipatris.    |
| 5. Diospolis sive Georgio- | 6. Iamnia.                 |
| 7. Nicopolis.              | 8. Onus.                   |
| 9. Sozusa.                 | 10. Ioppe.                 |
| 11. Ascalon.               | 12. Gaza.                  |
| 13. Rhapsia.               | 14. Anthedon.              |
| 15. Diocletianopolis.      | 16. Eleutheropolis.        |
| 17. Neapolis.              | 18. Sebaste.               |
| 19. Regio Apathus.         | 20. Regio Iericho.         |
| 21. Regio Libiæ.           | 22. Regio Gadara.          |
| 23. Azotus Maritima.       | 24. Azotus Hippinis.       |
| 25. Acomazon.              | 26. Bittymos.              |
| 27. Tricomias.             | 28. Toxus. [ Barsamon.     |
| 29. Saltum Constantiniæ.   | 30. Saltum Geraiticum sive |

\* 92.

PROVINCIA PALESTINÆ SECUNDÆ.

- |                    |                    |
|--------------------|--------------------|
| 1. Schytopolis.    | 2. Gadara.         |
| 3. Pella.          | 4. Abila.          |
| 5. Capetomas.      | 6. Diocæsarea.     |
| 7. Maximianopolis. | 8. Gabæ.           |
| 9. Tiberias.       | 10. Hippos.        |
| 11. Helenopolis.   | 12. Clima Gælanes. |
| 13. Terracomia.    | 14. Comenais.      |

\* 93.

PROVINCIA PALESTINÆ TERTIÆ.

- |                      |                  |
|----------------------|------------------|
| 1. Petræ Metropolis. | 2. Augustopolis. |
| 3. Arindela.         | 4. Charagmuda.   |
| 5. Areopolis.        | 6. Maplis.       |

Kkk 3

7. Elusa.

\* 91.

Deest hæc Provincia cum Episcopatibus in Cod. Regio & apud Goar.

\* 92.

Deest etiam hæc Provincia cum Episcopatibus in Cod. Reg. & Goar.

\* 93.

Hanc iterum habent Cod. Reg. & Goar.



446 Canon IX. Cap. XIII. Artic. I.

- |                 |                        |
|-----------------|------------------------|
| 7. Elufa.       | 8. Zoara.              |
| 9. Birofabon.   | 10. Elas.              |
|                 | * 94.                  |
| 11. Pentacomia. | 12. Mamopora.          |
| 13. Metrocomia. | 14. Saltum Hieraticum. |

\* 94.

Apud Goar : 12. Sal-  
ton. 13. Mamo. 14. Pfora.  
15. Mitrocomia. 16. Hie-  
raticon.

PROVINCIA ARABIÆ.

- |                           |   |
|---------------------------|---|
| 1. Boftra, Metropolis.    | 2. Adrafus.                               |
| 3. Dia.                   | 4. Medaba.                                |
| 5. Gerassa.               | 6. Neva.                                  |
| 7. Philadelphia.          | 8. Ebus.                                  |
| 9. Neapolis.              | 10. Philippopolis.                        |
| 11. Phenutus.             | 12. Constantina.                          |
| 13. Dionysias.            | 14. Pentacomia.                           |
| 15. Tricomia.             | 16. Canothas.                             |
| 17. Saltum.               | 18. Bataneos.                             |
| 19. Exacomia.             | 20. Enacomia.                             |
| 21. Vicus Gonias.         | 22. Vicus Cherus.                         |
| 23. Vicus Stanes.         | 24. Vicus Caberæ.                         |
| 25. Vicus Coreathæ.       | 26. Vicus Bilbanus.                       |
| 27. Vicus Caprorum.       | 28. Vicus Pyrgoaretarum.                  |
| 29. Vicus Setnes.         | 30. Vicus Ariacharum.                     |
| 31. Neotes.               | 32. Clima Orientalium &<br>Occidentalium. |
| 33. Vicus Ariathæ Saxosæ. | 34. Vicus Bebdamus.                       |

PROVINCIA ARMENIÆ MAGNÆ.

\* 95.

Hoc usque ad tō *Pro-*  
*vincia Cypri.* Habet &  
Goar in Cod. Reg. supra  
post Armeniam.

\* 96.

A tō similiter habetur  
in utroque Cod. Reg. &  
Goar hoc loco.

\* 95.

Sciendum est, quod hæc Autocephala est, throno Apo-  
stolico non subiecta, sed propter Sanctum Gregorium Ar-  
menia honorata, habens urbes & Castra 200. \* 96. si-  
militer Provincia Cypri mansit, per se ipsam habens po-  
testatem, propterea quod in ea inventus fuit Sanctus Apo-  
stolus Barnabas ad pectus habens Evangelium secundum  
Marcum. Sunt autem in eâ hæ civitates.

- |                           |            |
|---------------------------|------------|
| 1. Constantia Metropolis. | 2. Citium. |
| 3. Amathus.               | 4. Curium. |
| 5. Paphus.                | 6. Arsenæ. |

7. Soli.



7. Soli. \* 97.  
 8. Lapithus, quæ natus est Georgius Cyprius, qui librum scripsit, ex quo hæc sumpta sunt. \* 97.  
 9. Cyrenia. Deest hoc totum de Georgio Cyprio in Cod. Regio & Goar.  
 11. Cythri. \* 98.  
 13. Carpasia. Sequebatur autem in Codice Regio : & apud Goar. Hæc expositio facta est anno 6391. sub Imperio D. Leonis sapientis & sub Patriarcha Photio.

## FINIS NOTITIÆ.

6. Hæc per Beveregium tantoperè laudata ex Codice Bodleiano Patriarchatum notitia, postquam pergit: „ in antiquâ hac & Beveregius. accuratâ Episcopatum notitiâ multa occurrunt dignissima, quæ observentur, quæque doctorum forsitan ingenia posthæc exerceant. Quantum interim ad rem nostram spectat, paucis expediamus. Primò enim observatum velim, omnes quinque Patriarchatus, cum Metropolitibus & Episcopatibus suis, hic distinctè recenseri. Quod tamen de eadem hæc notitiâ, ut à Carolo à S. Paulo edita, dici non potest; quippe quæ totâ Romanâ Diœcesi, & plusquam dimidiâ Hierosolymitanæ parte mutilatur; neque etiam in eâ Diœcesis Orientalis Patriarchæ Antiocheno subiecta, ab Ægyptiacâ Alexandrino subditâ decernitur: verum & tres Patriarchatus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, pessimè confunduntur. „ Hæc Beveregius, cui & hoc concedi oportet, notitiam ex Codice Bibliothecæ Bodleianæ editam esse integriorem, ac plerisque in locis correctiorem, ut & maiorem distinctionem faciat inter Patriarchatus, quam aliâ per Carolum à S. Paulo edita ex Codice Regio. Sed nec dissimulare oportet, Iacobum Goar eamdem notitiam ante Beveregium edidisse ex Codice Regio, in qua habetur ad notatum, hanc notitiam scriptam esse anno 6391. sub Leone & Photio, quorum loco habet notitiâ per Beveregium edita circa finem: Lapithos, quæ natus est Georgius Cyprius, qui librum scripsit, ex quo hæc sumpta sunt. Habet & notitiâ Beveregij sub Provincia Armeniæ: 12. Regio sub eodem climare dicta Ialimbanum, unde ortum habuit Basilius, qui presentem librum elaboravit. Hæc autem desunt in.



in Codice Regio, quod antiquitatem illius indicat, & addita sunt in Codice Bodleiano per Græcum illum, qui notitiam à Basilio Armeno tempore Photij confectam, & à Georgio Cyprio cuidam libro insertam, exscripsit, & superiora de suo addidit.

7. Quod autem clamat Beveregius de accuratâ & distinctâ Episcopatum notitiâ, planè devium est in plerisque, sive recentiorum Ecclesiarum distributionem, sive antiquam, prout initio Ecclesiæ obtinuit, aspiciamus. Ut autem à Romano Patriarchatu incipiam; sub 6. Provinciis enumerantur centum & unus Episcopatus, cum multo plures Provincias, & numerosiores Episcopatus tunc in Italiâ erectos fuisse constet ex Synodis sub Symacho Papâ, aliisque per Lucam Holstenium publicatis sub Eugenio 2. & Leone 4. Deinde sub Provinciâ Campaniæ numeratur 2. *Pannonia*, 4. *Calabria*, 9. *Apulia*. Quæ non sunt civitates sed integræ Provinciæ: tam ignarus fuit hic auctor regionum Occidentalium, ut cætera omittam, quæ simul miscet referendo sub unâ Provinciâ Episcopatus, qui fuerunt in aliâ. Nec feliciter procedit in Regione Africanâ, sub cuius Eparcho statuit Provincias 4. & Episcopatus 46. cum lucidissimè constet, ultimis temporibus, quibus Africana Ecclesia viguit, habuisse multo plures, quin imo à sæculo 5. habuisse sub 6. Provinciis Episcopatus quadringentos sexaginta septem, uti fidem facit notitiâ Ecclesiarum Africae per Sirmondum edita anno 1630. & hæc quidem de duabus Occidentalibus Ecclesiæ Diocæsibus in notitiâ expressis.

8. De Orientalibus verò licet accuratior videri possit, nulla tamen est, si primitivam Ecclesiam aspiciamus, apud quam tot Autocephali non inveniuntur, uti nec Provinciæ aliquot post nostri Antiocheni Concilij tempora constitutæ, quin Haud ipsi Patriarchatus; qui olim tres dumtaxat fuere, ut jam alibi observavi parte 1. Antiquitatis illustratæ, & nobiscum consentiens paucis verbis complectitur

Aubertus  
Miræus.

„ Aubertus Miræus in notitiâ Patriarchatum cap. 1. „ jam inde à  
 „ primis nascentis Ecclesiæ Christianæ exordiis, tres existere sedes  
 „ Patriarchales, auctoritate Apostolica in præcipuis orbis Romani  
 „ civitatibus constitutæ. Nimirum Romana, Alexandrina, Antio-  
 „ chena. Accessit post Constantinopolitana, decreto Constantino-  
 „ politani & Chalcedonenis Concilij. Ac demum Jerosolymitana  
 „ decreto Chalcedonenis & quintæ Synodi œcumenicæ. Ambitio-  
 „ ne tamen Patriarchæ Constantinopolitani ordo postea mutatus, qui  
 „ sola urbis regiæ dignitate subnixus, secundam sedem invasit: qua

„ de



de re vide Baronium in Annalibus. Remittit nos Mireus ad Baronium, qui non uno sed pluribus locis, & signanter tomo 3. docet, Byzantium olim fuisse Episcopatum Parochiæ Heracleensis. Unde illud Gelasij Papæ ad Dardaniæ Episcopos de Constantinopoli: *qua non solum inter sedes minimè numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censetur.* Et cum illa Concilij Nicæni tempore vix innotesceret, & usque ad sæculum 5. quo Gelasius vivebat, nullo Patriarchatus in aliquas Dioceses jure potiebatur, notitiæ tamen per Beveregium ex Codice Bodleiano, & per Carolum à S. Paulo ex Codice Regio editæ, ipsi subdunt Dioceses tres & cum iis Metropolitanos 33. & Autocephalos 41. qui in dispositione Leonis Imperatoris cognomento sapientis apud Leunclavium tomo 2. juris Græco-Romani enumerantur 81. Metropolitanis, & 38. Archiepiscopi. Edidit eos omnes Aubertus Mireus ex Leunclavio, sed longè correctiores extant apud Jacobum Goar in editis post Codinum Notitiis græcis, inter quas ultima & recentior censenda est illa, quæ centum & 8. Metropoles Patriarchæ Constantinopolitano subjicit, & ab Andronico Paleologo edita putatur ante pauca aliquot sæcula, sic enim constat ex præfixo notitiæ illi titulo: *expositio Imperatoris Domini Andronici Paleologi Senioris, quem locum nunc teneant Metropoles, quæ Constantinopolitano throno subiecta sunt.* Illæ autem notitiæ duæ quantum distent ab aliâ ex Cod. Bodleiano & Regio superius editâ, colligere licebit, si simul conferantur: alias Notitias Ecclesiæ Constantinopolitanæ edidit Carolus à S. Paulo Abbas Fulienfis in Geographiâ sacrâ, quarum prima est ex Codice Vaticano, & habet sub Patriarchatu Constantinopolitano 9. sedes Metropolitanas, 38. Archiepiscopatus, & 46. Archiepiscopatus Autocephalos. Secundò ordinem Metropolium, prout descriptus est in Chartophylacio. 3. veteres Provincias & urbes, *quæ sub Imperatore Romanorum apud Constantinopolim sedente reguntur; Provincia 74. civitates 935.* Desunt tamen in eâ aliquot Provinciæ, reliqua ferè coincidunt cum supradictis notitiis, ut planè superfluum sit, iis recensendis inherere, tantumque elaborandum sit, ut neglectis hisce græcorum schismaticorum notitiis statum primitivæ Ecclesiæ pervolvamus, & quænam primis sæculis, & tempore huius Antiocheni Concilij distributio Ecclesiarum vigerit per Provincias sub Metropolitanis, ex omni antiquitate eruamus.

Gelas. Papa.

Notitia Andronici Imperatoris.



## ARTICVLVS II.

De Antiquâ Ecclesiarum notitiâ, & prisca  
per Provincias sedium Metropolitanarum  
institutione juxtâ formam Imperij.

1. Orbis Romani divisio in Orientem & Occidentem, Orientis verò in 5. Diœceses, & Occidentis in octo: has tredecim Diœceses paruisse quatuor Præfectis Prætorio, habemus ex notitiâ Imperij, juxtâ quam componenda notitiâ Ecclesiæ.
2. Tres fuerunt in Orbe Romano Primariæ civitates, in quibus tres sedes Patriarchales constituta fuerunt, quibus varij Metropolitanæ parebant, ut patet primò ex schemate Orientis, ubi Patriarchatus duo, & Exarchatus tres, cum omnibus suis sedibus Metropolitanis.
3. Secundò ex schemate Occidentis, ubi omnes sedes Metropolitanæ, quæ per varias Diœceses uni Patriarchali Romana olim paruerunt, adferuntur.

1. **P**Arte 1. Antiquitatis Illustratæ, dissert. 1. ostendi, antiquam Ecclesiarum notitiam desumendam esse utcumque ex antiquâ imperij in Provincias distributione, quod cum apud omnes peritos receptum sit, non est, quod illi rei probandæ ulterius inhæreamus. Orbis Romani in Occidentem & Orientem antiquissimam esse divisionem etiam à tempore Machabeorum, observat Carolus à S. Paulo Abbas Fulienfis, & multis retrò sæculis perseverasse, tuctur D. de Marca Parisiensis Archiepiscopus. Orientem verò à Constantino magno in 5. Diœceses divisum subiacuisse Præfecto Prætorio Orientis, & Occidentem sub tribus Præfectis Prætorio in Diœceses 8. distinctum fuisse. Diœceses illas cum singulis earum Provinciis sub quatuor Præfectis Prætorio Orientis, Illyrici, Italiæ, & Galliarum, adduxi parte 1. Antiquitatis Illustratæ ex antiquâ Imperij notitiâ circa tempora Honorij & Arcadij quidem confectâ, sed juxtâ prisecam Imperij divisionem, quæ à Christi temporibus cœpit, & sub Constantino invaluit, ac intemerata utcumque remansit, elucubratâ. Et juxtâ illam statuendas esse Provincias & Metropoles Ecclesiasticas,

non



non vero juxta novam administrationem Imperij, puto contra hæreticorum lomnia & schismaticorum deliria indubitatum.

2. Habuit quidem Occidens pro primaria Metropoli Romam, Oriens in eisdem nominis Diœcesi Antiochiam, & in Ægypto Alexandriam, quæ tres orbis Romani Metropoles invaluerunt pro Patriarchali potestate ibidem à Petro Apostolorum Principe institutâ, sic tamen ut Patriarchæ Romano subessent Occidens universus in octo Diœceses sub tribus Præfectis prætorio per Constantinum divisus: Oriens verò quo ad Diœcesim Orientis Antiocheno, & quo ad Diœcesim Ægypti Alexandrino pareret: quoad Diœceses verò reliquas tres sub Præfecto prætorio Orientis constitutas Asianam, Ponticam, & Thraciam, subessent Ephesino Exarcho tamquam Asiæ, Cæsariensi Cappadociæ tamquam Ponti, & Heracleensi tamquam Thraciæ Exarchis: cæteræ autem, si quæ essent Provinciæ extra orbem Romanum constitutæ in Ecclesiâ, vel Autocephalæ essent soli Romano Pontifici subjectæ, ut pluribus exponit Dominus de Marca in dissertatione ad Concilium Claromontanum, vel postea ad fidem conversæ uni ex Patriarchis subiecti essent. Unde præclaro fundamento innititur Abbas Fulienfis, cum in Præmio Geographiæ sacre ordinem sibi sequendum proponit, quem Imperator Constantinus, & postea Theodosius, Arcadius, & Honorius in Magistratum Imperij descriptione tenuerunt. „ Atque ad id, inquit, potissimum adducti sumus, „ quod tunc Ecclesia quasi commensurata fuerit Imperio, eaque paucis admodum in Provinciis extrâ Imperij fines radices fixerit. Romanus Patriarcha solos Caledonios, & Hibernos adjecit; Alexandrinus Indos & Æthiopes; Antiochenus Persas & Babylonios. „ Hæc cum ita sint restat, ut juxta divisionem Imperij statuamus antiquam administrationem Ecclesiarum.

Abbas Fulienfis.

ORIENS

PRÆFECTUS PRÆTORIO ORIENTIS

& sub ipso Diœceses quinque

ORIENTIS, ÆGYPTI, ASIÆ, PONTI, ET THRACIÆ.

Sub Diœcesi Orientis, Provincia 15. Quibus præerat Patriarcha Antiochenus in totius Orientis Metropoli constitutus.

L II 2

Sub

Notitia Imperij.



*Sub Diœcesi Ægypti, Provincia 6.* Quibus præerat Patriarcha Alexandrinus in Ægypti Metropoli Alexandria.

*Sub Diœcesi Asia, Provincia 10.* Quibus præerat Exarchus Ephesus in Asiæ Metropoli Epheso.

*Sub Diœcesi Ponti, Provincia 11.* Quibus præerat Exarchus Cæsareensis Cappadocię in Metropoli totius Ponti.

*Sub Diœcesi Thracia, Provincia 6.* Quibus præerat Heracleensis in Thraciæ Metropoli constitutus.

## NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS ORIENTIS

## SUB PATRIARCHA ANTIOCHENO.

**P**rima Provincia Palestinæ. Metropolis Cæsarea.

2. Provinc. Phœnice. Metrop. Tyrus.

3. Provinc. Syriæ. Metrop. Antiochia.

4. Provinc. Ciliciæ primæ. Metrop. Tarsus.

5. Provinc. Cypri. Metrop. Constantia.

6. Provinc. Arabiæ. Metrop. Bosra.

7. Provinc. Isauriæ. Metrop. Seleucia.

8. Provinc. Palestinæ Salutaris. Metrop. Ierusalem.

9. Provinc. Palestinæ Secundæ. Metrop. Schytopolis.

10. Provinc. Phœnice Libani. Metrop. Emesa.

11. Provinc. Euphratenfis. Metrop. Hierapolis.

12. Provinc. Syriæ Salutaris. Metrop. Apamea.

13. Provinc. Osrhoenæ. Metrop. Edeffa.

14. Provinc. Mesopotamiæ. Metrop. Amida.

15. Provinc. Ciliciæ Secundæ. Metrop. Anazarbus.

## NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS ÆGYPTI.

## SUB PATRIARCHA ALEXANDRINO.

1. Provincia Libyæ Superioris. Metropolis Ptolemais.

2. Provinc. Libyæ Inferioris. Metrop. Darnis.

3. Provinc. Thebaidis. Metrop. Antinoe.

4. Provinc. Ægypti. Metrop. Alexandria.

5. Provinc. Arcadiæ. Metrop. Oxirinchus.

6. Provinc. Augustammice. Metrop. Pélusium.

NOTI.



NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS ASIANÆ

SUB EXARCHO EPHESINO.

- |                                 |                         |
|---------------------------------|-------------------------|
| 1. Provincia Pamphylia.         | Metropolis Sida, Perga. |
| 2. Provinc. Helleponti.         | Metrop. Cyzicus.        |
| 3. Provinc. Lydia.              | Metrop. Sardes.         |
| 4. Provinc. Pisidia.            | Metrop. Antiochia.      |
| 5. Provinc. Lycaonia.           | Metrop. Iconium.        |
| 6. Provinc. Phrygia Pacatiana.  | Metrop. Laodicea.       |
| 7. Provinc. Phrygia Salutaris.  | Metrop. Synnada.        |
| 8. Provinc. Lycia.              | Metrop. Myra.           |
| 9. Provinc. Caria.              | Metrop. Aphrodisias.    |
| 10. Provinc. Insularum Cycladū. | Metrop. Rhodus.         |

NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS PONTICÆ.

SUB EXARCHO CÆSARÆ CAPPADOCIÆ.

- |                                 |                       |
|---------------------------------|-----------------------|
| 1. Provincia Galatia.           | Metropolis Ancyra.    |
| 2. Provinc. Bithynia.           | Metrop. Nicomedia.    |
| 3. Provinc. Honoriadis.         | Metrop. Claudiopolis. |
| 4. Provinc. Cappadocia Primæ.   | Metrop. Cæsarea.      |
| 5. Provinc. Cappadocia Secundæ. | Metrop. Thyana.       |
| 6. Provinc. Paphlagonia.        | Metrop. Gangra.       |
| 7. Provinc. Ponti Polemoniaci.  | Metrop. Neocæsarea.   |
| 8. Provinc. Hellenoponti.       | Metrop. Amasea.       |
| 9. Provinc. Armenia Primæ.      | Metrop. Sebasta.      |
| 10. Provinc. Armenia Secundæ.   | Metrop. Melytene.     |
| 11. Provinc. Galatia Salutaris. | Metrop. Pessinus.     |

NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS THRACIÆ.

SUB EXARCHO HERACLEENSI.

- |                         |                        |
|-------------------------|------------------------|
| 1. Provincia Europa.    | Metropolis Heraclea.   |
| 2. Provinc. Thracia.    | Metrop. Philippopolis. |
| 3. Provinc. Hemimontis. | Metrop. Adrianopolis.  |
| 4. Provinc. Rhodopes.   | Metrop. Traianopolis.  |



5. Provinc. Mœsiæ Secundæ. Metrop. Martianopolis.  
 6. Provinc. Schitiæ. Metrop. Tomi.

3.

## OCCIDENS

PRÆFECTUS PRÆTORIO ILLYRICI.

*& sub ipso Diœceses dua.*

MACEDONIÆ, ET DACIÆ.

*Sub Diœcesi Macedonia Provincia sex. Et sub Diœcesi Dacia Provincia 5.*

PRÆFECTUS PRÆTORIO ITALIÆ.

*& sub ipso Diœceses tres.*

ITALIÆ, ILLYRICI, ET AFRICÆ.

*Sub Diœcesi Italia Provincia 17. Sub Diœcesi Illyrici Provincia 6.  
 Et sub Diœcesi Africa Provincia 6.*

PRÆFECTUS PRÆTORIO GALLIARUM.

*& sub ipso Diœceses tres.*

HISPANIÆ, 7. PROVINCIARUM, ET BRITANNIARUM.

*Sub Diœcesi Hispania Provincia 7. Sub Diœcesi Galliarum aut  
 7. Provinciarum Provincia 17. Et sub Diœcesi Britanniarum Provin-  
 cia 5.*

Patriarcha Romanus in omnes has sub tribus Præfectis Prætorio  
 Diœceses potestatem exercuit, & ante Concilium Nicænum ut talis  
 agnitus fuit à Patribus Concilij Arelatenfis primi scribentibus ad S. Syl-  
 vestram: *qui majores Diœceses tenes.*

SUB PRÆFECTO PRÆTORIO ILLYRICI ORIENTALIS,  
 ET PRIMATE THESSALONICENSI.

NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS MACEDONIÆ.

1. Provincia Achaia. Metropolis Corinthus.  
 2. Provinc. Macedonia. Metrop. Thessalonica.

3. Pro-



- |                            |                     |
|----------------------------|---------------------|
| 3. Provinc. Cretæ.         | Metrop. Gortyna.    |
| 4. Provinc. Theſſaliæ.     | Metrop. Lariffa.    |
| 5. Provinc. Epiri veteris. | Metrop. Nicopolis.  |
| 6. Provinc. Epiri Novæ.    | Metrop. Dyrrachium. |

NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS DACIÆ.

- |                                    |                                |
|------------------------------------|--------------------------------|
| 1. Provinc. Daciæ Mediterraneæ.    | Metropolis Sardica.            |
| 2. Provinc. Daciæ Ripenſis.        | Eadem.                         |
| 3. Provinc. Mœſiæ Primæ.           | Eadem.                         |
| 4. Provinc. Dardaniæ. [Salutaris.  | Metrop. Scapi.                 |
| 5. Prov. Prevalitanæ & pars Maced. | Metrop. Acrida ſub Iuſtiniano. |

SUB PRÆFECTO PRÆTORIO ITALIÆ

NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS ITALIÆ

SUB ROMANO EPISCOPO UT ITALIÆ PRIMATE.

- |  |                        |
|--|------------------------|
| 1. Provincia Veneriæ & Hiſtriæ.              | Metropolis Aquileia.   |
| 2. Provinc. Æmiliæ.                          | Metrop. Ravenna.       |
| 3. Provinc. Liguriæ.                         | Metrop. Mediolanum.    |
| 4. Provinc. Flaminia.                        | Metrop. Ravenna ſupra. |
| 5. Provinc. Tuſciæ & Umbriæ.                 | Metrop. Roma.          |
| 6. Provinc. Piceni annonarij & ſuburbicarij. | Metrop. Roma.          |
| 7. Provinc. Campaniæ.                        | Metrop. Roma.          |
| 8. Provinc. Siciliæ.                         | Metrop. Syracuſa.      |
| 9. Provinc. Apuliæ & Calabriæ.               | Metrop. Roma.          |
| 10. Prov. Lucaniæ & Bruttiorum.              | Metrop. Roma.          |
| 11. Provinc. Alpiū Cottiarum.                | Metrop. Mediolanum.    |
| 12. Provinc. Rētiæ primæ.                    | Metrop. Mediolanum.    |
| 13. Provinc. Rētiæ ſecundæ.                  | Metrop. Mediolanum.    |
| 14. Provinc. Samnij.                         | Metrop. Roma.          |
| 15. Provinc. Valeriæ.                        | Metrop. Roma.          |
| 16. Provinc. Sardinia.                       | Metrop. Calaris.       |
| 17. Provinc. Corſicæ.                        | Metrop. Roma.          |

NOTITIA METROP. DIOECESIS ILLYRICI OCCIDENTALIS

SUB PRIMATE SIRMIENSI.

- |                        |                     |
|------------------------|---------------------|
| 1. Provincia Pannoniæ. | Metropolis Sirmium. |
| 2. Provinc.            |                     |



- |    |                               |                     |
|----|-------------------------------|---------------------|
| 2. | Provincia Saviæ.              | Metropolis Sirmium. |
| 3. | Provinc. Dalmatiæ.            | Metrop. Salona.     |
| 4. | Provinc. Pannoniæ primæ.      | Metrop. Laureacum.  |
| 5. | Provinc. Norici Mediterranei. | Metrop.             |
| 6. | Provinc. Norici Ripensis.     | Metrop.             |

## NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS AFRICÆ.

## SUB PRIMATE CARTHAGINIENSI.

- |    |                                |                                  |
|----|--------------------------------|----------------------------------|
| 1. | Provinc. Africæ Proconsularis. | Metrop. Carthago.                |
| 2. | Provincia Byzacij.             | Metrop. sedes Senioris Episcopi. |
| 3. | Provinc. Numidiæ.              | Metrop. sedes Senioris Episcopi. |
| 4. | Prov. Mauritanix Sitifensis.   | Metrop. sedes Senioris Episcopi. |
| 5. | Prov. Mauritanix Cæsarensis.   | Metrop. sedes Senioris Episcopi. |
| 6. | Provinc. Tripolis.             | Metrop. sedes Senioris Episcopi. |

## SUB PRÆFECTO PRÆTORIO GALLIARUM

## NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS HISPANIÆ.

- |    |                           |                                   |
|----|---------------------------|-----------------------------------|
| 1. | Provincia Beticæ.         | Metropolis Hispalis.              |
| 2. | Provinc. Lusitanæ.        | Metrop. Emerita Augusta.          |
| 3. | Provinc. Gallæciæ.        | Metrop. Braccara.                 |
| 4. | Provinc. Tarraconensis.   | Metrop. Tarraco.                  |
| 5. | Provinc. Carthaginensis.  | Metrop. Carthago, postea Toletum. |
| 6. | Provinc. Tingitanæ.       | Metrop. sedes Senioris Episcopi.  |
| 7. | Provinc. Balearium Insul. | Metrop. incerta.                  |

## NOTITIA METROPOLIUM DIOECESIS 7. PROVINCIARUM.

- |     |                             |                                     |
|-----|-----------------------------|-------------------------------------|
| 1.  | Provincia Viennensis.       | Metropolis Arelate.                 |
| 2.  | Provinc. Lugdunensis primæ. | Metrop. Lugdunum.                   |
| 3.  | Provinc. Germaniæ primæ.    | M. Treveris, postea Moguntia.       |
| 4.  | Provinc. Germaniæ secundæ.  | M. Treveris, postea Col. Agrippina. |
| 5.  | Provinc. Belgicæ primæ.     | Metrop. Treveris.                   |
| 6.  | Provinc. Belgicæ secundæ.   | Metrop. Rhemi.                      |
| 7.  | Provin. Alpium Maritimarum. | Metrop. Ebrodunum.                  |
| 8.  | Alpium Penninarû & Graiarû. | Metrop. Vienna.                     |
| 9.  | Provinc. Maximæ Sequanorum. | Metrop. Visuntio.                   |
| 10. | Provinc. Aquitaniæ primæ.   | Metrop. Biturigum.                  |



11. Provinc. Aquitanix secundæ. Metrop. Burdigala.
12. Provinc. Novem populorum. Metrop. Elusa.
13. Provinc. Narbonensis primæ. Metrop. Narbo.
14. Provinc. Narbonensis secundæ. Metrop. Aquæ sextiæ.
15. Prov. Lugdunensis secundæ. Metrop. Rothomagus.
16. Provinc. Lugdunensis tertiæ. Metrop. Turonum.
17. Prov. Lugdunensis Senoniæ. Metrop. Civitas Senonum.

NOTITIA METROPOLIUM SUB DIOECESI BRITANNIARUM.

1. Provinc. Maximæ Cæsarensis. Metropolis Eboracum.
2. Provinc. Valentix.
3. Provinc. Britannix primæ.
4. Provinc. Britannix secundæ.
5. Provinc. Flaviæ Cæsariensis. Metropolis Londinium.

Hęc est antiqua planè Notitia Provinciarum & Metropoliū Ecclesiasticarum, quæ licet non omnes, tribus tamen primis sæculis notæ fuerunt in Ecclesia, & seculo 4. ac 5. obtinuerunt ferè ubique, eoque, quo posui modo, paruerunt Patriarchis tribus, & Exarchis totidem usque ad erectionem Patriarchatum Constantinopolitanæ & Jerosolymitanæ sedium circà Calthedonensis Concilij tempora, quibus in Oriente quoad Dicecesium administrationem facta est innovatio, manente utcumque eadem Provinciarum partitione, ut alibi fusius.

*Metropolitanum Episcopum sollicitudinem  
totius Provincia gerere.*

C A P V T XIV.

De antiquis Metropolitanorum muniis.

1. Non ad quatuor sed plura capita reducenda sunt Metropolitanorum munia & privilegia, quorum primum, ut statuta Conciliorum aut Pontificum suffraganeis indicarent. Gelasius Cyzicenus, Innocentius 1. Leo 1. & Iustinianus hac spectantes.

M m m

2. Secun-



2. *Secundò*, *graviore Provincia causa ad Metropolitanos erant referende.* Canon 34. Apostolorum, D. Hieronymus, & Bonifacius 1. *id confirmantes.*
3. *Tertiò*, *Provincialium Synodorum convocatio spectabat ad Metropolitanum:* ita Leo primus *canones Emeritanus, Aurelianensis, Epao-nensis, Tarraconensis, &c.*
4. *Quartò*, *quod haberent jus suscipiendi Appellantes Clericos & Lai-cos à sententiâ sui Episcopi.* ita Synodus Sardicensis *ex interpretatione Aristeni & Balzamonis, codex quoque Africanus canone 122.*
5. *Quintò*, *erat Metropolitanis in mores ac opiniones Episcoporum Syno-dicè inquirere, & de illis iudicium ferre.* S. Bonifacius Moguntinus, & *can. 19. Synodi Valentina tertia.*
6. *Sextò*, *debebant pacificas dare Episcopis suffraganeis ad exterâs regio-nes aut comitatum proficiscentibus, ut indicant cum Hilario Papa vario-rum testimonia.*
7. *Septimò*, *Metropolitanorum erat seligere eos, qui mittendi erant ad Concilia, ut patet ex lege Valentiniâni & Marciani.*
8. *Octavâ*, *Metropolitanorum erat bonis defunctorum Episcoporum per-sonam idoneam proponere.* Ita Concilia *Valentinum & Regiense.*
9. *Nondò*, *competebat Metropolitanis jus convocandi Provincia Episcopos ad ordinationem suffraganei: ita post Nicanum Concilium pleraque alia.*
10. *Decimò*, *Episcopi consecrandi obedientiam pollicebantur Metropolita-no:* Leo primus, *Libellus Episcoporum Aquileiensium, professio Adal-berti, scheda Hincmari Remensis, & S. Ivo Carnotensis huc spe-ctantes.*
11. *De hoc ultimo intelligenda varia summorum Pontificum testimonia Eugenij 3. Alexandri 3. Gregorij 9. & Innocentij 4.*
12. *Vndecimo*, *quod Metropolitanis in Synodo competeret de causis Epis-coporum iudicium, ita ut etiam Episcopos olim deponere licuerit, ita varia Synodorum, Pontificum, aliorumque scriptorum testimonia.*
13. *Duodecimò*, *quod Metropolitanorum causa spectabant ad tribunal Patriarchale. Adferuntur Synodus Romana sub Damaso, Synodus Chalcedonensis, &c.*
14. *Licet Synodi Provinciales quandoque deposuerint Metropolitanos, inde tamen non sequitur, jus suum amisisse Patriarchas: Nicolai primi sententia de sensu canonis 9. Chalcedonensis huc spectans contra Beve-regium firmatur.*



15. Decimo tertio, Metropolitanorum ordinationes ipso jure spectabant ad Patriarchas, unde licet quandoque pro locorum distantia gratiose indulserit sedes Apostolica, inde nihil contra Patriarchalem auctoritatem statui potest.
16. Varia Romanorum Pontificum testimonia, quod ob locorum distantiam quibusdam Provinciis indulserint ordinationem Metropolitanorum & quod jam sibi illam reservarint, saltem quoad confirmationem & Pallij transmissionem.

1. **V**aria sunt Metropolitanorum Episcoporum jura contenta sub hisce verbis: *solicitudinem totius Provinciae*: ea quidam ad quatuor capita reduci posse existimant, quorum primum spectat ad ordinationes Episcoporum, 2. ad Synodorum Provincialium convocationem, 3. ad curam in Clerum & populum Provinciae, 4. ad iudicia in superioris & inferioris Ordinis Clerum. Ego vero, qui plura eorum jura illustranda suscepi, ne quidquam hac in re omittatur, sollicitudinem illam totius Provinciae, quam Metropolitano adjudicat Antiochenum Concilium, dico constitutam fuisse in variis: ac primo quidem morem invaluisse rectè observat Abbas Fulienfis, ut summus Pontifex, & Patriarchæ Metropolitanis scriberent, quæ in eorum Provincia observanda judicabant, ut eadem ipsi suffraganeis Episcopis postea denunciarent: alibi ostendimus Paulum ideò plures epistolas misisse ad Corinthios, Thessalonicenses, Titum Cretæ, & Timotheum Ephesi, ut cuncta per Metropolitanos ceteris Provinciae Ecclesiis innotescerent. Id tempore Cypriani cautè observatum fuit, & obindè Patres Nicæni acta Metropolitanis tradiderunt, ut ea aliis Episcopis transmitterent; ita fidem facit Gelasius Cyzicenus. Consonant Innocentius 1. epistolâ 12. ad Aurelium Carthaginiensem: *frater carissime hac velim cuncta recitanda per omnes Africanas Ecclesias scripta dirigas.* Leo magnus epistolâ 79. ad Nicetam Aquileiensem, cap. 7. *hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem tua fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & Comprovinciales tuos Episcopos facies pervenire.* Imperator demum Iustinianus in Epilogo novellæ 6. *Sanctissimi Patriarcha uniuscuiusque Diocesis hac proponant in Ecclesiis sub se constitutis, & manifesta faciant Deo amabilibus Metropolitanis, quæ à nobis constituta sunt: illi quoque rursus etiam ipsi proponant in Metropolitanâ Sanctissimâ Ecclesiâ, & constitutis sub se Episcopis hac manifesta faciant. Illorum verò singuli in propriâ Ecclesiâ hac proponant.*

Abbas Fulienfis.

Innocent. 1.

Leo Magnus

Iustinian.



2. Secundò, si graviore cause, ad totam Provinciam spectantes exurgebant, ad Metropolitanos debebant referri, ut cum Episcopis illas communiter definirent. Statutum id erat can. 34. Apostolorum: *Episcopus uniuscuiusque gentis nosse oportet eum, qui in eis est primus, & existimare eum ut caput, & nihil facere, quod sit magni momenti prater illius sententiam.* Ad quæ verba Græcorum canonum interpretes Ioannes Zonaras: *propterea presens canon primos cuiusque Provincia Episcopos, Metropolitanos videlicet Archiepiscopos, aliorum per eam Provinciam Episcoporum caput existimari iubet; ac sine illis agere nihil, quod Ecclesia statum communem respiciat: cuiusmodi sunt dogmatica questiones, super erratis communibus dispositiones, Pontificum constitutiones, & quæ sunt eiusmodi.* Et Balzamon ibidem: *communi sententiâ constitutum est, ut quæ ultra illa, quæ ad uniuscuiusque administrationem spectant, & magni momenti reputantur, non fiant absque sententiâ primorum.* Et his contentans canon noster Antiochenus verat, nihil ultra ab Episcopo fieri *sine Metropolitanò Episcopo.* Quod ne antiquitus jure negligi potuisse existimes, en D. Hieronymum epistolâ 61. ubi Ioannem Hierosolymitanum carpit, quod ad Metropolitanum de ortâ fidei causâ non retulerit: *tu qui regulas quaris Ecclesiasticas, & Niceni Concilij Canonibus uteris, responde mihi, Alexandrinum Episcopum Palestina quid pertinet? ni fallor, hoc ibi decernitur, ut Palestina Metropolis Casarea sit, & totius Orientis Antiochia. Aut igitur ad Casareensem Episcopum referre debueras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam potius dirigenda littera. Maluisti occupatis auribus molestiam facere, quam debitum Metropolitanò tuo honorem reddere.*
- Et Bonifacius primus epistolâ ad Hilarium Narbonensem: *advertat Caritas tua adeo nos canonum cautius præcepta servare, ut ita constitutio quoque nostra desinat, quatenus Metropolitanì sui unaquaque Provincia in omnibus rebus ordinationem semper exspectet.*
3. Tertiò, quando ob res graviore Concilium erat convocandum, id spectabat ad Metropolitanum, ut clarè docuit Leo I. epistolâ 86. ad Nicetam Aquileiensem Metropolitanam, cui mandat Synodum congregare ad correctionem errorum à Clero amplexorum: *ut congregatâ apud vos Synodo Provincialium Sacerdotum &c. Concilium Emeritense can. 4. juxta canonicum ordinem tempore quo Consilium per Metropolitanum voluntatem & regiam iussione electum fuerit agere, omnes consensitimos Episcopos in unum oportet adesse.* Concilium Aurelianense 2. canone 2. *Ut Metropolitanì singulis annis Comprovinciales suos ad Concilium*
- Canon 34. Apostolorum.
- Zonaras.
- Balzamon.
- Canon Antiochenus.
- D. Hieron.
- Bonifacius I.
- Leo I.
- Canon 4. Emeritens.
- Canone 2. Aurelian. 2.



cilium evocent. Concilium Epaonenſe ſub Hormiſda canone 1. ut cum Metropolitanus fratres vel Comprovinciales ſuos ad Concilium evocet, venire debeant. Et Concilium Tarraconenſe anno 516. canone 6. Si quis Episcoporum commonitus à Metropolitanò ad Synodum, nullà gravi intercedente neceſſitate corporali venire contempſerit, ſicut ſtatuta Patrum ſanxerunt, uſque ad futurum Concilium cunctorum Episcoporum caritatis communione priveretur. Et ex hiſce abundè conſtat verum eſſe, quod voluit canon Antiochenus, qui ſunt in Provincià Episcopi, ſpectare ad Synodum Metropolitanì, & eos, ut loquitur canon 19. Antiochenus per litteras Metropolitanum convocare. Rationem convocandorum à Metropolitanò certis temporibus Conciliorum reddit Photius in nomocanone titulo 8. capite 8. Episcoporum apud Metropolitanos celebrentur Synodi, in quibus cauſa, quas Episcopi Clerici & Monachi adverſus ſe invicem habent, examinentur: & de fide, canonicis, ac Eccleſiaſticis aliisque rebus [ tractetur. ]

4. Quartò, quod Clerici & Laici à ſuo Episcopo damnati poſſent appellare ad Synodum Provinciæ ſub Metropolitanò coadunandam. Colligitur manifeſtè ex canone 5. Nicæno, qui ſtatuit, ſegregatos ab Episcopo Laicos aut Clericos habere pro ſecundà inſtantià Synodum Provinciæ, Bene placuit annis ſingulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter omnibus ſimul Episcopis Provincia congregatis diſcutiantur huiusmodi quaſtiones. Quomodo enim illic cauſas contrà Episcoporum iudicia licuiſſet retractare, niſi & illas per appellationem licuiſſet deferre. Et hoc eſt quod renovatum eſt can. 14. Sardiceniſi, ubi Oſius ſtatuit, damnatum ab Episcopo Clericum poteſtatem habere, ut Episcopos ſunitimos interpellet, & cauſa eius audiat ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negare audientiam roganti, & ille Episcopus, qui juſtè aut injuſtè eum abiecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur. ut vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Lectus eſt hic canon in Concilio Carthaginienſi, & probatus à D. Auguſtino aliisque Patribus Africanis, & eum antiquus Interpres græcus vertit: Presbyter & Diaconus ſegregatus libertatem habet ad vicinos appellandi. Ariſtenus autem exponit: Clericum à ſuo Episcopo depositum ad Provincia iſtius Metropolitanum confugere & appellare juſtum eſt. Theodorus verò Balzamon Patriarcha Antiochenus: ſed poteſtatem habeat is, qui ſegregatus eſt, accedendū ad Metropolitanum Provincia, cui ſcilicet ſubjectus eſt Episcopus, qui ſegregavit, ut ſegregationis cauſa coram eo examinetur. Clarè hoc docent PP. African-

Canon 1.  
Epaon.

Canon 6.  
Tarracon.

Canon 19.  
Antioch.  
Photius.

Canon 5.  
Nicen.

Canon 14.  
Sardiceniſis.

Ariſtenus.

Balzamon.



Concilium  
African.

cani canone 125. Codicis Ecclesiæ Africanæ: quod si Presbyteri Diaconi vel ceteri inferiores Clerici de iudiciis Episcoporum suorum quæsti fuerint, & ab eis provocandum putaverint, provocare debeant ad Privates Provinciarum suarum, id est Metropolitanos, cum can. 122. antecedenti statuerant, ut quisquis provocatus repertus fuerit per contumaciam nolle obtemperare Iudicibus, cum hoc prima sedis Episcopo fuerit probatum, det litteras, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet. Quibus ex verbis colligitur, non modo Metropolitanos appellatione interpositâ olim potuisse per se ipsos iudicium ferre, sed & alios iudices delegare.

S. Bonifac.

5. Quinto, quod in Metropolitanis potestate situm fuerit, in moribus ac opinionibus Episcoporum Synodicè inquirere, & singulos de gravioribus criminibus convictos, admonere, reprehendere, & ab aliorum Episcoporum communione arcere, ita S. Bonifacius Moguntinus Episcopus in decreto Synodico: quod proprium sit Metropolitanis juxtâ canonum statuta subiectorum sibi Episcoporum investigare mores, & sollicitudinem circa populos, quales sint; & moneat, ut Episcopi à Synodo venientes in propriâ Parochiâ cum Presbyteris & Abbatibus conventum habentes, præcepta Synodi servare insinuando præcipiant, ut unusquisque Episcopus, si quid in suâ Diocesi corrigere vel emendare nequiverit, ibidem in Synodo coram Archiepiscopo & palam omnibus ad corrigendum insinuet. Extant hæc in epistolâ ad Cuthbertum Cant. Archiepiscopum, quæ S. Bonifacius fatetur à se Synodicè constituta unde & Concilium Valentinum 3. sub Leone 4. canone 19. *Ut singulis Metropolitanis cum suffraganeis suis cura præcipua sit de vitâ & opinione non solum totius Cleri, sed etiam ipsorum Episcoporum, ne se per culpam vel negligentiam suam tales exhibeant, qui merito apud Laicos viles atque infames, ac per hoc in ipso sacro ministerio contemptibiles habeantur.*

Canon. 19.  
Concilij  
Valentini 3.

D. Hilarus.

6. Sexto, sicut inferiores Clerici debebant ab Episcopis suis litteras pacificas petere, ita Episcopi à suis Metropolitanis. Id confirmat S. Hilarus Papa epistolâ 8. ad Episcopos Galliæ, capite tertio: *Ne præter Metropolitanorum suorum litteras aliqui ad quamlibet Provinciam audeant proficisci.* Et statutum can. 11. Antioch, ut nulli ex Clericis ad Imperatorem proficiscerentur sine iis, confirmat Capitulare Caroli magni ab Ansegiso Abbate editum l. 1. c. 10. *Item in eodem Concilio, ut Episcopus vel quilibet ex Clero sine Concilio vel litteris Episcoporum vel Metropolitanis non audeant ad regalem dignitatem pro suis causis clamare.*

Capitul. Ca-  
soli M.

Cautum



de antiquis Metropolitanorum muniis. 463

Cautum erat in Africâ, ne inferioris ordinis Clerus trans mare confugeret: id tamen permiffum erat Episcopis, sed addit canon 23. Carthaginienfis: *pâri modo Episcopi trans mare non peregrinentur, nisi ex decreto prima Cathedra cuiusque regionis Episcopi: id est nisi à Primâ ipso canonicam habuerit, quam dimissoriam vocant, scripto exarata cum justâ expositione.* Hinc etiam in novel. 6. cap. 3. *Non aliter vero ullum Deo amantissimorum Antistitum audere proficisci in hanc felicem urbem, priusquam, si sit Episcopus, litteras obtinuerit à proprio Metropolita ad Regiam.* Et Gregorius arguens in Sardinâ Episcopis: *quod aliqui pro Ecclesia sua emergentibus causis transmarina perentes, sine prædicti Metropolitanis sui cognitione vel epistolis, sicut canonum ordo constituit, audeant ambulare.*

Canon 23.  
Carthagin.

Novell. 6.

Gregor. M.

7. Sepellitio, si ad Concilia mittendi erant certi ex Provincia Episcopi, Metropolitanorum erat, eos seligere & transmittere: eos, inquit Leo primus epistolâ 84. *quos Metropolitanis crediderant.* Unde & colliges, cur Constantinus magnus in Chresti Syracusani potestate reliquerit duos, quos volebat, secundæ Sedis Episcopos secum ad Concilium Arelatense adducere. Cur item Valentinianus & Marcianus Augusti Anatolium Constantinopolitanum in Thraciam jurisdictionem exercentem invitant, *ut cum quibus placuerit Reverendissimis Episcopis, quos de Ecclesiis sub sui Sacerdotij curâ constitutus idoneos & instructos Orthodoxæ religionis esse probaverit, deproperet.*

Leo 1.

Valentinian.  
& Marcianus  
Augusti.

8. Octavo, refert Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico litterâ E. c. 27. quod moriente Episcopo à Metropolitanis non possint illius bona diripi, sed quod ei, qui post ordinandus est, debeant reservari, & adducit canonem 35. Trullanum idem planè statuentem: quod si Metropolitanis hac in re curam & jura inquiras, Concilium Valentinianum anno 524. canone 1. statuit juxtâ Concilium Regiense Episcopo à corpore recedente, viciniorem accedere oportere, qui exequia celebret, & curam gerat, *ne quid ante ordinationem futuri Pontificis inbianium clericorum subversioni vel direptioni jam liceat.* Ita ut de reperiis omnibus inspectior censitio, descriptioque fidelissima (si fieri potest) intra octavas defuncti, sub diligentia presentis Episcopi peragatur. Dehinc ad Metropolitanis notitiam habita ordinatio vel descriptio deferatur: ut eius electione talis persona ordinanda domus Ecclesiastica procuraretur, qua vel consueta Clericis stipendia dispenseret, & creditarum sibi rerum (si forsitan tarditas in Episcopo ordinando successerit) Metropolitanis congruis temporibus reddere possit rationem. Citat hoc Concilium aliud

Canon 1.  
Valentin.

Regiense,



Regiense, quod sub Sixto 3. celebratum fuit anno 439. & canone 6. ac 7. similia quædam constituerat, ut nimirum vicinus Episcopus defuncti bonis intrâ septem dies provideat, omniumque descriptio per eundem fiat, & exin se Ecclesia referens, mandatum Metropolitanæ simul cum omnibus Sanctis Episcopis opperietur. Nec quisquam ad Ecclesiam, qua summum amiserat Sacerdotem, nisi Metropolitanæ literis invitatus, accedat; ne à plebe decipiatur, & vim pati voluisse videatur. Iacobus Sirmondus in notis Posthumis huius Synodi hoc ultimæ interpretatur: „ mox ad Ecclesiam suam redire, donec à Metropolitanæ ad successoris ordinationem cum aliis evocetur. „ Ex quibus colligeretur, tunc temporis nondum Metropolitanæ reservatam fuisse rectoris electionem, neque illius mentio facta est in Concilio Antiocheno canone 24. quo defuncti Episcopi bonis pariformiter provisum est.

9. Nonò, competeat Metropolitanæ jus convocandi ad ordinationem novi Episcopi totius Provinciæ Episcopos, nec electio aut ordinatio valebat sine ipsius confirmatione. Est veritas à Concilio Nicæno agnita canone 4. *Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in Provincia Episcopis ordinari.* Quod si tamen omnes per Metropolitanæ evocati adesse non possent, tribus saltem præsentibus ordinatio celebretur. *Firmitas autem eorum, qua geruntur, per unamquamque Provinciam Metropolitanæ tribuatur Episcopo.* Eadem amplectitur aliud Concilium generale tertium, act. 4. & addit: *suprema vero autoritas eorum, qua sunt, detur in unâquâque Provinciâ Metropolitanæ.* Nec minus firmavit canonem Nicænum canon 19. Antiocheni Concilij, qui incipit: *Episcopus præter Synodum, & præsentiam Metropolitanæ nullatenus ordinetur.* Concilium Carthaginense canone 13. ut Episcopus à tribus Episcopis, *sed Primatis sive Metropolitanæ jussu eligatur.* Et Innocentius 1. epistolâ ad Victricium Rothomagensem: *ut juxta conscientiam Metropolitanæ Episcopi nullus audeat ordinare.* Leo magnus epistolâ 84. ad Anastasium Thessalonicensem, cap. 5. *cum ergo de summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri plebisque consensus concorditer postularit, ita ut si in aliam forte personam partium se vota diviserint, Metropolitanæ judicio is alteri præferatur, qui maioribus juvatur & studio & merito.* Hilarus demum, ut cæteros præteream, epistolâ ad Africanum Tarraconensem Archiepiscopum: *hoc autem primum juxta eorumdem Patrum regulas volumus custodiri: ut nullus præter notitiam*

atque



atque consensum fratris Ascanij Metropolitanì, aliquatenus consecratur Antistes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum definivit autoritas, cui quisque obvias tetenderit manus, eorum se consortio fatetur indignum, quorum preceptionibus resultarit.

10. Decimò, quod Episcopi consecrandi ore vel scripto polliceantur, se reverentiam ac canonicam obedientiam Metropolitanò suo præstaturos. Gulielmus Beveregius in notis ad canonem 6. Nicænum existimabat, à Leone 1. epistolâ 84. reprehendi Anastasium Thessalonicensem, quod ab Episcopo Attico à se ordinato *Chartulam de obedientia sponcione* exegerat. „ Unde colligere licet, inquit, Leo 1. „ hanc consuetudinem post illa tempora introductam esse; hoc est „ post annum 440. nec ab ullo ni fallor ex antiquioribus Conciliis „ firmata est. „ Nec de suo hoc dixit Beveregius, sed ex libro 6. cap. 3. Domini de Marca id desumpsit, ubi eadem ferè verba inveniuntur numero 13. Attamen erat Atticus *veteris Epiri Metropolitanus Antistes*, ut testatur Leo primus in citatâ superius epistolâ, nec agebatur de sponcione ab Episcopo faciendâ Metropolitanò, sed à Metropolitanò factâ sedis Apostolicæ per Illyricum Vicario, Episcopo nimirum Thessalonicensi Anastasio: & verba Leonis sunt: *legebatur quoque in litteris tuis, quas ydem Diaconi detulerunt, quod frater Atticus Thessalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scriptura professione signasset, ut de illo non aliud à nobis intelligi posset, quam proprii arbitrij & spontanea devotionis fuisse quod venerat, quodque chartulam de obedientia sponcione conscripserat, in cuius tamen chartula mentione signum prodebat injuria. Non enim necessario fuerat, ut obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso jam voluntarij adventus probabat officio.* Quin Atticus obedientiam deberet, eamque ore tenus meritò emisisset, patet ex hilce Leonis primi verbis, solumque voluit ab obedire detractantibus jure exigì sponcionem in scriptis. Sicut autem Metropolitanì Sedis Apostolicæ Vicariis, sic & Episcopi Metropolitanis obedientiam debebant, quam antiquis temporibus Episcopos consecrandos spondidisse existimem, cum canones sese observaturos profitebantur: cum enim canonibus stabilita esset Metropolitanorum auctoritas, canonum observantiam profiteri, erat Metropolitanì jura venerari, iisque canonicam obedientiam polliceri. Mutata tamen fuit hæc consuetudo, & obedientiæ professio scripto emissa fuit jam inde ab anno 590. ut rectè Dominus de Marca ex libello Episcoporum Aquileiensium



Professio  
Adalberti  
Morinensis  
Episcopi.

Hincmarus  
Rhemensis.

S Ivo Car-  
notensis

Eugenius 3.

Alexander 3.

leiensium Mauritio Imperatori oblato, ubi: *sugerimus, pie dominator, quia tempore ordinationis nostra unusquisque sacerdos in sanctâ Sede Aquileiensi cautionem scriptis emittimus studiose de fide ordinatoris nostri.* Extat apud Baronium ad ann. 590. §. 42. & postea hoc invaluisse, videre licet in professione Adalberti futuri Episcopi Morinensis Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo ante ordinationem oblata: *Privilegio etiam Metropolis Rhemorum Ecclesia, ac eius presulis secundum sacrosanctos Conciliorum canones, & decreta Sedis Apostolica ex sacris canonibus & legibus promulgata, pro scire & posse, absque dolo & simulatione vel indebita & pertinaci contradictione, me obediturum profiteor.* Edita est hæc professionis formula à Iacobo Sirmondo tomo 2. Conciliorum Galliarum, & ex eo inserta tomo 8. Conciliorum Philippi Labbei: & exinde quoque provenit, quod Hincmarus Laudunensis in Synodo Attiniacensi subscribere coactus fuit sponcioni obedientiarum Rhemorum Metropolitano præstandarum, de qua Hincmarus Rhemen- sis in schedulâ expostulationis lectâ anno 871. in Concilio Duziacensi primo: *subscribens illi professioni & subscriptioni, quam coram Episcopis decem Provinciarum in Synodo apud Attiniacum professus fuerat & manu propria subscripserat: scilicet, quia Privilegio Metropolitano Provincia Remorum Ecclesia secundum sacros canones, & decreta Sedis Apostolica ex sacris canonibus promulgata pro scire & posse se obediturum, contraria profitendo subscripsit.* Et hinc jam intelliges, quid à sexcentis annis voluerit Ivo Carnotensis Episcopus epistolâ 73. *reliqui Pontifices ante consecrationem examinantur, omnem veterum morum honestatem, & debitam obedientiam se exhibituros suis ordinatoribus pollicentur.* Ordinatoribus id est Metropolitanis, quibus tunc temporis sponcionem obedientiarum fieri solitam, epistolâ 61. Idem Carnotensis Episcopus Senonensis suffraganeus declarat manifestè; *timentes rei fieri sponcionis, quam Metropolitana Sedi fecimus.*

11. Et hinc quoque intelliges, quid sibi voluerit Eugenius 3. in epistolâ ad Moysen Ravennatem Archiepiscopum, *ut Placentinus electus, & illi, qui ei succedent, à te frater Archiepiscopo, & à successoribus tuis, tanquam à suis Metropolitanis consecrationem sine contradictione suscipiant, & eis de cætero subiectionem, obedientiam, & reverentiam exhibeant.* Extat apud Hieronymum Rubeum libro 5. Historiarum Ravennatis Ecclesiarum. Et eodem sæculo 12. Alexander 3. epistolâ ad Remensem Archiepiscopum, ubi Remensem Metropolitanum at-  
guit, quod ab Ambianensi Episcopo *juramentum præter formam cano-*

*nigam,*



nicam, quam ceteri suffraganei Metropolitanis suis consueverunt præstare, pro tua voluntatis arbitrio exegisti, & idem sæculo 13. Gregorius 9. relatus cap. 13. de maioritate & obedientiâ. Dilecti filij Archidiaconus & capitulum castellanum suam ad nos querimoniam detulerunt, quod cum à Castellano Episcopo exigeres iuramentum præter formam canonicam, quam ceteri suffraganei Metropolitanis suis consuevere præstare. Alexander enim 3. & Gregorius 9. non negant quidem, iuramentum fidelitatis præstari debuisse Metropolitanis, sed aliud fuisse exactum, quam præstari consueverat à suffraganeis, & sic Innocentius 4. apud Hieronymum Rubeum libro 6. Historiæ Ravennatis scribit ad Bononiensem Episcopum: *Archiepiscopi Ravennatensis præcibus inclinati, præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ei, cuius suffraganeus esse dignosceris, exhibeas fidelitatis solita iuramentum.* Et Stephanus Balulius in notis ad caput 3. libro 6. Domini Marcæ refert ex Codice M. S. Ecclesiæ Narbonensis, quod Petrus de iudicia Archiepiscopus Narbonensis ægrè ferens suffraganeos suos sese subtraxisse ipsius auctoritati, nec iuramentum fidelitatis alteri præstitisse quam Sedi Apostolicæ, ab Avunculo suo Clemente sexto obtinuerit declarationem, quod suis Metropolitanis etiam teneantur consuetum iuramentum præstare: *qua declaratione factâ & bullatâ, ut moris est, inquit Petrus Archiepiscopus, Episcopi, qui prius contradixerant, statim venerunt ad prædictam nostram Sanctam Narbonensem Ecclesiam pro dicto iuramento præstando, à quibus ipsum iuramentum recepi secundum solemnitatem præcedentem nihil de contingentibus omittendo.*

12. Undecimò, quod Metropolitanò in Provinciali Concilio competeret etiam de causis Episcoporum ferre iudicium, liceretque de gravioribus convictos flagitiis deponere. Enimverò Martialem & Basilidem depositos fuisse in Synodo Bæticæ Provinciæ, patet ex D. Cypriani ep. 68. editionis Pamelij, qui & illam depositionem ratam habuit: scribit idem Cyprianus ad Cornelium Papam de Clericis schismaticis, eorumque Pseudoepiscopo in Carthaginienfi Concilio damnatis: *jam causa eorum cognita est, jam de eis dicta sententia est.* Et hoc de Episcoporum causis iudicium clarissimè Synodo Provinciali adjudicavit Nicænum Concilium canone 5. *ut communiter omnibus simul Episcopis Provincia congregatis discutiantur huiusmodi quæstiones:* ad quæ verba non solum respiciunt Patres Africani in epistolâ ad Cælestinum Papam: *decreta Nicæna sive inferioris gradus Clericos, sive ipsos Episcopos suis Metropolitanis apertissime commiserunt.* Sed etiam In-

Gregorius 9.

Innocent. 4.

Petrus Narbonensis.

Cyprianus.

Canon 5. Nicenus.

PP. Africani.



- Innocent. 1. si qua autem causa vel contentiones inter Clericos tam superioris gradus quam etiam inferioris fuerint exorta, placuit ut secundum Nicanam Synodum congregatis omnibus eiusdem Provincia Episcopis iudicium terminetur. Et hoc supponentes Patres Antiocheni canone 15. si quis
- Canon 15. Antiochen Episcopus de certis criminibus accusatus condemnatur ab omnibus Episcopis eiusdem Provincia, &c. Et canone 14. si quis Episcopus de certis criminibus iudicetur, & contingat de eo Provinciales Episcopos disidere.
- Canon 12. Et canone 12. si quis à proprio Episcopo Presbyter aut Diaconus, aut à Synodo fuerit Episcopus forte damnatus. Hæc enim omnia clarè supponunt, à Synodo Provinciae damnari potuisse Episcopum, uti & Concilium Sardicense canone 5. Osius Episcopus dixit: placuit, ut si quis Episcopus delatus fuerit, & congregati eiusdem regionis Episcopi eum gradu moverint. Idem supponit canon 3. eiusdem Concilij, ut tunc indubitata fuerit Patrum sententia, Episcopum in Synodo Provinciali à Metropolitano iudicari potuisse & deponi. Sic Concilium Agrippinense anno 346. præsidente Maximino Trevirorum Metropolitano deposuit Euphratam Coloniae Agrippinensis Episcopum, de quo non acta tantum Concilij tom. 2. collectionis maximæ Philippi Labbei extantia, sed & excerpta ex Historia Beati Servatij Episcopi Tungrensis, quæ edita sunt tom. 1. gestorum Episcoporum Leodiensium: nulla mora, singulis Pontificibus orationes similes ad eandem normam dictantibus, Euphrata deordinatur, & Severinus, qui tunc ex voluntate Dei aderat, plenarie Catholicus, & Sanctus in locum eius exaltatur. Priscillianistas item Episcopos duos Instantium & Salvianum fuisse damnatos à Synodo Cæsaraugustanâ ærà 418. id est anno Christi 380. attestatur Sulpitius Severus, libro 2. Historiæ, cap. 62. apud Cæsaraugustam Synodus congregatur, cui tum etiam Aquitani Episcopi interfuerunt. Verum hæretici committere se iudicio non ausi, in absentes tum lata sententia, damnatique Instantius & Salvianus Episcopi. Inter Innocentij Papæ litteras extat apud Dionysium Exiguum una cum hocce titulo: de Bubalio & Tauriano damnatis à Provincialibus Episcopis. Inter Bonifacij Pontificis ordine secunda: de Maximo Valentina civitatis Episcopo variis criminibus accusato, ut in Synodo Provincia illius causa discutatur. Cætera omitto, contentus addere hæc
- Lupus. „ Christiani Lupi ad canonem 3. dictatus Gregorij 7. verba: „ quod „ uniuscuiusque Provinciae Synodus potuerit olim Episcopos deponere & reconciliare, & canones docent, & universalis omnium „ Eccle.



„ Ecclesiarum consuetudo, & innumera exempla. „ Olim inquit Lupus, quod nunc Patriarcha Romanus hoc sibi jus reservavit, ut parte 1. Antiquit. illust. differt. 2. demonstratum est.

13. Duodecimò, quod Metropolitanorum causæ spectarent ad tribunal Patriarchæ. Est egregia diversitas, quam posuit Romana sub Damaso Synodus à Gratiano Imperatore confirmata: *vel si ipse Metropolitanus est, Romam Necessario, vel ad eos, quos Romanus Episcopus iudices dederit, sine dilatione contendat.* Consonat canon 9. Calchedonensis: *quod si adversus eiusdem Provincia Metropolitanum Episcopum vel Clericum habet querelam, petat aut Primatem Diœceseos, aut sedem regia urbis Constantinopolitana, & apud ipsam iudicetur.* Quæ verba exponit titulo 15. collectionis 50. capitum Ioanne Antiochenus: *si vero Metropolitanus adversarius sit, apud Diœceseos præfectum, aut Imperatoria urbis Episcopum ipsum iure agere.* Et Zonaras: *si autem cum Provincia Metropolitanò aliquid habeat Episcopus aut Clericus negotij sive controversia & actionis, ad Diœcesis, in qua litigantes habitant, Exarchum, vel Constantinopolitana urbis Archiepiscopum, arbitrium totius causa deferendum.* Et Theodorus Balzamon: *Clerici enim & Monachi apud regionis Episcopum trahentur, Episcopus apud Metropolitanum, Metropolitanus apud Patriarcham.* Et hinc est quod Leo 1., sub quo Synodus Calchedonensis coacta tuit, epist. 84. Anastasium Thessalonicensem accusat de damnato sine prævia relatione Attico Nicopolitano in veteri Epiro Metropolita: *nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres, quam quid nobis placeret, agnosceres:* quæ non modo Gregorius magnus in Maximi Salonitani Metropolitanæ causâ sibi vindicavit, sed & Iustinianus Imperator novellâ 123. c. 22. *si vero contra Metropolitanam talis aditio fiat ab Episcopo aut Clero, aut aliâ quacumque personâ, Diœceseos illius Beatissimus Patriarcha simili modo causam iudicet.*

14. Non ignoro quidem, Archiepiscopum Parisiensem de Marca contendere, iudicia Episcoporum & Metropolitanorum variis in regionibus relicta fuisse Synodis Provincialibus, sed nec negare possum, in Hispaniâ Synodos Toletanas degradasse complures Metropolitâs, & in Galliâ Prætextatum Rothomagensem ac Ægidium Remensem Metropolitâs à suis Synodis fuisse dejectos, ut testatur Gregorius Turo-nensis: attamen hæc omnia gratiosè fuisse indulta manente apud Patriarcham occidentalem iure cæteris Patriarchis communi, ipsi in primis Galliarum Episcopi monstrarunt, cum Tilpinus Metropolita

Synod. Ro-  
mana sub  
Damaso.

Canon 9.  
Calchedon.

Ioannes  
Antiochen.

Zonaras.

Balzamon.

Leo 1.

Iustinianus.



- Rhemenſis ab Adriano 1. poſtulavit, cauſarum ſuarum iudicium reſervari Sedis Apoſtolicæ tribunali, quod partim obtinuit, & integre poſt Ebbonem Tilpini ſucceſſorem à Sede Apoſtolicâ impetravit Hincmarus Rhemenſis, ut latiùs oſtendi parte 1. Antiquitatis Illuſtratæ capite 4. artic. 3. num. 127. ubi addidi canonem 26. Concilij
- Canon 26. Generalis octavi, *ut nullo modo quiſquis Metropolitanorum . . . à vicinis Metropolitanis vel Episcopis Provincia ſua iudicetur, ſed à ſolo Patriarcha.* Et ab illo tempore cæpit ubique antiquus Eccleſiæ canon ſupra ex Concilio Calchedonenſi adductus obſervari, ad quem, antequam hoc caput finiam, Nicolaus primus epistolâ 8. ad Michælem
- Nicolaus 1. Imperatorem obſervat, *ut ſi videlicet Clericus aut Episcopus adverſus Metropolitanum habet querelam, & tantâ urgetur neceſſitate, vel ſi hoc græve non ferat, ubicumque ſit poſitus Primatem Diæceſeos petat: quod ſi juxta Conſtantinopolitanam urbem quiſpiam eorum conſtitutus, & ſolius præſulis eius iudicio velit eſſe contentus: petat eandem regiam urbem.* Cum enim dixiſſet, petat Primatem Diæceſeos, præceptum poſuit eandem Sancta Synodus, regulamque conſtituit; cum vero diſtinctivâ conjunctione addidiſſet, aut ſedem regiam Conſtantinopolitana, liquet profecto, quia hoc ſecundum permiſſionem indulſit. Variè exagitat hanc Nicolai 1. interpretationem Beveregius ad canonem 9. Calchedonenſem, & ubi regiam urbis Episcopo indulget Pontifex vicinarum partium iudicium, exclamat homo ſchiſmaticus, Patres Calchedonenſes
- Beveregius. „ indefinitè loqui de Metropolitanis ubicumque conſtitutis, „ quod „ inquit, maius eſt Privilegium, quam ullum unquam univerſale „ Concilium Episcopo Romano ante hæc aſſeruerat, „ En quo nimia partium ſtudia, ut Beveregij verba in ipſum retorqueam, miſeros perduxerunt homines. Quis in poſterum dubitabit quidlibet ex quolibet deducere, ſi hunc ſenſum ex his verbis elici poſſe concedamus? dixit Nicolaus 1. hocce canone tribui Episcopo Conſtantinopolitano, ut vicini Metropolitanæ poſſent apud eum iudicari, & rectiſſimè interpretatus eſt canonem non quidem ex inutilibus coniecturis, ſed ex Patrum mente sæpius in Calchedonenſi Concilio indicatâ. Quod Metropolitanæ apud ſuos Exarchos aut Patriarchas deberent iudicari, erat antiqua Eccleſiæ regula, & hinc ipſo Beveregio interprete apud occidentis Patriarcham debebant iudicari Metropolitanæ ipſius, ſicut apud Orientis, & Egypti Patriarchas, & apud tres Orientis Exarchos, iſtarum Diæceſium Metropolitanæ. Quod ſi jam dicas, nullos Metropolitanos relinqui Conſtantinopolitano Episcopo, Reſpondeo nullos



nullos ipsi de jure subfuisse, sed post Synodum generalem secundam, quosdam Episcopos & Metropolitanos ex tribus Dioccesibus Asianâ, Pontica, & Heracleensi confugisse ad Constantinopolitani Episcopi judicium, & cum Episcopus Regiæ urbis tunc nondum Primum Diocesis obtinuerat, opus habuisse, ut adderetur canoni Chalcedonensi, *aut sedem regia urbis Constantinopolitana petat.* Quod intellexit de tribus istis vicinarum Diocesium Episcopis, super quos solum jus Patriarchicum exercere contendebat, ut constat ex fine action. 16. & can. 28. Chalcedonensi: ut rectissime Nicolaus 1. canonem de vicinis Regiæ urbi Episcopis interpretetur, & merum sit somnium, & à schismaticis mutuatum delirium, canone 9. Chalcedonensi adjudicari super omnes totius orbis Metropolitanas judicium.

Canon  
Chalcedon.

15. Decimo tertio & ultimo, ordinationes Metropolitanorum licet à Provincialibus Episcopis perficerentur plerisque in locis, non minus tamen quam Metropolitanorum judicia spectabant ad Patriarchas. Fatetur id ipsum Dominus de Marca libro 6. capite 4. §. 4. „ Ordinationes autem sive consecrationes Metropolitanorum pertinebant ad Patriarchas. „ Et pro Antiocheno Patriarchatu refert testimonium Innocentij primi ad Alexandrum Episcopum Antiochenum: *Metropolitanos auctoritate ordinas singulari.* Pro Alexandrino Synodicam Nicæni apud Theodoretum libro 1. capite 9. *Episcopusque Alexandria ei suffragetur:* pro Constantinopolitano Chalcedonense Concilium, quod act. 16. tradit: eum *potestatem habere ordinare Metropolitanos in Asianâ, Ponticâ, & Thraciâ Diocessibus.* De solâ Metropolitanorum Occidentalium ordinatione subdubitat Parisiensium Archiepiscopus, ac jus Patriarchale Romanum coercet decem urbicariarum Provinciarum terminis, quod Provinciæ, quæ extra urbicarios limites essent, Metropolitanos suos ordinarunt absque auctoritate & consensu Romani Episcopi, ut de Africanis videre est in canonibus Conciliorum Africanorum, de Hispanis in Concilio Toletano 4. can. 18. de Illyricanis in ep. Gelasij Papæ ad Dardaniæ Episcopos, de Gallis in Concilio Aurelianensi 3. de Italis ultra suburbicarios limites constitutis ex ordinatione D. Ambrosij Mediolanensis, post quem Mediolanensis & Aquileiensis Metropolitanos se invicem ordinarunt. Verum quorsum hæc omnia? in solo Occidente tardius Metropolitanos per Provincias fuisse institutos, colligi potest ex dictis supra, eos tamen, cum instituti fuere, ad Patriarchatum Occidentalem spectasse quoad ordinationem, nulli omnino Patriarchalem Romani Episcopi per Occidentem

de Marca.

Innocent. 1.

Theodoret.

Act. 16.

Chalcedon.

Parisien.

Concil. Aurelian.

Concil. Mediolan.



cidentem universum potestatem agnoscendi potest esse dubium : hinc & canon 6. Nicænus potestatem parilem adjudicat Romano & Alexandrino Patriarchis, quod parte 1. Antiquitatis Illustratæ dissert. 2. ostendi, verissimum esse, licet Romanus Episcopus pro nimia locorum distantia quibusdam Provinciis ordinationes Metropolitanorum gratiose indulserit, vel constituto in iis sedis Apostolicæ Vicario reservavit, uti ex editis nuper per Lucam Holstenium litteris primorum Pontificum in historiâ Romanâ bipartitâ constat à temporibus Damasi Papæ reservatum fuisse Episcopo Thessalonicensi sedis Apostolicæ per Illyricum Vicario. Unde Prædecessorum suorum exempla secutus Leo primus scribit ad Anastasium Thessalonicensem : *Singulis autem Metropolitanis sicut potestas ista committitur, ut in suis Provinciis jus habeant ordinandi ; ita eos Metropolitanos à te volumus ordinari.* Quod autem Dominus de Marca asserit libro 6. capite 5. §. 3. *jus autem illud ad Episcopum Thessalonicensem spectabat secundum veterem Ecclesiæ consuetudinem, non verò ratione Vicariatus sibi à summis Pontificibus concessi in his regionibus.* Planè erroneum est, & refelli potest ex epistolis per Lucam Holstenium publicatis, quas dum non viderat Parisiensis Archiepiscopus, cum librum 6. scribebat, in tam gravem errorem lapsus fuit.

Leo 1.

de Marca.

Pelagius 1.

Innocent. 1.

Nicolaus 1.

16. Scripsit de Romanâ Episcoporum consecratione integram dissertationem Christianus Lupus parte 5. Conciliorum, ubi Parisiensis Archiepiscopi opiniones refellit, & ne jam acta iteremus, sufficit annotasse de Mediolanensi & Aquileiensi Metropolitibus ex Pelagij primi Pontificis extantibus apud Gratianum causâ 24. quæst. 1. capite 33. litteris, quas studio Lucæ Holstenij primum habemus Ioanni Patricio Caburtario inscriptas : *nempe is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari, ipsi se invicem Mediolanensis & Aquileiensi ordinare Episcopi debuissent.* De Metropolitanis Illyrici Innocentius 1. epistolâ ad Rufum Thessalonicensem, *ita longis intervallis determinatis à me Ecclesiis discat conservandum.* Unde & Bulgaris post schisma ad sedem Apostolicam reverti cupientibus reponit Nicolaus 1. epistolâ 71. *ut videlicet à sedis Apostolica Prasule sit nunc vobis Episcopus consecrandus, qui si Christi plebs ipso prestante crescit, Archiepiscopatus privilegia per nos accipiat, & sic demum Episcopos sibi constituat, qui ei decedenti successorem eligant, & propter itineris longitudinem non jam huc, qui electus est, veniat, sed hunc Episcopi, qui ab obeunte Archiepiscopo consecrati sunt, simul constituant.*



stituant. Et de Angliâ Gregorius 1. quatenus Londoniensis Episcopus civitatis semper in posterum à Synodo propriâ debeat consecrari. Rationem reddit Honorius 1. epistolâ ad Honorium Cantuariensem & Paulinum Episcopum Eboracensem : quia ut hac vobis concederemus, longa terrarum marisque intervalla, qua inter nos & vos obsistunt, adhuc nos condescendere coegerunt : & exponit venerabilis Beda libro 2. capite 10. ne sit necesse ad Romanam usque civitatem per tam proluxa terrarum & maris spatia pro ordinando semper Archiepiscopo fatigari. Quæ cum ita sint, quis ulterius dubitare poterit de Africâ, Hispaniâ, & Galliâ, quin Metropolitanorum ordinationes ad Romanum Patriarcham spectarint, cum certum sit ex Innocentio primo, neminem in illis Diocæses instituisse Ecclesias, nisi quos S. Petrus, aut eius Successores constituerint Sacerdotes. Factum itaque sit, ut Metropolitanis in variis occidentis Regionibus à suâ Synodo consecrari potuerint, id ex indultu Sedis Apostolicæ ob locorum distantiam contigisse, indubium est. Cum tamen postea Romani Pontifices sibi omnium Metropolitanorum ordinationes reservarint, nihil juri Patriarchali adversum egerunt, ut quæ de Palliorum usu ævo D. Gregorij magni introduci cæpto, & à Bonifacio Moguntino Synodice constituto tradit Petrus de Marca libro 6. cap. 6. ac si rei cuiusdam novæ miraculo obstupefactos Metropolitanos, paulatim Romani Pontifices antiquam eorum libertatem per cuniculum infregissent, aliter excipienda sunt, ut non tam juris Metropolitanis destructionem, quam Patriarchalis restorationem dicere oporteat. Unde & canon 17. Concilij generalis 8. priscam consuetudinem decernit in omnibus servari, ita ut earum præsules universorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promoventur, & sive per manus impositionem, sive per pallij dationem Episcopalis dignitatis firmitatem accipiunt. Quibus verbis Metropolitanorum ordinationem Patriarchæ adjudicari, fatetur Parisiensium Archiepiscopus de Marca, cui de hac in plerisque Provinciis mutatione querelas interponenti reponi possunt verba Tertulliani libro de velandis virginibus cap. 1. hac lege fidei manente, cætera jam disciplina & conversationis admittunt novitatem correctionis, operante scilicet, & proficiente usque in finem gratiâ Dei.

Gregorius 1.

Honorius 1.

Beda.

Innocent. 1.

Canon. 17.

Synod. 8.

Tertullian.



*Vnusquisque enim Episcopus habeat sua Parochia potestatem, &c.*

C A P U T X V.

De priscis Episcoporum muniis.

1. Episcopatus in civitatibus ex Apostolorum instituto fuisse erectos. Ita ex Paulo ad Titum, aliorumque testimoniis.
2. Episcopi etiam praeerant toti territorio & villis civitatibus annexis, & habebant eminentem quandam in subditos potestatem. Verba D. Ignatio tributa, & canonis Antiocheni huc spectantia.
3. Ac primò, habebat Episcopus solium altiori loco in Ecclesiâ constitutum, unde praesidens aut praeses vocatus, & in Ecclesiastico confesso praesidebat.
4. Competebat deinde Episcopo rerum agendarum auctoritas, quâ de re afferuntur D. Ignatij verba ex utràque editione novâ & antiquâ. Differentia inter Metropolitanam auctoritatem in Synodo Provinciali, & Episcopi auctoritatem in Cleri sui confesso aut Presbyterio.
5. Tertio, nihil licebat praefer conscientiam Episcopi, ut indicant varia antiquorum testimonia, D. Ignatij locus ex editione Vsserij, cui ex antiquâ editione additur, quod sine Episcopo non licuerit offerre sacrificium, quod explicatur.
6. Etiam Episcopos baptizasse, & confessiones olim excepisse, ac alia Pastoralia munia obivisse, patet ex variis antiquorum testimoniis.
7. Ex antiquâ illâ Ecclesiâ disciplinâ provenit, quod etiamnum Pastoralia illa munia nemo obire possit, nisi obtentâ permissione Episcopi.
8. Quarto, habebant Episcopi jus visitandi Parochiam, & tunc disponendi de rebus ad curam Episcopalem pertinentibus. Factum Athanasij, uti & varij canones pro Hispaniâ, Galliâ, aliisque occidentalis Ecclesiâ regionibus.
9. Quinto, ad Episcopum pertinebat juxtâ S. Isidorum, Basilicarum consecratio, unctio altaris, & consecutio Chrismatis.
10. Sexto, pertinebat quoque manuum impositio, seu confirmatio, ut patet ex D. Cypriano, S. Cornelio, D. Hieronymo, & plerisque aliis



aliis tam Synodorum statutis quam Pontificum & Sanctorum testimoniis.

11. Septimum munus est Clericorum ordinatio.
12. Octavum publica super populum Benedictio, de qua plura.
13. Ad Benedictionem Episcopalem redigitur concessio indulgentiarum, quam Episcopis olim competiisse indeterminatam, postea vero ad 40. dierum indulgentias limitatam, constat ex plerisque testimoniis, & actis.

1. **E**Gimus huc usque de Metropolitanis per singulas Provincias constitutis, nunc breviter agendum est de Episcopis, quos per singulas civitates constitui mandarunt Apostoli, juxta illud Pauli ad Titum: reliqui te Cretæ, ut constituas per civitates Presbyteros. Per civitates, inquit Doctor gentium, quod civitates fuerint loca Episcopatibus erigendis per Apostolos selecta, unde D. Cyprianus epistolâ 52. cumque jam pridem per omnes Provincias, & per urbes singulas ordinati sint Episcopi. Sicque Iustinianus Imperator constituit, quæ Theodorus Balzamon ex libro 1. Codicis desumpta collectioni Constitutionum Ecclesiasticarum inseruit: qualibet civitas suum habeat Episcopum. Subscribit Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico litterâ E. cap. 30. ubi rectè docet, hæc numquam intellecta fuisse de parvâ quâdam & vili civitate, in quâ Episcopos constitui vetant canones Sardicenis, Laodicenis, & Carthaginienis: si qua autem civitas incolarum numero antea non celebris, multos postea consequatur, & Episcopo digna judicetur, Episcopum accipiat. Hæc Mattheus Blastares ex hoc can. 6. Sardicensi: licentia verò danda non est ordinandi Episcopum, aut in vico aliquo aut in modicâ civitate, cui sufficit unus Presbyter, quia non est necesse, ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen Episcopi & auctoritas: non debent illic ex aliâ Provinciâ invitati facere Episcopum: nisi aut in his civitatibus, quæ Episcopos habuerunt, aut si qua talis, aut tam populosa civitas, qua meretur habere Episcopum. Et ad hæc respicit Leo 1. epistolâ 87. Episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis & frequentioribus civitatibus oporteat praesidere, ne quod Sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta veterant, viculis & possessionibus, vel obscuris & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium & honor.

2. Ex his autem, cum manifestum fiat, plures pagos & oppidula annexa fuisse civitati Episcopali, dum canon Antiochenus Paræciæ

Paul. ad Tit.

Matth. Blast.

Canon 6.  
Sardicenis.

Leo 1.



Constitut.  
Apostolic.

Ignat. Mart.

Canon  
Antiochen.  
Arsenius.

Matth. Blast.

Constitutio  
Apostolic.  
Ignat. Mart.

Episcopalis ineminit, per Parœciam intelligit totum territorium ciuitati annexum: unde canon 35. Apostolorum singulis Episcopis ea committit, *quæ Parochia propria & villis, quæ sub ea sunt, competunt.* Et auctor Constitutionum Apostolicarum libro 2. cap. 1. scribit de Episcopo, *qui Pastor est, & Episcopus in Ecclesiâ totius Parœcia constitutus.* Harum autem omnium Ecclesiarum Clerum & populum fuisse sub potestate Episcopi, indicat cap. 26. *Clerum sub potestate suâ tener, & toti populo præst.* Repletæ sunt Ignatij Martyris epistolæ variis pro hac veritate testimoniis, consideranda autem veniunt hæc eius verba ex epistolâ ad Smyrneneses antiquæ editionis: honorandum esse Episcopum, *ut Principem Sacerdotum imaginem Dei referentem, Dei quidem propter principatum, Christi verò propter Sacerdotium.* Hæc enim eminentem quandam in Ecclesiâ potestatem Episcopi sonant, cui omnes eiusdem civitatis aut Parœciæ fideles subiectos voluit, etiam si in Parœciâ demorentur Principes & Imperatores sæculi, unde hæc in epistolâ ad Philadelphieneses: *Presbyteri, Diaconi, & reliquus Clerus una cum populo universo, militibus Principibus & Casare ipsi Episcopo pareant.* Scio quidem, hæc duo loca deesse in editione, quæ genuina vocatur, sed cum alia in illâ reperta, & centena alia Patrum testimonia canonibus firmata consonent, rectè statuit Antiochenum Concilium: *unusquisque enim Episcopus habeat suæ Parochia potestatem.* Unde & Arsenius Monachus in Synopsi canonum num. 71. oportere *Episcopum in subditas sibi animas potestatem habere, rerumque Ecclesiæ curam gerere.* Et Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico literâ E. cap. 17. *Episcopus est omnium animarum, quæ illi concredita sunt, curator & conservator, in suo Episcopatu absolutam habens potentiam in Presbyteros, & Diaconos, Hypodiaconos, Lectores, Psaltas, & Monachos.*

3. Ut autem hæc Episcopi in Parochiâ suâ, quam nunc Diœcesim vocamus, potestas clarius innotescat, operæ-premium erit ex omni Antiquitate repetere, in quibus illa potissimum consistebat. Ac primò quidem, Episcopi solium altiori loco in Ecclesiâ fuisse constitutum vidimus suprâ in notis ad canonem primum, ubi ex Tertulliano docuimus, Episcopos primis Ecclesiæ sæculis præsidentes fuisse vocatos, quod in omni Ecclesiastico confesso præsiderent cæteris: unde illud auctoris Constitutionum Apostolicarum libro 2. capite 26. *Episcopus igitur vobis præsideat, ut dignitate Dei cohonestatus.* Et illud S. Ignatij Martyris epistolâ genuinâ ad Magnesianos: *præsidente Episcopo*



*copo in loco Dei, & epistolâ 9. Antiquæ editionis ad Philadelphienſes :  
Pastoris, qui vobis præſidet. Et illud D. Cypriani de ſuæ Parœciæ fide-  
libus, quibus præſumus. Et illud Eusebij libro 7. capite 22. de Maxi-  
mo : qui fratribus Boſtra decore & inſigniter præſuit. Plura ſunt Antiqui-  
tatis teſtimonia, quibus firmatur hæc prima Episcopi prærogativa,  
quod omnibus Parœciæ ſuæ tam populo quam Clerico præſideat,  
quod dum omnibus ſubſequentibus ſæculis ubique locorum observa-  
tum ſit, idque ſacroſanctum Tridentinum Concilium tam conſtanter  
renovatis antiquorum ſtatutis retinendum duxit, viderint illi, qui  
cum Episcopo de præſidentiâ in Clero & Eccleſiaſtico conſeſſu liti-  
gent, quantum ab omni Antiquitate devient & alieni exiſtant, ſedu-  
loque perpendant, num in ipſos non cadat illud Tertulliani: Nec  
ſuis Præſidibus reverentiam noverunt.*

4. Secundò, erat in Eccleſiaſtico illo conſeſſu Episcopo præcipua  
omnium rerum agendarum auctoritas. Pro quo conſideranda ſunt hæc  
D. Ignatii ad Trallianos verba ex editione genuinâ: Reverendum  
Episcopum ut Ieſum Chriſtum, Presbyteros autem ut conſilium Dei,  
& ex antiquâ editione: quid enim aliud eſt Episcopus, quam is qui om-  
ni principatu & poteſtate ſuperior eſt, & quoad homini licet, pro viribus  
imitator Chriſti Dei factus? quid verò Sacerdotium aliud eſt, quam cœ-  
tus, Conſiliarij, & Aſſeſſores Episcopo? quid verò Diaconi, quam  
imitatores Angelicarum virtutum. Hic nobis Presbyterium aut Cleri  
conſeſſum exhibet Martyr Ignatius, & ubi Episcopo principatum  
Eccleſiaſticum tribuit, cæteris Conſiliariorum dumtaxat munus con-  
ceſſit, quod in Cœtu Eccleſiaſtico ſoli Episcopo præcipua rerum agen-  
darum auctoritas competat, unde quæ Clerus Romanus olim repo-  
ſuit Cypriano, quod ſolus Episcopus poſſit cum auctoritate & cum con-  
ſilio habere rationem agendorum, competit ſingulis Episcopis in rebus  
ad Parœciam ſuam ſpectantibus. Et hoc eſt, quod intendere potuit  
Cyprianus, cum unum in ſingulis Eccleſiis iudicem vice Chriſti vene-  
randum exiſtimat, & ſingulis Paſtoribus portionem gregis adſcribat,  
quam regat unusquiſque & gubernet rationem ſui actus Domino redditu-  
rus. Et hoc demum eſt, quod canon noſter Antiochenus de Episcopo  
ſtatuit: & ſingula ſuo iudicio comprehendat. Et in hoc differt Metro-  
politani auctoritas in Concilio Provinciali; ab auctoritate Episcopi in  
Presbyterio, quod hic quidem utatur auctoritate ſuâ, Clerum  
ſuum habens ut Cœtum Conſiliariorum; ille verò primam dumtaxat  
habeat ſententiam inter fratres, qui una cum Metropolitano habebant

Cyprianus.  
Eusebius  
edit. Chriſt.

S. Ignatius.

Clerus Rom.

Cyprianus.  
Canon  
Antiochen.



Cānon 34.  
Apostolor.  
Zonaras.

Balzamon.

Canon 39.  
Apostolor.

Ignat. Mart.

Ioannes  
Antioch.  
Arsenius.

Interp. græc.  
Iosephus  
Ægypt.  
Balzamon.

rerum agendarum decisivum suffragium. Unde dum canon noster Antiochenus statuit: *nec Metropolitanus sine ceterorum gerat consilio Sacerdotum.* Loquitur ex canone 34. Apostolorum: *sed nec ille absque omnium sententiâ aliquid agat.* Ad quæ verba Græcorum canonum Interpres Zonaras: *sed ne primo quidem Episcopo concedit, ut honore abutens hunc mutet in Dominium, & uni sibi potestatem arroget: modoque dictorum vel similium quid agat sine communi suorum consacerdotum sententiâ. Vult enim Pontifices consentire, charitatisque vinculo colligari.* Addit Balzamon ibidem: *non posse autem primum quidquam facere sine sententiâ Episcoporum suorum, ne dixeris esse intelligenda de omnibus, quæ ab illo facienda sunt, sed de ijs tantum, quæ sunt magni momenti.*

5. Tertio, quod Clero nihil licuerit præter conscientiam Episcopi. Sic canon 39. Apostolorum: *Presbyteri & Diaconi sine sententiâ Episcopi nihil perficiant.* Ipse enim est, cuius fidei populus Domini est creditus, & à quo pro animabus eorum ratio exigetur. Et S. Ignatius Martyr epistolâ 10. ad Smyrnenes: *sine Episcopo nemo quidquam faciat eorum, quæ ad Ecclesiam spectant.* Eadem fere habentur in editione genuinâ: & Ioannes Antiochenus in collectione canonum titulo 22. oportere Presbyteros, atque omnes, qui sunt in Clero, Episcopis suis subijci, ac nihil præter ipsorum sententiam obire. Et Arsenius Monachus numero 70. non oportere Presbyteros aut Diaconos quidquam facere absque Episcopi consensu, pro quo citat inter alia canonem Apostolorum, quem antiquus interpres græcus in hoc compendium redegit: *sine Episcopo nihil faciat Presbyter & Diaconus, etenim huic creditus est populus.* Et Iosephus Ægyptius: *& nullus ex Presbyteris & Diaconis, aliquid in Ecclesiâ faciet sine Episcopi sententiâ.* Quæ Theodorus Balzamon post Zonaram exponit: *non oportere Presbyteros & Diaconos sine sententiâ Episcopi quidquam agere, ne dixeris esse universale, sed dixeris, non licere eis aliquid facere, quod ad Episcopum pertineat, absque eius sententiâ, sicut locare immobilia Ecclesiæ, redditus eius importare, pœnas imponere, & alia eiusmodi. Administratio enim, inquit canon, rerum Episcopaliû, & anima populi Episcopo credita sunt.* Canones interpretantur agere de rebus, quæ ad Episcopum pertinent, aut administrationem bonorum Ecclesiæ, sed non de solis: enimvero, quæ canone Apostolico continentur, expendere videtur D. Ignatius Martyr epistolâ ad Smyrnenes, ubi non modo ex antiquâ editione sed etiam ex novâ, quam ex Codice M. S. Mediceo



dicæo posteritati consecravit Usserus, sic legitur : nullus sine Episcopo  
 aliquid operetur eorum, quæ conveniunt in Ecclesiam. Illa firma gratiarum  
 actio reputetur, quæ sub ipso est, vel quam utique ipse concesserit. Vbi  
 utique apparet Episcopus, illic multitudo sit : quemadmodum utique ubi  
 est Christus Iesus, illic Catholica Ecclesia. Non licitum est sine Episcopo  
 neque Baptizare neque agapem facere : sed quod utique ille pro-  
 baverit, hoc est Deo beneplacitum, ut stabile sit & firmum omne quod  
 agitur. Hæc ex editione Usserij, cum in antiquâ editione post Bap-  
 tizare addatur, neque offerre, neque sacrificium immolare : neque  
 illud absque fundamento additum esse, ostendi potest ex iis, quæ de  
 sacrificij ritu notavi ad canonem 2. Antiochenum supra. Erat olim in  
 singulis Ecclesiis unicum altare, in quo dum unum indies offerri con-  
 sueverat sacrificium, celebrante Episcopo omnes de eius manu Pres-  
 byteri communicabant, & hinc tam frequens mentio apud Patres &  
 Coacilia de celebrante Episcopo, non quod Sacerdotibus celebrare  
 non licuerit, sed quod id Episcopi munus fuerit, nec sine Episcopi  
 consensu, ut S. Ignatius docet, olim Sacerdotibus licuerit in ipsius  
 saltem præsentia offerre.

6. De Baptismo etiam præclarum extat Tertulliani testimonium  
 libro de Baptismo, capite 17. *Supereft ad concludendam materiã de* Tertullian.  
*observatione quoque dandi & accipiendi Baptismum commonefacere. Dan-*  
*di quidem habet jus summus Sacerdos, qui est Episcopus: deinde Pres-*  
*byteri & Diaconi; non tamen sine Episcopi auctoritate propter Ecclesiæ*  
*honorem. Et D. Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos: sine* D. Hieron.  
*Episcopi jussione, neque Presbyter, neque Diaconus jus habeant baptizandi.*  
 De sancto item Ambrosio scribit in vitâ Sanctus Paulinus : *erat in re-* S. Paulinus.  
*bus divinis implendis fortissimus, in tantum ut quod solitus erat circà*  
*baptizandos solus implere, quinque postea Episcopi vix implerent. Plu-*  
*ra eius rei testimonia profert in appendice ad Ephesinum Latrocinium*  
 Christianus Lupus, qui usque ad tempora Hincmari hanc disciplinam  
 invaluisse existimat, quod ille epistolâ 52. capite 2. adversus Odoa-  
 crum Ecclesiæ Belluacensis Laicum invalorem scriptum reliquerit :  
*quanti sine canonico Baptismo relicti fuerunt ? idem de auditione Con-* Hincmarus  
*fessionis dixerim, quam sæpius à Divo Ambrosio Mediolanensium* Rhemenfis.  
 Antistite fuisse exceptam, testatur S. Paulinus Diaconus, ut tunc  
 Episcoporum munus fuerit, confessiones excipere, cui suffragatur Ni-  
 cephorus Chartophylax epistolâ ad Theodosium Monachum : *Olim* Nicephor.  
*omnes oportebat ad ipsos Pontifices accedere, suaque illis occulta prodere,* Chartophil.  
 &



& sic vel reconciliationem, vel repudium ferre. Ignoro autem, quid factum sit, cur hac minus observentur, quamvis existimem Pontifices negotij radio frequentique multitudinis turbulentia defatigatos, id opera ad Monachos transmississe. Erudita est hæc Nicephori Carthophilicis adnotatio, enim verò nascentis Ecclesiæ primordia habuerunt varias rerum vicissitudines, hostes infestissimos, & persecutiones cruentas, ut fides non solis instar radios suos unico temporis momento per orbem diffuderit, sed paulatim profecerit: & illis temporibus cum mellis esset parva, operarij erant pauci, sufficiebatque plurimis in locis unus Episcopus, qui ut verus Pastor cuncta Pastoris officia exercebat, unde provenit, quod primis Ecclesiæ sæculis sæviente adhuc gentilium tyrannide Episcopi præcipuam animarum curam prædicando fidelibus, sacrificando cum Presbyteris, baptizando certis temporibus, excipiendi pœnitentium confessiones sapius, per se ipsos exercerent. Unde & antiquiores Patres & canones vetantes, ne Presbyteri aut Diaconi aliquid in Ecclesiâ faciant sine Episcopi sententiâ, etiam de similibus muniis sunt intelligenda.

7. Et cum hæc rectè intelligis, queri non oportet, quid in causâ sit, quod etiam hodie sine permissione Episcopi non liceat concionari in ipsius Diœcesi, aliaque munia Pastoralia obire. Id de confessionum auditione præclare docet Mattheus Blastares in Syntagma Alphabeticum litterâ M. capite nono, ubi adducto canone 6. Carthaginiensi, quo inter alia confessionum denuntiatio vetatur Presbyteris, subdit: *horum etenim administratio Antistitibus conceditur, quippe qui ligandi & solvendi potestatem habentes, Apostolorum typum ferunt, quibus talem potestatem concessit Christus. Quare qui sine Episcopi consensu confessiones hominum excipiunt sacrati Monachi, male faciunt, & valde periculose; neque enim solvendi neque ligandi facultatem habent; multo magis prophani Monachi, illis enim omnino permittere, ut Confessiones hominum excipiant & judicent, nequaquam licitum est.* Consonat Symeon Thessalonicensis in libello de sacris ordinationibus edito per Ioannem Morinum parte 2. de ordinatione Græcorum, ubi circa finem: *officium Spiritualis Paternitatis conferendum non est Monachis Idiotis, nullam prorsus ordinationem habentibus. Nam adeo sacratissimum hoc est, ut solis Episcopis conveniat, non autem Presbyteris, quemadmodum canones loquuntur. Eo autem officio funguntur Presbyteri urgente necessitate cum licentiâ Episcopi, illoque absente, non presente. Crimina tamen maiora, veluti sunt fidei abnegatio, homicidium, & personarum*

Matth. Blast.

Symeon  
Thessalonic.

sacratum



sacrarum lapsus ad Episcopum referre oportet, & alia quacumque fugiant & excedunt cognitionem suscipientis confessionem, omnia quoque agere cum Episcopi consilio. Nam opus illud est Episcopi proprium, & manifestum est ex litteris permissoriis. Si enim Presbyterorum hoc esset proprium officium, non darentur illis licentia & mandatum ad excipiendas confessiones. Et ex hinc Græcorum sententiis disce hodiernæ quoque disciplinæ rationem.

8. Quartò, habebat jus visitandi per annos singulos totam Paræciam, & tunc disponendi de rebus Ecclesiasticis aut ad curam Episcopalem pertinentibus. De Sancto Arhanasio ad Synodum Tyriam scribit Clerus Mareoticus: numquam ille solus visitandi causâ itinera obire solet, sed comites secum habere Presbyteros & Diaconos, & non paucos ex plebe. Et extat in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ titulus 52. de visitandis Provinciis, sub quo refertur, Honoratum & Urbanum Episcopos ex Concilij Hipponensis statuto protulisse, singulas Provincias tempore Concilij visitandas esse: & petunt proinde ab Aurelio Carthaginensi Episcopo: dignemini etiam, quod hoc anno secundum ordinem distulisti, vel alio anno Mauritaniam Provinciam visitare. Zonaras, Aristenus, & Balzamon videntur innuere, hoc de visitatione annuâ per Carthaginensem Primatem faciendâ intelligi debere, & evincunt hoc verba subsequenti Aurelij, quibus refert, se de Mauritaniâ nihil statuisse, quod in finibus Africa posita sit: exoptat interim, ut ex abundanti non pollicentes, venire possimus ad vestram Provinciam, alia versio habet, & ad finem in vestra regione. An singuli Primates Provincias suas, & Episcopi Paræcias insuper in Africâ visitare consueverint, mihi non constat, de Episcopis interim Hispanis id constitutum reperio sub Hormisdâ Pontifice anno 516. in Concilio Tarraconensi canone 8. multorum casuum experienciâ magistrante reperimus, nonnullas Diocesanæ esse Ecclesias destitutas. Ob quam rem id hac constitutione decrevimus, ut antiqua consuetudinis ordo servetur, & annuis vicibus ab Episcopo Diocetano visitentur. Et postea in Concilio Braccarensi tertio, anno 578. canone 1. placuit omnibus Episcopis atque convenit, ut per singulas Ecclesias Episcopi, & per Dioceses euntes primum discutiant Clericos, quomodo ordinem Baptismi teneant, vel missarum & quacumque officia in Ecclesiâ peraguntur. Addit, Episcopos instruere debere, ac aliâ die convocatâ plebe istius Ecclesiæ docere de moribus & fide, & sic postea Episcopus de Ecclesia illâ profiscatur ad aliam, &

Cod Africa-  
næ Ecclesiæ.

Aurel. carth.

Concilium  
Tarracon.

Concilium  
Braccar. 3.

Synod.  
Hispalensis.



- concilium  
 Arelat. 6.  
 Capitul. Ca-  
 roli M.
- concilium  
 Colonienſe.
- Iſidorus  
 Hiſpalenſis
- Canon 10.  
 Arauſican.
- Canon 43.  
 Arelat.
- Canon 20.  
 Toletan.
- Concilium  
 Carthag. 2.
- Concilium  
 Wormat.
- Act. 8.  
 Cyprianus.
- S. Cornelius.
- Canon 8.  
 Nicænus.
- copus Paroeciam ſuam circumeat, & ſub Leone 3. Concilium Arelatenſe 6. canone 17. ut unusquiſque Epiſcopus ſemel in anno circumeat Paroeciam ſuam. Et Carolus Magnus in Capitulis Eccleſiaſticis : ut Epiſcopi circumeant Paroecias ſibi commiſſas, & ibi inquirendi ſtudium habeant. Abundant ſubſequentia Concilia hac de re teſtimoniis, nec ſolum in Concilio Generali 8. canone 19. ſed & plerique aliis confirmata huc uſque perfeuerat tanto Eccleſiæ bono, ut non modo Tridentinum Concilium hanc Eccleſiæ diſciplinam quam maximè ſervandam ducat, ſed & anno 1536. Colonienſe Concilium in eâ præcipuum Epiſcoporum munus conſtituat. Epiſcopi munus in duobus potiſſimum conſiſtit. Primum in impoſitione manuum . . . deinde in viſitatione Diœceſeos.*
9. Quintò, ad Epiſcopum pertinet Baſilicarum conſecratio, unctio altaris, conſectio Chriſmatis, ita S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus in epiſtolâ ad Leudefredum, & de Baſilicarum conſecratione adſtipulatur Concilium Arauſicanum 1. canone 10. *qua illi ( Epiſcopo ſcilicet ) omnimodis reſervatur.* De unctioe altaris Concilium Agatenſe ſub Cæſario Arelatenſi, canone 43. *conſecrare altare Presbyter non præſumat, & de Chriſmatis conſectioe Concilium Toletanum 1. canone 20. placuit ex hac die, nullum alium niſi Epiſcopum Chriſma facere, & per Diœceſim deſtinare, & ante 10. annos Concilium Carthaginienſe 2. ſub Genethlio habitum cap. 3. ab univerſis Epiſcopis dictum eſt, Chriſma conſectio & puellarum conſecratio à Presbyteris non ſiant, & Concilium Wormatienſe anno 868. canone 2. Chriſma conſicere nullus præter Epiſcopum præſumat : nam illi ſoli hac dignitas conſeſſa eſt.*
10. Sextum eſt impoſitio manuum, quam Ivo Carnotenſis Epiſcopus, & Stephanus Eduenſis inter quinque Epiſcoporû munia recenſet. De iſtis Apoſtoliſ Petro & Ioanne ſcribit S. Lucas actor. 8. *tunc impoſponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.* Et D. Cyprianus epiſtolâ ad Iubaianum ſcribit de Baptizatis : *per noſtram orationem, & manus impoſitionem Spiritum Sanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur.* Et S. Cornelius in epiſtoîâ ad Fabium Antiochenum ſcribit de Novato, non omnia ſecundum Eccleſiæ canonem ſuſcepſiſſe poſt Baptiſmum : *neque, enim Domini ſigillo ab Epiſcopo obſignatus fuit.* Hinc eos, qui ex Hæreſi Novati ad Eccleſiam revertebantur, juſſit Concilium Nicænum canone 8. *impoſitionem manus accipere, quibus in verbis exponendis multum laborat Chriſtianus Lupus : verum quidquid ſit de ſenſu canonis Nicæni, conſtat*



constat ex testimonio Cornelij Papæ, ab Episcopo obsignari aut confirmari Baptizatos : id quod Auctor Apostolicarum Constitutionum libro 3. cap. 16. tu Episcope illa figura unges caput illorum, qui Baptizantur, &c. Concilium Illiberitanum canone 38. de Baptizato in necessitate : ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit. Item canone 77. Episcopus eos, Baptizatos, per benedictionem perficere debet. D. Hieronymus adversus Luciferianos : quod si hoc loco queris, quare in Ecclesia Baptizatus nisi per manus Episcopi non accipiat Spiritum Sanctum, quem nos asserimus in vero Baptizate tribui, discere hanc observationem eâ auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus Sanctus ad Apostolos descendit. Innocentius primus ad Decentium Eugubinum, cap. 3. Presbyteris Chrismate Baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum; non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod soli debetur Episcopis, cum tradant Spiritum Sanctum Paracletum. Auctor epistolæ ad Germaniæ & Galliarum Episcopos, negans ipsis Chorepiscopis licere : per impositiones manuum fidelibus Baptizandis vel conversis ex heresi Paracletum Spiritum Sanctum tradere, nec Chrismate conficere, nec Chrismate Baptizatorum frontes signare. Quod nimirum id solis Episcopis competat, ut rectè S. Isidorus libro 2. de Ecclesiasticis officiis, capite 24. Post Baptismum per Episcopos datur Spiritus Sanctus cum manuum impositione. Concilium Parisiense sub Ludovico & Lothario libro 1. cap. 27. dona Sancti Spiritus per Impositionem manuum &c. Solis Pontificibus debentur, & post plura sæcula Concilium Florentinum in unione Armenorum : confirmationem non nisi Episcopus debet conferre : quia de solis Apostolis legitur, quorum vicem tenent Episcopi, quod per manus impositionem Spiritum Sanctum dabant. Et Tridentinum sessione 7. canone 3. si quis dixerit Sancta Confirmationis ordinarius minister non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

11. Septimum munus Episcopi censetur Clericorum ordinatio. Et confirmatur canone 2. Apostolorum : Presbyter ab uno Episcopo ordinetur, & Diaconus & reliqui Clerici. Et auctor Apostolicarum Constitutionum libro 3. capite 11. neque Presbyteris datus potestatem ordinandi Diaconos, aut Diaconissas, aut Lectores, aut Ministros, aut Cantores, aut Ianitores, sed Episcopis tantum. Concilium Ancyranum canone 13. vetans Chorepiscopis : Presbyteros vel Diaconos ordinare, quod nimirum Episcopo competat, teste Antiocheno Concilio hocce

Constitut.  
Apostolic.Canon 38.  
Illiberit.

D. Hieron.

Innocent. 1.

Inter Leonis  
epistolâ 88.

Iisd Hispal.

Concilium  
Parisiense.  
Concilium  
Florentin.Concilium  
Tridentin.Canon 2.  
Apostolor.Constitut.  
Apostolic.

Canon 13.



- Canon 9. Antiochen. Ambrosius. canone 9. *ut ordinet Presbyteros & Diaconos.* Unde D. Ambrosius de dignitate Sacerdotali, cap. 5. loquens nomine Episcopi : *ordino Presbyteros*, inquit, *consecro Diaconos* : suntque tot hæc veritatem comprobantia testimonia, ut si innumera dixerim, veritatem ipsam attigerim : unde Concilium Colonienſe non immeritò statuit parte 1. primum Episcopi munus *consistit in impositione manuum, quæ est ordinum Ecclesiasticorum collatio, ac institutio ministrorum.*
- Concilium Colonienſe. 12. Octavum Episcopi munus est *super populum benedictio.* De quâ Concilium Agathenſe canone 44. *Benedictionem super plebem in Ecclesiâ fundere, aut pœnitentem in Ecclesiâ benedicere, Presbytero penitus non licebit.* Nec noviter hoc statutum est pro Galliis, nam & an. 439. Concilium Regenſe statuit canone 5. *Omni Presbytero per familias per agros per privatas domos pro desiderio fidelium, facultatem benedictionis aperire, quod nonnullas jam Provincias habere succurrit.* Ad quæ verba Iacobus Sirmondus in notis posthumis tomo 3. Conciliorum Labbei publicatis : „ Presbyteris permittit, ut privatim benedicant, non publicè in Ecclesiâ: nec privatim ergo ante hoc tempus benedictionem „ dabant in his Provinciis Galliæ. Postea licuit. Unde in Synodo „ Agathenſi canone 44. publicam tantum dare prohibentur, non „ privatam. „ Et hinc jam colliges, quam antiquum sit, quod Episcopi hodie observant, dum per vias publicas aut Ecclesias incedendo inclinato populo benedictionem impertiuntur. Alias benedictiones eorum observabat olim Ecclesia, de quibus Christianus Lupus parte 5. Conciliorum folio mihi 518. & sequentibus. Prima Aurelianenſis Synodus canone 26. agens de missâ, *cum ad celebrandas missas in Dei nomine convenitur, populus non ante discedat, quam missæ solemnitas compleatur, & ubi Episcopus fuerit, benedictionem accipiat Sacerdotis.* Sacerdos hoc loco idem est quod Episcopus, ut rectè observat Sirmondus, & interpretatur tertia Aurelianenſis Synodus : *Et si Episcopus præsens fuerit, eius benedictio expectetur.* Unde colligit Lupus, olim benedictionem in fine missæ dari consuetam ab Episcopo, allegans illud selectorum capitulorum Caroli adversus Chorepiscopos : *nullus Chorepiscoporum benedictiones in publicâ missâ populis tribuere præsumat, quæ summis Pontificibus, id est Cathedralibus Episcopis, & non Chorepiscopis vel Presbyteris debentur.* Aliud absente Episcopo induxit consuetudo per Romanam probata Ecclesiam, unde Presbyteralem benedictionem jam ubique cernimus vigere per Occidentem.
- Canon 26. Aurelianenſ. „ 13. Ad benedictionem Episcopalem redigimus indulgentiarum concessio-
- Synod. 3. Aurelianenſ.
- Capit. Caroli



concessionem olim ab Episcopis usitatam, unde forsitan illud Agathensis canone 44. *Pœnitentem in Ecclesiâ benedicere Presbytero penitus non licebit.* Et revera cum Martyres quidam non Pontifices pacem lapsis dare præsumperant, conqueritur D. Cyprianus epistolâ 10. ad Martyres, quod id egerint in contumeliam Episcopatus: de iis enim, qui ob delicta pœnitentibus accensebantur, habet canon 4. Ancyranus: *Penes autem Episcopos erit potestas modum conversionis eorum probantes vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus addicere.* Sicque penes Episcopos fuisse indulgentiarum potestatem, patet ex Turpino Rhemensium Episcopo, qui cunctis Carolum magnum ad sacrum contra Hispaniæ Saracenos bellum comitantibus dedit plenas indulgentias; ex Pontio Arelatenſi Episcopo, qui circa finem 10. sæculi Lucas D'acherius in editâ tomo 6. spicileg. hâc de re Pontij epistolâ. Ex Gaufrêdo Narbonensi Episcopo, qui similes indulgentias concessit ante sexcentos & plures annos, ut habet antiquus catalogus Episcoporum Magolanensium editus à Philippo Labbeo, ex aliis demum ab Episcopis vario tempore concessis indulgentiis usque ad Lateranensem Innocentij tertij Synodum, quæ, ut rectè animadvertit Christianus Lupus parte 5. Concil. ob indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam Episcopi facere non verebantur, modum imponere cœpit, donec exceptis 40. dierum indulgentiis, Sedis Apostolicæ Præsuli indulgentiarum concessionem fuerint reservatæ, de quibus omnibus, fusius nobis agendum est in iis, quas de actis Orientalis Ecclesiæ contra Lutheri & Calvinii hæreses paramus, dissertationibus.

Canon 4.  
Ancyran.

Canon 44.  
Agathensis.





## CANON X.

Τὲς ἐν ταῖς κώμαις ἢ ταῖς χώραις, ἢ τὲς κα-  
 λουμύρας χωρεπισκόπους, εἰ καὶ χειροθεσίῳ εἶεν  
 Ἐπισκόπων εἰληφότες, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ Συνόδῳ εἰδέ-  
 ναι τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ διοικεῖν τὰς ὑπόκει-  
 μύρας αὐτοῖς Ἐκκλησίας, καὶ τῇ τρίτῳ ἀρκείᾳ  
 φρονίδι καὶ κηδεμονίᾳ, καθιστῆν τὴν ἀναγνώσας ἢ  
 ὑποδιακόνους καὶ ἐφορκιστὰς, ἢ τῇ τρίτῳ ἀρκείᾳ  
 πρεσβυτερίᾳ, μίτε τὴν πρεσβυτερίαν, μίτε Διά-  
 κονον χειροτονεῖν τολμᾶν, διότι εἶ ἐν τῇ πόλει  
 Ἐπισκόπος, ἢ ὑπόκειται αὐτός τε καὶ ἡ χώρα·  
 εἰ τὸ τολμήσῃ τις ἀπαρτῆσαι τὰ ὀρειθῆνα, καθαι-  
 ρεῖται αὐτὸν καὶ ἡς μετέχει ἡμῆς. χωρεπίσκοπον τὸ  
 γίνεσθαι ὑπὸ τῆς πόλεως, ἢ ὑπόκειται, Ἐπι-  
 σκόπος.

*De his qui vocantur Chorepiscopi.*

Versio  
 Dionys. Exi-  
 gui.

Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nomi-  
 nantur, quamvis manus impositionem Episcoporum  
 perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen  
 Sanctæ Synodo placuit, ut modum proprium recog-  
 noscant, ut gubernent sibi subiectas Ecclesias, earum-  
 que moderamine curaque contenti sint. Ordinent  
 etiam Lectores & Subdiaconos, atque Exorcistas, qui-  
 bus



bus promotiones istæ sufficiant. Nec Presbyterum verò nec Diaconum audeant ordinare præter civitatis Episcopum, cui ipse cum possessione subiectus est. Si quis autem transgredi statuta tentaverit, depositus, quo utebatur honore privetur. Chorepiscopum verò civitatis Episcopus, cui ille subiectus est, ordinet.

*Epitome Hadriani Papæ I.*

Quod Chorepiscopi ordines inferiores usque ad Subdiaconatum dare non possunt.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Exorcistas & Lectores, & Hypodiaconos & Cantores Chorepiscopus constituit, non itidem Presbyterum & Diaconum sine Episcopo, qui civitati præest. Qui hoc verò transgredi audet, deponatur. Civitatis verò Episcopus facit Chorepiscopum.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : Ne quem in vico aut parva urbe Episcopum constitui liceat, 6. Sardicensis Synodi Canone decretum est. Pro ijs igitur in eiusmodi locis, Presbyteri vel Chorepiscopi creabantur. Hos ergo Chorepiscopos canon ultra potestatis sue limites progredi vetat; sed Ecclesiarum, inquit, sibi subiectarum administratione contenti, Lectores, Hypodiaconos, Exorcistasque constituent. A Diaconis verò, sacerdotibusque creandis, absque Urbani Episcopi facultate, etiamsi Episcopali ordine aliquando insigniti fuissent, prorsus Chorepiscopi abstineant. Qui verò canonem violarit, in eum depositione animadverti placet. Chorepiscopos autem Urbani Episcopi in sua Diœcesi constituunt, quos quidem in 70. Apostolorum locum suffectos fuisse, Neocasariensis Synodi canone edocemur.

Aristenus : Quisquis debet suam cognoscere mensuram, & in propriis terminis manere. Propterea itaque & Chorepiscopus, si ausus fuerit Presby-



Presbyterum aut Diaconum ordinare exceptis iis, qui ipsi committuntur, nempe Lectoribus, Exorcistis, & Hypodiaconis, deponetur. Quamvis aliter de istis etiam gradibus visum est magno Basilio, ut in 13. Synodi Ancyrana canone scriptum est.

Balzamon: Prohibitum est a canonibus, ne in parvis urbibus & vicis fiant Episcopi, & propterea Presbyteros in eis ordinabant, seu Protopapas & Chorepiscopos. Quia autem nonnulli Chorepiscopi conabantur ordinare Sacerdotes, & alia quaedam jura Episcopalia exercere, & accusati dicebant se hoc recte facere, quod Episcopi manuum impositionem accepissent: statuerunt Patres eos non ex eo adjuvari, ut privilegia, qua illis à canonibus concessa sunt, transgrediantur, nec ordinent Diaconum vel Presbyterum sine Episcopo, sed solos lectores, Subdiaconos, & exorcistas, sive Catechistas, & administrent res Ecclesiasticas, qua sunt illis attributa; alioqui propter eorum, qua definita sunt, transgressionem depositioni subiciantur, & à suo honore excidant. Quia autem nonnulli contendebant, propter arrogantiam à Metropolitano vel etiam Patriarcha Chorepiscopi ordinationem accipere, Episcoporum regionis nullam curam gerentes; hoc quoque prohibitum est: & ordinatum ab urbis Episcopo fieri Chorepiscopum; ut ei subiciatur; nec eum contemnat, ut qui ei dignitatis ordinem non dederit. Recte autem de solis Chorepiscopis verba semper fecerunt Patres, non etiam de Presbyteris, neque enim erat de de iis dubium, ut qui nullum aditum accepissent ad ordinationem ullam faciendam. Interrogaverit autem quispiam, cur verbo depositionis additum est, ab honore quoque deponi? solutio: nonnulli instabant, Chorepiscopum quidem, qui transgressus est, debere deponi; sed tamen Chorepiscopalem honorem habere sive Cathedram, & reliqua, ut vult 9. canon Neocæsariensis Synodi & 21. & 26. sexta Synodi. Propterea ergo dicit canon, eum quoque utrumque amittere, ut est in fine 1. canonis presentis Synodi. Illud autem, sine civitatis Episcopo, non accipitur pro eo, quod est, sine eius mandato; sed sine illius sacrorum celebratione. Etsi enim fuerit Chorepiscopo mandatum, ut Presbyterum ordinet, & hoc fecerit, irrita erit ordinatio; quod non sit ei à canonibus data Presbyterum ordinandi potestas. Lege & 14. canonem Neocæsar. Synodi, & nota quod manuum impositiones, qua sunt à Metropolitanis in presbteros, vel in aliquos alios aliis regionibus subiectos, infirmantur: sed & constitutiones, quæ factæ sunt ab aliquibus de non consecrandis seu caractere donandis ipsorum monasteriorum presbteris ab ipso Patriarcha, sed ab illis Episcopis, vel omnino non ordinandis, sunt penitus irrita.



## SCHOLIION.

1. Canonis sensus quamvis sapius controversus fuit, numquam tamen eius auctoritas in dubium vocata fuit, cum canon ab omnibus collecto-ribus, Concilio Parisiensi sexto, Hrabano Mauro, & Leone 7. fuerit citatus.
2. Agit canon de Chorepiscopis, qui ut Episcopi consecrati sunt, unde Hrabanus collegit, eos ordinatione esse Episcopos, & munia Episco-palia obire posse, cui dum repugnat Leo tertius, difficultas movetur de salvandâ canonis auctoritate.
3. Verum cum canon Antiochenus agat de Episcopis, qui in ordinem Chorepiscoporum redacti sunt, recte statuit Chorepiscopos, licet ut Episcopi consecrati sint, non posse tamen munia Episcopalia obire.
4. Eruitur hic sensus ex ipsius canonis verbis, ut recte interpretati sunt Zonaras & Balzamon.
5. Sensum hunc indicavit à Marca, & cum mentio Chorepiscoporum facta est, latius hanc materiam pertractandam indicamus.

1. **Q**UAMVIS præfens canon sæpius eruditorum disputationibus agitatus contentionem excitarit in Ecclesia, Orthodoxum tamen fuisse vel ex eo patet, quod nemo umquam inventus sit, qui eius auctoritatem contempserit, vel erroris ullo tempore insimularit. Extat in omnibus Conciliorum collectionibus in antiquâ Græcâ, prisçâ latinâ, recentioribus Dionysij Exigui, Isidori Mercatoris, aliorumque subsequen-tium editionibus. Ferrandus Carthaginien-sis Ecclesiæ Diaconus in Breviatione canonum titul. 79. ut Chorepiscopi, id est Vicarij Episcoporum, nec Presbyteros, nec Diaconos ordinent, nisi tantum Subdiaconos. Concil. Anquiritano titul. 13. Concil. Antiochen. titul. 10. Ioannes item Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus in collectione canonum, titulo 21. de Chorepiscopis, canonem 10. Antiochenum exhibet, uti & Cresconius incertæ nobis sedis in Afri-câ Episcopus sub hoc titulo 96. de Chorepiscopo, id est Vicario Episcopi. Hisce accedunt Photius in nomocanone titul. 1. cap. 29. vetus interpres Græcus cum Zonarâ, Aristeno, & Balzamone suprâ, Mat-theus Blastares in Syntagmate Alphabetico litterâ E. cap. 31. & Arse-nius Monachus titul. 61. Sed ne solos canonum collectores hunc 10. Antiochenum protulisse existimares, eius auctoritatem urget Zacha-

Ferrandus.

Ioannes  
Scholast.

Cresconius.





Capitular.  
Caroli M.

Concilium  
Parisiense 6.  
Hrabanus  
Maurus.  
Leo 7.

Hrabanus.

Capitular.  
Caroli M.

rias Papa epistolâ 7. ad Pippinum, cap. 1. & post eum Ansegisus Abbas libro 1. Capitularium, cap. 9. *item in eodem Antiocheno Concilio simul & Ancyroneſi, ut Chorepiscopi cognoscant modum suum, & nihil faciant absque licentia Episcopi, in cuius Parochia habitant.* Et Concilium Parisiense 6. canone 27. *Item in Concilio Antiocheno cap. 10. qui in vicis, &c.* Et Hrabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus in libro de Chorepiscopis ad Drogonem Metensem conscripto: *Item in Concilio Antiocheno sic legitur: qui in vicis vel possessionibus, &c.* Et etiam Leo 7. epistola 2. ad Gallos & Germanos: *in Concilio Antiocheno cap. 10. sic habetur: qui in vicis & possessionibus Chorepiscopi nominantur, &c.* Constantinus Harmenopolus demum in epitome canonum sectione 1. titulo 9. exhibet hunc canonem 10. Antiochenum.

2. Habet canon de Chorepiscopis, quod manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sunt. Unde Hrabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus in Oputculo de Chorepiscopis concludit, Chorepiscopos esse ordinatione Episcopos: *cum autem Chorepiscopos manus impositionem Episcoporum percipere dicit, & quod sicut Episcopi consecrati sint, cur cum consensu Episcoporum, quibus subiecti sunt, consecrationes sacrorum ordinum eis facere non licet, & cum Chrismate sacro fideles consignare. Vanum est enim quemquam consecrationem Episcopalem habere, si ministerium Episcopi ei non licet agere.* Idem planè alij Chorepiscoporum causæ faventes, unde opponi posset, hocce canone olim fuisse firmatum, quod sequens reprobavit ætas, & à Leone 3. adeo improbatum fuit, ut cum Carolus Magnus ante nongentos fermè annos hac de re ipsum interrogasset, Arno Juvavensis sive Saltzburgensis Archiepiscopus & verbis & scriptis retulerit à Leone 3. responsum: *hac non esse necesse iterare vel desinire, quia sapissime à suis decessoribus & à multis Sanctis Episcopis, atque Synodalibus sanctionibus eos esse prohibitos atque damnatos, & ideo non esse necesse ventilare, sed definita tenere: dixit enim, nullum fore Presbyterum vel Diaconum aut Subdiaconum ab eis ordinatum, nec Ecclesiam ab eis dedicatam, nec virginem consecratam, nec quemquam confirmatum, neque quidquam quod de Episcopali ministerio præsumere esse peractum.*

3. Gravis sanè esset hæc difficultas & canonis Antiocheni adversa, si verum esset, quod plerique obtendunt, Concilij Antiocheni verba: *de manus impositione Episcoporum*, intelligenda esse de consecratione Chorepiscopi. Sed hic error, hic imperitia latet plurimorum; nam canon

Antio-



Antiochenus hæc habet de veris Episcopis, qui in ordinem Chorepiscoporum redacti erant, non de Chorepiscopis, qui numquam manuum impositionem Episcoporum susceperant. Qui hæc non intellexere, canonem ipsum sibi adversarium introducere coguntur, cum postea statuat, Chorepiscopum ab uno Episcopo ordinandum: ordinatio enim unius Episcopi non facit consecrationem Episcopalem, quæ à tribus ad minimum Episcopis peragenda est. Erant circa tempora Antiocheni Concilij complures schismatici Episcopi, qui veram consecrationem Episcopalem susceperant, & inter eos fuisse Novatianos, dubitari non sinit canon 8. Nicænus, quo expressè statuitur, revertentes ex Catharis aut Novatianensibus ad Ecclesiam Catholicam, sicubi reperti fuerunt in loco, ubi alius non erat Episcopus, sic ibi manere debere, si Episcopus ibidem Catholicus fuerit, quod solo nominis honore debeat esse contentus, vel si nec hoc placuerit, Episcopus Catholicus, inquit canon, *Providebit ei aut Chorepiscopus, aut Presbyteri locum.* Ad quæ verba Iosephus Ægyptius in Paraphrasi Arabicâ. *Sin hoc non voluerit, nec admiserit, eum Chorepiscopum, hoc est Episcopum vici constituet.* Et post Nicænum Concilium, quia plures inventi erant, qui à Novatianis revertentes ab Episcopo loci Chorepiscopi facti essent, & Chorepiscoporum auctoritatem transgredientes antiqua Episcopatus jura sibi vendicarent, occurrit canon noster Antiochenus, & statuit de Chorepiscopis, etiamsi Episcopi ordinati fuerint, non posse tamen Episcopatus ministeria attingere, sed sola Chorepiscopatus munia obire. Et hic est verus sensus canonis Antiocheni longe ab omni subsequantium sæculorum contradictione alienus.

4. Quod verò hic sit genuinus canonis sensus, ex ipsius canonis verbis imprimis demonstro: *qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sunt; tamen Sancta Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, & gubernent subiectas sibi Ecclesias, earumque moderamine, & curâ contenti sint.* En verba canonis luce clariora: non dicitur, Chorepiscopos manus impositionem Episcoporum in consecratione suscipere: absit à Sanctâ Synodo tam erronea doctrina; sed loquitur de iis, qui Chorepiscopi nominantur, & antea ordinationem Episcopalem susceperant, & hi, inquit, quamvis manus impositionem Episcoporum susceperint, & ut Episcopi consecrati fuerint, cum jam ad Chorepiscopatus gradum redacti sunt, non possunt

Canon 8.  
Nicænus.  
Iosephus  
Ægypt.

Canon 10.  
Antioch.



Episcopatus ministeria attingere. Et hoc accuratè observavit Zonaris  
 supra ubi dicit, Chorepiscopos à Diaconis sacerdotibusque creandis  
 absque Urbani Episcopi facultate, etiamsi Episcopali ordine aliquando  
 insigniti fuissent, prorsus abstinere debere. Neque dissentit Balzamon,  
 si rectè considerentur eius verba: quia autem nonnulli Chorepiscopi con-  
 nabantur ordinare Sacerdotes, & alia quadam jura Episcopalia exercere,  
 & accusati dicebant, se hoc rectè facere, quod Episcopi manuum im-  
 positionem acceperunt: statuerunt Patres, eos non ex eo adjuvari, ut privi-  
 legia, quæ illis à canonibus concessa sunt, transgrediantur, nec ordi-  
 nent Diaconum vel Presbyterum sine Episcopo, sed solos Lectores, Sub-  
 diaconos, & Exorcistas, seu Catechistas, & administrent res Eccle-  
 siasticas, quæ sunt illis attributæ.

5. Et ex his jam patet, quam accuratè canonem nostrum Antio-  
 chenum interpretatus fuerit Parisiensium Archiepiscopus de Marca  
 libro 2. capite 13. §. 5. ubi docet Chorepiscopatum Presbytero con-  
 cedi solitum, quandoque tamen Episcopo vacanti concessum fuisse:  
 de Marca, „ accidebat enim, ut Chorepiscopatus conferretur alicui Episcopo  
 „ vacanti, qui jam Episcopalem consecrationem aliundè acceperat.  
 „ Tunc Chorepiscopatus delatus solum ministerium & Ecclesiarum,  
 „ quæ in agris essent, administrationem concedebat, sed is, cui defere-  
 „ batur, verus Episcopus erat ob susceptam ante Chorepiscopatum ma-  
 „ nus impositionem. „ Et de his, inquit, intelligenda hæc canonis  
 Canon 10. Antiocheni verba: qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominan-  
 tur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Epis-  
 copi consecrati sint, tamen sancta Synodo placuit, ut modum recognos-  
 cant. „ Quali diceret, inquit Marca, etiamsi accidere possit,  
 „ ut præter regulam Chorepiscopatus ab Episcopo aliquo exercea-  
 „ tur, tamen modum ministerij sui excedere non potest. „ Agit  
 itaque canon de Chorepiscopis, qui antea Episcopalem consecrationem  
 obtinuerant, sed occasione istorum, ut rectè Morinus parte 3. exerc. 4.  
 etiam omnia Chorepiscopatus privilegia & ordinationem eorum des-  
 cribit, ut hinc occasionem lumere liceat, sicut de Metropolitanis  
 Provinciarum, & Episcopis civitatis occasione canonis præcedentis  
 disseruimus, hic de Chorepiscopis villarum prosequamur.



Chorepiscopi Nominantur.

C A P V T X V I.

De Chorepiscopis.

A R T I C V L V S I.

De Chorepiscoporum Orientalium institutione, munere, & abrogatione.

1. Hrabanus Maurus Chorepiscoporum originem repetit ab Apostolis, sed ex fundamento supposititio, epistolâ nimirum Clementis ad Iacobum Apostolum.
2. Post Apostolos instituti sunt Chorepiscopi, quorum institutionem anno circiter 278. adscripsit Morinus.
3. Saeculo 3, primum instituti videntur in Ponto à quibusdam Conciliis, statimque per Orientem propagati, ut patet ex subscriptionibus Synodi Ancyranæ & Concilij Nicani, quod etiam horum gradum admisit.
4. Dignitas Chorepiscoporum consistebat in variis. Præpositi erant villis, asciti inter civitatis comministros, curam gerebant bonorum pauperibus distribuendorum, dabant Pacificas litteras, conserebant minores ordines, ordinabantur ab Episcopo.
5. Canon 57. Laodicenus vetans Episcopos in vicis & pagis constitui non agit de Chorepiscopis, sed veris Episcopis, qui tunc contra regulam in vicis & pagis constitui erant plerisque in locis.
6. Canon Laodicenus vult loco Episcoporum in vicis statui periodontas, per quos de Marca malè intellexit Chorepiscopos, Periodonta enim diversi erant à Chorepiscopis, ut patet ex Zonara, Balzamone, & Iustiniano Imperatore.
7. Adducit D. de Marca testimonium D. Basilij epistolâ ad Chorepiscopos, in quâ tamen Basilij non loquitur ex canone Laodicensi, sed ex alio Ecclesiæ statuto, quod ut renovaretur, Chorepiscoporum dignitatem comprobatur.



8. Post Basiliū fuisse Chorepiscopos licet variores, patet ex subscriptionibus Conciliorum Ephesini & Chalcedonenſis. Poſteā eorum meminertunt Ioannes Antiochenus, Synodus octava, Photius, Zonaras, Ariſtenus, & Balzamon, qui ultimus teſtatur, ante ſua tempora Chorepiscopos deſiſſe in Oriente, quamvis à ducentis quinquaginta annis iterum cœperint in Ægypto.

1. **V**T ab eorum institutione initium ducamus, Hrabanus Maurus Archiepiſcopus Moguntinus extremis Ludovici Pij temporibus, in Opusculo primū quidem tomo 8. Conciliorum Philippi Labbei, poſteā verò ex Bibliothecā Regis Galliæ per Stephanum Baluzium in fine tomi 2. de concordia Sacerdotij & imperij publicato cum inſcriptione ad Drogonem Metensem Episcopum, repetit Chorepiscoporum originem ab Apoſtoliſ. Habebant, inquit, ipſi Apoſtoli adiutores in pradicacione Evangelij Chriſti, qui etiam ordinationes fecerunt ex præceptis eorum. Vnde legitur in Codice, quem Damasus Papa de Episcopis Romana Eccleſia petente Hieronymo Presbytero conſcripſit, quod Linus & Cletus ex præcepto Beati Petri ordinationes Presbyterorum fecerint; cum tamen poſt paſſionem Petri, non illi ſed Clemens in honorem Cathedra ſucceſſerit ipſo eidem tradente principe Apoſtolorum, ſicut epiſtola eiusdem Clementis ſcripta ex mandato Petri ad Iacobum fratrem Domini teſtatur. Hinc reor, quod uſus Chorepiscoporum primū originem ſumpſerit. Plura habet Hrabanus, quæ dum parte 1. & 2. antiquitatis illuſtrata diſcuſſa ſunt, hic prætermittenda duco. Pontificalem librum putat eſſe à Damaso Papā ad petitionem D. Hieronymi conſcriptum, cum tamen ſit opus ex tribus Catalogis ſtudio Anaſtaſij Bibliothecarij conſectum. Quod ſi Hrabanus ad ſecundum Catalogum pleraque Pontificum acta continentem oculos converterit, ille non tempore D. Hieronymi à Damaso, ſed tempore Iuſtiniani Imperatoris conſectus eſt, & habet reverā ſub Cleto: *hic ex præcepto Beati Petri viginti quinque Presbyteros ordinavit in urbe Romā.* Verum auctor Catalogi ſua deſumpſit, ut alibi monuimus, ex variis ante tempus ſuum extantibus monumentis, & quod maximè dolendum, illa deſumpſit ex ſimili fundamento, ex quo Clementis in locum Petri ſurrogationem deſumpſit Hrabanus, ex epiſtolā nimirum Clementis ad Iacobum Apoſtolum, quæ cum ſuppoſititia ſit, ut oſtendi parte 2. Antiquitatis illuſtrata, patet profectò, quam parum firmum ſit fundamentum Hrabanus de origine Chorepiscoporum:

2. Aliunde

Hrabanus  
Maurus.

Catalogus  
Rom. Pontif.



2. Aliunde itaque petenda est Chorepiscoporum institutio, qui antiquioribus Patribus planè fuerunt ignoti. Eorum nec acta Apostolorum, nec Apostolorum Discipuli meminerunt. S. Ignatius Martyr nullibi illos recenset in epistolis, nec Dionysius in libro de Ecclesiastica Hierarchiâ, quantumvis sæpius varios Clericorum gradus recensent, vel ex professo de illis agant. Canones Apostolorum, & Constitutiones eorum, quantumvis cæteros ordines Ecclesiasticos licet minimos commemorent, nihil omninò de Chorepiscopis statuunt, quin imò nec verbum faciunt. Videtur tamen Novatianorum tempora antecessisse eorum institutio: cum enim apud Novatianos Chorepiscopi inveniebantur, nec verisimile sit, Novatianos post schisma ordinem ab Ecclesiâ noviter institutum accepturos fuisse, colligi videtur, antea institutos fuisse Chorepiscopos, ut ante nos observat Morinus de sacris ordinationibus parte 3. exercitatione 4. capite 1. qui & numero 3. colligit, circà annum Christi 278. aut ante à quibusdam Provincialibus Synodis Chorepiscopos esse institutos.

3. Quod si à me, quid sentiam, exquiratur, cum sacrum Neocæsareense Concilium ante tempora Nicæni celebratum scribat, ad formam septuaginta videri institutos, & per septuaginta rectius intelligamus Christi Domini, non quidem ut Zonaras, Apostolos, sed ut Leo 1. aut quisquam auctor est epistolæ 88. Discipulos, crediderim, sicut dum messis apparebat plurima, operarij verò pauci, à Christo Apostolis adjuncti sunt Discipuli, sic & crescente fidelium multitudine, & auctâ Christianorum per pagos & villas multitudine in Episcoporum solatium sæculo 3. à quibusdam in Ponto Conciliis institutos esse Chorepiscopos, quâ de re Ferdinandus Mendoza lib. 3. ad caput nonem 58. Concilij Illiberitani: „ cum Episcopi docere publicè  
 „ & curare omnia, quæ erant sui instituti, non possent, Ethnicorum  
 „ potentia & itinerum difficultatibus impediti: necesse fuit deligi ab  
 „ illis viros ætate graves, doctrinâ nobiles, probitate religioneque  
 „ spectatos, qui eorum loco in civitatibus minoribus seu vicis publicè  
 „ & privatim populum, & ( ut commodissimum erat ) Episcopos  
 „ in toto hoc regendæ Christianæ reipublicæ munere juvarent, quos  
 „ græcâ voce Chorepiscopos nuncuparunt, quasi Episcoporum Vicarios: sed titulo & functione Vicariâ tantum, ut hodie titulares  
 „ Episcopi. „ Quod Chorepiscopi olim constituti fuerint in vicis dumtaxat & pagis, asserit eruditus Mendoza. Et loquitur omnino ex Antiquitate, Complures in Cappadociâ aut Ponto extitisse Chorepiscopos.

Mendoza.



copos ante Nicæni Concilij tempora, patet ex laudato Neocæsareensi Concilio, quod non solum Chorepiscoporum dignitatem tuetur canone 13. sed cui etiam duo Chorepiscopi subscripserunt. Concilium Ancyrantum circa eadem tempora celebratum, omnium primò can. 12. terminos præscripsit Chorepiscopis, ne Presbyteros, aut Diaconos ordinarent, qua exceptione cæteros ordines illis manifestè indulgit, ut possent Subdiaconos, Lectores, & Exorcistas liberè ordinare. Propagati fuere Chorepiscopi brevi tempore per Orientem uniuersum, nam post decem circiter annos adfuere ex variis Provinciis Nicæno Concilio complures. Ex Provinciâ Cappadociæ quinque, & ex Bithyniâ duo, qui omnes parebant Exarcho Cæsareæ Cappadociæ. Ex Provinciâ Isauriæ quinque, ex Syriâ duo & ex Ciliciâ unus, qui omnes parebant Patriarchæ Antiocheno, præter illos, quos fragmentum subscriptionum omisit. Horum dignitatem à sacrosancto Nicæno Concilio fuisse admissam, vel ex eo colligere licet, quod canon 8. permittat Catholico Episcopo, ut revertentes ex Novatianâ hæresi Episcopos, ad Chorepiscopatus aut Presbyterij locum recipiat. *Providebit ei, inquit, aut Chorepiscopatus aut Presbyterij locum, ut in Clero prorsus esse videatur.* Canones Nicæni Arabici plura de Chorepiscopis continent: eos loco Episcopi super villas, & monasteria, & Sacerdotes villarum constitutos, firmat can. 57. versionis Turriani, & Chorepiscopum cum Archidiacono sedes suas habuisse ad latus Episcopi in sacro Ecclesiæ tribunali, testatur canon 58. eiusdem versionis, cui addit, *neminem Clericorum sedere potuisse supra illos, præterquam Episcopus, quia hi sunt dua manus & dua ala, quibus Episcopus volat.* Et ex his collegit, D. de Marca, Chorepiscopatum fuisse officium ut Archidiaconatum: sicut enim Archidiaconatus complectitur ministerium adjunctum gradui, sic Chorepiscopatus complectitur ministerium ab Episcopo civitatis delatum ad vicinas Ecclesias, quæ Presbyteris erant commissæ, administratione suâ disponendas.

Canon 8.  
Nicæn.

Canon 58.  
Arabicus.

4. Ut autem innotescat, quibusnam in rebus administrandis dignitas illa consistebat, notandum primò ex dictis supra, fuisse cuidam oppido civitati Episcopali annexo propositum, ut totum territorium cum pagis, si plures reperiebantur, vice Episcopi gubernaret, ita tamen ut de rebus agendis, ac præcipuè de ordinationibus referret ad civitatis Episcopum, ut colligitur ex D. Basilio Cæsareæ in Cappadociâ Episcopo epistolâ ad Chorepiscopos. Secundò, ut rectè ob-

servat



fervat Dominus de Marca, fuisse adscriptos comministris civitatis, non Presbyteris agrorum, unde canones Arabici Nicæni, ubique Chorepiscopis dant tertium ab Episcopo locum in Clero civitatis. & can. 58. quando Chorepiscopus & Archidiaconus sedent in Ecclesiâ, nullus Sacerdos neque Diaconus Ecclesiâ, neque cuiusvis alterius gradus Clericorum audeat sedere supra illos, praterquam Episcopus. Palam supponit, Chorepiscopatum esse dignitatem ut Archidiaconatum, Chorepiscopos inter comministros civitatis asciscendos, & hinc in presentia Episcopi sedere in sacro Tribunali. Addit canon Neocæsareensis, ipsos honoratos esse plusquam ruris Presbyteros, quod rectè exponit Aristenus: ut offerre ipsis liceat sacrificium in Dominico civitatis, quamvis civitatis Episcopus & Presbyteri adsint. Tertiò, adjungit idem canon Neocæsareensis præcipuam pauperum curam gessisse, ut Episcoporum comministri, inquit, propter studium, quod erga pauperes gerunt. Quod canon 54. Arabicus latius exponit: item curet, ut in omni castello & parva villa sit aliquis, qui colligat proventus Episcopi secundum vires cuiusque loci, & afferantur ad eum, si quidem ad eum pertinet, ut faciat Eleëmofynas pauperibus & peregrinis, & Sacerdotes egentes creet, ut maneat inter eos charitas. Quartò, planum est, licuisse Chorepiscopis dare Pacificas, de quibus canon 8. Antiochenus: Chorepiscopi autem, qui sunt irreprehensibiles, dent Pacificas. Quintò licuit Chorepiscopis minores ordines conferre, ut habet post Ancyranum canon Antiochenus quem de facto illustramus: constituent autem Lectores, & Subdiaconos, & Exorcistas. Eius demum ordinatio, aut constitutio fiebat ab Episcopo civitatis. Chorepiscopum verò civitatis Episcopus ordinet, cui ille subiectus est. Antiquus epitomator græcus legit: civitatis vero Episcopus facit Chorepiscopum. Et textus Græcus omninò habet: χορεπίσκοπον δὲ γίνεσθαι ὑπὸ τῆς πόλεως, ἢ ὑπόκειται Ἐπισκόπῳ. Fiat autem Chorepiscopus ab Episcopo civitatis, cui subicitur. Quod si queras modum electionis, canon 54. Arabicus tradit: nominari ab Episcopo bonum religiosum, quem Diaconus proclamat eligi in Chorepiscopum, & subdit: debet Episcopus recitare super electum orationem consuetam, & benedicere illi, dareque ei nomina omnium Ecclesiarum & Monasteriorum, quæ sub potestate eius sunt. Addit Turrianus, ex hac benedictione colligi, ordinem Chorepiscoporum non fuisse nisi Presbyterorum, idcirco enim, inquit, Chorepiscopus non ordinabatur, sed per orationem benedicebatur. Quidquid autem sit de hac controversiâ, ex

Aristenus.

Canon. 13.

Neocæsar.

Canon 54.

Arabicus.

Canon 8.

Antiochen.

Canon 10.

Antiochen.

Canon 54.

Arabicus.

Turrianus.



dictis abundè constat, quidnam tempore huius Antiocheni Concilij licebat Chorepiscopis, qualiter instituebantur; & quid agebant in Ecclesiâ.

Canon 57.  
Laodicen.

5. Videri posset, quod Chorepiscoporum dignitas primò detrimentum passa sit à canone 57. Laodiceno, *quod non oporteat in vicis & pagis Episcopos constitui.* Verum antequam hunc canonem exponamus, animadvertendum est, Montanistas olim in oppidis Episcopos constituisse, quorum exemplo Donatistæ idem in villis & fundis factitarunt, ut non modo ex plerisque eorum Episcopis in collatione 1. Carthaginensi exactè nominatis constat, sed & Alipius Tagastensis civitatis ex parte Catholicâ Episcopus dixit numero 181. eiusdem collationis: *scriptum sit, istos omnes in villis vel in fundis esse Episcopos ordinatos, non in aliquibus civitatibus.* Idem & post Donatistas factitasse Arianos, testis est D. Athanasius Apologiâ 2. ubi agrum Mareoticum describens, decem in eo docet fuisse pagos, qui semper Presbyteros habuerunt Ecclesiis suis præfectos, quibus in locis inquit,

Collatio  
Carthagin.

Athanasius.

Collatio  
Carthagin.

Sozomenus.

Canon 57.  
Laodicen.

*numquam Episcopus fuit, imò ne Chorepiscopus quidem.* Et tamen de Ichyrâ conqueritur, quod ab Eusebianis in minimo pago contra maiorem traditionem fuerit Episcopus consecratus. Quod & vitium hoc in Catholicorum Ecclesias irrepererat tempore D. Augustini, colligi posset ex Petiliano Constantinensi Donatistarum Episcopo, dum in Collatione Carthaginensi Alipio numero 182. reposuit: *sic etiam tu multos habes per omnes agros dispersos: imò crebros ubi habes, sane & sine populis habes.* Et abusum hunc circâ hæc tempore fuisse communem, docet revera Hermias Sozomenus libro 7. cap. 19. *apud quasdam nationes reperias, ubi & in pagis Episcopi ordinantur, sicut apud Arabes & Cyprios ego comperi, & apud Novatianos, & Montanistas eos, qui degunt in Phrygiâ.* Et ex hisce intellige canonem 57. Laodicenum: *ὅτι οὐ δεῖ ἐν ταῖς κώμαις καὶ ἐν ταῖς χώραις καθίστασθαι Ἐπισκόπους, ἀλλὰ περιοδεύοντας, τοὺς μὲν τοὶ ἡδὴ προκαταλαβέντας, μηδὲν ἀράττειν ἀνευ γνώμης τῆς Ἐπισκόπου ἢ ἐν τῇ πόλει: ὡσαύτως δὲ καὶ τοὺς Πρεσβυτέρους μηδὲν ἀράττειν ἀνευ γνώμης τῆς Ἐπισκόπου.* *Quod non oportet in vicis & pagis Episcopos constitui, sed Periclitantes, hoc est circumcursatores: eos autem, qui prius constituti fuerunt, nihil agere sine mente Episcopi, qui est in civitate. Similiter autem & Presbyteris nihil agere sine mente Episcopi.* Arsenius Monachus in Synopli canonum existimavit hoc canone decerni, *circuitores potius quam Chorepiscopos esse constituendos.* Sed error est, per tō Episcopos, veros  
Episco-



Episcopos intellexit canon, quod Laodicensi Concilij tempore ut jam audivimus, plures Episcopi in vicis & pagis essent constituti, in quorum locum jubet Periodeutas seu visitatores constitui. Antiquus epitomator Græcus: *in vico vel pago Episcopus non constituitur sed circuitor*. Et Hadrianus 1. in Epitome canonum: *ut in villis vel in agris non Episcopi sed visitatores constituantur*. Et Isidori Mercatoris versio: *non oportet in villis & vicis Episcopos ordinari, sed visitatores, id est, qui circummeant, constitui*. Et sic quoque interpretantur Zonaras, Aristenus, Balzamon, & Mattheus Blastares, non Episcopos sed Periodeutas seu circuitores in villis constitui mandantes.

6. Archiepiscopus Parisiensis de Marca libro 2. cap. 13. §. 6. hic aliud quiddam autumat, per Periodeutas nimirum ipsos Chorepiscopos intelligendos: *Periodentis, quod idem est, inquit, cum Chorepiscopis*. Unde sensus canonis Laodicensi hic esset juxtà Marca: Episcopos in vicis non constituendos, jamque ibi constitutis nihil licere præter conscientiam Episcopi civitatis. Ubi autem constituti amplius non sunt, Chorepiscopos statuendos, qui & pagos visitabant, „ ut constat ex canonibus Arabicis, „ unde constanter asserere audeo, subdit Marca, eundem esse Chorepiscopum, & Periodeutam, „ tam. „ Verum pace Illustrissimi Archiepiscopi dixerim, & hic unus est ex eius erroribus: nec Latinus nec Græcus compilator aut interpres canonum invenitur Periodeutæ nomine Chorepiscopum intellexisse: de Chorepiscopis in hoc canone ne quidem ulla fit mentio. Licet in pagis Chorepiscopi fuerant instituti, ad Episcopos pertinebat Parœciæ visitatio, à quâ ut liberarentur, instituerunt quidam in villis & pagis veros Episcopos, qui absque ullâ relatione præviâ, sine ullâ Episcopi civitatis molestiâ omnia peragerent: atque huic malo occurrere volens Laodicenum Concilium statuit, Periodeutas seu visitatores per villas & pagos esse mittendos, qui Episcopum ab hâc curâ liberarent. Canones Arabici hoc munus Chorepiscopis attribuentes, vel à vero sunt devij, vel loquuntur solum de visitatione territorij sub villâ aut pago constituti. Chorepiscopi enim certæ Ecclesiæ erant addicti, ut vel colligi potest ex canonibus, qui statuunt, in pagis & villis Chorepiscopos esse constituendos. Unde, de uno ex decem pagis agri Mareotici, scribit D. Athanasius, tam paucos habitatores habuisse, ut ne Chorepiscopus quidem fuerit ibidem constitutus, ac si diceret: Chorepiscopus in pagis maioribus fuisse constitutos. Et hinc colligitur magna differentia inter Chorepiscopos



- Zonaras. copos & Periodeutas, quod Chorepiscopi certæ Ecclesiæ erant assignati, Periodeutæ verò, ut scribit Zonaras, ex eo sint dicti, quod nullibi propriam sedem Cathedramque habentes, huc & illuc fidelibus in officio continendū vagentur. Et ut hæc differentia inter utrumque confirmetur, tantum oculos injicere oportet in Calchedonenſe Concilium, cui quatuor Chorepiscopi aliorum Episcoporum nomine subscripserunt, qui nullibi Periodeutæ vocantur. Econtrà verò actione 4. in causâ Carosi & Dorothei refertur ab Ætio missus Alexander Periodeuta aut circuitor. Et actione 10. in libello contrà Ibam oblato, Valentinus quidam Presbyter & Periodeuta ab eo ordinatus dicitur. Quid plura? ad Gennadij Patriarchæ Constantinopolitani litteras meminit Balzamon Episcoporum, Periodeutarum, Presbyterorum, & Diaconorum. Et Iustinianus sect. 9. libro 42. cap. de Episcopis & Clericis: *præterea sancimus (quemadmodum & divinis canonibus definitum est,) ne quis Episcopus, aut Chorepiscopus, aut visitator [ *μὴτε περιόδευτῆς* ] aut Presbyter, aut alius cuiuscumque dignitatis Clericus per largitionem ordinetur.* Quid clarius? Chorepiscopos à Periodeutis distinguebant antiqui, Periodeutas etiã visitatores dicendo. Unde apud Gregorium magnum epistolâ ad Maximianum Syraculanum Episcopum: *visitatores Ecclesiarum, Clericique eorum, qui cum ipsis per non sua civitatis Paroecias fatigantur, aliquod laboris sui capiant te disponente subsidium.* Et ex hisce intellige canonem Laodicenum, ad quem Theodorus Balzamon: *alii quidem canones in vicis & regionibus Chorepiscopos & Presbyteros constituendos desinierunt: præsens autem canon jubet circuitores fieri & non Episcopos.* Recta profectò interpretatio, ex quâ habemus, ut antea admonuimus, canonem Laodicenum ne quidem loqui de Chorepiscopis, sed de statuendis loco Episcoporum visitatoribus & Periodeutis.
- Gregorius I. 7. Unum pro sele adducit de Marca sanctum Basilium, qui cum in epistolâ canonicâ ad Chorepiscopos conqueritur, quod illi sine præviâ relatione passim fideles in Clerum assumerent contra Patrum canones, & nullus sit canon, qui de relatione Chorepiscoporum statuisset videatur, quam Laodicenus citatus putat, Laodicenum juxtâ Basilium agere debuisse de Chorepiscopis. Verum audiamus verba D. Basilij: *valdè malè me habet, inquit, quod Patrum de cætero defecerunt canones, & omnis accurata disciplina ex Ecclesiis ejecta est, & timeo, ne si hæc progredi paulum sinatur incuria, in omne confusionis genus res Ecclesiastica redeant. Eos qui Ecclesia ministrant, recepta olim in Ecclesiis consuetudo diligentissimè*
- D. Basilus.



tissimè probatos admittebat: & omnis eorum vita agenda ratio curiosè inquirebatur, an non essent maledici, an non ebriosi, an non prompti ad pugnam, an suam juventutem rectè instituerent: ut possent sanctificationem rectè gerere, sine qua nemo Dominum aspiciet. Et hæc quidem examinabant Presbyteri & Diaconi, qui cum eis versabantur: referebant autem ad Chorepiscopos, qui acceptis suffragiis à sinceris testibus, & eorum admonito Episcopo, ministrum deinde in sacerdotalem numerum cooptabant. Nunc autem nobis primam extrusis, nec ad nos referre in animum inducentes, omnem in vos auctoritatem transtulistis. Deinde re per summam socordiam tractatâ Presbyteris & Diaconis permistis, quos voluerint, vitâ eorum non examinatâ, ex affectione vel cognatione, vel alicuius alterius amicitia indignos in Ecclesiam introducere. Hæc ferè media pars epistolæ, ex quâ constat, verissimum esse, Chorepiscopos referre debuisse ex canonum & Patrum statuto ad Episcopos. Si autem quæras, quinam hi canones sint? Ansegisus Abbas libro 1. Capitularium, numero 9. respondet: item in Antiocheno Concilio & in Ancyronensi, ut Chorepiscopi cognoscant modum suum & nihil faciant absque licentiâ Episcopi, in cuius Parochiâ habitant. Hoc licet in terminis non reperjatur in istis Conciliis, collegerunt tamen Galliarum Episcopi ex illis: alia sunt antiquorum statuta ab ipsis Apostolorum temporibus observata, de quibus egimus canone præcedente, Clero nihil licere sine Episcopo. Et hi sunt canones, hæc statuta, de quibus D. Basilius conquestus est, à Chorepiscopis fuisse neglecta. Episcopi in pagis constituti non referebant ad Episcopos, & hoc exemplum secuti Chorepiscopi abusi sunt potestate propriâ, quibus ut obviaret S. Basilius, necessaridè, inquit, me contuli ad renovandos canones, scribendumque ad vos, ut ad me mittatis indicem ministrorum uniuscuiusque pagi & à quo unusquisque introductus sit, & quod sit eius vita institutum. Additque in fine, quod reliquum est, dignos quidem examine & suscipite, in numerum autem ne referte, priusquam ad nos retuleritis Ex quibus abundè patet, Chorepiscopos tunc temporis adhuc fuisse in Oriente, ita ut nondum aliquid antiquo illorum juri detractum fuerit.

8. Post D. Basiliij tempora adhuc Chorepiscopos fuisse in antiquâ dignitate, sed non ita frequentes in Oriente, colligi imprimis potest ex subscriptionibus Conciliorum, in quibus rariores reperiuntur Chorepiscopi, Ubi enim in Nicæno extant 15. quos nomine suorum Episcoporum subscripsisse constat, ibi in Concilio Ephesino tantum unus

Capitul. Caroli M.

D. Basilius.



- subscriptisse invenitur : *Casarius civitatis* ( non *Asiæ* ut quidam putat ) *sed Alca Chorepiscopus subscripsi &c.* alij Codices habent *Arca* seu *Sarta*. Et in Concilio Chalcedonensi 630. Episcoporum, tantum reperiuntur quinque : *Sophronius Chorepiscopus sermonem faciens pro Basiano Episcopo [ Mopsvestiensi ] definiens subscripsi*, & in Catalogo subscriptionum act. 16. *Paternius Chorepiscopus pro Iordane Episcopo Abila &c.* Afferuntur & alij tres, atque hi sunt, qui in tanto Episcoporum numero memorantur adfuisse Chorepiscopi, quorum tamen auctoritatem adhuc confirmat canone 2. statuens : *si quis Episcopus &c. propter pecunias ordinaverit Episcopum, vel Chorepiscopum, vel Presbyterum vel Diaconum, vel aliquem eorum, qui in Clero annumerantur.* Floruit in Oriente post hoc Chalcedonense Concilium Ioannes Scholasticus tempore Iustiniani Imperatoris in locum Eutychie ad Patriarchatum Constantinopolitanum erectus, qui inter 50. capita suæ collectionis posuit titulum 21. *de Chorepiscopis & Presbyteris, qui in agris degunt, & sacro ministerio ipsis conveniente.* Et diu post hæc tempora sæculo 8. Concilium Generale 7. can. 5. ubi secundus canon Chalcedonensis cum eadem Chorepiscopi mentione reperitur. Ne verò quisquam existimet, hæc potius cum canone referri, quam adhuc extantia confirmari, repetenda sunt, quæ habentur canone 14. eiusdem Concilij Generalis 7. *secundum antiquam consuetudinem Chorepiscopos præceptione Episcopi oportet promovere Lectores.* Hæc enim numquam de Chorepiscopis statuisset Concilium Generale 7. nisi tunc etiam extitissent. Photius Patriarcha Constantinopolitanus sæculo 9. adhuc Chorepiscoporum meminit in nomocanone tit. 1. cap. 29. *de creatione Chorepiscoporum, & quando, & quomodo offerant, aut communicent, & quos ordinent, aut non.* Concilij Ancyranum canon 13. Concilij Neocæsarensis canon 13. Concilij Antiocheni canon 10. *Basilii ex epistolâ ad Chorepiscopos.* Antiquæ item per Morinum editæ Maronitarum ordinationes habent specialem ritum ordinationis Chorepiscopi. Varia demum de Chorepiscopis tradiderunt Zonaras, Aristenus, & Theodorus Balzamon, in notis suis ad laudatos à Photio canones, sed in notis ad citatam S. Basilij epistolam Balzamon Patriarcha Antiochenus observat : *supervacaneum esse, quæ ad 13. canonem Neocæsarensis, & 10. Antiochenum observat, hic repetere, eo magis, inquit, quod quæ in præsentem epistolâ continentur de Chorepiscopis, omnino exoleverunt, & ad ipsum 13. canonem Ancyranum. Chorepiscoporum gradus omnino exolevit.* Floruit hic Theodorus Balzamon

Session. 6.  
Chalcedon.

Canon 2.  
Chalcedon.

Ioannes  
Antiochen.

Canon 14.  
Synod. 7.

Photius.

Balzamon.



zamon sæculo duodecimo versus finem, ut verum esse possit, antea circa sæculi 10. medium à Chorepiscoporum ordinatione Græcos cessasse in Patriarchatibus Antiocheno & Constantinopolitano, uti voluit Ioannes Morinus exercit. 4. de Chorepiscopis, cap. 6. numero 2. quocum stare potest, quod scribit Parisiensium Archiepiscopus de Marca, libro 2. cap. 14. „ in Patriarchatu Alexandrino deletis Episcopis, soli Chorepiscopi curam Patriarchæ in administratione Ecclesiarum levant : quod ducentis abhinc annis inductum fuisse testatur Cyrillus Alexandriæ Patriarcha iis litteris, quas in Valachia scripsit an. 1612.

de Marca,

## ARTICVLVS II.

### De Chorepiscopis Occidentis.

1. In occidente multò serius Chorepiscopi instituti sunt : eorum nulla mentio apud Cyprianum aut Tertullianum, quin nec apud subsequentiâ Africana Concilia, unde Damasi epistola suppositionis arguitur. Prima Chorepiscoporum mentio reperitur in Concilio Regensi occasione Armentarij, deinde mentionem fecit Sidonius.
2. Licet ad medium sæculi quinti Chorepiscopi in Galliis videantur instituti, inde tamen non sequitur, genuinam esse Leonis primi epistolam 88. qua certò supposititia est.
3. Publicatis in occidente Græcorum Synodis, latini videntur de Chorepiscopis parum latius tractasse, ut patet ex S. Isidoro Hispalensi, quamvis ex ipso non habeatur, Chorepiscopos in Hispaniâ fuisse. Aliud est de Galliâ & Germaniâ, in quibus regionibus ob Chorepiscoporum institutionem sæculo 8. orta est contentio, qua ex Capitularibus Caroli Magni adfertur.
4. Refert Carolus Magnus, Gallos noluisse admittere maiorum ordinum Clericos à Chorepiscopis ordinatos, quocum consentit decretum Leonis tertij, post quod Chorepiscopi in Galliis ad gradum Presbyterorum reducti fuerunt, & ne ulterius ordinarentur, prohibiti.
5. Emergentibus postea, qui causa Chorepiscoporum faverent, iterum se opponunt Gallicana Concilia Aquisgranense, & Meldense.
6. Ex Concilio Meldensi colligitur, etiam tunc in Galliis fuisse Chorepiscopos, de quorum potestate in conferendis ordinibus iterum actum

est.



est, pro validitate ordinum ab ipsis collatorum pugnante Hrabanus Mauro, pro invaliditate Hinemaro Remensi, qui ea de re scripsit ad Nicolaum primum.

7. Scripsit & postea ad Nicolaum primum Rodolphus Bituricensis, cui Pontifex privatam sententiam alius rebus occupatus indicat, qua non obstante de Chorepiscopis agere perrexerunt Gallicani Antistites, donec ad medium decimi seculi ubique extincti sunt.

1. **N**unc ad Occidentem veniamus, de quo Ioannes Morinus, exercitatione 4. capite 1. §. 4. „ In Occidente multò serius hic gradus invaluit. „ Et hoc quoque verissimum esse, patet ex Tertulliano & Cypriano in Africâ, apud quos ne quidem ulla mentio sit Chorepiscoporum, quin imò in tot Africanis Conciliis & numerosissimis eorum canonibus nec verbum reperitur de Chorepiscopis, ut planè supposititia sit Damasi Papæ ad Episcopos Africæ de Chorepiscopis epistola quinta, vel inter eas quas Martius Mylesius publicavit nona, in quâ fingit auctor, sedem Apostolicam de Chorepiscopis Africanis fuisse consultam, antequam Chorepiscopi in Africâ fuerant instituti, & quod à vero quoque alienum reperitur, dicit eos fuisse prohibitos, antequam sciamus in Occidente fuisse constitutos. Prima Chorepiscoporum mentio facta est in Concilio Regensi annò 439. occasione Armentarij, quem canon 3. sinit *Chorepiscopi nomine ministrare*. Id verò ne quisquam juxtà morem tunc temporis ibi receptum viguisse existimaret, ea illo canone afferuntur, quæ indicant ex canonicis Nicæni cum Novatianis indulgentiâ desumpta fuisse fundamenta, quibus Armentarius Chorepiscopi nomen obtineret. Extat & apud Sidonium Apollinarem de Claudiano Mamerti Viennensis Episcopi fratre, fuisse eius *Consiliarium in judiciis, Vicarium in Ecclesiis, & Procuratorem in Negotiis*. Additque libro 4. epistolâ II.

*Antistes fuit ordine in secundo,  
Fratrem fasce levans Episcopali,  
Nam de Pontificis tenore summi  
Ille insignia sumpsit, hic laborem.*

Quibus verbis Chorepiscopum describi existimat de Marca.

2. Ex dictis quidam credere possent, institutis per Gallias ad seculi quinti medium Chorepiscopis, cum Galliarum Episcopi de eorum muniis nondum sufficienter fuissent instructi, consuluisse Leonem primum celeberrimum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, indeque episto-

Morinus.

Concilium  
Regense.

Sidonius  
Apollinaris.



epistolâ 88. ad universos Germaniæ & Galliæ Ecclesiarum Episcopos de Privilegiis Chorepiscoporum rescripisse. Verum jam antea ostendimus ad canonem 8. huius Concilij, epistolam hanc esse suppositivam, & cum Galliarum & Germaniæ Episcoporum memoria consonet sæculo 8. sub Zacharia aut Hadriano primo, patet epistolam ab aliquo Anonymo Leoni 1. esse suppositam. Desumptus quidem est locus integer huius epistolæ ex Concilio Hispalensi 2. can. 7. sed ut suprâ vidimus ex editione Garziæ Loaisæ, de solis Presbyteris statuit, & nequaquam de Chorepiscopis, quorum nomen ne quidem in integro canonis textu memoratur.

3. Publicatis per Latinos canonibus Græcis, videntur Occidentales de Chorepiscoporum officii parum latius agere cœpisse, ut colligere licet ex S. Isidoro Hispalensi Episcopo libro 2. de officiis, cap. 6. ubi: *Chorepiscopi, id est Vicarij Episcoporum, juxta quod canones ipsi testantur, instituti sunt ad exemplum 70. Seniorum, tanquam Sacerdotes propter solitudinem pauperum. Hi in vicis & villis instituti, gubernant sibi commissas Ecclesias, habentes licentiam constituere Lectores, Subdiaconos, Exorcistas. Presbyteros autem & Diaconos ordinare non audeant præter conscientiam Episcopi, in cuius regione præesse noscentur. Hi autem à solo Episcopo civitatis, cui adiacent, ordinantur.* Canones tres Ancyranum, Neocæsareensem & Antiochenum simul in compendium redegit S. Isidorus, & ex illis verbis (ad exemplum 70. Seniorum) patet omninò, illum usum versione antiquâ, quam postmodum adhibuit Isidorus Mercator, qui & canone 13. Neocæsareensi eadem retinuit: *Vicarij autem Episcoporum, quos graci Chorepiscopos vocant, constituti sunt quidem ad exemplum septuaginta Seniorum.* An, dum S. Isidorus ex hac antiquâ versione per Hispanias receptâ de Chorepiscopis egit, illi reverâ in Hispaniis instituti fuerint, queri potest: cum ut rectè Morinus, S. Isidorus merè tradere potuerit, quid de iis antiqui Græcorum canones decernant. Aliud est de Galliâ, in quâ non tantum sæculo 5. Chorepiscopos institutos fuisse ostendimus, sed post hac aded multiplicatos agnoscimus, ut ante nongentos & plures annos creberrima de iis facta sit mentio in Conciliis, & contentio ob factas ab illis ordinationes exorta sit inter Germaniæ & Galliæ Episcopos, quam Carolus Magnus libro 7. Capitularium, cap. 187. antiquæ editionis vel (ut est apud Balusium tomo 1. Capitularium:) capite 260. sæpius ad suas aures pervenisse insinuat: *dicebant ergo Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi à regularibus Episcopis ordinati, non*

Isid Hispal.

Versio Isid.

Capitulare  
Caroli M.



eos esse Presbyteros, vel Diaconos, aut Subdiaconos, qui à Chorepiscopis videbantur quasi sacrati, nec Sacerdotale eos debere peragere officium, nisi forent à canonicè ordinatis Episcopis consummati. Sumentes quoque de canonica auctoritate sanctionem, affirmabant à Chorepiscopis ordinatos vulneratum potius, quam Episcopalis sanctificationem per illam manus impositionem habere caput. Palam alludit Carolus Magnus per sanctionem de canonicà auctoritate desumptam ad epistolam Damasi Patris, ex quâ ultima verba videntur delumpta, unde firmatur adnotatio superius facta.

Carolus M.

4. Quia verò Carolus Magnus testatur, clerum Galliarum univèrsum voluisse, omnes maiorum ordinum Clericos à Chorepiscopis ordinatos, per legitimos Episcopos esse reordinandos, ludicre festivum videtur, quod prætendit Ioannes Morinus, Episcopos Galliarum solum dubitasse & egisse de iis, qui in maioris ordinis clerum cooptati erant per Chorepiscopos sine Episcoporum consensu. Contrà enim absolutè agit canon de Chorepiscopis, & eorum in univèrsum ordinationes impetebant fideles Clerici & Laici in Galliis, quorum primi contendebant rationibus, postremi tumultu & jurgiis, adeo ut ministrorum à Chorepiscopis ordinatorum officiis interesse nollent, nec infantibus suis ab eis consignari vel confirmari usquam vellent: quod jurgium, inquit Carolus Magnus, cum enucleatius discutere voluissemus, placuit nobis ex hoc Apostolicam sedem consulere, jubente canonica auctoritate, atque dicente: si maiores causa in medio fuerint devoluta, ad Sedem Apostolicam, ut Sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, incunctanter referatur. Quapropter Arnonem Archiepiscopum missimus ad Leonem Apostolicum, ut inter cetera, quae ferebat, eum ex hoc interrogaret, ut quidquid super his definiendum esset, Apostolicà auctoritate à nostris Episcopis regulariter sopiretur. Qui nobis verbis & scriptis ab eo renuntians, hac non esse necesse iterare vel definire, quia sapissimè à suis prædecessoribus & à multis Sanctis Episcopis, atque Synodalibus sanctionibus eos esse prohibitos atque damnatos, & idè non esse necesse ventilare, sed definita tenere: dixit enim nullum fore Presbyterum, vel Diaconum, aut Subdiaconum ab eis ordinatum. Pontifices prædecessores, Synodales sanctiones, & cuncti Episcopi per Leonem 3. laudati rem hanc adeo perspicuam reddebant, ut Leo 3. nihil noviter definiendum existimavit, sed jam definita retinenda crediderit: ubi autem Arno Iuvavensis sive Saltzburgenensis Archiepiscopus Româ redux, tam litteris quam verbis hoc à Sede Apostolicâ respon-



„ sum ferebat , „ illud , inquit rectè Baluzius, promptis animis am-  
 „ plexi sunt Episcopi Gallicani in Concilio Ratisponensi , eâ tamen  
 „ moderatione servatâ , ut remissâ exilij pœnâ Chorepiscopis lice-  
 „ ret agere in ordine Presbyterorum. „ Verba Caroli Magni sunt :  
 „ *prædictus autem ( Leo 3. ) Chorepiscopus omnes præcepit damnare & in*  
*exilium detrudi. Ista verò omnes maximè regni nobis à Deo commissi*  
*Episcopi cum eodem Arnone permittente præfato Apostolico mitius tractan-*  
*tes , jam dictos villanos Episcopos inter Presbyteros statuerunt , ita ut*  
*amplius nihil de Episcopali ministerio præsumerent , nec ipsi deinceps à*  
*quoquam fierent , qui gradus sui periculum vitare vellet : decretum nam-*  
*que est in illa Synodo , quam Reginisburc , pro eâdem vel pro aliis cau-*  
*sis Apostolicâ auctoritate præfato prætextu habuimus , nihil ex prædictis à*  
*quoquam eorum agere , nec facere volentibus consentire , sed quidquid*  
*ab his Episcopaliter præsumptum est , à canonicè ordinatis Episcopis peragi*  
*debere , nec ullum usquam de Episcopali ministerio à Chorepiscopis ali-*  
*quid accepisse , quia nihil in dante erat , quod aliquis horum accipere*  
*potuisset , quoniam quod non habuit quis eorum , dare non potuit. Nam*  
*Episcopi non erant , quia nec ad quandam civitatis Episcopalem sedem*  
*titulati erant , nec canonicè à tribus Episcopis ordinati. Verba hæc ul-*  
*tima evincunt , actum fuisse de Chorepiscopis tunc cum consensu sive*  
*sine consensu Episcoporum agentibus , cum ad Chorepiscoporum ordi-*  
*nationem refugiat Concilium Ratisponense , quod idem fuisse cum*  
*Reginisburcensi sub Leone 3. celebrato adnotat ad annum 799. to-*  
*mo 7. Conciliorum Philippus Labbeus. Nec hic videtur stitisse Con-*  
*cilium , sed insuper statuisse , quod libro 6. Capitularium Caroli*  
*Magni , cap. 119. refert Benedictus Levita : placuit ne Chorepiscopi*  
*à quibusdam deinceps fiant , quoniam hætenus à nescientibus sanctorum*  
*Patrum & maximè Apostolicorum decretis , suisque quietibus ac delecta-*  
*tionibus inhaerentes facti sunt. Idcirco & olim persæpè , & nostro à San-*  
*ctâ Apostolicâ sede tempore sunt prohibiti , & ne deinceps à quoquam*  
*tam ordinante , quam ordinari cupiente talis præsumptio assumatur , à*  
*cunctis nostri regni Episcopis est in Synodo canonicè prohibitum.*

5. Decisâ in Gallicano Concilio de Chorepiscopis difficultate, nec sic sopita est contentio, quam plurimis enim Episcopis Chorepiscoporum causæ faventibus pro suâ quiete & voluptatibus, exorti etiam sunt, qui scriptis eorum potestatem auferent, inter quos repertus fuit Hrabanus Maurus Moguntiaë Archiepiscopus, qui, ut ante audimus, edito ad Drogonem Metensem Episcopum opusculo tot argu-

Baluzius.

Carolus M.



Concilium  
Aquisgran.

Canon 44.  
Meldensis.

mentis Chorepiscoporum auctoritatem promovit, ut eos Episcopali ordini accensendos, & potestate conferendi sacros ordines præditos contenderit: huic autem doctrinæ ut obviarent cæteri Galliarum Episcopi, in Concilio Aquisgranensi 2. anno 836. quorundam Episcoporum ministros, id est Chorepiscopos, Archipresbyteros, & Archidiaconos avaritiam sectantes arguendos statuit: Concilium verò Meldense anno 845. à Wenilone Senonensi, Hincmaro Remensi, Rodulpho Bituricensi Archiepiscopis, cæterisque suffraganeis celebratum statuit can. 44. *ut Chorepiscopus modum suum juxta canonicam institutionem teneat, & nec Sanctum Chrisma, nec Sanctum Paracletum Spiritum, solis Episcopis juxta decreta Innocentij tribuere debitum, tradere tentet, nec Ecclesias consecret, neque Ecclesiasticos qui per impositionem manus tribuuntur, id est non nisi usque ad Subdiaconatum, & hoc jubente Episcopo, & in locis quibus canones designant, agere præsumant, impositioni autem penitentia, aut penitentium reconciliationi per Parochiam secundum mandatum Episcopi sui inserviat. Si verò civitatis Episcopus obierit, nihil ex Episcopali ministerio specialiter Episcopis debito attentet: quia ex hoc magnum scandalum, & divisionem rerum Ecclesiasticarum atque dilationem in canonicè ordinandis Episcopis, Dei Ecclesiis accidisse conspeximus. Nam si Episcopus civitatis propter desidiam, aut sacularem pervagationem, vel propter infirmitatem modum suum Chorepiscopis transcendere consenserit, sententiam canonicam debet attendere, quâ decretum est, ut, qui contra dicta canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subiaceat.*

6. Quantum ex canone hoc Meldensi colligere licet, Chorepiscopi erant tunc temporis adhuc in Galliis, non obstante quod tempore Caroli Magni de eorum extirpatione conclusum fuisset: quinimò disputatum tunc iterum fuisse de validitate ordinum à Chorepiscopis collatorum, patet ex pluribus: viguerat jam primum Ebbo Rheimensis Archiepiscopus, qui in eo opusculo, quod de ministris Ecclesiæ Remensis scripsit, & in appendicè ad Flodoardum editum est à Iacobo Sirmondo, etiã Chorepiscoporum meminerat. Vivebat tunc quoque Hrabanus Maurus Archiepiscopus Moguntinus, qui ex Antiquis canonibus Chorepiscoporum auctoritatem defenderat, ac ordinationum validitatem tuebatur, unde tracti in varias partes Galliarum Episcopi, ordinatos à Chorepiscopis maiores Clericos vel reordinandos, vel rectè ordinatos pro suâ quique sententiâ existimabant. Hincmarus Remensis in epistolâ 45. per Iacobum Sirmondum ex

Codice



Codice Virdunensi editâ, capite 16. respondens cuiusdam Episcopi consultationibus, Chorepiscoporum ruinâ studuisse videtur: sed & scandalum in Ecclesiâ misit, sicut & quidam Episcopi, etiam à longè precedentibus temporibus, scandalum pro suâ quiete & voluptatibus in Ecclesiam intromiserunt ordinantes Chorepiscopos, & eis quæ summis Pontificibus conveniunt agere permittentes; quos Apostolica Sedes sapius reprobavit, & Apostolico mucrone recidit, sicut in decretalibus eorum, qui voluerit recensere, inveniet. Quin imò & post Synodum Meldensem Hincmarum ad Leonem 4. scripsisse, testatur Flodoardus lib. 3. Historiæ Rhemenfis cap. 10. ubi & occasionem ac compendium epistolæ refert: in hac verò epistolâ de his quos temeritas Chorepiscopalis ordinare, vel quod Spiritum Sanctum consignando tradere præsumebat, requisivit. Et quod terrena potestas hac materia sæpè offenderet, ut videlicet Episcopo quolibet defuncto, per Chorepiscopum solis Pontificibus debitum ministerium perageret, & res ac facultates Ecclesiæ secularium usibus expenderentur, sicut & in nostrâ Ecclesiâ jam secundo actum fuisset. Deplorant eruditi, nec Hincmari epistolam, nec Leonis 4. Responsoriam extare: verum ex citatis testimoniis luculenter constat de mente Hincmari, eum studuisse Chorepiscoporum destructioni, & ordinum maiorum per illos collationem habuisse invalidam, unde & Flodoardus ex eius epistolâ meminit temeritatis Chorepiscopalis.

7. Quid huic reposuerit Leo 4. fateor ignorari, sed ut mentem meam sincerè exponam, putarem Leonem 4. non rescripsisse ad hanc epistolam, & hinc alterum Archiepiscopum, qui cum Hincmaro Meldensi Concilio interfuerat, Rodolphum Bituricensem scripsisse ad Nicolaum 1. & inter alia conquestum fuisse, à Chorepiscopis multas esse in regionibus [ suis ] ordinationes Presbyterorum & Diaconorum effectas, quos quidam Episcoporum deponunt, quidam verò denuo consecrant. Scio quidem huic respondisse Nicolaum primum, sed cum fateatur se solito angustius occupatum fuisse negotiis, & innumeris impeditum necessitatibus cursim tantum, quæ ad Chorepiscopos spectant, exposuisse, & vix saltem summatim mittenda decerpisse, contenta hac epistolâ non accipienda sunt tanquam à Sede Apostolicâ definita, sed ut ex privatâ Pontificis sententiâ indicata. Unde non obstante hoc præmaturè extorto Nicolai responso, Galliarum Episcopi famosam illam de Chorepiscopis controversiam perscrutari perrexerunt, & patefactâ veritate in Concilio Metensi anno 888. constituerunt canone 8. ut Basilica à Chorepiscopis consecrata, quibus Episcopis consecren-

Hincmarus  
Rhemenfis.

Flodoardus.

Nicolaus 1.  
epist. 19. in  
appendicè 2.



tur, roboratum est: quia juxta decreta Damasi Papa, Innocentij, & Leonis vacuum est & inane, quidquid in summi Sacerdotij Chorepiscopi egerunt ministerio, quod ipsi iidem sunt, qui & Presbyteri, sufficienter invenitur. Coronidem tantæ per omnem Ecclesiam controversiæ impofuere Belgicæ primæ Episcopi, nec facile inveniēs post hæc ullam de Chorepiscopis memoriam, quod illi ut notat Morinus ad medium sæculi 10. extincti sint in Occidente & Oriente universo. De Oriente audivimus id testari Balzamonem, de Occidente putat Morinus id colligi ex can. 12. Concilij Romani vel Ravennatenfis anno 904. sub Ioanne nono, ubi Chorepiscoporum munita Archipresbyteris videntur adscripta, & ex Sigeberto in Chronico de Damaso 2. sermonem faciente: decrevit, ne quid contrà Episcopos præsumant Archidiaconi, qui dicuntur Chorepiscopi, id est villarum, & regionum Episcopi. Citat quoque Christianus Lupus Wazonem Leodiensem Episcopum, ac si scripsisset in extante apud Anselmum canonicum epistolâ: Chorepiscopos, & Archidiaconos ob insolentiam removit Ecclesia, Vnde & hic caret usque in præsens Metropolis Colonia, & tota Provincia. Verum extat hæc Wazonis epistola per Anselmum Leodiensem Canonicum vitæ eius inserta, & per Chapeville tomo 1. gestorum Pontificum Leodiensium anno 1612. edita, & ibi non reperimus Chorepiscopos, sed Coëpiscopos, ut multum dubitari posset de Wazonis testimonio ante medium sæculi undecimi de extinctione Chorepiscoporum dato, nisi dicere velimus, Wazonem idem sensisse cum Sigeberto, & Archidiaconos, Coëpiscopos, & Chorepiscopos pro eodem habuisse contrà mentem antiquorum, qui Chorepiscopis in villis Constitutis minorum ordinum collationem adjudicabant, Archidiaconis verò in civitate constitutis solam ad minores ordines promovendorum præsentationem.

Sigebertus.

Anselmus  
Leodiensis.

Ordinent



Ordinent etiam Lectores & Subdiaconos atque  
Exorcistas . . . . nec Presbyterum verò  
nec Diaconum audeant ordinare  
prater civitatis Episcopum.

C A P V T X V I I.

De sacris Ordinationibus.

1. *Divisio capituli in duos Articulos, quorum primò agetur de potestate Chorepiscoporum in ordinandis Subdiaconis, secundo de ordinibus apud Græcos.*

1. **D**uo circà hæc verba exponenda veniunt, ac primò quidem, quid in causa sit, quod Ecclesia Occidentalis tempore Leonis tertij Chorepiscopis Subdiaconorum ordinationem negarit, ubi canõn Antiochenus eam Chorepiscopis indulfit: secundò autem, cum hoc canone tantum mentio fiat Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Lectorum, & Exorcistarum, an non etiam in Ecclesia Orientali fuerint Acoluthi & Ostiarij? Primum, differentiam attingit inter Orientis & Occidentis Ecclesias circà Chorepiscoporum auctoritatem in conferendis ordinibus: secundum, sententiam Orientalis Ecclesie circà ordinum numerum & institutum attingit, quæ cum ad sacrarum ordinationum materiam spectant, hic sub duobus Articulis fusius pertractanda videntur.

A R T I C V L V S I.

De Subdiaconis per Chorepiscopos ordinandis, ubi & de ritu conferendi ordines, eorumque distinctione.

1. *Dubium an Chorepiscopi ordinare potuerint Subdiaconos, ex epitome canonis*



canonis Antiocheni in Gallis emerfisse putat Marca, ubi & alia con-  
suetudo introducta.

2. Diversa consuetudinis occasio aliunde petenda, pro qua pranotandum, ordines apud graecos diuidi in eos, qui intra & extra Sanctuarium conferebantur, qua diuisio apud Latinos recepta non fuit, sed bene in Maiores & Minores.
3. Orientales indulgebant Chorepiscopis ordinationem eorum, qui extra Sanctuarium conferebantur, quales erant Presbyteri & Diaconi, Occidentales ordinationem minorum ordinum tantum, inter quos tempore Leonis 3. non erat Subdiaconatus.
4. Initio Ecclesie Subdiaconatum inter minores ordines fuisse habitum, ex Urbano 2. & Innocentio 3. indicatur; ex quibus interim Petrus Cantor scripsit, id recens institutum, quem laudant Morinus & Hugo Menardus.
5. Cardinalis Bona hac de re opinio adfertur, & debellato eius fundamento de continentia lege Subdiaconatui post saeculum 6. annexa, aliud fundamentum de ordinatis Subdiaconis post communionem ex Morino adfertur.
6. Verum & vacillat hac Morini observatio, ostenditurque, etiam ante communionem ordinatos fuisse Subdiaconos, pro quo adferuntur loca ex variis M. SS. Codicibus.
7. Ex his indubitatum redditur, Subdiaconatum à Gregorij Magni temporibus, si non antea, maioribus annumeratum, prout nunc quoque habetur.

1. **I**nter ordines, quorum collationem canon Antiochenus indulget Chorepiscopis, reperitur subdiaconatus, de quo exortum in Ecclesia Occidentali dubium emerfisse ex epitome canonis Dionysij Exigui putat Parisiensis Archiepiscopus de Marca, qui libro 2. de Marca. „ capite 14. §. 6. disertè scribit: „ Occasionem sumpsisse videntur „ Leo 3. & Episcopi Gallicani è verbis ambiguè epitomes canonum „ ab Hadriano primo concinnatæ, cuius usus frequens erat in Gallia, „ ut patet è variis locis capitularium, ubi verba ipsa huius epitomes „ referuntur. Etenim breuiarium decimi canonis Antiocheni ita con- Hadrian. 1. „ ceptum est: quod Chorepiscopi ordines inferiores usque ad Subdiacona- „ tum dare possint. Unde Leo & Synodus Gallicana in re dubia inter- „ pretationem aduersus Chorepiscopos facientes, Subdiaconatum ab „ eorum ordinatione subduxerunt. „ Verum licet, usque ad Subdiacono-  
natum.



natum. Intelligi poterat exclusivè, cum tamen rectè notarit Sirmondus, non solam canonum breviationem, sed integram Dionysij Exigui collectionem ab Hadriano 1. in Gallias transmissam fuisse, & in canone Antiöcheno apertè omnes inferiores ordines usque ad subdiaconatum inclusivè Chorepiscopis committebantur, haud videre possum, quomodo ex canone Antiöcheno vel eius Epitome controversia oriri potuit circa subdiaconorum ordinationes.

2. Aliunde itaque repetènda est diversitatis ratio, pro quâ notandum cum Ioanne Morino libro de sacris ordinationibus, quod ordines apud Latinos distinguebantur per majores & minores, apud Græcos per eos, qui extrâ & intrâ sanctuarium fiunt. Ultimum docet Symeon Thessalonicensis libro de sacris ordinationibus, ubi Diaconatum, Presbyteratum, & Episcopatum nominat ordinationes propriæ dictas qua intra sanctuarium fiunt. Subdiaconatum verò & Lectoratum dicit esse manuum impositiones, quæ fiunt extra sanctuarium. Et hanc ordinationum distinctionem apud Græcos esse antiquissimam, patet ex eorum scriptis: refert Amalarius Fortunatus libro 2. de divinis officiis, capite 6. locum D. Ambrosij his verbis: *Ambrosius in tractatu epistola ad Timotheum: illud vero dictis nostris adjici dignum est, quoniam non convenit demirari, si neque Subdiaconorum, neque Lectorum memoriam Apostolus fecisse videatur: illis etenim gradibus functionum, qui in Ecclesiâ necessariò habentur, isti postea magis sunt adjecti propter utilitatem ministerij, quod propter multitudinem credentium per alteros postea impleri debere necessitas flagitavit, unde nec ordinationem ante altare assequuntur; sed alij quidem eorum lectionum officium implent, alij verò intra Diaconium illa præparant, qua ad Diaconi pertinent ministeria.* Quibus ex verbis concludit Amalarius, *subjectos ordines Diacono & Presbytero non debere ordinationem accipere circa altare.* Unde etiam notavit Morinus, Græcorum distinctionem antiquitus apud Latinos fuisse receptam, & hinc haberi in Codice Andegavensi circa finem sæculi undecimi scripto: *quare Subdiaconi, & ceteri inferiores ordines non assequuntur ordinationem ante altare.* Verum pace eruditi Morini dictum sit, cum hæc de prisca Latinorum inter ordines differentiâ oriantur ex unico D. Ambrosij testimonio, quod nullatenus in commentariis Ambrosij super duas Pauli ad Timotheum epistolas comparer, verèor ne locus iste potius alicui Græco vel Latino de ritu Græcorum sermonem facienti tribuendus sit, præsertim cum ibi mentio fiat Subdiaconatus & Lectoratus, qui duo ordines jam dudum apud

Symeon  
Thessalonic.

Locus Amb.  
Tributus.

Amalarius.

Cod. M. SS.  
Andegavens.



Græcos obtinuerunt omiffis cæteris minoribus, ut infra latius. Accedit, nullibi apud Patres Latinos legi distinctionem inter ordines qui conferuntur extrâ sanctuarium, vel in sanctuario, sed reperiri in antiquissimis codicibus Latinis distinctionem factam per majores & minores: sic Sacramentarium Gregorij Magni ab Hugone Menardo editum habet hunc titulum: *Incipit ordo ad sacros ordines benedicendos. Majores gradus ante Evangelium, minores vero post communionem dantur. Et minores quidem Dominicis diebus, si necesse est, majores autem in Sabbatis duodecim lectionum per quatuor tempora tantummodo.*

Sacrament.  
Gregorij ex  
Cod. 800, an.

3. Hisce positis, jam facilis est ratio, cur canon Antiochenus cum Oriente universo Chorepiscopis Subdiaconorum ordinationem indullerit, Occidens verò sub Leone 3. eorum ordinationem solis Episcopis reservavit. Enimverò cum Græci ordines distinguebant per illos, qui intra & extra altare conferebantur, facile indulserunt Chorepiscopis ordinationem eorum, qui extra sanctuarium ordinandi erant, inter quos erant Subdiaconi, qui ne quidem sacra vasa tangere poterant apud Græcos, ut patet ex canone 21. Laodicensi, ubi: quod non oporteat ministros *sacra vasa tangere*. Cum autem Latini ordines non nisi per majores & minores distinguebant, & à tempore Leonis 3. Subdiaconatus maioribus ordinibus accensebatur, Subdiaconatus tamquam unus ex maioribus ordinibus reservatus est solis Episcopis, & reliqui quatuor ordines Chorepiscopis fuere indulti, seu potius juxta canones concessi.

Canon 21.  
Laodicen.

4. Scio quidem apud peritos disputari, utrum & quonam præsertim tempore Subdiaconatus apud Latinos cœperit maioribus ordinibus annumerari. Et Urbanum quidem secundum in Synodo Beneventanâ apud Iyonem in decreto parte 5. cap. 72. statuisse: *nullus in Episcopatum eligatur, nisi in sacris ordinibus religiose vivens inventus est, sacros autem ordines dicimus Diaconatus, Presbyteratus. Hos si quidem solos primitiva Ecclesia legitur habuisse: super his solum præceptum Apostoli habemus. Subdiaconi verò quia & ipsi altaribus administrant, oportunitate exigente concedimus* \* *sed rarissime, si tamen spectata sint religionis & scientia, &c.* Et Innocentium 3. hæc ita interpretatum fuisse in epistolâ ad Mutinensem Episcopum relatâ per Gregorium Innocent. 3. Papam 9. libro 1. decret. tit. 14. cap. 9. quod Urbanus ad statum primitivæ Ecclesiæ se referens (in quo Subdiaconatus ordo sacer minimè dicebatur) instituit, ut de Subdiacono (nisi utilitatis causâ, &c.) non posset electio celebrari. Et ipsum Innocentium addidisse: ut Subdiacon-

Urbanus 2.

\* in Episcopos  
eligi.

Innocent. 3.



nus in Episcopum valeat libere eligi sicut Diaconus vel Sacerdos. Ex quibus scio, & Petrum Cantorem, qui tempore Innocentij 3. ad finem sæculi duodecimi floruit, in M. S. libro de verbo mirifico apud Hugonem Menardum scriptum reliquisse: *prima autem manus impositio debetur Diaconibus ordinandis: de novo enim institutum est; Subdiaconatum esse sacrum ordinem.* Præter hæc Hugonem à S. Victore lib. 2. de Sacramentis fidei parte 3. cap. 13. & Magistrum sententiarum lib. 4. distinct. 24. litterâ 1. uno ore docuisse: quod excellenter canones duos tantum sacros ordines appellari censeant, *Diaconatus scilicet & Presbyteratus.* Indeque Ioannem Morinum exercit. 11. cap. 1. §. 5. scripsisse de Diaconatu & Presbyteratu: *soli hi ordines maiores sunt & Apostolico jure sacri;* & Hugonem Menardum in notis ad Sacramentarium Gregorij Magni dixisse, Subdiaconatum tempore Gregorij primi non fuisse ex maioribus ordinibus, & non ita pridem ante annum 1197. quo floruit Petrus Cantor, institutum esse.

5. Verum post hæc omnia aliud sentit Cardinalis Bona, qui libro 1. de rebus liturgicis cap. 25. num. 16. docet, ab initio & deinceps per aliquot sæcula Subdiaconatum inter minores ordines numeratum fuisse; nec ei annexum fuisse cœlibatum. Post sextum verò sæculum vix aliquam memoriam Subdiaconorum reperiri, qui non fuerint continentiae voto adstricti. Et Romæ quidem jam ab his continentiam servatam fuisse tempore Pelagij 2. qui Subdiaconis Siciliae præcepit, ut more Romanæ Ecclesiæ nullatenus suis uxoribus miscerentur, ut testatur Gregorius Magnus: à Romana autem ad alias Occidentis Ecclesias eandem institutionem propagatam esse, qua occasione cœpit hic ordo à minoribus separari, & maioribus ac sacris accenseri. Nam cum prius extrâ sanctuarium & altare conferri soletet, invaluit postea quorundam Episcoporum consuetudo, eum intra missarum solemnias conferendi, & ita sensim maioribus æquiparatus est. Hæc ferè ad verbum Cardinalis Bona, qui plura miscet, ac primò quidem ordinem Subdiaconatus extrâ sanctuarium olim collatum fuisse, etiam adscribit Latinis, cum id Græcis proprium fuisse videatur, ut diximus suprâ. Deinde innuit, Subdiaconos non nisi sæculo sexto cœpisse continentiae lege obstringi, id quod difficile probari posset; cum ipsius Pelagij decretum à Gregorio Magno laudatum innuat, Romanam Ecclesiam suos Subdiaconos ad continentiam obligasse, à qua si Subdiaconi Siculi usque tunc fuerant exempti, id ex eo provenisse credendum erat, quod tamquam in magnæ Græciæ parti-

Petr. cantor.

Magist. sent.

Morinus.

Bona.



bus constituti Græcorum mores quoad hoc fuerant imitati : Morinus itaque , ut probaret Subdiaconos etiam tempore Gregorij Magni non fuisse inter Maiores ordines reputatos , ad aliud argumentum confugit ex antiquissimis Codicibus M. SS. desumptum : cum enim plures M. SS. Codices distinctionem faciant inter maiores & minores ordines , & Sacramentarium Gregorij Magni ab Hugone Menardo , & Angelo Rocca ex duobus M. SS. editum maiores gradus ante Evangelium in Sabbatis duodecim lectionum tantum , minores verò post communionem Dominicis diebus conferri posse statuat : deinde cum sub uno titulo agat de Diaconis & Presbyteris , qualiter ordinandi sunt mensis primi , quarti , septimi , & decimi Sabbatorum die , ac sub altero speciali titulo agat de Subdiaconatu & cæteris ordinibus ,

Morinus.

„ concludit exercit. 11. capite 6. §. 14. „ ex illis Codicibus ut ex  
 „ aliis jam citatis soli Diaconi & Presbyteri initio missæ solemnæ ab  
 „ Archidiacono præsentantur ordinandi , Diaconatus igitur & Pres-  
 „ byteratus soli tum erant ordines maiores , & inter eos recensetur  
 „ Subdiaconatus. „

Gregor. M.

6. Verum & vacillat hæc Morini observatio , cum manifesta sit Gregorij Magni ad Augustinum Anglorum Episcopum responsio : *si qui verò sunt Clerici extra sacros ordines constituti , qui se continere non possunt , sortiri uxores debent.* Statuerat Gregorius Magnus , nullum amplius Subdiaconum etiam in Siciliae partibus ordinari potuisse , nisi qui se victurum caste promiserit. Unde habemus Subdiaconos uxores ducere non potuisse , & consequenter sacris ordinibus à Gregorio fuisse annumeratos. Neque huic quidquam obstat Sacramentarium Gregorij M. per Menardum & Angelum Roccam ex duobus M. SS. Codicibus editum , si enim maiores ordines in eo à minoribus rectè distinguantur , quod minores singulis Dominicis post communionem , maiores in Sabbatis dumtaxat quatuor temporum ante Evangelium conferebantur , antiquior ex relatis à Morino Codicibus nongentorum vigintiquinque annorum ætatem superans , quod Sacramentarium Gelasianum dicitur , sic habet : *ordo qualiter in Romanâ Sedis Apostolica Ecclesiâ , Presbyteri , Diaconi , vel Subdiaconi eligendi sunt mensis primi , quarti , septimi , & decimi Sabbatorum die in duodecim lection.* Ubi vides Subdiaconatum Sabbatis quatuor temporum conferendum esse tamquam unum ex tribus maioribus ordinibus ibi enumeratis. Et Codex Monasterij Corbeienfis anno 853. à Rodrado ad instantiam Hilmeradi Antistitis conscriptus , post quatuor minores ordines

Sacrament.  
M. SS. Gela-  
sianum.



dines exhibitos habet hunc specialem titulum : *ordo qualiter in Romanâ Ecclesiâ Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi ordinandi sunt : mensis 1. 4. 7. & 10. Sabbatorum die, &c.* Fatetur quoque Rodradus, sese exhibere librum Sacramentorum Gregorij Papæ de circulo anni, & cum magnâ diligentia sese spuria à legitimis discernere, additque in præfatione secundæ partis, quæ de inferioribus ordinibus referuntur, ea se non deprehendisse in S. Gregorij Codicibus : *addidimus etiam & benedictiones ab Episcopo super populum dicendas, nec non & illud, quod in præfato Codice Beati Gregorij ad gradus inferiores in Ecclesiâ constituendos non habetur.* Quod sedulo notandum, ut debellatur Morini sententia ex duobus Sacramentariorum D. Gregorij Codicibus per Hugonem Menardum & Angelum Roccam Apostolici sacrarum præfectum editis desumptâ. Licet enim Subdiaconatus minoribus ordinibus accensetur, cum totum illud de minoribus ordinibus à D. Gregorio non fuerit expositum, vel si expositum fuerit, alio modo expositum esse debuerit, quandoquidem jam supra ex responsis D. Gregorij Magni ad Augustinum Anglorum Episcopum evicimus, D. Gregorium habuisse Subdiaconatum pro uno ex sacris & maioribus ordinibus. Unde & alij plures Codices contra duorum citatorum fidem, de Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis speciatim agunt, uti antiquissimus annorum octingentorum Codex Anglicanus : *ordo qualiter Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi ordinandi sunt mensis primi 4. 7. & 10. Sabbatorum die, in duodecim lectionibus, ubi missa celebrantur. Finita benedictione antequam Evangelium legatur, &c.* Eadem planè annorum octingentorum Codex Ecclesiæ Remensis Sacramentarium Gregorij continens, & post quatuor minores ordines subdens hunc titulum : *ordo qualiter in Ecclesiâ Romanâ Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri ordinandi sunt, &c.* Idem planè annorum octingentorum Codex Thuanus, & Codex Belluacensis circa annum Christi 1000. conscriptus sub hoc titulo : *incipit ordo ad sacros ordines benedicendos.* Et pergit : *mensis primi 4. 7. & 10. Sabbatorum die, &c.* Post quæ Pontificem annuntiantem introducit : *eligimus in ordinem Subdiaconi ill. Diaconij ill., sive Presbyterij ill.* Ex quo clarum est, tres illos ordines non minus dici sacros quam maiores.

7. Unde quidquid sit de initio Ecclesiæ post institutum circa postrema Apostolorum tempora Subdiaconatum, manifestum fit, ab ipsius Gregorij ævo ordinem illum maioribus aut sacris fuisse annumeratum, & cum sub Leone 3. difficultas de Chorepiscopis mota fuit in

Codex M. S.  
Rodradi.

Codex M. S.  
Anglicanus.

Codex M. S.  
Remensis.

Codex M. S.  
Thuan.



18 Canon X. Caput XVII. Artic. II.

2. *Mazob*  
*Ambo*

Urbanus 2. Gallis, tamquam unum ex maioribus ordinibus reservatum fuisse Episcopis. Neque novum statutum fuisse, indicat Urbanus, qui cum Subdiaconatum minoribus ordinibus accenseret, ad statum primitivæ Ecclesiæ se retulit, inquit Innocentius 3. qui loco superius citato, cap. à multis scribit, quod hodie *Subdiaconatus inter sacros ordines computetur, sicut Urbanus Papa 2. sub his verbis expressit: erubescant impij, & intelligant iudicio Spiritus Sancti eos, qui in sacris ordinibus, Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu sunt positi, &c.* Idem habet antiquus ordo Romanus in Bibliothecâ Patrum editus, fateturque Stephanus Eduensis Episcopus capite 5. loquens de Subdiaconis, *inter sacros ordines numerantur.* Et præterquam quod plerique antiqui & recentiores omnes cum Romana Ecclesia hac in veritate conspicerent, audiendum est sacrosanctum Tridentinum Concilium sess. 23. cap. 2. *Subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus & sacris Conciliis refertur.* Et Catechismus ad Parochos ex præscripto Tridentini editus, titulo de Sacramento ordinis, septem enumerat, ac pergit: *ex his alij maiores, qui etiam sacri dicuntur, alij minores sunt. Miores vel sacri sunt ordo Sacerdotalis, Diaconatus, & Subdiaconatus. Ad minores referuntur Acolythi, Exorcista, Lectores, Ostiarij.* Et hæc sufficienter ad ostendendum, Occidentem Subdiaconorum ordinationem tantquam maiorem reservasse Episcopis, restat nunc agamus de minoribus præcipuè apud Græcos, num septem agnoverint, canone Antiocheno non nisi Lectorum & Exorcistarum mentionem faciente.

Stephanus Eduensis.

Concilium Tridentin.

Catechism. Pij 4.

A R T I C V L V S II.

De minoribus, aut collatis extrâ Sanctuarium ordinibus apud Græcos, & variâ eorum fortunâ.

1. *Quod tres minores ordines Ostiariorum, Exorcistarum & Acolythorum ante 1100. annos cessarint apud Græcos, putat Morinus, qui addit, silentium extendi posse usque ad tempora Apostolis vicina, ut probat ex liturgiâ S. Marci, can. 69. Apostolorum, constitutionibus Clementis, & S. Ephrem.*

2. *Verum ostenditur contra Morinum, etiam tres illos minores ordines apud*



apud Græcos fuisse, idque ex S. Ignatio Martyre, constitutionibus Apostolorum, Eusebio, canonibus Laodicenis 26. & 24. ac Antiocheno 10.

3. Deinde ex S. Epiphano, Chrysostomo, Cyrillo Hierosolymitano, Imperatoribus Valente, Valentiniano, Gratiano, & Iustiniano, Ioanne Antiocheno, Photio, & Concilio Trullano.
4. Omnes septem ordines refert Gabriel Philadelphensis, sed recentior est: Symeon autem Thessalonicensis, qui ultra lectoratum meminit cæreiferorum, eos defecisse deplorat, Balzamon verò dum antiquos Ostiarios non amplius extare asserit, olim fuisse innuit.
5. Elias Cretensis & Ioannes Damascenus solum meminerunt lectorum, cumque Damascenus floruerit anno 730. & Concilium Trullanum quod adhuc Ostiariorum mentionem fecit, habitum sit anno 692. oportuit intermedio tempore per Iconoclastarum hæresim alia disciplina circa ordines induci, cum post Damascenum rara extet aliorum minorum ordinum quam lectoratus memoria: testimonia Ignatij Constantinopolitani, Niceta, & Synodi 8.
6. Ioannes 8. meminit Acolythorum in epistolâ ad Imperatores Græcorum, & in plerisque Euchologiis habentur orationes super Acolythos, ad qua respexit Simeon Thessalonicensis, qui eos non habuit tanquam ordine insignitos.
7. Neque Ioannes 8. per Acolythum ordinem illum antiquitus observatum intellexit, sed Acolythum pro Subdiacono posuit, ut rectè annotat Morinus, neque recentiores Græcos plusquam lectoratum agnoscere, probatur ex variis M. SS. ritualibus Græcorum.
8. Idem probant Arcudius, & Hallier. Errata Morini hac in re expensa: contra eum docet Goar, priscos Græcos cum Romanâ Ecclesiâ septem ordines agnovisse, quorum officia postmodum aliis connexa fuerunt, ut docet Arcudius.
9. Ante Arcudium idem indicavit Symeon Thessalonicensis, unde post captam terram sanctam rectè Innocentius 4. voluit, quod Episcopi Græci septem ordines conferrent.

1. **S**ententia est Petri Arcudij libro 6. capite 9. tres ordines Acolythorum, Ianitorum, & Exorcistarum ante schilma Græcorum cessasse, vel quod magis ipsi arridet, connexos cum aliis ordinibus fuisse. Ioannes Morinus exercitatione 14. acturus de minoribus ordinibus secundum Græcos capite 1. hunc titulum præfigit. *Demonstratur,*



Morinus.

*stratur, ab annis mille supra centum nullam fuisse apud Orientales trium minorum ordinum memoriam. Imò hoc silentium extendi posse ad tempora Apostolis vicina. Per tres illos ordines à Græcis sublatos intelligit Ostiarios, Exorcistarum, & Acolythorum. „ Una, inquit, est illis ordinatio nempe Lectoris, & si quis curiosus agere velit, duas illis tri-*

Liturgiâ  
S. Marci.

*„ buet, Cantoris nimirum & Lectoris jam citati. „ Hoc autem ut probet, extendi posse ad tempora Apostolis vicina, producit liturgiam antiquam. S. Marco tributam, quæ tres ordines minores omittit: Memento etiam ubique degentium Orthodoxorum Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, Lectorum, Cantorum, Monachorum, Viduadum, Laicorum. Canonem item 69. Apostolorum: Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, aut Hypodiaconus, aut Lector, aut Cantor, sanctam quadragesimam non jejunarit, vel quartam, vel parascevem, deponitor. Constitutiones Clementis libri 8. capitis 31. adferentes dumtaxat gradus Presbyterorum, Diaconorum, Hypodiaconorum, Lectorum, aut Cantorum, & Diaconissarum. Demum S. Ephrem Constantini Magni temporibus in sermone Parænetico de secundo Domini adventu. Tunc Clerici ab aliis dividuntur Clericis, Episcopi ab Episcopis, Diaconi ab aliis Diaconis, & Subdiaconi; Cantores atque Lectores à se invicem.*

Canon 69.  
Apostolor.

Ephr. Syrus.

*2. Verum miror Ioannem Morinum ex hisce testimoniis probare conatum, silentium trium ordinum extendi posse ad tempora Apostolis vicina, cum capite sequenti adductis quibusdam veterum testimoniis admittere coactus fuit, ex tribus istis ordinibus Ostiarios & Exorcistas ante mille & centum annos apud Orientales populos in usu fuisse. Id enim ita esse, indicat testimonium S. Ignatij Martyris & Antiocheni Episcopi, qui in fine epistolæ ad Antiochenos singularim enumerat Subdiaconos, Lectores, Cantores, Ostiarios, Laborantes, Exorcistas. Constitutiones item Apostolicæ plerisque in locis Ostiariarum aut Ianitorum meminere, ut libro 3. capite 11. Imo neque reliquis Clericis potestatem baptizandi facimus, ut Lectoribus, Cantoribus, Ianitoribus, aut Ministris. Libro 8. capite 16. & sequentibus meminit ordinationis Presbyterorum, Diaconorum, Hypodiaconorum, Lectorum, & Exorcistarum, quamvis Exorcistas ordinatione non fieri Auctor somniet. S. quoque Cornelius Papa scribens ad Fabium Patriarcham Antiochenum, Clerum Romanum ex septem ordinibus constare regulit, cuius testimonium admittit, ac historiæ suæ libro 6. capite 35. inseruit Eusebius Cæsareensis in Palestinâ Episcopus, & addit de*

Ignat. Mart.  
Antiq. edit.  
Constitut.  
Apostolic.

*Novato,*



Novato, quod Exorcistarum praesidio à spiritu malo fuerit liberatus, hos autem Exorcistas, ne putes ad totam Ecclesiam Latinam, in quâ Novatus vixit, spectasse, audiendus est canon 26. Concilij Laodicensi saeculo 4. ab Orientalibus celebrati: *Οτι οὐ δέῖ ἐπορκίζεῖν τοὺς μὴ παραχθέντας ὑπὸ Ἐπισκόπων. Quod eos exorcizare non oportet, qui ab Episcopis promoti non sunt.* Ad quæ verba Aristenus Interpres Græcus: *Ἐ Exorcista quemadmodum ac alij ex ordine sacerdotali ab Episcopo deliguntur.* Et canon noster Antiochenus permittens Chorepiscopis, ut ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas, ex quibus ne quisquam somniet, alios minores ordines tunc non fuisse apud Græcos aut Orientales, notandum omninò, Patres Antiochenos tres tantum adduxisse, quod exinde sufficienter colligeretur, reliquos minores Chorepiscopis commisisse, qui duos tantum majores exceperant: Concilium sanè Laodicenum circà tempora Liberij celebratum canone 24. abundè supplet defectum cum scribit: *Οτι οὐ δέῖ ἱερατικούς ἀπὸ Πρεσβυτέρων εἰς Διακόνων, ἢ ἐξῆς τῆς Ἐκκλησιαστικῆς τάξεως εἰς ὑπηρετῶν, ἢ ἀναγνώστων, ἢ ψαλτῶν, ἢ ἐπορκιστῶν, ἢ θυρωρῶν, ἢ ἔργατορος τῶν ἀσκητῶν, εἰς καπηλεῖον εἰσιέναι. Quod non oportet sacramentum à Presbytero usque ad Diaconum & deinceps quemlibet Ecclesiastici ordinis usque ad ministros, vel Lectores, vel Cantores, vel Exorcistas, vel Ostiarios, vel exercitatorum ordinis in cauponam ingredi.* Accedit Concilium nostrum Antiochenum canone 10. quo permittitur Chorepiscopis, ut ordinent etiam Lectores, & Subdiaconos, atque Exorcistas. Nec puto illustriora ex antiquitate testimonia adduci posse, pro Orientalis Ecclesiæ disciplinâ de ordine Exorcistarum, cui Ostiarios addidit Concilium Laodicenum.

3. Nec hic stitit græcorum de his ordinibus traditio: scribit de magno Athanasio Gregorius Naianzenus orat. in laudem: *in magnum hunc Clericorum ordinem cooptatur, atque in eorum, qui appropinquant Deo appropinquant, numerum adscribitur; ac sacrosancta stationis & ordinis honore afficitur, cunctisque Ecclesiasticorum graduum muneribus deinceps perfunctus.* Ecclesiasticorum graduum meminit S. Gregorius Naianzenus, quos utinam recensuisset? S. Epiphanius in expositione fidei relatis ordinibus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, pergit: *post illos omnes deinceps Exorcista sequuntur, & linguarum interpretes, tam in lectionibus, quam in Concionibus. Sequuntur laborantes, qui mortuorum corpora curant, tum Ianitores, ac reliqui disciplina causâ ordines instituti.* Quibus ex verbis apparet etiam ad

S. Cornelia  
Papa.

Aristenus.

Canon 24.  
Laodicen.

Gregorius  
Naianzen.

Epiphanius.



sæculi quarti finem græcos habuisse Exorcistas & Ostiarios. S. Ioannes Chrysoftomus homiliâ 49. in cap. 24. Matthei refert Episcopos esse, *ceterosque ordines Clericorum*, inter quos Exorcifantes reputasse, fidem facit eius homilia ad baptizandos, quos ait *ad voces Exorcizantium accedere*: alibi docet Exorcistas septem immundum Spiritum ejicere non potuisse. Cyrillus quoque Patriarcha Hierosolymitanus in præfatione ad Catecheses Exorcistarum meminit: *Exorcismos studiosè suscipe*. Et infra: *sic cum Exorcista per Spiritum Sanctum incutiunt timorem*. Valens, Valentinianus, & Gratianus in relecto, L. Presbyteros, C. de Episc. & Cleric. Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, atque Exorcistas, & Lectores, & Ostiarios, & Acolytos, etiam personalium munerum expertes esse præcipiunt. Et post illos Iustinianus Imperator novellâ per D. Gregorium Magnum citatâ non meminit quidem ullius ex tribus minoribus ordinibus, sed notanda sunt verba novellæ 13. *quapropter sancimus nos, ultra sexaginta quidem Presbyteros in sanctissimâ maiore Ecclesiâ esse; Diaconos autem masculos centum, & quadragintâ feminas; Subdiaconos verò nonagintâ; Lectores autem centum & decem; Cantores viginti quinque, ita ut sit omnis numerus Reverendissimorum Clericorum Sanctissima maioris Ecclesiæ, quadringenti viginti quinque, & insuper centum existentibus his, qui vocantur Ostiarij*. Ubi videre licet, etiam Ostiarios à Iustiniano inter Clericos reputari, quin imò & Exorcistas adhuc in Ecclesiâ Orientali fuisse, clamant hæc verba Ioannis Scholastici, qui tempore Iustiniani Imperatoris ad Patriarchatum Constantinopolitanum promotus est, titulo XXVI. Collectionis quinquaginta capitum extantia: *Cantores, Lectores, Ministros, & Exorcistas, neque Dominica vasa attingere, neque orarium in sacro officio gestare*. Quin imò Photius Patriarcha Constantinopolitanus in nomocan. tit. 1. capite 31. *quinam Clerici, Ecclesiasticæ ordinis sint* citato Laodiceno can. 24. Constitutiones Iustiniani concordantes subdit hocce modo: *textus constit. 2. tit. 1. Novellarum Presbyteros, Subdiaconos, Lectores, Cantores Clericos [esse] dicit, quin Exorcistarum etiam & Ostiariorum constitut. 6. tit. 3. libro 1. Codicis meminit*. Ex quo authentico Photij testimonio arguitur erroris sententia Morini asserentis à tempore Iustiniani Imperatoris nullam apud Græcos mentionem fieri trium minorum ordinum, cum potius manifestum sit, Iustinianum non contradicere, sed & illi consonare Patres Trullanos canone 4. *si quis Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel Cantor, vel Lector, vel Ostia-*

Ioannes  
 Antiochen.  
 Photius.  
 Canon 4.  
 Trullan.



rius cum muliere Deo dicatâ coerit, deponatur. Ubi Ostiarij inter Clericos retinentur.

4. Verum quidem est, Gabrielem Philadelphix Episcopum capite 3. ordines septem numerasse: *Septem sunt ordines Sacerdotij. 1. Ianitorum & Acolythorum, 2. Exorcistarum, 3. Lectoris, 4. Subdiaconorum, 5. Sacrorum Diaconorum, 6. Sacerdotum, 7. Principum Sacerdotum, sive Episcoporum.* Sed recentior est hic Philadelphienlis Metropolita, qui sua ex Latinorum doctrinis desumpsit, & post canonem 4. Trullanum nullum ex græcis pro laudatâ veritate testimonium citare potuit. Symeon Thessalonicensis Archiepiscopus libro de sacris ordinationibus capite 1. ordines in eos, qui intrâ sanctuarium, & eos, qui extrâ sanctuarium conferuntur, divisit: intrâ sanctuarium conferri docet Presbyteratum & Diaconatum, & pergit: *Dua sunt igitur extrâ sanctuarium manuum impositiones, Lectoris & Hypodiaconi. Sunt & aliæ officiorum videlicet, & deputati, sive ut ita dicam Cereoseri, quæ ante lectorem celebratur. Ista nescio quâ ratione non sit amplius, & nunc veluti defecit. Vigebat autem ante paucum tempus in Thessalonicensi Ecclesiâ, & in antiquis formulariis describitur.* Scripsit ante pauca sæcula Symeon Thessalonicensis Metropolita, & meminit solum Acolythi, Lectoris, ac Hypodiaconi, quod cæteri ordines minores jam defecissent in Græcis. Habet quidem Codinus cap. 1. libelli de officiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ Ostiarios, & Ioannes Citri Episcopus post secundarium Diaconorum collocat *Ostiarios tres*, & notitia officiorum Constantinopolitanæ Ecclesiæ, quæ continetur in Bibliothecâ regiâ, etiam Ostiarij meminit: verum Theodorus Balzamon schismaticus Patriarcha Antiochenus in scholiis ad Photij nomocanonem notat: *atque hæc etiam scias, quod hodie Ecclesia alios agnoscat Ostiarios & Ianitores.* Ipse quoque Photius tit. 1. nomocanonis, capite 31. id insinuat, cum Iustinianum Exorcistarum atque Ostiariorum mentionem facere scribat, ac si illi ordines tunc quidem extitissent, nequaquam verò suo sæculo.

5. Jam dictis consonat illud Eliæ Cretensis in oratione 19. Gregorij Naianzeni: *Perrò per Sacerdotum vocabulum reliquos etiam sacros ordines complecti mihi videtur, nimirum Lectorum, Subdiaconorum, & Diaconorum.* Ex quibus etsi Lectorum ordo altaris non est, ut qui nihil in eo ex his omnibus, quæ Subdiaconi efficiunt, operari queant, tamen sacer est, ut qui consecrationis Symbolum suscepit. Et ante eum S. Ioannes Damascenus initio dialogi adversus Manicheos: *de ordine quo-*

Gabriel Philadelph.

Ioan. Citri Episcop.

Balzamon.

Eliæ Creten.

Damascen.

que



que dicitur, ut prima dignitas Lector est, deinde Subdiaconus, post Diaconus, post Presbyter, atque ita demum Episcopus dicitur. Floruit Damascenus sæculo 8. ad annum 730. ubi Concilium Trullanum celebratum fuit anno 692. ut inter hæc tempora ex oriente Iconoclastarum hæresi sub Leone Isauro, inter cætera etiam Orientis Ecclesia ab ordinum disciplina potuerit deflectere. Quidquid autem sit post D. Damasceni tempora rara extat de alio minore quam Lectoris ordine apud Græcos memoria. Canone 25. Concilij generalis 8. statutum erat à Nicolao primo, Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos Photio adherentes sine spe restitutionis esse depositos, & quia Pontifex nullam mentionem fecerat de minoribus ordinibus, Græcique tunc temporis plures Lectores habebant, de iis quæsitum est in Synodo, nec à legatis Hadriani 2. sopita aut resoluta est difficultas. Hinc S. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus in edirà post Synodum 8. ab Anastasio Bibliothecario epistolâ scribit ad Hadria-

Ign. Patriar. Constantin.

Nicetas.

Synod. 8.

num 2. quod autem sanctissimis Vicariis Paterna sanctitatis vestra adhuc presentibus penitus perfectum non est, neque finem accepit, rogamus nunc terminari & disponi perfectè, ac integrè scribi ad humilitatem nostram de his lectoribus, qui tonsi sunt à Photio manus impositione: qui cum sint penè innumerabilis multitudinis in universis regionibus & civitatibus Ecclesia, postulant ex necessitate aliorum fieri Sacerdotalem proVectum: ut cognoscamus etiam & super hac re vestram voluntatem atque decretum certissimè & manifestissimè, utrum sint digni promoveri ad maiores Sacerdotij gradus, an non sint: dubium enim hoc tantum dimiserunt. De solis lectoribus egit Ignatius, quod græci solos lectores haberent ex minoribus ordinibus: S. Ignatius ad Episcopatum Constantinopolitanum per alium gradum non ascendit teste Nicetâ in eius vitâ: primum quidem lector, sacrarum litterarum præceptor sanctus: deinde Hypodiaconus, tum Diaconus, ac deinde Sacerdos ordine ac lege Ecclesiasticorum graduum consecratur. Quid clarius? juxta legem per Ecclesiasticos gradus promotus Ignatius solius ex minoribus ordinibus lectoratus ordine insignitur, & consonat ipsa Synodus octava act. 10. can. 5. editionis Græcæ, vel act. 9. can. 5. editionis Latînæ, agens de Clerico, qui per omnes gradus Ecclesiasticos definitis temporibus vitam agendo inculpatam transisse reperiatur, ita ut in lectoris munere annum, in Subdiaconi duos, in Diaconi tres, Sacerdotij quatuor annos expleverit, ad Episcopatus honorem evehatur.

6. Magna quæstio esse potest de epistolâ Ioannis Papæ 8. ordine 199.



ne 199. ad Basilium Constantinum, & Alexandrum Imperatores ve-  
tante, ex Laicis vel curialibus in Patriarcham eligit nisi per gradus, quia,  
inquit, nec prapropere contra canones Ecclesiasticos decretaque maiorum  
cito quilibet Lector, cito Acolythus, cito Diaconus, cito Sacerdos, vel  
Episcopus fiat. Hæc genuina & incorrupta Pontificis epistola, quam  
ubi Photius recepit, totam fere corruptam evulgare non destitit, nec  
laudata verba intacta reliquit: procedere autem hunc volumus per sin-  
gulos gradus Ecclesia satis probatum. Primum Lectorem, deinde Acoly-  
thum, postea Diaconum, deinde Presbyterum, & tandem Episcopum.  
In epistolâ quantumvis à Photio corruptâ retinetur nomen Acolythi,  
quod Græcum est, à quo illud Latini mutuati Ceroferariis primi or-  
dinis Clericis imposuerunt, quod nomen ne quisquam à Græcis tunc  
temporis alienum fuisse existimet, sacrarum ordinationum ritus græ-  
cus in antiquissimo septingentorum propè annorum Codice ad Mona-  
sterium Cryptæ Ferratæ ex concessione Bessarionis Cardinalis spe-  
ctante, & per Morinum edito reperitur post Lectoris & Cantoris  
ordinationem: oratio super Ceroferario & deputato. Quam eandem,  
cum hocce titulo Euchologio Græcorum inseruit Iacobus Goar: oratio  
in deputati & Ceroferarij ordinatione. Addit Goar in Codice Allatiano  
eidem orationi præmitti: adductus eiusmodi ordinandus ad Pontificem  
caput inclinatur, & Pontifex ter eum signans sic precatur. Edidit & hunc  
Codicem Allatianum Morinus, in quo legitur post promotionem æco-  
nomi Monasterij: ordo observandus in promotione *κροφόρος* Ceroferi  
& deputati. Huiusmodi ad Episcopum adductus inclinatur caput, cumque  
eum ter signavit, sic precatur: Domine qui omnem creaturam splendore  
operum tuorum mirabilium illustras &c. Et sic induit eum vestem huius  
ministerio decretam, deinde precatus dimittit, & Episcopo dies multi  
optantur. Et adhæc ritualia forsitan respexit Simeon Thessalonicensis,  
libro de sacris ordinationibus, cap. 1. ubi testatus est, Ceroferos non  
modo in Thessalonicensi Ecclesiâ olim extitisse, sed & eorum pro-  
motiones suo adhuc tempore in antiquis formulariis fuisse descriptas.  
Repetendus est integer locus: due sunt igitur extra sanctuarium ma-  
nuum impositiones, Lectoris & Hypodiaconi. Sunt & alia officiorum  
videlicet, & deputati, sive ut ita dicam Ceroferi, que ante Lectorem  
celebratur. Ista nescio qua ratione non sit amplius. Et nunc veluti defecit.  
Vigebat autem ante paucum tempus in Thessal. Ecclesiâ, & in antiquis  
formulariis describitur. Quod itaque Acolythi fuerint apud Græcos  
jam inde ab octingentis annis, nullum omnino est dubium: sed quod

Ioannes 8.

Photius.

Codex M. S.  
Græcis.  
Eucholog.  
Græcorum.

Codex  
Allatian.

Simeon  
Thessalonic.



ab illo tempore inter ordines fuerint reputati, maximè potest esse con-  
troverſum. Vellem enim ſcire à peritis, cur Simeon Theſſalonicenſis  
de Cereoferis agens eos non excludat dumtaxat ab ordinationibus  
intrà ſanctuarium, ut ſunt ordines maiores, ſed etiam à manuum  
impoſitionibus extrà ſanctuarium, quales ſunt apud Græcos ordines  
minores, quibus tantum abeſt accenſeri Cereoferos, ut eos officio  
non ordine inſignitos edoceat. Conſonat Codex Græcus Leonis Al-  
latij ſuprà, qui Cereoferorum promotionem poſt Eccleſiarchas &  
œconomos recenſet, quod non minus ac eorum promotionem ad of-  
ficia potius quam ordines ſpectare crediderit, ac magis conſonat anti-  
quior Codex Cryptæ Ferratæ, qui dum exhibuiſſet orationes cum  
huiſce titulis: ΕΠΙ ΧΕΙΡΟΤΟΝΙΑ id eſt in ordinatione Episcopi, vel  
Presbyteri, vel Diaconi, vel Subdiaconi, vel Lectoris: nullius  
planè ordinationis meminerit in Cereoferario, ſed mutato titulo ſim-  
pliciter ponat: *oratio ſuper Cereoferario & Deputato*. Quo ſcribendi  
modo indicatur, ordinem non fuiſſe reputatum apud recentiores Græ-  
cos, quin imò Morinus in notis ad Græcas ordinationes, num. 32.  
laudatum Deputati nomen exponens, ait eorum miniſterium cum La-  
tinorum Acolytho convenire reſpondente Ioanne Citri Episcopo li-  
bro 5. juris Orientalis: *pallium geſtans preit cum cereo ardente, cum  
Evangelium ad ambonem legendi cauſâ deſertur, cum Sancta Dona ad  
altare ſolemniter portantur, & cum ad menſam propoſitionis proferuntur*.  
His tamen non obſtantibus, ne quidem inter dignitates apud Græcos  
reputari, docent idem Citri Episcopus: *vigiles, deputati, Camiſati  
non ſunt officia, ſed miniſteria circa ſacrum altare ipſis convenienter  
,, tributa*. Ad quæ verba Morinus: ,, Deputati munus non erat dig-  
,, nitas ſed miniſterium, multò minus ordo. ,,

7. Hæc autem cum ita ſint, mirum profeçtò, ſi Ioannes 8. in lau-  
datâ ſuperius epistolâ per Acolythos intellexiſſet ordinem Acolytho-  
rum, qui apud Græcos non extabat, vel ſi Acolythi erant, non poſt  
Lectores ſed ante illos miniſterium ſulciiebant. Symeon Theſſaloni-  
cenſis, ubi ſupra: *Cereoferi oratio, qua ante Lectorem celebratur*.  
Idem atteſtantur duo Codices citati de Cereoferis, aut quod idem  
eſt, Deputatis mentionem facientes eo ordine, ut lectoratus cellior  
reputetur. Jam verò Acolythi, de quibus Ioannes 8. non ante ſed  
poſt Lectores initiantur: *primum Lectorem, deinde Acolythum, poſtea  
Diaconum, deinde Presbyterum & tandem Episcopum*. Ubi & Acolythi  
eo loco ponuntur, quo apud Græcos ὑποδίακονος collocantur, quo  
gradu

Ioan. Citri.

Morinus.

Ioannes 8.



gradu promovendi ad Sacerdotium debebant post Lectoratum apud Græcos initiari, ut Ioannes Morinus ad verbum Acolythus non malè  
 „ annotarit exercitatione 13. cap. 1. „ Acolythus pro Subdiacono  
 „ positus est, nam propriè Subdiaconus Græcorum, est Acolythus  
 „ latinorum. Tribuunt enim Græci Subdiaconis suis ea propè omnia  
 „ officia, quæ Acolythis suis latini. „ Unde & manet, prout ex  
 Elia Cretenſi, Synodo octavâ, Nicetâ in S. Ignatij vitâ ostendimus,  
 Græcos ex minoribus ordinibus. solius lectoratus mentionem facere  
 sæculo 9. & Ioannem 8. non refragari, quin & antiquitatis imperitiæ  
 adscribendum esse, quod ad corruptam per Photium Ioannis 8. epi-  
 stolam annotavit collector: *cum pratermissos audis Ostiarium & Exor-*  
*cistam à Latinis omnibus inter primos quatuor ordines annumeratos, scias*  
*à Græcis corruptum locum.* Enim verò non corrupta dumtaxat, sed &  
 integra & sincera Ioannis 8. epistola extat Græco-latina post Conci-  
 lium generale 8. tomò 8. Philippi Labbei ex Codice Vaticano edita,  
 & legitur in ea: *ἵνα μή τις ἀφνω ἐναντίον τοῦ ἁγίου καὶ ἐκκλησιαστικῶν κανόνων,*  
*καὶ τοῦ πατρικῶν διατάξεων, ταχέως ἀναγνώσῃς, ταχέως ἀκόλουθος,*  
*ταχέως Διακονῶς, ταχέως ἱερέως ἢ Ἐπίσκοπος χειροτονῆται.* Quia nec  
 prapropere contra canones, Ecclesiasticos, decretaque maiorum, citò qui-  
 libet Lector, citò Acolythus, citò Diaconus, citò Sacerdos vel Episcopus  
 fiat Ubi nec plures ordines in illa comparent, quam in aliâ per Pho-  
 tium corruptâ: sed nec plures à Græcis requisivit Pontifex, sciens  
 plures ordines apud Græcos non reperiri, id quod præter citata hacten-  
 us testimonia confirmant Codices Rituales Græcorum de sacris ordi-  
 nibus per Morinum editi, quorum primus est annorum octingentor-  
 um aut plurium spectans ad Bibliothecam Francisci Barberini, in quo  
 primo tractatur de ordinatione Episcopi, 2. de ordinatione Presby-  
 teri, 3. de ordinatione Diaconi, & Diaconissæ, 4. de ordinatione  
 Subdiaconi, & demum de promotione Lectoris & Cantoris, quibus  
 subiicit de Abbatibus promovendis, & Monachis vestiendis, nul-  
 lius planè alterius mentionem faciens. Eodem planè modo egit de  
 ordinibus Codex Cryptæ Ferratæ annorum propè septingentorum,  
 nisi quod post caput de ordinatione Lectoris, ponat orationem super  
 Cereoferarium, & aliam in promotione Abbatis. Codex Bibliothe-  
 cæ Regiæ ante annos trecentos conscriptus incipit ab ordine Lectoris,  
 & pergit de ordinatione Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, & Epif-  
 copi, nec ullius alterius mentionem facit. Alius Codex Bibliothecæ  
 Vaticanæ, sub numero 1872. notatus, & ante annos 500. conscrip-

Morinus.

Scholiasles.

Ioan. 8.



tus incipit ab ordinatione Lectoris & Cantoris, & statim pergit de Subdiaconis, omittens, ut cætera Euchologia Græcorum, tres minores ordines, quorum etiam non meminit liber quintus juris Orientalis, qui est Basilij Constantini & Leonis titul. 5. cap. 1. ubi: Ἐπίσκοπος ἔστιν . . . δύναμιν ἔχων τελεσικλήν Πρεσβυτέρου, Διακόνου, ὑποδιακόνου, καὶ ἀναγνώστου, καὶ ψάλτου, καὶ μοναχου. Episcopus est . . . habens potestatem initiandi Presbyterum, Diaconum, Subdiaconum, Lectorem, Cantorem, & Monachum.

8. Atqui ex his, similibusque testimoniis Petrus Arcudius libro 6. capite 9. sustinet, Græcos existimasse, minores ordines non esse de jure divino aut Sacramenta à Christo instituta, quandoquidem judicarent, potuisse vel non distingui, vel desisse esse ordines, ut etiam cessarunt. Franciscus quoque Hallier in opere de sacris ordinationibus titulo de numero Ecclesiasticorum ordinum numero 27. libere admisit, recentiores Græcos ex minoribus ordinibus solum Lectoris ordinem agnoscere, quod ipsum pluribus confirmatum tuetur Ioannes

Hallier.

Morinus.

Morinus, cui quo ad hoc contradici nequit, licet alia quædam addat non admittenda, uti in primis antiquiores Græcos septem ordines non agnovisse, deinde prætermissionem trium minorum ordinum ab annis mille supra centum adeo esse constantem, ut nullam reperire sit Exorcistarum, Ostiariorum, & Acolythorum in Græcorum Ecclesiâ memoriam, quin imò ut loquitur exercitatione 14. c. 1. § 1. Si quis altius versus Christiana religionis fontes ascendat, ab ipsis Apostolorum successoribus prætermittos contemplabitur, & ut loquitur exercitatione 11. capite 1. § 12. quod Acolythi apud Græcos auctores nullâ umquam auctoritate compareant. Hæc inquam Morinus, quibus obstant non modo cuncta superius citata antiquorum Græcorum testimonia, sed & Adelmi, qui anno 700. in Schotiâ floruit de Cypriano Antiocheno, qui cum Iustina Martyr occubuit sub Diocletiano testimonium: per septenos Ecclesiæ gradus paulatim proficiens ad summum Pontificatus apicem pervenit. Septeni Ecclesiæ gradus sunt omninò septem illi ordines, quos Eusebius Cæsarensis in Palestinâ Episcopus libro 6. cap. 35. ex epistolâ non Fabiani, ut putavit Morinus, sed Cornelij Papæ recensuit, cui & de Acolythorum ordine tamquam usu in Oriente recepto testimonium addit lib. 3. de vitâ Constantini capite 9. dum narrat, sacro Nicæno Concilio adfuisse ex omni orbe Catholico Episcopos complures: Presbyterorum autem, Diaconorum, Acolythorum, & aliorum, qui istos comitabantur, turba ne enumerari quidem potest. Si

Adelmus.

Eusebius.

tot



tot Acolythi adfuerint Nicæno Concilio, cui Orientis præsertim interfuerunt Episcopi, quis dubitabit post hoc Eusebij testimonium, quin plures Orientis Acolythi adfuerint cum Orientis Episcopis, sicque verum sit, quod in notis ad Euchologium Græcorum docuit Iacobus Goar: *Ecclesiam Orientalem Ostiariorum, Exorcistarum, &* Iacob Goar. *Acolythorum gradum pridem admisisse: nec minus quam sancta Romana Ecclesia septenarium sacris ad lectorum numerum profiteri. Quod namque initio nascentis Ecclesiæ & Ostiarij, & Exorcistæ apud Græcos fuerint, tot Patres docent, tot Concilia tradunt, ut iis convictis Morinus quasi sibi ipsi repugnans quinque primis sæculis eos ordines in Ecclesiâ græcâ receptos scriptum reliquerit exercitatione 14. capite 2. non inviti fatemur, ordines istos ante mille & centum annos apud Orientales populos in usu fuisse. Addidimus nos, usque ad tempora Leonis Isauri fuisse in usu, & tunc nomina quidem remansisse, sed ut docet Petrus Arcudius, ordines tres cum aliis connexos fuisse: munus namque Acolythi, inquit libro 6. capite 9. exercetur à Lectore, functio Iannitoris à Subdiacono, & secundum alios idem Subdiaconus Acolythi munus etiam implet, Exorcista ordo penitus sublatus est: illius nunc munere Sacerdos fungitur, ut etiam fit apud Latinos.*

Morinus.

Petr Arcud.

9. Nec primus id docuit Arcudius, Symeon namque Thessalonicensis Metropolita postquam capite 1. libri de sacris ordinationibus docuisset, Acolythorum manuum impositionem non amplius fieri, addit cap. 2. eorum munus in Lectores translatum: cum enim Lectoris officia describeret, præter Lectionem Prophetarum & Apostolicarum litterarum multa alia recenset Acolythi & Subdiaconis latinis propria: *nec hoc tantum, inquit de scripturarum lectione, sed etiam sanctuarium ingrediens ut sanctuarij minister, lumina accendit, ignemque affert Sacerdoti, & προπορεύεται λαμπαδηφορών τῆς ἐγῶν* preceeditque cereos accensos ante Sancta Dona gestans; oblationes quoque & aquam & fervidam Sacerdoti affert, & exornat, quæ ad templum spectant, ceteraque subministrat, hymnos quoque divinos psallentibus præcinit, sive canonem incipit. Et cap. 3. Subdiaconorum munia recensens: *& φυλάσσει ἰδρὸς τὰς πύλας τὰς ἱερὰς, ἵνα μὴ τις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ τῷ βήματι.* Custoditque portas sacras, ne quis profanorum intrâ sanctuarium ingrediatur. Quæ propriè ad Ostiarios spectant: ut rectè scripserit Arcudius, minores ordines apud Græcos cum aliis ordinibus fuisse connexos, quam confusionem ut auferret post captam à Latinis terram sanctam Archiepiscopus Nicosiensis, de

Symeon  
Thessalonic.



Innocent. 4. Græcis Regni Cypri altè conquestus est apud Innocentium quartum ; & contentione Latinos inter & Græcos per Ottonem Cardinalem Tusculanum ad Pontificem relatâ , reponit Pontifex epistolâ 10. ca-  
 pite 19. *Adhac volumus, & expressè præcipimus, quod Episcopi Græci septem ordines secundum morem Ecclesiæ Romanæ de cætero conferant, cum huc usque tres de minoribus circa ordinandos neglexisse vel prætermisisse dicantur. Illi tamen qui jam sunt taliter ordinati per eos, propter nimiam ipsorum multitudinem in sic susceptis ordinibus tolerantur. Quibus ex verbis lucidè apparet, Græcos non minus quam Latinos ad septem ordines conferendos fuisse adstrictos, quod neutiquam judicasset Pontifex, si Græci septem ordines numquam observassent, quos tamen à Græcis observatos fuisse indicavit, cum ab ipsis tres neglectos vel prætermisissos exhibuit: prætermitti enim non dicitur, nisi quod aliquando observatum extitit, ut & rectè Franciscus Hallier Doctor Sorbonicus pro indubitato habuerit olim apud Græcos tam bene fuisse septem ordines, quam nunc habeamus apud Latinos.*





## CANON XI.

Εἰ τις Ἐπίσκοπος ἢ Πρεσβύτερος, ἢ ὅλιος τῆς κλήσεως, ἀπὸ γνώμης καὶ γραμμάτων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Ἐπισκόπων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν τῇ μητροπόλει, ὁρμήσῃ πρὸς βασιλέα ἀπελθεῖν, τοῦτον ἀποκηρύττειται καὶ ἀπόβλητον γίνεσθαι, οὐ μόνον τῆς κοινωνίας, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀξίας, ἧς μετέχων τυγχάνει, ὡς παρενοχλεῖν τλημῶντα τὰς ἁγίας θεοφιλεστάτης βασιλέως ἡμεῶν ἀκοῆς ἀπὸ τὴν θεσμόν τῆς Ἐκκλησίας· εἰ δ' ἀναγκάσια καλοῖσι χρεῖα πρὸς βασιλέα ὁρμᾶν τῶν πράξεων μετὰ συνέψεως καὶ γνώμης τῶν ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας Ἐπισκόπων, ἢ τῶν ἐν αὐτῇ, τίς τε τῶν γραμμάτων ἐφοδιάζουσι.

*De Episcopis & Clericis aduentibus  
Imperatorem.*

Si quis Episcopus, aut Presbyter, aut quilibet regulae subiectus Ecclesiae, praeter consilium & litteras Episcoporum Provinciae, & praecipue Metropolitanum adierit Imperatorem: hunc reprobari & abjici oportere non solum a communione, verum & ab honore, cuius particeps videtur existere. Quia venerandi Principis auribus molestiam tentavit inferre contra leges Ecclesiae. Si igitur adire Principem necessaria causa



deposcit, hoc agatur cum tractatu & consilio Metropolitanis, & cæterorum Episcoporum, qui in eadem Provinciâ commorantur: qui etiam proficiscentem suis prosequantur epistolis.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Et Clericus, qui præter litteras comprovincialium Episcoporum pro quærimoniis adierit Imperatorem, honore & communione privetur.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus vel Presbyter, qui suâ sponte, & non Provinciæ Metropolitanis iussu Imperatorem adit, communione ac pariter dignitate excidat.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras: Episcopus Imperatorem adire, eiusque aures privata rei causâ importunis precibus obtundere, nisi cum id prorsus necessario faciendum sit, can. haud sinunt. Verum & si aliquando aliquid ad Imperatorem deferre quispiam necesse habuerit, nisi eius Provincia, ex quâ ipse est, Episcopis ac Metropolitanis præsertim eiusdem Provincia consentiente, proficisci vetant. Qui vero absque Metropolitanis consensu ac litteris ad Imperatorem adire in animum induxerit, depositione mulctari jubent. Sardicensis verò Synod. can. 7. & 8. Episcopo ut Viduarum pupillorumque & pauperum causam agat, ac Laicus patrocinetur, qui se per injuriam à potentioribus opprimi, suaque sibi injuste eripi queruntur, proptereaque ab Ecclesiâ auxilium exposcunt. aut etiam quibus ob aliquas delicti offensiones exiliij pœna irrogata est, Imperatorem adeundi facultatem esse decernunt: Diaconum tamen potius cum litteris suum ad Imperatorem mitti, eoque pacto Ecclesiâ supplicibus opitulari placet.

Ariëtenus: Inobedientiam in omnibus tollentes Patres, & constitutum ordinem conservantes prohibent & Episcopos & Presbyteros, &

alios

alios  
res e  
qui si  
adit  
Ba  
depon  
litter  
aurib  
si aut  
ciscan  
canon  
verbis  
stites  
fione  
dicim  
ment  
Imper  
perato  
Imper  
perato  
Synod  
est,

I.  
le

I.

ta P  
nem  
nodu  
Afri  
dela  
Sard  
xim



alios Catalogi Sacerdotalis sine primatis sui litteris regem adire, & aures eius obturbare, & quidquam de aliquibus referre, & idcirco eum, qui sine illius, qui Provincia Metropolis est Episcopus, sententiâ regem adit, & dignitate deponi iubent & à communione arceri.

Balzamon: Prasens canon decernit, non solum segregari sed etiam deponi Episcopos vel Clericos, qui ad Imperatorem proficiscuntur sine litteris Episcopi regionis, & maximè Metropolitanis; ut qui Imperatoris auribus molestiam exhibeant, præter ea, quæ sunt ab Ecclesiâ decreta: si autem necessaria sit causa proposita, concedit, ut ad Imperatorem proficiscantur cum litteris mandata permissione Synodali. *Legè Sardic. Synodi canones 7. 8. 9. 21. & Carthagin. can. 106.* quoniam autem nonnulli verbis præsentis canonis adhaerentes (à sententiâ enim longè absunt) Antislites volunt, qui in regina urbium versantur, cum scientia & permissione Patriarchæ, & non aliter ad Imperatorem salutandum proficisci: dicimus, quod quæ hoc canone continentur, & reliqua quorum hic fit mentio, locum habent, quando Antistes à sua regione sponte sua ad Imperatorem profectus est. Cum enim in urbium regina versetur, vel Imperatoris iussu vel Patriarchali permissione, citrà ullum impedimentum Imperatorem conveniet, & eum illorum, quæ voluerit admonebit. Imperatoris autem iussu proficisci Antislites, quo iussi fuerint, etiam sine Synodali consensu, in diversis canonum interpretationibus declaratum est, nec sunt ea à nobis repetenda.

## SCHOLI ON.

1. Canonem hunc receptum fuisse ab Ecclesiâ, ostendunt omnium collectorum testimonia.

1. **R**ECTÈ animadvertunt laudati Interpretes græci, canonem hunc Antiochenum nihil novi statuisse, sed antiqua potius decreta Patrum probasse, annotantque Zonaras & Balzamon, hunc canonem probatum fuisse à sacrosancto Sardicensi Concilio paucis post Synodum Antiochenam annis à trecentis Episcopis celebrato. Erant in Africâ plerique Episcopi post causam Donatistarum ad Constantinum delatam, proni accedendi ad comitatum: quoniam, inquit Patres Sardicenses can. 8. quidam non cessant ad comitatum ire Episcopi & maximè Asii, qui sicut cognovimus sanctissimi fratris & Coepiscopi nostri

Canon 8.  
Sardicensis.



- Grati salutaria consilia spernunt, atque contemnunt, ut non solum ad comitatum multas & diversas Ecclesia non profuturas perferant causas. Nota: non cessant: quod Patres utique respiciant ad aliquod Synodi statutum, quo vetitum fuerat, sine Carthaginienſis Episcopi litteris & consilio ad comitatum pergere. Addit transgressionem Episcoporum esse pravitatem, quæ olim non solum murmuraciones sed & scandala excitavit. Atque simili malo occurrit canon nolter Antiochenus, & eius vestigia inſecutum Sardicene: ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi fortè hi, qui religiosi Imperatoris litteris vel invitati vel vocati fuerint. Et verò ne quisquam isto quidem casu licere existimet, sine commendatitiis Metropolitanis pergere, de iis subsequenter statuit Osius canone 9. & 10. unde Ferrandus Carthaginienſis Diaconus in breviatione canonum utrumque connectit & Antiocheni & Sardicenis statutum titul. 42. ut Episcopi non passim ad comitatum pergant. Concil. Sardicenf. titulo 9. item 10. item 11. Concil. Antiochen. titulo 11. Confirmavit Synodi Sardicenis statutum Synodus Carthaginienſis anno 407. in Codice canonum Ecclesiæ Africanæ titulo 106. unde & Ioannes Scholasticus sub Iustiniano Imperatore in collectione 50. capitum, titulo 13. non oportere Episcopum ab Imperatore petere, qua non conveniunt, neque ire ad Imperatorem præter voluntatem Metropolitanis, sed per proprios Diaconos petitiones de rebus necessariis mittere. Si verò omnino oporteat Imperatorem adire, Metropolitanis totiusque Synodi litteris tanquam viatico instructum proficisci. Citat in confirmationem canones Sardicenes, & post illos undecimum Antiochenum, quem etiam citat Anſegisus Abbas lib. 1. Capitularium Caroli Magni, numero 10. item in eodem Concilio (loquitur de Antiocheno) ut Episcopus vel quilibet ex Clero sine consilio vel litteris Episcoporum vel Metropolitanis non audeant ad regalem dignitatem pro suis causis clamare, sed in communi Episcoporum Concilio causa examinetur. Et Concilium Aquisgranense anno 816. titulo 73. de verbo ad verbum canonem undecimum Antiochenum exhibet. Consonant leges civiles & signanter constitutio Novel. 6. cap. 3. non aliter verò ullum Dei Amantissimorum Antistitum audere proficisci in hanc felicem urbem, priusquam si sit Episcopus, litteras obtinuerit à proprio Metropolitana ad Regiam, qua quidem juxta sacros canones commendatitia vocantur, quaque ipsum necessario adesse testentur. Post Iustinianum inſeruit hæc omnia suo nomocanoni Photius tit. 8. cap. 4. De Episcopis & Clericis, qui ad Imperatorem eiusve comitatum abeunt. Concilij Antiocheni*
- Ferrandus.
- Ioannes Antioch.
- Capitul. Caroli M.
- Iustinian.
- Photius.



cbeni canon XI. XII. Concilij Sardicenfis can. VII. VIII. IX. XXI. Con-  
 cilij Carthaginienfis canon CIV. CVI. Arfenius quoque Monachus in  
 Synopfi canonum tit. 85. non oportere absque Imperatoris juffu, aut Arfenius.  
 fententiâ, & litteris Provincia Archiepifcopi quemquam Epifcoporum  
 Imperatorem adire: qui enim fic facit, dejicitur atque excommunica-  
 tioni fubjicitur: magis enim decet per Clericos fuos potius petitiones ac  
 monitiones facere. Synodi Antiochena can. XI. & XII. Synodi Conftan-  
 tinopol. can. VI. Synodi Sardicenfis can. VII. VIII. IX. XXI. Synodi Car-  
 thaginienfis can. CVI. & legis cap. 3. Atqui tot funt canones & leges  
 Concilij Antiocheni decretum firmantes, quod non folum Zonaras,  
 Ariftenus, & Theodorus Balzamon fuis commentariis illuftrarunt,  
 fed & Conftantinus Harmenopolus tit. 4. retulit, & feft. 2. titul. 2.  
 Mattheus Blaftares in Syntagmate Alphabetico litterâ A. cap. 9. duc-  
 bus civilibus Legibus confirmat, neminem Clericorum aliter quam  
 cum litteris Beatiffimi ipforum Patriarchæ aut Metropolitanî, a it  
 cum Principis mandato ad urbem regiam accedere oportere: hanc le-  
 gem ab Imperatore Manuele partim effe renovatam, addit Mattheus  
 Blaftares: *hac decreta hodie neglecta videmus, non enim Antiftites per* Matth. Blaft.  
*litteras Patriarchæ ad reginam urbium proficifcuntur, fed impetuofè ad*  
*portas eius pervenientes, indicio adventum fuum Patriarchæ notum fa-*  
*ciunt, & fic fine periculo ad magnam urbem afcendunt. Plura in con-*  
*firmationem huius canonis adderem, nili fequenti canone plura effent*  
*tractanda huc fpectantia.*





## CANON XII.

Εἰ τις ὑπὸ τῆ ἰδίᾳ Ἐπισκόπῳ καθαιρεθεὶς  
 Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος, ἢ καὶ Ἐπίσκοπος ὑπὸ  
 Συνοδοῦ, ἐνοχλήσῃ τολμήσῃ τὰς βασιλέως ἀκοάς  
 δεῖον ἐπὶ μείζονα Ἐπισκόπων Συνοδὸν τεπέεσθαι, καὶ  
 ἂ νομίζῃ δίκαια ἔχῃν, πρὸς συναφῆν πλείοσιν  
 Ἐπισκόποις, καὶ τῶ παρ' αὐτῶν ἐξετάσῃ τε καὶ  
 ἐπίκρισιν ἐκδέχεσθαι. εἰ δὲ τῶν ὀλιγωρήσας,  
 ἐνοχλήσῃ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῶν μηδὲ μιᾶς Συγ-  
 γνώμης ἀξίως, μηδὲ χάριδι ἀπολογίας ἔχῃν,  
 μηδὲ ἐλπίδα μελλούσης ἀποκαταστάσεως πρὸς  
 δοκᾶν.

*De damnatis Episcopis aut Clericis  
 aduentibus Imperatorem.*

Versio  
 Dionys. Exi-  
 gui.

Si quis à proprio Episcopo Presbyter aut Diaconus,  
 aut à Synodo fuerit Episcopus fortè damnatus, & Im-  
 peratoris auribus molestus extiterit: oportet ad ma-  
 ius Episcoporum converti Concilium, & quæ putave-  
 rint habere iusta, plurimis Episcopis suggerant, eo-  
 rumque discussiones ac iudicia præstolentur. Si verò  
 hæc parvipendentes molesti fuerint Imperatori, hos  
 nullâ veniâ dignos esse, nec locum satisfactionis ha-  
 bere, nec spem futuræ restitutionis penitus operiri.

Epitome



*Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Clerici damnati, si Imperatorem adierint, numquam restituantur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Depositus si Imperatori molestiam exhibuerit, majorem petat Synodum, eiusque decreto acquiescat. Si verò & rursus egrè tulerit, restitutionem ne assequatur.

*Interpretes Græci.*

Zonaras: Episcopo, quem Synodus, vel Clerico, quem Episcopus deposuerit, quo pacto de sententia sua damnationis, si injustam esse asserat, examinanda agere liceat, jam antea explicavimus: hoc verò loco eos, qui depositione multati sunt, Imperatorem adire, eique molestos esse, ac ad eum damnationis sue cognitionem deferre, canon vetat, qui-que id fecerit, nec audiri amplius in judicio, & omni in posterum restitutionis spe carere debet.

Aristenus: Eum qui à Synodo deponitur, sibi que videtur injuria affectus, canon hic majorem Synodum provocare non prohibet, & apud eam proferre, qua iusta esse arbitratur ad sententiam contra se late eversionem. Imo potius ei hoc permittit facere. Eum autem, qui non vult Synodum adire, & apud eam jura sua proponere, sed Imperatorias obturbare aures in ultionem molitur, nullam dignatur veniam, nec apologiam locum ei concedit, nec futura restitutionis spem expectare.

Balzamon: Cuius condemnato, qui se injuriam affectum putet, appellacionis auxilium datum est. Dicit ergo canon, quod etsi hoc Episcopis datum est, similiter & Clericis, non tamen eis permittitur, aures regias de ea re obtundere. Si quis ergo relicto ad maiorem Synodum aditu, prætermisissetque juris sui coram ea allegationibus per appellacionem de ea re Imperatori molestus fuerit, non solum non iurabitur, sed perinde ac nullam veniam dignus, omnem sui juris proponendi januam sibi occludet, & nec



spem quidem restitutionis habebit. Dixerit autem quispiam; cum canon dicat, depositos non debere ad Imperatorem accedere, sed ad maiorem Synodum; ut is, qui fortè ab Ephesino vel Thessalonicensi depositus est, cum non habeat, quo confugiat, ad Imperat. accedens punietur, an non? solutio. Nonnulli dicebant, in eorum quoque sententias locum habere ea, qua à canone dicuntur, excepto universali, quoniam Hierosolymitani sententia ab Antiocheno dijudicetur, & Antiocheni ab Alexandrino, & sic deinceps secundum maiorem uniuscuiusque ordinem. Mihi autem videtur canon esse editus propter sententias aliorum Episcoporum & Metropolitanorum, non etiam Patriarcharum. Eorum enim sententia appellationi non subjiciuntur. Et ideo qui Imperatorem adierit, ut de eorum sententiâ per appellationem queratur, ut vult hic presens canon, punietur. Dicit enim 137. Iustiniani novella, qua in 3. libro Basilic. tit. 1. cap. 45. sita est sic expressè: si qui autem Sanctissimi huius Synodi Episcopi aliquam inter sese controversiam habeant, sive de jure Ecclesiastico, sive pro aliquibus aliis rebus; prius eorum Metropolitanus cum aliis duobus eiusdem Synodi Episcopis rem iudicet, & nisi utraque pars stet iis, qua iudicata fuerint, tunc Beatissimus Patriarcha illius Diocesis inter eos audiat, & illa definiat, qua Ecclesiasticis canonibus & legibus conveniunt, nulla parte eius sententia contradicere valente. Quia autem saepe tractatum est, an oportet Constantinopolitani sententiam esse appellationi subiectam; visum est oportere, quod mihi videtur de eo dicere, & ea quoque qua de ea re ab aliis dicuntur. Dicunt nonnulli, quod quoniam sententiam praefecti pratorio, & sententiam eius, qui bu fuit praefectus urbis, leges aperte statuunt appellationi non subjici; Patriarchalem autem sententiam eo privilegio dignam non iudicavere: quemadmodum à multis & quibuslibet iudicibus, ita etiam ab eo provocabitur. Ad sui autem dicti confirmationem utuntur & 3. Iustiniani Novellâ in 3. libro Basil. tit. 2. sitâ, qua decernit Patriarcham Imperatori rationem reddere, si Clericum ultra numerum ordinarit. Alij Patriarchalis magnitudinis eminentiam veluti venerantes, dicunt nec omnino à Patriarchali sententia penitus excludendam esse appellationem, nec omnino concedendam. Sed si partes quidem, qua iudicio contendunt, sunt vel Clericorum vel Monachorum ordinis, prolata adversus aliquem eorum sententia, non rursus examinabitur: si verò altera pars, vel utraque sint Laici ordinis, citrà ullam controversiam appellabitur. Alij verò dicunt causam esse appellationis genericam. Causa enim Ecclesiastica non parit, inquit, factum appellatorium: pecuniaria autem parit appellationem, tanquam

tanquam  
Alij i  
tentia  
praefecti  
autem  
stiiue  
Patri  
Imper  
affect  
in me  
aucto  
revoc  
tation  
suffice  
facta  
eius j  
hoc v  
alium  
bet po  
sentia  
actur  
ratio  
lenti  
imm  
contr  
tiam  
rium  
dico  
dicer  
cond  
non  
quoc  
à no  
pan  
4. d  
runt  
eius  
sent



tanquam viperinam quandam abortionem parentis viscera lacerantem. Alij iis, qui hac dicunt, os occludentes, censent Patriarchalem sententiam tunc solum appellationi subjici, quando mandato Imperatoris praesidet Patriarcha cum aliis conjudicibus, vel cum sua Synodo. Mihi autem videtur, quod quoniam leges, antequam Ecclesiasticus status constitueretur, conscriptae sunt, & complures eorum à Gracis, rectè nullam Patriarcharum mentionem fecere. Si quis autem dicat, etiam ab Orthodoxis Imperatoribus factam fuisse novellam, postquam sedes Patriarchales honore affecta sint; primum quidem audiet, quod Orthodoxo Imperatori numquam in mentem venit, futurum ut quis hoc auderet & diceret, quod à tanta auctoritate pradio tamque honorato judicatum sit, esse rursus in iudicium revocandum. Deinde & Iustiniani novellam in praesentis canonis interpretatione positam, qua cavetur ne quis Patriarchali sententiae contradicat, sufficere ad os eis penitus occludendum: ab eo autem de iis, quae ab illo factae sunt supernumerariis ordinationibus, rationem exigi, non introducit eius iudiciorum de integro examinationem, illud enim est factum proprium: hoc verò sedis privilegium. Quoniam igitur statutum est, nullum per alium injuria afficiendum, ipse quidem ab Imperatore, qui Ecclesia habet potestatis scientiam, iudicabitur, forte ut sacrilegus vel male de fide sentiens, vel alicuius alius criminis reus. Hoc enim nos judicialiter actum esse vidimus diversis temporibus, eius autem iudicium in disceptationem non revocari, nec de eo ratio postulari debet propter sedis excellentiam. Quia verò adversus hanc novellam quidam perversam linguam immittemque exacuunt, & dicunt, tunc non posse Patriarcha iudicio contradici, quando Patriarcha audit per appellationem Antistitis sententiam, eo quod nolit Novella causam in duobus iudiciis agitaram ad tertium deduci; non autem quando primo loco iudicat, & maxime Laicos: dico, me posse quidem multa ad hac dicere, & ostendere, ipsos non rectè dicere. Quia autem 4. canon Sardic. Synodi decernit licere ei, qui est condemnatus, bis appellare, & ultimum iudicium fieri à Papa Romano: non sinit hoc eis procedere. Alia quidem pratermitto; hoc autem dico, quod quoniam Sancti Constantini decretum ad Papam Sylvestrum factum, à nobis in 1. cap. 8. tit. praesentis operis interpretatione situm statuit, Papam habere omnia iura Imperat. Secunda autem universalis Synodus, & 4. dederunt Patriarchae Constantinopolitano Privilegia Papa, & statuerunt, ut quemadmodum & ille, in omnibus honoretur: necessario in eius sententiam appellatio non cadit, quemadmodum nec de Imperatoris sententia quaritur. Propterea enim ut est consentaneum, & Synodalia



edicta instar Privilegiorum regalium edictorum emittuntur. Cum hoc autem ita se habeat, reliqua quoque eorum cessant allegationes, nam sive Clericos sive Laicos judicaverit Patriarcha, sive Laicum cum Clerico, sive jussu Imperatorio, sive jure proprio, sive cum conjudice sive solus, erit quacumque examinatione & judicatione superior; & qui ausus fuerit ad Imperatorem appellare, ut de Patriarcha sententia rursus judicetur, erit praesenti canoni obnoxius. Si enim non permittitur Imperator molestia afficere pro rursus revocanda in judicium alicuius Metropolitanis sententia, multo magis non permittetur Patriarchalem sententiam ad Imperatorem introduci.

## SCHOLIION.

1. Canonem hunc ab Arianis contra D. Athanasium fuisse editum, putant recentiores, ex Iulio I. & Chrysofomo opinionem suam firmantes.
2. Verum canon à Chrysofomo reprobatus ex Palladio adfertur, & nequaquam hunc duodecimum, sed nec unum ex 25. Antiochenis esse, indicatur.
3. Canon hic duodecimus est prosecutio undecimi, unde sub eodem titulo recensentur à Carolo Magno, & rectè exponuntur ab Aristeno & Balzamone.
4. Canonem hunc probavit Concilium Veneticum circa annum 465. admisit in Africâ Ferrandus, in Hispaniâ Martinus Braccarenfis, in Galliâ Synodus Aquisgranensis, & ceteri canonum collectores Latini.

Sozomenus.  
Socrates.

1. **T**andem devenimus ad canonem illum, quem communis hucusque peritorum opinio Antiochiæ contra Athanasium ab Arianis editum putabat: scribunt, Iulium primum Antiochenam Synodum de eo admonuisse, & Innocentium primum eundem à Theophilo contra Chrysofomum usurpatum hæreticorum regulis annumerasse, utpotè de quo Chrysofomus contendebat apud Sozomenum: esse canonem hæreticorum, vel apud Socratem libro 6. capite 18. versionis Valelij: non Ecclesiæ Catholicæ, sed Arianorum canonem illum esse: Episcopi enim olim Antiochiæ congregati ad evertendam consubstantialis fidem præ odio, quo adversus Athanasium flagrabant, eum canonem condiderunt. Et hic est fons ille, ex quo Antonius Augustinus Tarraconensis Episcopus scribit ad locum Gratiani causâ 21. quæst. 5. capite 2.



capite 2. Hoc esse caput arbitror contra B. Athanasium scriptum, quod Antonius Augustinus, reprehendit Iulius in epistola ad hos eosdem Episcopos Antiochia congregatos, idem contra Ioannem Chrysostrum dum objiceretur, ab eo responsum est, hæreticorum canonem fuisse. Constat Eminentissimus Annalium parens Cardinalis Baronius tomo 3. ad annum 341. num. 28. & 29. „ Porro canon ille huius Synodi Antiochenæ, cuius causa oborta est controversia, quique ab eodem Ioanne Chrysostrum, ut ab Arianis conflatus rejectus fuit, est huiusmodi: *si quis à proprio Episcopo depositus vel Presbyter, vel Diaconus, aut etiam si à Synodo quilibet Episcopus fuit exautoratus, molestiam Imperialibus auribus inferre non presumat, sed ad maiorem Episcoporum Synodum sese conuertat &c.* „ Et de hoc can. 12. Antiocheno statuit consequenter Baronius n. 31. illum esse, quem Innocentius 1. ut hæreticorum commentum habuit, & catholicis canonibus addendum non esse, censuit. Et ubi hæc duo præstantissima præteriti sæculi ingenia conspirabant, nullo alio testimonio indiguerunt eorum sequaces, qui statim antecedentium vestigia insecuti unanimes impetu in Concilij Antiocheni auctoritatem involarunt.

2. At gravem peritorum errorem primùm aperui parte 2. Antiquitatis illustratæ, ubi canonem à Theophilo quondam D. Chrysostrum objectum, quem Socrates, Sozomenus, Georgius Patriarcha Alexandrinus, aliique in odium D. Athanasij ab Arianis confectum testantur, in medium attuli ex Palladio Helenopolitano Episcopo ipsius Ioannis Chrysostrum discipulo, & est sequens: *Si quis Episcopus aut Presbyter sive iustè sive iniustè depositus ex se ipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic jam excusationis non habeat locum, sed omninò expellatur.* Hic quondam oculos Lectoris advocabam, nunc fidem peritorum omnium expeto, an post adductum è tenebris canonem illum, quem Chrysostrum, Innocentius, aliique antiquiores ab Arianis promanasse iudicabant, quisquam inveniri possit, qui eum canonem inter Antiochenos duodecimum meritò sustineat? Tantum reverà abest, cuiquam videri id ulterius posse, ut neminem posthac inveniri existimem, quin exclamaturus sit, utrumque canonem toto cælo differre. Canon à Chrysostrum reiectus agit de illis, qui damnati iustè vel iniustè sine novâ Synodo sedem suam recuperant: canon vero 12. Antiochenus agit de illis, qui depositi Imperatoris auribus molestiam adferunt, ut evidens sit, canones illos eadem de re non egisse, multò minus eodem sensu idem pertractasse.



3. Non agit itaque canon ille de regulâ, quam Orthodoxi Patres in Eusebianis Antiochiæ coadunatis arguerunt tempore D. Chryso-  
 mi, sed prosequitur canonem undecimum, eumque confirmat. Enim-  
 verò egerat Synodus Antiochena præcedenti canone in universum de  
 iis, qui absque litteris commendatitiis Episcopi sui vel Metropolitan  
 ad comitatum pergebant, hic jam crimen enormius exagitat de Pres-  
 byteris aut Diaconis à proprio Episcopo, & de Episcopis à Provinciali  
 Synodo damnatis, qui contemptis Episcopo, vel Synodo absque ullis  
 eorum litteris ad comitatum pergunt, & Imperatoris auribus ob causæ  
 suæ iudicium molestiam adferunt. Præclarè hoc ipsum animadvertit  
 Carolus Magnus libro 1. Capitularium, capite 10. *item in eodem*  
*[ Antiocheno ] Concilio, ut Episcopus vel quilibet ex Clero sine Concilio*  
*vel litteris Episcoporum vel Metropolitan non audeant ad regalem digni-*  
*atatem pro suis causis clamare, sed in communi Episcoporum Concilio causa*  
*examinetur.* Canonem 11. cum 12. coniungit Carolus Magnus,  
 quod sicut prior vetuerat adiri Imperatorem absque litteris commen-  
 datitiis, ita posterior ad Concilium potius, quam Imperatorem dam-  
 natos remittebat. Et hunc esse canonis sensum rectè animadvertit  
 Aristenus ubi suprâ : *eum autem, qui non vult Synodum adire, & apud*  
*eam jura sua proponere, sed Imperatorias aures in ultionem molitur, nul-*  
*lâ dignatur veniâ, nec Apologia locum ei concedit.* Et Theodorus Bal-  
 zamon : *si quis ergò relicto ad maiorem Synodum, aditu, prætermisiss-*  
*que juris sui coram eâ allegationibus per appellationem de eâ re Imperatori*  
*molestus fuerit, non solum non iuvabitur, sed perinde ac nullâ veniâ*  
*dignus, omnem sui juris proponendi januam sibi occludit, & nec spem*  
*quidem restitutionis habebit.*

Capitulare  
Caroli M.

Aristenus.

Balzamon.

Concilium  
Veneticum.

4. Quod verò canon ille à nemine antiquorum reprobatus, sed  
 una cum aliis canonibus potius receptus fuerit, fidem faciunt tot col-  
 lectores canonum, quot jam inde à sæculo 4. ad usque Gratianum  
 Monachum in Occidente, & ad Arsenium ex Monacho Patriarcham  
 Constantinopolitanum in Oriente floruerunt, qui nusquam canonem  
 duodecimum ex 25. Antiochenis excipiendum duxerunt. Quin po-  
 tius Concilium Veneticum circà annum 465. sub Hilario Papâ cano-  
 ne 9. *si suspecta Episcopi sententia, aliorum Episcoporum audientiam non*  
*secularium potestatem debet ambire, aliter à communionem habeatur alie-*  
*nus.* Non citat quidem Concilium Antiochenum, sed duodecimum  
 canonem Antiocheni Concilij in compendium redigens suum facit,  
 & longè ab omni Arianorum errore alienum esse, clarius testari non  
 potuit.



potuit. Paulò post Venetum Concilium floruit in Africâ Ferrandus Carthaginienſis Diaconus, qui in breviatione canonum, titulo 66. poſuit: *ut depositus Episcopus ad Imperatorem causam suam non deserat, Concilium Antiochenum tit. 12.* Martinus quoque Braccarenſis Episcopus inter paucos illos canones, quos ex omnibus Conciliis collectioni suæ canonum inseruit, habet tit. 35. *Concilij Antiocheni canonem 12.* quem cum totâ collectione integrum Lucense in Hispaniâ Concilium probavit anno Domini 572. Quid Carolus Magnus post receptum ab Hadriano primo Dionysij Exigui Codicem fecerit, jam suprà audivimus ab Ansegifo Lobienſi Abbate, qui libro 1. cap. 10. laudatum canonem Antiochenum ab Imperatore toti regno testatur fuisse propositum, post quem Aquisgranense sub Ludovico Pio anno 816. Concilium, canonem 12. Antiochenum in auctoritatem recepit, & legis instar servandum duxit: ut post hæc omnia necessè non sit, ad Leonis quarti iudicium appellare, quo palam professus est, Ecclesiam canonibus Antiochenis pro omni Ecclesiastico tractatu usam fuisse: sufficit namque ex Græco Latinitate donatum à temporibus Concilij Chalcedonensis cum cæteris canonibus receptum fuisse in occidente, ut fatetur Antonius Augustinus libro 1. de emendando Gratiano dialogo XI. ubi specialiter animadvertit, hunc canonem 12. referri à Burchardo Wormatiensî Episcopo libro 2. cap. 180. ab Ivone Carnotensî Episcopo part. 6. cap. 225. decret. ab Anselmo Lucensî libro 5. cap. 74. in addit. ex versione Dionysij Exigui. Et à Gratiano causâ 21. q. 5. cap. 2. ex Isidori interpretatione: eadem ferè annotant correctores Romani in margine, & quod caput est, nullam mentionem faciunt reprobati canonis 12. Antiocheni, ut liberè dici possit, illum canonem & in Oriente & in Occidente fuisse habitum ut Orthodoxum, ac præterito dumtaxat sæculo dubitari cœpisse ob locum Socratis malè intellectum, & ob ignorantiam canonis nunc ex Palladio editi.

Ferrandus.

Mart. Bracc.

Capitular.  
Caroli M.

Concilium  
Aquisgran.

*Si quis . . . Imperatoris auribus molestus  
extiterit.*

- I. Quod hæc sint verba contrà Athanasium per Eusebianos excogitata, ex Constantino Magno, Socrate, Sozomeno, & Theodoro facile aliqui deducere possent, cum scribant, Athanasium ad ipsum Imperatorem confugisse.

2. Verum



2. Verum aliud indicant quatuor Provinciarum Episcopi in Synodica Alexandrinâ, cum Athanasium ad Imperatorem confugisse innuunt, ut legitimam Synodum impetraret.
3. Id autem licitum fuisse Athanasio, ex variis probatur, quibus non obstat canon Antiochenus, qui agit de iis, qui Imperatorem adeunt, ut ipsius iudicio causa determinetur. Cresconij, & Zonara testimonia expensa.

1. **H**æc verba contrâ magnum Athanasium fuisse ab Eusebianis in canonem redacta, tuentur omnes ij, qui canonem hunc ab Eusebianis confectum existimant. Athanasium à Tyrio Conciliabulo damnatum ad Imperatorem confugisse, ipse Constantinus Imperator testis est in eâ, quam ad Episcopos, qui Tyrium adveniant, misit epistolâ: ille vehementius à nobis nihil postulabat, quam ut vos eo accederetis, quo nobis presentibus de injuriâ, quam passus fuerat, necessitate coactus posset expostulare. Extat hæc epistola apud Socratem lib. 1. capite 22. ubi & ipse testatur. Athanasium ad ipsum Imperatorem confugisse. Idem Sozomenus libro 2. capite 27. addens, quod oraverit Imperatorem, ut res Tyrj iudicet & ipso audiente examinentur. Et Theodoretus libro 1. capite 31. Athanasius ad eum venit de iniquo iudicio conquesturus. Ex his enim & aliis antiquorum testimoniis, non deerunt, qui dicent, contrâ Athanasium à Synodo Tyrjâ damnatum & ad Imperatorem confugientem canonem Antiochenum statuisse, si quis Imperatoris auribus molestus extiterit, omni spe restitutionis privatum iri.

2. Verum antiquitatis ignaro & parum in rebus Ecclesiasticis versato hæc locum habere videbuntur, non autem rem istam funditus examinanti, & canonis Antiocheni verba perpendenti. Scribit quidem Constantinus Imperator, ad se confugisse Athanasium, sed addit in epistolâ, se Constantinopolim advocasse Episcopos Hierosolymis tunc temporis causâ eneceniorum existentes, qui sufficerent ad Concilium in causâ Athanasij Constantinopoli habendum. Facite, inquit, ad nos celerrimè, ut dixi, accedatis. Et ob hoc Magnus Athanasius Constantinum adierat, sine cuius consensu cum vix ullum per id tempus Concilium celebrabatur, ita ferè necessarium Athanasio fuit Imperatorem adire, ut maius Concilium ab eo impetraret: & in illo Concilio Constantinopoli celebrando petiisse Athanasium, ut ipso audiente res sue controverterentur, non negant historici, sed nec negare possunt scribente integrâ totius Ægypti Synodo in litteris apud Di-



vum Athanasium apologiâ 2. extantibus : *Ad religiosissimum Imperatorem ascenderat, deprecans & iniquitatem hominis, & adversariorum calumnias, postulansque, ut legitima Episcoporum Synodus indiceretur.* Hoc testimonio nec deliderari potest manifestius, nec proferri ex intimâ antiquitate sincerius, quandoquidem quatuor Provinciarum Orthodoxi Episcopi anno 339. in Synodicâ per orbem universum transmissâ testentur de facto Athanasij Patriarchæ Alexandrini, quocum aliqui adesse potuerant Constantinopoli, quandoquidem hiltorici testentur, aliquos Episcopos cum Athanasio ad Imperatorem Constantinopolim properasse.

Synod. Alex.

3. Quod verò Imperatorem adire licuerit pro expediendo maiori Concilio ob sententiam tam injustam, qualis erat in Athanasium lata, coram iplo retractandam, ipse in primis Athanasius probat, qui id numquam fecisset, si contrâ canones aut Ecclesiæ regulas extitisset. Probat secundò ipse Constantinus, de quo Synodica Alexandrina :

Synod Alex.

*Imperator rei indignitate motus, scriptis suis accusatores citat, suamque ipsius audientiam promittens, simulque Synodum indici jubet.* Tertio ipsa Synodus Alexandrina ex Ægypto, Thebaide, Lybiâ, & Pemptopoli anno, ut dixi 339. coadunata, quæ numquam factum illud D. Athanasij & Constantini Imperatoris laudibus extulisset, nisi licitum fuisse existimasset. Quartò ex ipsâ Synodo Antiochenâ, quæ vetat damnatum Imperatoris auribus molestum esse, sed tunc solum, cum sit ad maius Episcoporum Concilium evitandum, unde hoc eodem canone 12. repetitur :

Canon 12. Antiochen.

*εἰ δὲ τούτων ὀλιγωρήσας, ἐνοχλήσεν τῷ βασιλεῖ, & τούτων μὴδὲ μίαν Συγγνώμης ἀξιούσας.* Si verò hac parvipendentes molesti fuerint imperatori, hos nulla venia dignos esse. Martinus Braccarenis sic vertit :

Mart. Bracc.

*si autem contempserit [ Concilium ] & importunans se palatio aures Principis inquietare voluerit, hic ad nullam veniam poterit pervenire. Nemo hic contempserit dicitur, nisi qui maius Synodi iudicium respuerit, & iudicium Principis ipsius loco postularit, quod canon improbat, prout rectè quoque insinuat Cresconius Africæ Episcopus in collectione canonum dum sub titulo 143.*

Cresconius.

*de damnatis Episcopis aut Clericis advenitibus Imperatorem ponat non modo canonem 12. Concilij Antiocheni, sed immediate quoque addat canonem 19. Concilij Milevitani secundi, quem refert sub titulo Concilij Carthaginienis aut Codicis Africani 71. placuit, ut quicumque ab Imperatore cognitionem iudiciorum publicorum petiverit, honore proprio privetur. Si autem Episcopale iudicium ab Imperatore postulerit,*



Zonaras.

laveris, nihil ei obfit. Videntur Patres Africani hunc ipsum 12. canonem Antiochenum respicere, quem rectè ab eis expositum esse indicat Cresconius, cui consentit Zonaras, cum hunc canonem interpretatur de iis, qui ad Imperatorem damnationis sua cognitionem deserunt. Ex quibus lucidè apparet, quam graviter hallucinentur omnes ferè moderni, dum putant canonem 12. Antiochenum in odium Athanasij fuisse positum.

*Oportet ad maius Episcoporum converti Concilium, & qua putaverint habere justa, plurimis Episcopis suggerant.*

1. Verba hac adeo manifestè destruunt supremam Synodorum Provincialium auctoritatem, ut id ipsum viderit Dominus de Marca.
2. Omisâ hâc questione alibi latius pertractandâ, agitur de maiorum Conciliorum iudicio, ad qua provocari potest, qua proferuntur à canone 9. Chalcedonensi, & Iustiniano, ita ut Clericus appellare possit ad Synodum Provinciam, Metropolitanus ad totius Diæceseos præfectum aut Imperatoris Urbis Episcopum.
3. Photij error de supremâ Patriarcharum auctoritate, ex ipsis schismaticis refellitur, & Balzamonis somnia indicantur, ac à Patriarchis ad Sedem Apostolicam & Concilium universale appellare licuisse, statuitur.

de Marca.

1. **H**abetur in Græco: δέον ἐπὶ μείζονα Ἐπισκόπων Σύνοδον ὑπερεῖναι, quæ Gentianus Hervetus vertit: cum oporteat ad maiorem Synodum converti. Quæ verba si velimus accuratius expendere, neminem inveniendum existimo, qui ulterius contendet, à Synodo Antiochenâ stabilitam fuisse supremam Provincialium Conciliorum auctoritatem? ipse Parisiensium Archiepiscopus de Marca, qui supremæ Synodorum Provincialium auctoritati studuisse dicitur, in edito post obitum ipsius libro 7. capite 2. §. 6. „ scripsisse fertur, „ & tamen canon duodecimus eiusdem Concilij „ (Antiocheni) permittit Episcopis damnatis in Synodo Provinciali, „ ut ad maius Episcoporum Concilium provocent, in quo rursus iudicium feratur de accusatione. „ Id ipsum canonis verba adeo clarè

evin-



evincent, ut vel oculis orbarum esse, qui hoc non videat, vel à sensu alienum oporteat, qui id ipsum non animadvertat: sensus canonis perspicuus est, ut si Episcopus à Synodo damnatus de latâ sententiâ ambigat, non ad Imperatoris cognitionem causam suam deferat, sed maioris Synodi iudicium appellet, necesse sit. Canon hic maiorem Synodum provocare non prohibet, inquit Georgius Aristenus, & apud eam proferre, quæ iusta esse arbitratur ad sententiâ contra se lata eversionem, imò potius ei hoc permittit facere. Idem omninò Theodorus Balzamon: ut cuius condemnato, qui se injuriâ affectum putet, appellationis auxilium datum sit, idque à canone Antiocheno statutum latius probarem, nisi res ipsa lucem meridianam excederet.

Aristenus.

Balzamon.

2. Scio hic institui posse solemnem illam, quæ hoc tempore in Galliis mota fuit, de appellationibus quæstionem, sed cum alibi rem hanc elucidandam suscipiemus, sufficit pro canonis interpretatione hic breviter inquirere, quænam sint majora illa Concilia, ad quæ appellationem concedit canon Antiochenus. Si Photium Patriarcham Constantinopolitanum consulo, respondit titulo 9. nomocanonis cap. 6. de retractatione sententiarum Episcopaliū egisse Imperatores, cum statuunt constitutione 8. titulo 4. libro 1. Quod sententiâ Episcoporum similes sint sententiis Prefectorum, à quibus provocare non licet. Verum ut notat Theodorus Balzamon, Constitutio 8. titul. 4. libro 1. non est posita in Basilicis, quin imo putarem ego, esse supposititiam, vel saltem numquam admissam, quandoquidem repugnet omnibus aliis Imperatorum Constitutionibus, quas Photius eodem loco uti & in textu capitis 1. eodem titulo 9. refert. Communis est Ecclesiæ regula ipso Nicæno Concilio probante firmata, quæ Presbytero per Episcopum damnato appellationem ad Synodum Provinciale[m] concedit. Episcopos item à Provinciali Synodo ad regionale aut Patriarchale provocare posse, non Athanasius dumtaxat probante hoc canone 12. Antiocheno demonstravit, sed & S. Ioannes Chrysostronus Episcopus Constantinopolitanus, & alii plerique antiquorum suo testimonio vel exemplo comprobarunt. Hæc fundamento innititur, quod Concilium generale secundum statuit canone 6. ut Episcopus à provincialibus Episcopis damnatus accedere possit ad maiorem Synodum Diocesis illius Episcoporum pro hac causâ convocatorum. Hoc quoque fuit, cui innititur canon nonus Concilij Chalcedonensis: si Clericus habet causam adversus Episcopum proprium, vel adversus alterum, apud Synodum Provinciae iudicetur. Quod si adversus eiusdem Provinciae Metropolitanum

Photius.

Balzamon.

Canon 6.

Constant.

Canon 9.

Chalcedon.

Epis-



**Iustinianus.** *Episcopus vel Clericus habet quarelam, petat aut primatem Diæceseos, aut sedem regia urbis Constantinopolitana, & apud ipsam iudicetur. Et que hæc conlona statuit Iustinianus Imperator, habes novellâ 123. capite 22. Si qui verò sanctissimi Episcopi eiusdem Synodi aliquam controversiam inter se habeant, sive pro alijs quibusdam rebus, Metropolitanus ipsorum una cum alijs è suâ Synodo Episcopis rem prius dijudicet: ac nisi utraque pars acquieverit, tunc beatissimus Patriarcha illius Diæcesis inter ipsos rem audiat, eaque definiat, qua Ecclesiasticis legibus & canonicis congruum, ita ut nulla pars ipsorum sententiæ contradicere possit. Extant hæc verba in epistola Iustitiani Imperatoris, quam ad Epiphanium sanctissimum Archiepiscopum & œcumenicum ( ut vocat ) Patriarcham transmisit, & Ioannes Antiochenus ipsius Iustiniani tempore in Eutychi Constantinopolitani locum suffectus integram titulo primo nomocanonis inferuit: locum autem suprâ citatum idem Ioannes Antiochenus, non modo nomocanonis sui titulo 15. citavit, sed & eodem titulo 15. Chalcedonenſi Synodo consonum esse docuit, cum scribit: & quod oportet eum, qui excommunicatur, aut rem cum proprio Episcopo habet, ad Metropolitanum, si velit, confugere. Si verò Metropolitanus adversarius sit, apud Diæceseos præfectum, aut Imperatoria urbis Episcopum ipsum jure agere.*

**Ioannes Antiochenus.** *3. Nec solus Ioannes Antiochenus, hos appellationis Gradus agnovit, Photius namque unus ex eius successoribus titulo 9. Nomocanonis, cap. 1. in textu laudatam suprâ Iustiniani Novellam adducit, ac ultimâ verba sic refert: & nisi utraque pars [ iudicatis ] instat, ipsorum Patriarcha [ causam ] cognoscito, ac nulli contradicendi illis, qua ab illo statuuntur, potestas esto. Ex quibus cap. 6. eiusdem tituli conclusisse videtur: à Patriarcharum namque sententiis non provocatur. Plenis velis ad hominis schismatici sensum plerique Græci schismatici contendunt, quibus, si hic mens esset agendi de appellationibus, opposerem, non ab Episcopis solum Provincialibus ad maiorem Synodum exarchalem aut Patriarchalem olim appellari potuisse; sed & à Synodo Patriarchali ad universalem provocatum fuisse antiquitus, & à Patriarcharum sententiis ad Sedem Apostolicam appellare licuisse, ex canonicis Sardicensibus & Sanctorum Patrum exemplis clarissimè ostenderem: viderunt hoc ipsum aliqui Græcorum schismatici, qui tempora Theodori Balzamonis præcesserant, ideoque dixerunt: in Patriarcharum quoque sententiis locum habere ea, qua à canone dicuntur, excepto universali, quoniam Hierosolymita-*



rani sententia ab Antiocheno dijudicetur, & Antiocheni ab Alexandrino, & sic deinceps secundum maiorem uniuscuiusque ordinem. Hallucinantur in Patriarchatum sententiarum retractatione, sed nullatenus in universalis Patriarchæ exceptione. Hunc initio Ecclesiæ habitum fuisse Patriarcham Romanum, negare non potuit Theodorus Balzamon schismaticus Patriarcha Antiochenus: cum namque sæculo 4. ad initium florentis sub Constantino Ecclesiæ Pontifex Romanus, Primatus jura per totum orbem exercuisset, id ipsum negare erubuit homo schismaticus, sed quo splendidius similia primatus jura in Episcopum Constantinopolitanum transferret, non à Christo sed à Constantino Imperatore veterem Romam Primatus Privilegia obtinuisse somniavit, à secundâ verò & quartâ Synodo æqualia Privilegia Constantinopolitano tributa fuisse, indeque nec in sententiam Episcopi Constantinopolitani appellationem cadere: tam certum nimirum fuit Seve Apostolicâ exceptâ, cæteras omnes etiam Patriarchales Orientis appellationi fuisse obnoxias.





## CANON XIII.

Μηδένα Ἐπίσκοπον Ὀλμιᾶν ἀφ' ἑτέρας ἐπαρχίας εἰς ἑτέρῳ μεταβαίνειν, καὶ χειροθεῖν ἐν Ἐκκλησίᾳ ἑνᾶς εἰς προαγωγὴν λειτουργίας, μηδὲ εἰ ὤρεπάγοιτ' ἑαυτῷ ἑτέρους, εἰ μὴ πῶσα κληθεῖς ἀφίκοιτ' διὰ γραμμάτων εὖτε μητροπολίτε καὶ τῶν ὧν αὐτῷ Ἐπισκόπων, ὧν εἰς τὴν χώραν παρέρχοιτο· εἰ δ' ἢ μηδενὸς καλουῦτος ἀπέλθοι ἀτάκτως ἐπὶ χειροθεσίᾳ ἑνῶν, καὶ κατασάσει τῶν Ἐκκλησιασικῶν πραγμάτων μὴ προσηκόντων αὐτῷ, ἀκυρεθῶν μὲν τὰ ὑπὸ αὐτῷ πεπραγμένα τυγχούσιν· καὶ αὐτὸν δ' ὑπέχθην τῷ ἀτάξιας αὐτῷ καὶ τῆς πῶσα λόγου ἐπιχρησίσεως τὴν προσηκόντων δίκην, καθηρημένον ἐντεῦθεν ἤδη ὑπὸ τῆς ἀγίας Ὀνόμα.

*De his, qui cum sunt ex alia Provincia, in aliis audent ordinationes persicere.*

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.

Nullus Episcopus ex aliâ Provinciâ audeat ad aliam transgredi, & ad promotionem ministerij aliquos in Ecclesiâ ordinare, licet consensum videantur præbere nonnulli: nisi litteris tam Metropolitanis, quam cæterorum, qui cum eo sunt, Episcoporum rogatus adveniat, & sic ad actionem ordinationis accedat. Si  
verò



verò nullo vocante, inordinato more deproperet super aliquibus ordinationibus & Ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus, componendis: irrita quidem, quæ ab eo geruntur, existant, ipse verò incompositi motus sui, & inrationabilis audaciæ subeat ultionem, ex hoc jam damnatus à Sancto Concilio.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Ut irritum sit, quicquid Episcopus non rogatus in alienâ Parochiâ ordinaverit.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Si nemine rogante Episcopus in aliam Provinciam se contulerit, & ordinaverit, resque administraverit, & irritæ maneant, & iste deponatur.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras: Si quis Episcopus alterius Provinciam ingrediatur, ibique eo inconsulto ordines conferat, offensiones ac tumultus ex ea re existere, facile est. Quare tum id fieri can. verat, tum qui fecerit, depositione damnatum esse decernit. Eadem verò & Apostolorum 35. & huius quoque Synodi 22. canone constituta sunt.

Aristenus: Multos canones invenies hoc prohibentes, nimirum Episcopum è sua Provincia ad alienam transilire, & in ea ordinare, aut aliud aliquod munus Episcopale obire. Nisi forsitan vocetur aliquis & à regionis Episcopo dignus habeatur, qui tale aliquid faciat. At qui sua sponte in alteram Provinciam proficiscitur, & vel manuum impositiones facit, vel negotiorum Ecclesiasticorum constitutiones ad ipsum non pertinentium, & irrita manere, quæ ab isto facta sunt, & ipsum deponi jubent.

Bazamon: De ijs, quæ in presenti canone tractata sunt, in 35. canone Apostolico satis tractavimus, & alibi, & lege ea, quæ illic scripta sunt; quare & presentis Synodi can. 22.



## SCHOLION.

1. Canon agit non modo de ordinationibus sed etiam de aliis negotiis Ecclesiasticis, quas vetat ab Episcopo in alia regione peragi. Concilium generale 2. Chrysostomus, & Arsenius in locis huc spectantibus.
2. Quod hic canon idem statuat cum canone 22. huius Concilii, scribunt collectores & interpretes canonum apud Græcos.
3. Et ex hoc fundamento post Hermantium voluit Natalis Alexander, canones viginti quinque Antiochenos non esse eiusdem Concilii.
4. Verum canones hos duos diversa statuisse ex eo colligitur, quod canon 13. vetet Episcopum in Ecclesia, quæ caret Episcopo, ordinationes peragere, canon verò 22. agat de civitate, quæ Episcopum habet in vivis.
5. Agit itaque canon 13. de invasione vacantis Ecclesiæ, idque occasione illius, quod post mortem alicuius Episcopi vicinus quandoque sine Metropolitanis consensu ad paucorum preces ad Ecclesiam vacantem accederet, quod ob inordinationes exinde secutas rectè prohibet canon.

1. **Q**uod non de solis ordinationibus, sed de aliis quoque negotiis Ecclesiasticis agat canon, indicant hæc eius verba: super aliquibus ordinationibus & Ecclesiasticis negotiis ad eum non pertinentibus componendis. Ad quæ Epitomator græcus: & ordinaverit resque administraverit, & Aristenus; ordinare & aliud aliquod munus Episcopale obire. Enimverò præter ordinationem, plura sunt munia Episcopalia à nobis superius exposita, quæ omnia rectè vetari alieno Episcopo, demonstrat magnum Constantinopolitanum Concilium generale 2. quod canone 2. disertè statuit: non vocati autem Episcopi ultra Diocesim ne transeant ad ordinationes vel aliquas alias administrationes Ecclesiasticas. Et huic fundamento innixus Chrysostomus, Theophili Alexandrini in Ecclesiâ Constantinopolitanâ temerarios ausus rejiciendos duxit, scribens in relatâ per Palladium ad Innocentium Papam epistolâ: si hæc invaluerit consuetudo, & licitum fuerit cuique, ex adeo remotis partibus in alienas Provincias, prout voluerit, ingredi, & ejicere quoscumque libuerit, & pro voluntate omnia gerere, non ignoratis maturè cuncta peritura, bellum savissimum occupaturum orbem uniyersum, omnibus laceissentibus invicem. Nec hisce alia in canonis

Antioq

Epit. græcus.

Aristenus.

Canon 2.  
Constantin.

Chrysostom.



Antiocheni confirmationem necesse est addere, quam verba Arsenij Monachi in Synopse canonum, titulo 76. *Non oportere Episcopum paræciam sibi non subditam aut omninò aut pro tempore invadere, quamvis à pluribus cogatur, nisi forte propter causam rationi consentaneam: idque non suo ipsius motu, sed multorum Episcoporum, atque ipsius Provincia Archiepiscopi iudicio: neque verò ordines conferre in aliâ Paræciâ præter ipsius consensum: alioqui deponitur tum ipse, tum ij, quos ordinavit.* Citatque in confirmationem canones Apostolorum, Synodorum generalis 2. Ephesinæ, Chalcedonenſis, Sardicensis, & Carthaginienſis, ut post tam illustria Conciliorum statuta canon Antiochenus aliâ confirmatione non indigeat. Eum integrè retulit sæculo 10. Clerus Veronenſis in epistolâ suâ ad sedem Apostolicam directâ, quam Lucas d'Acherius nuper publici juris fecit in tomo secundo specilegiorum.

Arsenius.

2. Non minima quæstio videri potest, quæ de facto in Galliis moveretur de differentiâ constituendâ inter hunc canonem 13. Antiochenum, & 22. eiusdem Concilij: enimverò si collectores Græcos respiciamus, cuncti hos duos canones sub eodem titulo collocant, ac si idem omninò statuerent. Ioannes Antiochenus Patriarcha Constantinopolitanus sub hoc titulo 3. *Non oportere Episcopum ultra Diæcesim suam prodire non vocatum, præterquam possessionis ad se pertinentis invisenda gratiâ, neque extrâ Diæcesim sua limites ordinare.* Sub hoc inquam titulo ponit canones decimum tertium & vigesimum secundum Antiochenos. Idem faciunt Photius in suo nomocanone titulo primo capite 21. & Harmenopolus titulo 4. Mattheus Blastares vero in Synagmate Alphabetico litterâ A. capite 9. Synodi Antiochenæ canones decimum tertium & vigesimum secundum idem statuere scribit, quæ non solum probare videtur Theodorus Balzamon, cum in expositione canonis 13. lectorem remittit ad vigesimum secundum, sed apertè scriptum reliquit Ioannes Zonaras in Scholio ad hunc canonem: *eadem verò & Apostolorum 35. & huius quoque Synodi 22. canone constituta sunt.*

Ioannes Antioch.

Zonaras.

3. Atque ex his fundamentis docuit nuper in Galliis Hermantius in vitâ D. Athanasij, 25. canones Antiochenos eiusdem Concilij esse non posse, cum canone 13. & 22. idem omnino statuatur, nec ab eodem Concilio duo canones idem continentis statuti videantur. Hermantium subsecutus est Natalis Alexander, qui sæculi quarti parte 2. Natal Alex. dissertatione 25. habet hanc secundam conclusionem: Antiochenos



Canon 13.  
Antiochen.

Canon 22.  
Antiochen.

canones eiusdem Synodi factus non esse, verisimile est: probatur primò ex convenientiâ decimi tertij, & vigesimi secundi canonis. Cum enim idem omninò decernant, non videntur eâdem in Synodo editi. Hæc porrò convenientia utriusque lectione innotescit: lic enim habet 13. *nullus Episcopus audeat ab una Provincia in aliam transfere, & aliquos in Ecclesia ordinare ad sacrorum celebrationem, nec si alios una secum inducat, nisi venerit litteris accersitus Metropolitanæ & Episcoporum, qui sunt cum ipso, in quorum regionem accedit. Si autem nullo vocante &c.* Vigelinus verò secundus sic habet: *Episcopus alienam civitatem, qua ei subiecta non est, non ascendat, nec in regionem, qua ad eum non pertinet ad alicuius ordinationem, nec Presbyterum vel Diaconum constituat in locis alijs Episcopo subiectis, nisi cum voluntate proprii illius regionis Episcopi, &c.*

4. Verum licet fateri oporteat, canones hos duos prima fronte videri idem omnino constituisse, negari tamen non potest, quin funditus horum canonum sensum perscrutanti magna inter utrumque differentia occurreret: enimverò scire vellem ab eruditis nostri sæculi viris, quid sibi velit canon 13. cum nolit Episcopum ad alteram Provinciam ordinandi causâ accedere, *nisi litteris tam Metropolitanæ, quam cæterorum, qui cum eo sunt Episcoporum, rogatus adveniat?* & quid sibi velit canon 22. cum Episcopum ex aliena Provincia adventantem vetat ordinationes perficere, *nisi cum voluntate proprii istius regionis Episcopi?* Sane qui decernit accedere oportere voluntatem proprii istius regionis Episcopi, supponit Episcopum civitatis, in quâ ordinatio ab alio perficitur, adhuc esse in vivis: qui verò statuit, Episcopum non posse ad aliam regionem accedere nisi litteris tam Metropolitanæ quam aliorum Coepiscoporum, supponit Episcopum, ad cuius civitatem alter ordinationis causa accedit, jam obiisse: & ex his manifesta est inter utrumque canonem differentia, quam miror à recentioribus non fuisse animadvertam.

5. Aliud itaque decernit canon 22. cum contrà invasorem Ecclesiæ non vacantis statuit, irritam esse ordinationem sine proprii illius regionis Episcopi voluntate peractam: aliud quid decernit canon 13. cum contrà invasorem Ecclesiæ vacantis statuit, irritum esse, quidquid sine Metropolitanæ & Coepiscoporum consensu quoad ordinationes aut res Ecclesiasticas aggressus fuerit. Ideo autem cum ordinationibus canone 13. coniunguntur negotia Ecclesiastica, quia vacante per obitum Episcopo in civitate ipsius plurima negotia Ecclesiastica componenda



nenda erant, ad quæ à tempore Gregorij Magni vicini Episcopi dari solebant. Quod tempore Gregorij dari solebant Ecclesiæ vacanti visitatores Episcopi, qui populum & Clerum assiduis adhortationibus monebant, ut remoto partium studio dignum Episcopatu virum ex-peterent, toties in laudati Gregorij epistolis repetitur, ut nullum hac de re possit esse dubium. Nec Gregorius Magnus id primum statuit, nam scribit Symmachus Papa epistolâ 5. cap.6. *decretum sine visitato- ris presentia nemo conficiat, cuius testimonio Clericorum ac civium possit unanimitas declarari.* Visitatores illos vocare consuevit Africana Ec- clesia interventores: sic Concilium Carthaginense anno 525. *ut in- terventores Cathedras in eisdem plebibus non sedeant,* quod ipsum citatur ex Concilio Carthaginensi 6. sub Aurelio circa an. 420. & reperitur in Concilio Carthaginensi, quod varios Africanæ Ecclesiæ canones firmavit, & à Balzamone alijsque refertur. Ibi enim canone 77. *non debere Episcopum interventorem sedere in Cathedra, cui interventor da- tus est: similiter placuit, ut nulli liceat intercessori tenere Cathedram, cui intercessor datus est, propter quodcumque populorum studium, vel diffensionem: sed studere eis intrâ annum Episcopum providere. Si autem prater hac fecerit, post anni finem alius intercessor eligatur.* Ad quæ commentatur Parisiensis Archiepiscopus de Marca libro 8. capite 8. „ §. 13. ex hoc canone profectum, „ ut vacanti Ecclesiæ Episcopum de Marca. „ interventorem seu intercessorem Metropolitanus præficiat, qui ci- vium animos ad concordiam revocet pro eligendo Episcopo. „ Verum consideranti mihi canonis verba, occurrunt ista: *intra annum Episcopum providere:* ex quibus facillè mihi persuadeo, olim uti nunc sæpius Ecclesias per plurimos menses viduatas mansisse, cumque interea ordinationes perficiendæ erant, ad quas aliquando vicinus Pro- vinciæ Episcopus à populo rogatus occurrebat, modum statuit sacrum Antiochenum Concilium, ne scilicet id ulterius fieret, nisi ex sententiâ Metropolitanæ & aliorum Provinciæ Episcoporum. Conveniebat enim regimini & ordini Ecclesiæ, ut nemo alterius Provinciæ ordina- tiones aut causas citrà legitimam auctoritatem susciperet. Hinc autem provenit, quod sæpius Episcopi ex unâ civitate ad sedem vacantem pro ordinationibus, aut causis dijudicandis, per legitimam Metro- politani & Episcoporum auctoritatem evocarentur, unde tandem in- terventores dati sunt & visitatores, de quibus Concilium Africanum, & Gregorius Magnus locis superius citatis.

Gregor. M.

Concilium Carthagin.

Canon 77. Concilij Carthagin.

de Marca.



## CANON XIV.

Εἰ τις Ἐπίσκοπος ἐπὶ πῶν ἐγκλήμασι κείνοι-  
το, ἔπειτα Συμβαίη πρὸ αὐτῶν διαφωνεῖν ὄντι ἐν  
τῇ ἐπαρχίᾳ Ἐπισκόπος, τῷ μὲν ἀδῶν τὸν κει-  
νόμῃον ἀποφαινότων, τῶν δὲ ἑνοχόν· ὑπερὶ  
ἀπαλλαγῆς πάσης ἀμφισβητήσεως, ἔδοξε τῇ  
ἀγίᾳ Συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως Ἐπίσκοπον,  
ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι  
ἑτέρας πινὰς ὄντι ἐπικρίεντας, καὶ τῶν ἀμφισ-  
βήτησιν διαλύσοντας, ἔβεβαιῶσαι Συνὸς τῆς  
ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον.

*De dissensione, qua super Episcoporum dijudi-  
catione contingit, appellantium  
Provinciales Antistites.*

Verse  
Dionys. Exi-  
gui.

Si quis Episcopus de certis criminibus judicetur, &  
contingat de eo Provinciales Episcopus dissidere :  
cum judicatus ab aliis innocens creditur, reus ab  
aliis : pro totius ambiguitatis absolute Sanctæ  
Synodo placuit, ut Metropolitanus Episcopus à vicinâ  
Provinciâ judices alios convocet, qui controversiam  
tollant : ut per eos simul, & per Provinciales  
Episcopos, quod justum visum fuerit, approbetur.



*Epitome Hadriani Papa I.*

Si in damnatione Episcopi Provinciales dissenserint à Metropolitanò , vicinis Episcopis advocatis causa terminetur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Si Episcopo accusato Provinciæ Episcopi inter se discrepent , ad controversiam certo dirimendam , alij è vicinis sunt advocandi.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : *Quandocumque aliquis ab omnibus Provincia Episcopis unanimi consensu damnatus fuerit , damnationem in dubium revocare , ut huius Synodi canone 4. constitutum est , nequaquam licebit . At si non omnes Episcopi idem sentiant , sed alij quidem damnari reum , alij contra fieri oportere contendant , tunc à Metropolitanò eius Provincia à vicina Provincia alij Episcopi evocari eorumque suffragiis ad alteram partem adiunctis , dissentientium inter se Episcoporum controversia componi debent . Lege Sardicensis quoque Synodi canonem tertium & quintum .*

Aristenus : *Vnusquisque Episcopus criminibus accusatus à propria Synodo judicari debet , si autem Provincia Episcopi dissentiant , illi quidem insontem judicatum , alij reum dicentes , à vicina Provincia potest Metropolitanus alios evocare Episcopos , ut controversiam ab Episcopis agitatam solvant .*

Balzamon : *Episcopum qui ab Episcopis Provincialibus judicatur , & ab aliquibus quidem absolvitur ab aliis verò condemnatur , non alias condemnari vel absolvi statuit Synodus , nisi Synodi Metropolitanus propinquos Episcopos accersiverit , qui id , quod queritur , judicare , & sententiam confirmare debent . Ne dicas ergo 12. canonem huic canonem adversari dicentem ; dubiam sententiam à maiori Synodo rursus judicari , & non ab eo qui primò judicavit , cum finitimis Episcopis examinari . Illic enim fuerat prolata sententia , nec potest amplius judicare , qui illam semel*



protulit ; & propterea illius sententia ut dubia appellationi subicitur : hic autem non est prolata sententia. Et canon Metropolitanum admonet finitimos Episcopos accersere, ut tollatur dissensio, & sic omnis condemnati suspicio & tergiversatio refecetur : sed si hoc quoque factum, condemnatus sibi factam injuriam esse putet, rectè appellaverit, ut 12. canone continetur, & 4. Sardic. Synod. Lege & eiusdem Synodi can. 3. & 5. si autem apud Patriarcham litigaverit, presens canon & sequens locum habebit.

## SCHOLIION.

1. Institutum suum prosequitur hoc canone Antiochenam Concilium quod statuit, tunc evocari posse è vicinia Episcopum, cum dissensio inter Provincia Episcopos exorta est. Adfertur canon Sardicensis, ubi Osius id ipsum praeclare confirmat.
2. Plures collectores canonum habent, Metropolitanum ex vicinâ Provincia evocandum esse, sed Metropolitanum nomen non habetur in graeco, & poterant alij Episcopi evocari. Bonifatij primi testimonium huc spectans. Neque faveat hic canon supremæ Synodorum Provincialium auctoritati, id quod contra Marcæ indicatur.

1. **I**nstitutum suum prosequitur Concilium Antiochenum, quod ubi canone 13. egerat de his, qui sunt ex aliâ Provincia, in aliis non nisi rogati administrare debeant, hoc canone tunc rogari & ab alterius Provincia Episcopis evocari posse statuit, cum dissensio super Episcoporum dijudicatione contingit inter Comprovinciales Episcopos. Huius canonis statutum ex antiquissimo Ecclesiarum more, canonibus firmato, ortum duxisse, probari posset ex canone 14. Apostolis tributo. Verùm necesse non est ad illos confugere canones, ex quibus hoc ipsum non nisi obscurè colligi posset: statutum huius Antiocheni Concilij visum est adeò conveniens disciplinæ Ecclesiæ, ut Osius Cordubensis Episcopus approbante sacrosancto Sardicensi Concilio statuat : Episcopus ad aliam Provinciam transire posse, si à fratribus suis sint invitati, ne videantur januam claudere charitatis. Hæc canone 3. quæ ne quisquam ad solas ordinationes extendat, en canonem 4. ut cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur. Supponit ergo, canonem 3. egisse de Episcopo ex vicinâ etiam à fratribus, Metropolitanum nimirum

Canon 3.  
Sardicensis.

Canon 4.  
Sardicensis.



& suffraganeis evocato, unde & Zonaras ad laudatum can. 3. Sardensem: *ab aliâ quoque Provinciâ in aliam, in quâ Episcopi sine muneris cuiuspiam Ecclesiastici obeundi causâ, nisi ab illius Provincia Episcopis advocantur, transmeare Episcopi prohibentur.* Eundem canonem in auctoritatem receperunt Ioannes Antiochenus in collectione canonum tit. 16. Fulgentius Ferrandus Carthaginienſis Diaconus tit. 58. Martinus Braccarenſis Episcopus tit. 13. *de diffensione iudicij.* Cresconius. Cresconius incompetæ nobis sedis in Africâ Episcopus tit. 144. *de diffensione, qua super Episcoporum iudicatione contingit.* Phorius Patriarcha Constantinopolitani in nomocanone tit. 9. cap. 5. Hincmarus Metropolitani Rhemenſis, qui laudatum ab Hincmaro Laudunensi canonem 14. Antiochenum reprobare non potuit, utpote qui epistolâ 7. ad Hincmarum Laudunensem Concilium Antiochenum ab universâ Ecclesiâ receptum esse fatetur, unde eum quoque admittit, prout in auctoritatem recepit Harmenopolus tit. 5.

2. Quæstio quædam oritur ex versione canonis, qui his verbis compendiosè refertur à Ferrando Carthaginienſi Archidiacono tit. 58. *Vt si de accusato Episcopo multa sententiâ fuerint Episcoporum: Metropolitanus alterius Provincia convocetur. Concilium Antiochenum titulo 14.* Cui consonat versio Martini Braccarenſis Episcopi in collectione luâ per Concilium Lucense probatâ: *ut de Provinciâ vicinâ alter Metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur, quod secundum rectum placuerit canonem.* Integrum hunc canonem ex versione Martini Braccarenſis citat Gratianus 6. quæstione 4. capite 2. ad quam tamen rectè annotat Antonius Augustinus libro 1. dialogo 11. *in Metropolitani alterius vocatione varietas est: neque enim gracè dicitur, illum esse vocandum, sed vicinos Episcopos à Metropolitano.* Idem omnino animadvertunt correctores Romani ad allatum à Gratiano capite 1. ibidem canonem 14. Antiochenum ex versione Isidori Mercatoris, qui æquè corruptè legebat: *placuit sanctæ Synodo, Metropolitanum Episcopum alterius Provincia vicina advocari, & aliquantos cum eo Episcopos alios.* Enimverò in græco non habetur, Metropolitanum alterius Provincia advocari debere, sed habetur: *ἔδοξε τῇ ἀγίῃ Συνόδῳ τῆς μητροπόλεως Ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετὰ καλῶς ἐτέρως τινὰς τοὺς ἐπικρηνοῦντας*, id est, uti vertit Dionysius Exiguus, *sanctæ Synodo placuit, ut Metropolitanus Episcopus à vicinâ Provinciâ iudices alios convocet: ac sane* (inquit correctores Romani) *quod Metropolitanus ad alterius Metropolitani vocationem deberet*

Ferrandus.

Mart. Bracc.

Antonius Augustinus.

Isidorus Mercator.

Correct. Romani.

venire,



Bonifacius I

venire, atque in eodem Concilio duo Metropolitanis futuri essent, vix videtur convenire. Dissensione itaque inter Provinciales Episcopos ortâ, Metropolitanus istius Provinciæ, non Metropolitanum, sed alios iudices convocabat Provinciæ vicinæ Episcopos, qui sunt alij illi à canone Antiocheno intellecti, & per Bonifacium indicati in suâ ad Galliæ Episcopos epistolâ: *si inter Episcopos eiusdem Concilij dubitatio emerferit de Ecclesiastico jure vel de aliis negotiis, primùm Metropolitanus eorum cum aliis in Concilio considerans rem dijudicet.* Non extat quidem nunc temporis hæc Bonifacij primi epistola, sed laudatur à Polycrate, Burchardo, Ivone, & Gratiano 6. quæst. 4. capite 3. ut indubitatum sit, canonis Antiocheni statutum etiam probatum fuisse Bonifacio Papæ, qui & addit: *si non acquiescat utraque pars judicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, quod ipsum non negarunt Patres Antiocheni, sed & temper professi sunt ipsi Orientales schismatici: ut vel constet ex hoc loco, aberrare Parisiensem Archiepiscopum de Marca, qui libro 7. capite 2. §. 5. ex hoc canone 14. aliquid deducere conatus est pro supremâ Synodorum Provincialium auctoritate, & non-appellatione à Metropolitanis iudicio. Quantumvis enim fatear, canonem Antiochenum, ut rectè notat de Marca, agere de Episcoporum ex viciniâ evocatione antequam Metropolitanus sententiam tulerit; tantum tamen abest, alios ex viciniâ Episcopos convocari debuisse ad decretum condendum, cui retractando locus non erat, quod potius Theodorus Balzamon schismaticus Patriarcha Antiochenus in scholiis ad hunc ipsum canonem suprâ expressè profiteatur: *si iudicio etiam cum vicinis Episcopis lato, condemnatus sibi factam injuriam esse putet, rectè appellaverit.**

Balzamon.





## CANON XV.

Εἰ τις Ἐπίσκοπος ἐπὶ ἴσῳ ἐγκλήμασιν κατηγορηθεὶς, κειθεὶν ὑπὸ πρῶτων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Ἐπισκόπων, πρῶτες τε Σύμφωνοι μίαν κατ' αὐτὸ ἐξενέγκοιεν ψῆφον· τῶν μὲν παρ' ἐτέροις δικάζουσι, ἀλλὰ μὴν βεβαίως τὴν Σύμφωνον τῶν ἐπὶ τῇ ἐπαρχίᾳ Ἐπισκόπων ἀπόφασιν.

*De Episcopis ab eiusdem Provinciae Sacerdotibus consonanter exclusis.*

Si quis Episcopus de certis criminibus accusatus condemnetur ab omnibus Episcopis eiusdem Provinciae, cunctique consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint: hunc apud alios nullomodo judicari, sed firmam concordantium Episcoporum Provinciae manere sententiam.

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Si omnes Provinciales Episcopi in damnatione unius consenserint, hunc apud alios judicare non oportebit.

*Antiquus Epitomator Graecus.*

Episcopo judicato, si omnium Provinciae Episcoporum sententiae sint concordantes, actionis redintegratio non datur.



## Interpretes Graci.

Zonaras : Ex iis, qua in canone 4. diximus, huius quoque canonis intelligentiam quilibet assequetur.

Aristenus : Hic Canon eum, qui ab omnibus Provinciae Episcopis deponitur, ab alius appellationis more judicari non permittit, sed omnium Provincialium Episcoporum sententiam unanimiter contra eum illatam, firmam vult manere. Sed ut in quarto huius Synodi canone diximus, sententia eorum, qui decreverunt eum, qui se injuria affectum putat, provocare & appellationis auxilium assequi, potius valet ut justior & humanior.

Bilzamon : Praesens canon sublatu est à 4. canone Synodi Sardic. sed autem hoc nolis dicere, interpretare canonem, ut superius dictum est : & dic fieri condemnationem à Synodo, in quam non cadit appellatio, ut à Papa vel à Patriarcha Constantinopolitano.

## SCHOLION.

1. Canonem hunc à quarto Sardicensis Concilij canone sublatum fuisse, tenent Balzamon, & Mattheus Blastares, ac indicant Aristenus & Zonaras, sed penitus negat Photius.
2. Canonem hunc pro suprema Synodorum Provincialium autoritate allegat de Marca, contra quem viri quidam eruditi hunc canonem rejiciendum putarunt tamquam ab Eusebiano editum, & ut Philippolizani conventiculi fundamentum.
3. Verum canonem hunc non minus quam ceteros Antiochenos recepit Ecclesia. Neque agit canon de appellantis ad maiorem Synodum, sed de non evocando ad Synodum Provinciale viciniam Provinciae Episcopos, cum omnes in unum conspirant.
4. Est enim canon 15. prosecutio eorum, quae statuta erant canone 14.
5. Cum itaque 14. canone statutum erat, dissidentibus Episcopis causam apud alios à vicinia evocandos judicari oportere, statuit canon 15. consentientibus Provinciae Episcopis apud alios à vicinia evocandos judicari non debere, cui consonant pleraque antiquorum versiones.
6. Neque canonem hunc in sensu schismatico interpretandum esse docet Ioannes 2. in responsis ad Casarium Arelatensem Episcopum, cui accedit



cedit auctoritas Stephani 2. qui duo Pontifices canonem in auctoritatem receperunt, probante primi testimonium Casario Arelatensi Archiepiscopo.

7. Neque schismaticum sensum tunc Eusebianis incidisse, colligitur ex canone 12. huius Concilij, quo Provinciales Synodi dicuntur appellationi obnoxia: Patres autem Antiochenos sibi contrariasse incredibile est, unde canonem hunc in sensu Catholico expositum habes apud Gratianum & in Codice Herovalliano.

1. **T**heodorus Balzamon ubi supra in hoc inclinatur, quod *præsens* Balzamon. canon sublatus sit à quarto canone Synodi Sardicensis. Cui consentit Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico literâ D. capite 8. porro canon 15. Si verò omnes, inquit, unam adversus eum sententiam tulerint, is ne amplius ab alio judicetur, sed Episcoporum Provincialium firma maneat sententia. Verum canon hic à quarto Synodi Sardicensis sublatus est. Sic quidem Græci schismatici tibi non constantes, nam licet Theodorus Balzamon inclinet in partem à Mattheo Blastare amplexam, nutat tamen, & sensum alium huic canoni competere posse, clarius testari non potuit. Solum vero schismaticum quamvis canoni competere indicat ante Balzamonem Aristenus, & ante

Aristenum Ioannes Zonaras, ut colligere licet ex citatis illorum verbis, Photius tamen schismaticus Patriarcha Constantinopolitanus diu ante omnes citatos hunc canonem in auctoritatem recepit titulo 9. nomenclationis, capite 5. De controversiis Episcoporum & Clericorum. Ubi tantum abest, quod à canone 4. Sardicensi hunc sublatum iudicavit, ut potius canonibus 3. 5. & 14. Sardicensibus consona statuisset indicet. Photius.

2. Sed relictis Græcis schismaticis audiamus Latinos recentiores, inter quos hunc canonem Parisiensis Archiepiscopus de Marca lib. 7. capite 2. §. 5. adducit pro supremâ Provincialium Conciliorum auctoritate: „ Concilium Antiochenum ( inquit ) cupiens profus de Marca.

„ tollere difficultates, quæ sæpe occurrebant in executione Concilij Nicæni quoad depositiones Episcoporum, iis verbis utitur, „ quæ apertè docent, definitivum iudicium ad Synodum uniuscuiusque Provincie pertinere. Supremæ huic auctoritati innititur canon 15. quo definitur, sententiam ex omnium Episcoporum Provincia suffragiis latam rescindi non posse ab aliis Episcopis. Si quis Episcopus de certis criminibus. &c. „ Pergit Dominus de Marca „ §. 6. „ Attamen dissimulatum non est, sibi in speciem repug-

Canon 15. Antiochen.



„ nare Concilium Antiochenum. Quippe hi canones, quos protuli-  
 „ mus, jubent, ut iudicia adversus Episcopos facta à Synodo Pro-  
 „ vincix suprema sint, adeo ut ab iis non liceat provocare. Et tamen  
 „ canon duodecimus eiusdem Concilij permittit Episcopis damnatis  
 „ in Synodo Provinciæ, ut ad majus Episcoporum Concilium provo-  
 „ cent, in quo rursus iudicium feratur de accusatione. Unde colligi vi-  
 „ detur, idem iudicium esse supremum & appellationi obnoxium. „  
 Huc usque Marca, qui ut quendam canonum Antiochenorum con-  
 cordiam exhibeat, ad rescripta Principum recurrit, quibus revisio  
 imperabatur in majori Synodo habenda. Ad quæ omnia vir quidam  
 „ eruditus: „ Antiochenorum canonum, inquit, nulla olim fuit  
 „ autoritas. Dolosa ista Eusebianæ factionis Synodus primos posuit  
 „ lapides, quibus postea Philippopolitanum conventiculum sua adversus  
 „ Romanas appellationes & Monarchicam Ecclesiæ Hierarchiam schis-  
 „ matica figmenta superædificavit. „ Deinde „ D. Archiepiscopus etiã  
 „ Antiochenos canones advocat suis cogitationibus in subsidium. Eos  
 „ versat ac reversat, videt se non stare in firmo fundo, ideoque ad-  
 „ jungit: *attamen dissimulandum non est, sibi in speciem repugnare*  
 „ *Concilium Antiochenum.* Debuerat addere, hoc item Concilium esse  
 „ prodromum & fundamentum Philippolitani conventiculi; ideoque  
 „ longè pejus olere ac deviare, quam turbidas litteras Africani  
 „ Concilij. „

3. Verum hæc omnia præoccupati animi spirant indicia. Absit enim,  
 canones Antiochenos nullam olim habuisse autoritatem: eos recepit  
 omnis Orthodoxa sub cælo Ecclesia usque ad præteritum sæculum,  
 quo seducti & erroneis fundamentis innixi quidam periti eos minimè  
 intellectos in dubium revocare cœperunt. Absit, esse fundamentum  
 Philippolitani conventiculi, cuius figmentis adeo adversantur, ut  
 ante ea extirpassè videantur, quam erant nata. Absit, sibi in speciem  
 repugnare: canon 12. ut vidimus, & Orthodoxus est, & statuit juxta  
 communem Ecclesiæ sensum, damnatos à Synodo Episcopos ad majus  
 Episcoporum Concilium potius converti debere, quam ad Imperato-  
 ris iudicium. Canon 15. non agit de damnatis à Synodo Episcopis &  
 appellantibus ad maiorem Synodum aut superiorem potestatem, sed de  
 Episcoporum causis apud Provinciæ Episcopos sine ullâ dissensione de-  
 cis, pro quâ necessarium minimè sit, ex vicinâ Provinciâ Episco-  
 pos advocare. Cum enim canon 13. egerat de Episcopis, qui non  
 nisi rogati ad alienam Parochiam possint accedere, & canon 14. sta-  
 tuerat,



uerat, tunc esse causam eos evocandi, cum dissentiunt Provinciae Episcopi, hoc canone statuitur, tunc non esse causam evocandi, cum univ[er]sae Provinciae Episcopi in sententiâ conspirant. Et hic est genuinus canonis sensus, quem ut probem, canonis 14. verba attentius dumtaxat sunt consideranda.

4. Canon 14. tantum agit de causâ Episcopi cum dissensione Provincialium Episcoporum propositâ, & voluit illo casu evocandos esse vicinæ Provinciae Episcopos, cum iudicatus ab aliis innocens creditur, ab aliis reus habetur: hinc canonem illum Fulgentius Ferrandus exhibet sub hisce verbis: *ut si de accusato Episcopo multa sententia fuerint Episcoporum.* Dionysius Exiguus intitulavit: *de dissensione, quae super Episcoporum dijudicatione contingit.* Martinus Braccarensis Episcopus in collectione à Lucensi Concilio probatâ: *de dissensione iudicij:* Cresconius Africae Episcopus in suo breviario & canonum collectione: *de dissensione, quae super Episcoporum dissensione contingit.* Hadrianus primus in suâ canonum epitome: *si in damnatione Episcopi Provinciales Episcopi dissenserint.* Epitomator antiquus. *Si accusato Episcopo Provinciae Episcopi inter se discrepent, alij sunt è vicinis locis advocandi ad controversiam certo dirimendam.* Ipse Dominus de Marca „ libro 7. capite 2. §. 5. „ casus ergo ille divisionis sententiarum „ componitur in canone Antiocheno 14. in quo decretum est, ut „ Metropolitanus ante ullius sententiæ Pronuntiationem vicinæ Provinciae Episcopus convocet, ut unâ cum iis de accusatione cognoscat, decernatque, quod iustum fuerit. „ Hisce itaque positis, pergit Concilium Antiochenum canone 15. de casu, quo Episcopi unanimiter, nullo penitus discrepante, eandem contra reum sententiam tulerint, & statuit, hunc apud alios nullo modo iudicari, intelligentes per alios, vicinos illos alterius Provinciae Episcopos, quos dissentientibus Synodi Episcopis superiori capite permiserat convocari. Et hoc est, quod voluit canon per hæc verba: *hunc apud alios nullo modo iudicari, sed firmam concordantium Episcoporum Provinciae manere sententiam.* Notanda sunt *Episcoporum Provinciae*: agit enim de Synodo dumtaxat Provinciae, non de maiori & superiorum Synodo, ad quam antea docuerat oportere converti. Et sic Patres Antiocheni sibi non contradicunt, sed per omnia coherent: unde merito ante nos D. de Marca arguit auctor Gallus D. David lib. de iudicio Episcoporum artic. 5. *cette contradiction est purement imaginaire, & elle ne subsiste que dans l'esprit de l'auteur. Car ce n'est pas entrer dans le sens de ces*

Ferrandus.  
Dionys.  
Exiguus.  
Cresconius.

Hadrian. 1.  
Aristenus &  
Symeon  
Logoth.

de Marca.

Canon 15.  
Antiochen.

D. David.



Evesques, que de donner une semblable explication à leurs paroles, & il ne veulent dire autre chose par la si non, que lorsque tout le corps du Synode de la Province reconnoist pour coupable celui, qui est accuse, il n'est pas nécessaire alors d'appeller de la Prochaine Province d'autres Evesques pour donner conjointement avec les premiers leur jugement sur cette affaire, ainsy qu'il venoit d'établir dans le precedent canon.

5. *Causa canonis nullâ defensione indiget, nemo enim iustissimam diffitebitur.* Tempus, quo Antiochenum Concilium convocabatur, habebat turbulentos Episcopos & ad contradictionem natos. Dammati à Synodo Provinciali ipsius Metropolitanus iudicio adversabantur, injustam fuisse sententiam reclamabant sepius: huic verò quærelæ ut obviaret Antiochenum Concilium, statuit canone 14. dissidentibus Provinciæ Episcopis evocandos esse alios ex vicinâ Provinciâ, quod iudicium, ut loquar cum magno Ambrosio epistolâ 9. ad Theophilum Alexandrinum in simili casu: *neutri parti sociatâ communionem aliquo favore propenderet.* Hoc autem ne spiritus ad contradictionem nati etiam postularent in casu, quo omnes Provinciæ Episcopi communem proferebant sententiam, succurrit canone 15. Antiochenum Concilium, & jubet, Provincialium Episcoporum sententiam debere valere, & alios ex vicinâ Provinciâ non esse evocandos Episcopos. Repetendus est canon ex diversis tam collectionibus, quam collectoribus, ut sensus jam expressus confirmetur. Antiquissima est canonum collectio, quæ ante Dionysium Exiguum per Occidentem invaluit: illam habemus tomo 1. Bibliothecæ juris canonici, & canonem 15. ita versum: *si quis Episcopus in aliquibus criminibus accusatus iudicetur, ab omnibus qui sunt in Provinciâ Episcopis, ut omnes uno consensu unam contra eum proferant sententiam, hunc nullo modo ab alio iudicari: sed permanere firmam & consonantem, qua à Provincialibus Episcopis data est sententia.* Nota ab alio & à Provincialibus Episcopis, Provinciales enim Episcopi exprimuntur, ut alius ille alterius Provinciæ intelligatur. Per antiquus est Cresconius Africanæ cuiusdam Ecclesiæ Episcopus, qui in breviario & collectione canonum habet hunc titulum 144. *De dissensione, qua super Episcoporum iudicatione contingit, vel cum ab omnibus in sua Provincia Episcopus excluditur.* Subdit canonem 14. Antiochenum, & ut insinuaret eodem de casu agere canonem 15. eum addit ex versione Dionysij Exigui. Hinc & titulum adeo sensui canonis conformem proposuit, qualem jam audivimus. Consonat Hadrianus primus in canonum epitome, quam Romæ quondam Carolo magno obtuler

D. Ambros.

Prisca coll.

Cresconius.

obtu  
nes P  
alios  
poni  
eode  
Prov  
Mer  
Episc  
eiusa  
eiusc  
6  
Cath  
Apo  
Sedi  
stum  
inter  
fute  
mus  
later  
scrip  
fatâ  
ex  
conf  
con  
an i  
qui  
eos  
nec  
mu  
var  
qui  
non  
fari  
cui  
an  
Epi  
tio  
aco

obtuler



obtulera: ibi enim compendium huius canonis 15. exhibet: *si omnes Provinciales Episcopi in damnatione unius consenserint, hunc apud alios iudicare non oportebit.* Nota verbum *Consenserint.* Hæc enim opponit dissensionem priori canone pertractatæ, ut insinuaret agi de eodem plane casu, evocandi nimirum vel non evocandi alios ex vicinâ Provinciâ Episcopos. Antiqua etiam versio est, quam habet Isidorus Mercator, qui canon. 15. Antiochenum exhibet cum hocce titulo: *de Episcopis ab eiusdem Provincia Episcopis exclusis.* Quid autem aliud per tō eiusdem Provinciæ insinuat, quam in hoc canone agi de Episcopis eiusdem Provinciæ cum alterius Provinciæ Episcoporum exclusionem.

6. Nec opus est, huic rei probandæ diutius inhærere: neminem Catholicorum inveniendum existimo, qui sensum schismaticum Sedi Apostolicæ placuisse asseverabit: & tamen canonem 15. Antiochenum Sedi Apostolicæ præfules in auctoritatem admiserunt, signum manifestum, Orthodoxo sensu esse intelligendum. Anno 534. Ioannes 2. interrogatus à Cæsario Arelatensi Episcopo de Contumelioso Antistite, respondet: *qua verò de his canones præcipiunt, subteradiemus, ut qua facienda sunt, positus agnoscere.* Et addit Cæsarius Arelatensis in Galliâ Episcopus: inter titulos canonum quos nobis superscriptus Sanctus & Dominus meus Ioannes Papa Sedis Apostolicæ cum præfatâ auctoritate direxit: . . . ex Canonibus Antiochenis capitulo 4. . . . ex Canonibus superscriptis capitulo 15. de eiusdem Provinciæ Episcopis consonanter exclusis. Si quis Episcopus de certis criminibus accusatus condemnatur ab omnibus Episcopis eiusdem Provinciæ, &c. Quo loco an illustrior ex antiquitate deliderari possit, vix scio. Si enim queras, quid S. Cæsarius Arelatensis Episcopus de hisce Canonibus senserit, eos appellat: *titulos Antiquorum Patrum à S. Ioanne Papa transmissos, nec fieri posse asserit, ut tantorum actalium, quos supra memoravimus, sacerdotum canones contemnentem, aliter quam illi statuerunt observare vel agere præsumamus. . . . Quidquid contra illorum definitionem, in quibus Spiritum Sanctum locutum esse credimus, dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse.* Hæc & alia S. Cæsarius Arelatensis Episcopus etiam de canone nostro 15. Antiocheno, cui ut aliam Sedi Apostolicæ auctoritatem adjiciam, en Stephanum 2. anno 754. qui à Francis interrogatus, respondet: *titulo 15. de Episcopis accusatis & condemnatis: de Episcopo accusato in Concilio Antiocheno cap. 15. ita continetur: si quis Episcopus de certis criminibus accusatus condemnatur ab omnibus Episcopis eiusdem Provinciæ, cuncti-*

Hadrian. 1.

Isid. Mercat.

Ioannes 2.

Cæs. Arelat.

Canon 15.  
Antiochen.

Cæs. Arelat.

Stephanus 2.

que



que consonanter eandem contra eum formam decreti protulerint, hunc apud alios nullo modo judicari, sed firmam concordantium Episcoporum manere sententiam. Hæc Stephanus 2. in responsis post epistolas eius tomo 6. Conciliorum Philippi Labbei editis.

7. Et videant jam illi, quo fundamento nitantur, qui hoc canone stabilitam existimant supremam Synodorum Provincialium autoritatem: de eâ vel agere non intendebant Patres Antiocheni, cum præsens canon constitutus fuit. Quin imò tunc temporis nondum excogitatum fuisse istud Eusebianorum figmentum, vel canon 12. supracitatus evincit, quo Patres Antiocheni à Synodi Provincialis judicio ad majorem Synodum provocari posse disertis verbis testantur, unde & Christianus Lupus parte 4. ad canonem 20. dictatus Gregorij 7. contra Petrum de Marca erroneum illum sensum ex Concilij Antiocheni ca-

Lupus. „ nonibus stabilire conatum „ Supergreditur, inquit, errorem Eusebianaum. Hic enim non quasvis Provinciales, sed solas Patriarchales, aut alias autocephalas Synodos voluisset esse supremas ac „ inappellabiles. „ Eusebiani cum Catholicis in Synodo Antiochenâ coadunati disciplinam Ecclesiasticam promoverunt, & vel de inappellabilitate à Provinciali Concilio ne quidem tunc temporis somniarunt. Neque verisimile est, aliud in canone 12. statuisse, aliud in 15. & his canonibus sibi ipsis contradixisse: neque admittendum, tot Catholicos Episcopos, quorum plures sacrosancto Nicæno Concilio adfuerant, alij verò sanctitate & miraculis toto orbe clari extiterant, tam enormiter lapsos fuisse, & subsequentes sedis Apostolicæ Pontifices id ipsum non animadvertisse, qui disertis verbis hunc canonem 15. Antiochenum in autoritatem admiserunt, & renovandum duxerunt, ut ex Ioanne 2. & Stephano 2. sanctissimis Præsulibus demonstratum est: præter hos verò Hadrianus Papa primus sæculo 8. cum codicem canonum Dionysij Exigui Carolo Magno obtulit, Antiochenos canones viginti quinque tanquam Ecclesiæ regulas habuit, secundum quas, Leo 4. capitulo de libellis expressè testatus fuit, causas dijudicari consuevisse à sede Apostolicâ: ut & Hincmarus Remensis Archiepiscopus post Leonis 4. tempora anno 870. in epistolâ ad Hincmarum Laudunensem meritò scripserit, *Antiochenum [esse] Concilium, quod Apostolica Sedes & universalis Ecclesia recipit.* Nec posteriori ævo Ecclesia sensum suum mutavit, Gratianus namque in decreto, quo hisce temporibus ex Romanorum Pontificum præscripto utimur 6. quæstione 4. capite 5. scriptum reliquit. *Sed si omnium Comprovincialium*

Hincmarus Rhemenensis.

Gregorius.



quum concordi sententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis censura, unde in Antiocheno Concil. c. 15. legitur: si quis Episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra Provinciam Episcopis, acceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius judicari non poterit, sed manere circa eum oportet, tanquam convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam. Subintelligendum vero est, nisi ad judicem majoris auctoritatis fuerit provocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet. Hæc Gratianus, quæ ut ipsi canoni Antiocheno consona esse monstremus, addo canonem 15. Antiochenum ex antiquâ collectione canonum Herovallianâ, ubi capite 10. qui ab omnibus Episcopis Comprovincialibus consonam recepit sententiam ab aliis ulterius judicari non poterit, nisi Episcopum Romanum appellaverit, at renovetur examen. Quid manifestius?

Codex M. S.  
Herovall.

CANON XVI.

Εἴ τις Ἐπίσκοπος ἁλοάζων, ἐπὶ ἁλοάζων  
 τῶν Ἐκκλησίῳ αὐτὸν ἐπιρρίψας ὑφαρπάξοι τὸν  
 θρόνον διχα ἑνώδῃ τελείας, τῶν ἀπόβλητων  
 εἶναι, καὶ εἰ πᾶς ὁ λαὸς ὃν ὑφάρπασεν, ἔλοιτο  
 αὐτὸν· τελείαν δὲ ἐκείνῳ εἶναι ἑνώδον, ἢ ἁμ-  
 πάρεσι καὶ ὁ μητροπολίτης.

*De vacantibus Episcopis.*

Si quis Episcopus vacans in Ecclesiam vacantem infiliat, sedemque pervadat absque integro perfecto Concilio, hic abjiciatur necesse est, etsi cunctus populus, quem diripuit, eum habere delegerit. Perfectum verò Concilium illud est, ubi interfuerit Metropolitanus Antistes.

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.



*Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Episcopus vacantis Ecclesiæ inuasor abjiciatur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Qui sine Synodo perfecta & ipso Metropolitano in vacantem Ecclesiam transfuit, etiamsi ipse sit vacans, ejiciendus est.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : Vacans Episcopus ille est, qui vel nullius, vel occupata à gentibus Ecclesia, prefectus est, vel à populo eius urbis, cui datus Episcopus fuit, nullo ipsius vitio, sed solà populi pervicaciâ exclusus : vacans porro Ecclesia est, quæ prefectum sibi Episcopum non habet. Si ergo vacans Episcopus vacantem Ecclesiam invadens, thronum illius occupavit ; quamvis illum populi eius urbis Episcopum habere velint, nisi tamen eidem perfecta Synodus vacantem illam Ecclesiam decreto suo adjudicavit, ab illius Ecclesia administratione omninò repelli placet. Perfecta verò Synodus ea existimatur, cui Provincia Metropolitanus interfuerit, ut proinde si id Synodus perfecta decreverit, nihil obstat, quo minus vacans Ecclesia Episcopo vacanti assignari queat.

Aristenus : Vacantem quidem Episcopum in vacanti Ecclesia à perfecta Synodo, presente & Metropolis Episcopo, constitui, presens canon permittit. Non autem à se ipso, etiamsi à toto populo thronum usurpare cogeretur, nisi excommunicari velit. Eum autem, qui non vacat, nec omnino c. 21. presentis Synodi canon, & alij varij ut in 14. canone Apostolico scribitur, in aliam migrare Ecclesiam permittunt, sed in ea manere Ecclesia, in quam ab initio à Deo ordinatus fuit.

Bazmon : Episcopus quidam vacans, seu Ecclesiam non habens, utpote quæ à gentibus tenebatur, sua autoritate vacantem occupabat Ecclesiam, quæ scilicet Episcopum non habebat, eius sedem invadens, & jura Archiepiscopalia exercebat. Cum autem reprehenderetur, & interrogaretur, quomodo hoc esset ausus, hoc se modo defendebat ; non propter aliquid aliud fuisse prohibitam in aliâ regione seu Diœcesi operationem.



nem seu exercitium, quam ne injuria afficeretur & contemneretur huius regionis, Diocessive præsul: cum autem non sit Antistes in vacante Ecclesia, & cum ipse eam, quæ illi obrigerat, non habet, ut quæ à gentibus detinebatur; nec quæ de injuriâ dicta sunt, locum habebunt, nec ullum ei præjudicium asseretur, tanquam qui ultra ea, quæ habet, aliena sibi usurpet. Dicit ergo Canon, eum, qui tam temere à Spiritus Sancti gratia non sibi datum thronum arripit, etiamsi & ipse, & Ecclesia vacet, esse ejiciendum. Perinde autem ac si dixisset quispiam, ea locum habere, quando is, qui vacat, prædonis more vacantem Ecclesiam invasisset, non autem quando eius populus eum, qui vacat, vel invitum ad eam transfulerit. Adjicit canon, ne propterea quidem esse illi ignoscendum, qui in vacantem Diocesim aliquid Episcopale exercuit absque Synodi permissione. Cum autem, ut est verisimile, à Provincialium Episcoporum dispensatione vacanti cuiuspiam permissum esset, in vacante Ecclesia celebrare, & hoc damnaretur, eo quod non esset etiam assensus Metropolitanus; dicebant quidam, esse & vocari Synod. Provincialium Episcoporum conventum, & ideo firmum esse, quod ab eis fit sine Metropolitano, quoniam Episcoporum sententiis, etiam sine Metropolitano contradici non potest. Dixerunt Patres in hac causâ eam esse perfectam Synodum, quæ habet etiam Metropolitanum præsentem; est autem sententia singularis; & singularia non trahuntur ad exemplum. Nota ergo ex præsentis canonis, quod cum Synodali decreto permittitur vacanti Episcopo in vacante Ecclesia celebrare; quin & in ipso eius throno sedere. Sæpe enim audivi, quod Imperatorio quoque mandato ad id opus est. Interrogaverit autem quispiam, quomodo intelligi debet illud, esse ejiciendum eum, qui illam sic invasit Ecclesiam? & dicebant quidem nonnulli hoc de segregatione accipi. Mihi autem videtur esse accipiendum de depositione secundum canones, qui dicunt esse deponendos, qui ordinant ultra suas Dioceses. Si enim qui ad injuriam unius Antistitis, qui est in regione, Episcopale quidpiam exercuit, deponitur: multò magis punitur, qui ad perfectæ Synodi injuriam tale quid fecit. Sæpe questum est, quis est is, qui vacat, & quam dicatur vacare Ecclesia. Ac de vacante quidem Ecclesia nulla fuit dubitatio, omnes enim dixerunt, eam esse vacantem Ecclesiam, quæ Antistite orbata est: sed de vacante Antistite multa fuit controversia, & placuit omnibus eum dici vacare, qui non potest proficisci ad eam Ecclesiam, in quam susceptus est, eo quod vel à gentibus vel ab hæreticis occupetur, & fortasse etiam profanetur, communisque reddatur, nec sinatur Antistes pedem in eam inferre, cuiusmodi



est hodie Hierosolymitana Ecclesia, Antiochena, Tarsensis, & alia. Hierosolyma enim ab impiis Agarenis polluta sunt, Thronus Antiochenus à Patriarcha latino detinetur, & Tarsus ab Armeniis. Nonnulla autem Hierosolymorum Antiochia, & Constantinopolis Ecclesia non reputantur vacare, quia Latini & Agareni permittunt Antistitibus suas Ecclesias Episcopaliter administrare, & Christianorum, qui illic sunt, curam gerere. Vnde & eiusmodi Ecclesiarum evocati Antistites debent proficisci. Quod autem dantur quibusdam Antistitibus non vacantibus, sed paupertate laborantibus orbata seu vacantes Ecclesia, est dispensationis ratio: & canon qui dicit, vacantem dandam esse vacanti, locum non habet. Et ideo qui Synodaliter permittunt cuiquam, ut possit etiam in sede illius Ecclesie, quam dispensationis ratione sibi datam habet, sedere, faciunt contra canonem rem, cui venia danda non est. Iis enim, qui vacant, debet dari Thronus; non autem iis, qui habent sedem Episcopalem. Propterea enim & Antistes, qui vacantem accipit Ecclesiam, non amplius vocatur Episcopus illius Ecclesie, in quam primum renunciatus est, sed eius, quae illi ut vacans data est, quemadmodum magnus Theologus Gregorius non amplius dictus est Nazianzenus, sed Constantinopolitanus Episcopus, nec qui proxime ordinatus est ad Amasiam, & in Cerasuntem translatus, quia qui prius fuerat depositus, est restitutus, non Amasæ Episcopus vocatus est, sed Cerasuntis. Claudopolitanus autem proprium Episcopatum, Heracliam Ponticam, ut vacantem adeptus, & in ei quoque conjuncta sede sedere permixtus, quomodo Claudopolitanus appellatur, nescio.

## SCHOLIION.

1. Quinam vocari debeant vacantes Episcopi, ex variis collectoribus & canonum interpretibus grecis eruitur, ac Episcopos in exilium trastos etiam vacantes dici, ex eisdem colligitur.
2. Exinde tamen non sequitur, hunc canonem constitutum fuisse contra D. Athanasium post reversionem ab exilio sedem propriam absque Nova Synodo recuperantem: agit enim presens canon de vacante Episcopo invadente sedem alienam.
3. Confirmatur id ipsum ex ipsius canonis verbis, Cresconio & Hincmaro Remensi, qui canonem hunc ut regulam Ecclesiasticam recepit, cui suffragatur sacrum Chalcedonense Concilium.



4. Canonem agere de Vacante Episcopo sedem alienam invadente, indicat in Chalcedonensi Concilio Stephanus Ephesinus, & Basianum ob simile crimen fuisse depositum juxta canonem Antiochenum, ipsum Chalcedonense Concilium indicat, quod hunc canonem regulam Patrum vocat.

1. **V**T rectè intelligatur, quid sibi velit tò Episcopus vacans, non abs re fuerit adferre canonis versionem ex prisca collectione canonum, quæ post Chalcedonense Concilium circa tempus Leonis primi in occidente prodit, addit enim aliquid notatu dignum ad 16. Antiochenum: *de Episcopis vacantibus. Si quis Episcopus vacans, qui suam relinquens Ecclesiam, & arripuerit alienam sedem sine perfectâ Synodo, hunc esse omninò deiectum, &c.* Ille ergo Episcopus vacans reputatur, qui propriam sedem relinquit. Consonat Ioannes Antiochenus, qui titulum 12. sub quo laudat canonem 16. Antiochenum, sic ponit: *non oportere Episcopum urbem suam deserere, & in sedes alienas etiam vacantes invadere.* Nec loquuntur de eo, qui urbem suam relinquit, ut eodem tempore ad aliam transeat, de illo enim statuit canon ordine 21. ut nullatenus id facere liceat: sed canon 16. agit de Episcopo, qui in alienâ Ecclesiâ cum Provincialis Synodi consensu potest ad Episcopatum admitti: ut itaque Ioannis Antiocheni titulus, & additio Priscæ Collectionis locum habeant, debent intelligi de illis Episcopis, qui sedes suas absolutè reliquerant, vel ut antiquus interpret Græcus, qui munere Episcopali vacant. Unde & Ioannes Zonaras, quod *vacans Episcopus ille est, qui vel nullius, vel occupata à gentibus Ecclesia præfectus est: vel à populo eius urbis, cui datus Episcopus fuit, nullo ipsius vitio, sed solâ populi perviciâ exclusus est,* addit Theodorus Balzamon, omnibus placuisse, eum dici vacare, qui non potest proficisci ad eam Ecclesiam, inquam suffectus est, eo quod vel à gentibus, vel ab Hæreticis occupetur, talemque judicatum fuisse Episcopum Antiochenum, cuius thronus tunc temporis à Patriarcha Latino detinebatur. Verum in Codice Amariachiano hoc Scholion ad canonem 18. Antiochenum additur: *quando Ioannes Chalcedonius Patriarcha à Domino Alexio Comneno Imperatore promotus annos 23. sedebat, mota est questio, utrum Ioannem Antiochenum Patriarcham, qui ad thronum Antiochenum 28. annos electus fuerat, sed illuc proficisci non potuit, propterea quod Antiochia à Francis detinebatur, vacantem habere oportuerit, &*

Prisca Coll. 1

Ioannes Antioch.

Zonaras

Cod. Amari.



ad thronum Constantinopolitanum promoveri : verum non iudicatus est vacans, ut qui innumeras in Metropoles sibi subiectas electiones & ordinationes fecerat ; etiamsi nondum in throno collocatus fuerit. Ex quo habemus, ad Vacantem Episcopum requisitum fuisse, ut habet antiquus interpres græcus, quod munere Episcopali sit destitutus, sicuti in primis censetur Episcopus nulli Ecclesiæ addictus, de quo hunc ipsum canonem interpretatur cum Ioanne Zonara Arsenius Monachus titul. 47. Secundò Episcopus, qui non potest ad thronum suum accedere, nec ordinationes Ecclesiarum suarum perficere, in quo omnes consensisse scribit Theodorus Balzamon. Tertio Antistes ille vacans censetur, qui vel ad sedem suam noluit ire, ut indicat Mattheus Blastares litterâ B. cap. 20. vel demum qui injustè erant à sedibus suis expulsi, vel ab impiis principibus ob fidem aut religionem relegati, ij enim poterant vacantes haberi, quamdiu sede suâ erant destituti.

Palladius.

2. At inquires, si etiam pro relegatis Episcopis hic canon constitutus est, ut absque Synodali sententiâ sedem non obtineant, hic erit canon contrâ Athanasium editus, quem malè recentiores duodecimum existimarunt, & erit ipsemet canon, quem Theophilus Alexandrinus cum suis objecerunt Chrysofomo sine ullâ Synodo Thronum suum recuperanti, de quo audivimus ex Palladio, fuisse unum illorum, quos Theophilus miserat à quadraginta complicibus Arij editos atque ita continentes : si quis Episcopus aut Presbyter, sive justè, sive injustè depositus, & ex seipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic jam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur. Verum respondeo hanc regulam à quadraginta complicibus Arij editam, meritò dici ut nequam & à nequissimis Athanasij causâ constitutam, & à Iulio primo & à Sardicensi Concilio, & à D. Chrysofomo, & ab omni antiquitate reprobata. Attamen non esse illam, de quâ agit canon 16. Antiochenus. Agit Eusebianorum canon de damnato etiam injustè, qui propriam sedem invadit sine novo Concilio, canon verò 16. Antiochenus agit universim de vacante Episcopo, qui Ecclesiam alienam vacantem invadit. Sicut autem injustum est, Episcopos injustè depositos à propriâ sede impedire, quod facit canon Eusebianorum, ita & iustissimum est, vacanti Episcopo obesse, ne alienam sedem ascendat absque legitimâ electione Provincialium Episcoporum, & Metropolitanorum, prout plures canones statuunt, quos hic observandos ducit Antiochenum Concilium.

3. Quod



3. Quod autem can. 16. agat non de recuperante propriam sedem, sed de ascendente vacantem alienam, ipsa canonis verba evincunt: *sedemque pervadat*, ut habet versio Dionysij. Unde Cresconius titulo 145. *De vacantibus Episcopis, quod alienam Ecclesiam pervadere non debeant.* Sub quo titulo cum unicum tantum alleget canonem 16. Antiochenum, clarè testatur illic agi de Episcopis pervadentibus vacantem Ecclesiam, non propriam, sed ut in terminis ait, *alienam*: id ipsum sufficienter insinuat Fulgentius Ferrandus cum in breviatione canonum titul. 21. posuit: *ut nullus Episcopus, etiamsi à plebe eligatur, vacantem Ecclesiam obtineat, nisi ex auctoritate plenarij Concilij: Concil. Antiochenum titul. 16.* Unde & Hincmarus Metropolita Remensis in scedulâ suessionensi Concilio porrectâ, cap. 3. ad hunc canonem respiciens: *Antiocheni canones*, inquit, *de vacante Episcopo, & vacante Ecclesia regulam præfixerunt.* Nec putes, Hincmarus Remensem fuisse primum, qui hunc canonem in auctoritatem recepit, nam diu antea 630. Episcopi in Concilio generali 4. canonis auctoritatem venerati sunt. Nominatus erat Bassianus ad Evazorum Episcopatum, & à Memnone Ephesiorum Episcopo violenter consecratus: at dum ipso recusante sedem, alius superordinatus est à Basilio Memnonis successore, Bassianus mansit Episcopus vacans. Contigit verò & Basilius decedere, Bassianum verò à populo intronizari Ephesinum Episcopum. Bassiano per unum Olympiû Theodosiopolis Episcopum violenter adactum ordinato, ei post quatuor annos Stephanus superordinatus est à quadraginta Asiæ Episcopis, extruso absque Synodico iudicio Bassiano: hinc Bassianus à Valentiniano & Marciano Augustis impetravit, causam suam agitari posse in Chalcedonensi Concilio. Advenit itaque Bassianus & prætendit se legitimum Ephesiorum Episcopum: opponit se, qui eidem Concilio aderat, Stephanus, & ait illegitime ordinatum, eumque cum erat vacans Episcopus, vacantem Sanctam Ephesiorum Ecclesiam contrà regulas invalisse. Hinc pergunt acta Chalcedonensia: *Stephanus Reverendissimus Episcopus Ephesi dixit: supplico, ut canones relegantur, qui dicunt, ut is, qui in aliâ civitate ordinatus est, constitui non possit in alterâ. Gloriosissimi iudices dixerunt, relegantur hi canones. Leontius Reverendissimus Episcopus Magnesiæ ex Codice relegit regulam nonagesimam quintam. Si quis Episcopus vacans super Ecclesiam vacantem semetipsum injiciens subriperit sedem præter perfectum Concilium, hunc expellendum esse, licet omnis populus, quem arripuit, eum elegerit. Perfecta verò Synodus illa est, cui interest & Metropoliti*

Dionys.  
Exigui.

Cresconius.

Ferrandus.

Hincmarus  
Remensis.Act. 11.  
Chalcedona.Canon 16.  
Antiochen.



*Metropolitanus Episcopus. Additur ex Codice regula 96. & quid his  
 le&is judicaverit de Bassiani Episcopatu totum Concilium, referunt  
 Act. II. Antiochen. & Stephano Reverendissimis, relectis etiam Canonibus, dicat Sancta  
 Synodus de Episcopatu Ephesio, quid eis videatur. Reverendissimi Epis-  
 copi clamaverunt: justitia Bassianum vocat: regula valeant: Glorio-  
 sissimi judices dixerunt: nobis quidem videtur, neque Bassianum Re-  
 verendissimum dignum existere, ut sit Ephesorum civitatis Episcopus,  
 quoniam ex invasione violenta Episcopatum sibi vindicavit. Appro-  
 bavit sententiam omne Concilium, & legati Leonis primi Paschalinus  
 & Lucentius confirmarunt judicium, sequentes Sanctissimi sui Pon-  
 tificis Romani decretum. Hic enim, ut antea dixerat Stephanus,  
 Bassianum damnavit, quoniam præter regulas factus est.*

Leo 1.

Stephan.  
Ephesin.

Arsenius.

Concilium  
Chalcedon.

4. Inter plura verò unum observatione dignissimum, canonem 16.  
 Antiochenum sub titulo 95. ex Codice relectum agere de vacante  
 Episcopo invadente alienam Ecclesiam pariter vacantem: *constitui  
 non possit in alia*, inquit, *Stephanus*, & hunc canonem adeo legiti-  
 mum fuisse, ut ex illo Bassianus judicatus sit ab omni Concilio, ut  
 qui cum vacans esset Episcopus, Ephesiorum vacantem Eccle-  
 siam cum consensu populi, sed sine perfecto Episcoporum Pro-  
 vincialium Concilio invaserat. Habes hic totum Bassiani erra-  
 tum, quod præter regulas factus fuerit Episcopus, ut clamat Leo 1.  
 eloquentissima Sedis Apostolicæ tuba, per regulas intelligens canones  
 Antiochenos, & signanter hunc nostrum 16. quem unice Arsenius  
 Monachus in Synopsi canonum citavit sub hoc titulo 47. *non oportere  
 Episcopum nulli Ecclesie additum, vacantem Ecclesiam invadere citrà  
 consensum Provincia Metropolitanæ atque Episcoporum: sin verò, ab  
 Ecclesia ejicitur. Synodi Antiochena canon 16.* Sic Arsenius, quod  
 hic canon unicus sit, qui de vacante Episcopo Ecclesiam vacantem  
 invadente conscriptus remansit, quem non solum Leo Sedis Aposto-  
 licæ Pontifex, sed & universa Orientis Ecclesia in sacrosancto Chal-  
 cedonensi Concilio adunata regulam Patrum dixit, & amplecten-  
 dam clamavit. Tantæ nimirum auctoritatis ad annum 451. erat in  
 orbe Catholico Antiochenum Concilium, ut eius canon 16. à sex-  
 centis & triginta Episcopis cum Apostolicæ Sedis legatis in Concilio  
 universali meruerit probari, & eo usque propugnari, ut eius temera-  
 tores fuerint depositi, & pœnas à Patribus Antiochenis hoc canone  
 statutas perpeffi.

CANON XVII.



## CANON XVII.

Εἰ τις Ἐπίσκοπος χειροθεσίῳ Ἐπισκόπου  
 λαβὼν, καὶ ὁμοίως παρομοίως λαβὼν, μὴ κα-  
 ταδέξοιτο τὴν λειτουργίαν, μηδὲ πείθοιτο ἀπιέ-  
 ναι εἰς τὴν ἐγχειρωθεῖσαν ἀπὸ Ἐκκλησίας, τῆ-  
 ς ἵνα ἀκοινωνήτων, ἔς' αὐτὴν ἀναγκαδίαις \* κα-  
 ταδέξοιτο, ἢ ὁμοίως ἢ παρὰ αὐτὴν ἢ τελεία Σύνο-  
 δος τῆς κτ' τὴν ἐπαρχίαν Ἐπισκόπων.

\* καταδέξοι-  
 ται.

*De his, qui cum ad Episcopatum vo-  
 cantur, evitant.*

Si quis Episcopus manus impositionem Episcopatus  
 acceperit, & præesse populo constitutus, ministerium  
 subire neglexerit, nec acquieverit ire ad Ecclesiam  
 sibi commissam. Hunc oportet communione privari,  
 donec susceperit coactus officium, aut certè de eo  
 aliquid integra decreverit eiusdem Provinciae Syno-  
 dus Sacerdotum.

Verbo  
 Dionys. Exi-  
 gui.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Si quis susceptum Episcopatum adire & gubernare  
 contempserit, excommunicetur.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Qui ordinem suscepit, & ab eo resilit, excom-  
 munica-

D d d d



municatur, usque dum poenitentia ductus, munus in se susceperit.

### Interpretes Græci.

Zonaras : Si quis ad praefecturam populi vocatus, munus illud, hoc est servitium sive ministerium obire recusaverit, communionem motus, hoc est segregatus erit, donec id suscipiat. Quod si recusare omnino pergat, à segregatione hominem absolvi prorsus haud licebit, nisi forte aliquid jam de ipso perfecta Synodus constituerit. Causas enim fortasse, ob quas à praefectura munere excusari velit, probabiles adferet, quibus per Synodum approbatis multa quoque imposita homini condonabitur.

Aristenus : qui non persuadetur ad eam, quam sibi commissam habet Ecclesiam ire, & populo praesse, excommunicatus erit, donec sententiam mutans, animarum curam ipsi concreditam susceperit.

Balazon : Lege 36. canonem Apostolicum, & disces quae decreta sunt de praesulibus, qui ad eas, ad quas ordinati sunt Ecclesias, non proficiscuntur. Consequenter ergo praesens quoque canon eadem decernit, adijciens eum esse segregatum, qui non proficiscitur ad Ecclesiam, quae ipsum sortita est; donec aliquid de ipso statuerit Synodus, quae eum eligit. Forte enim eum admittet aliquam causam probabilem afferentem. Quia autem illic diximus, non accipi, ut dicunt aliqui, manuum impositionem pro electione, eo quod can. utique de susceptione meminit, debes praesentem quoque canonem sic intelligere.

## SCHOLIION.

I. Praesens canon prosequitur materiam anterioris, & receptus fuit etiam à sacro Chalcedonensi Concilio.

I. **E** Gerat canon praecedens de vacantibus Episcopis in generali, hic verò descendit sacrum Antiochenum Concilium ad particularia, & agit de ordinatis Episcopis, qui Ecclesiam suam adire recusant. Canonem ipsum in auctoritatem admisit Fulgentius Ferrandus Carthaginiensis Diaconus, qui eum in hoc compendium redegit in breviatione titul. 7. ut Episcopus, qui suscepta manus Impositione ministerium

Ferrandus.



ministerium recusaverit, excommunicatus maneat, donec consentiat. Concil. Antioch. titul. 17. Eundem Martinus Braccarenfis Episcopus in sua canonum collectione cap. 11. sub titulo 11. de contemptore Episcopo, sic refert: si quis Episcopus ab Episcopis ordinatus noluerit agere Sacerdotium, neque consenserit in sibi commissam Ecclesiam ambulare. Istum talem excommunicari oportet. Quod si coactus consenserit, Sanctum Concilium, quod placet, de eodem terminet. Corrupta est hæc versio, admittit tamen fuit in Hispaniâ, & longè ante Martinum Braccarensem admissus canon actione 10. Concilij Chalcedonenfis ubi: idem Reverendissimus Leontius Episcopus, ex eodem Codice legit regulam nonagesimam sextam: si quis Episcopus ordinationem acceperit Episcopatus, & populo præesse decretus, non acquieverit ordinationi, neque ei persuasum fuerit proficisci ad Ecclesiam sibi promissam, hunc excommunicatum esse, donec coactus acquiescat, aut quidquam de eo Episcoporum Provincia Synodus perfecta definiat. Et hæc est una ex regulis, quam valere debere omne Concilium exclamavit. Concilium inquam, quo Augustinus non vidit Oriens, quo numerosius inter 8. œcumenica græci non assignant; cuius iudicium confirmare sicut esset superfluum, ita ei contradicere temerarium esset.

Mart. Bracc.

Action. 10.  
Chalcedon.

*Si quis Episcopus manus Impositionem Episcopatus acceperit, & præesse populo constitutus ministerium subire neglexerit, nec acquieverit ire ad Ecclesiam sibi commissam.*

## CAPUT XVIII.

An ordines validè conferantur invitis.

1. Questionis occasio ex actis Chalcedonenfis Concilij, qua canonem 17. Antiochenum citant pro causa Basiani in Evazorum Episcopum invitè ordinati.

D d d 2

2. Quod



2. Quod autem invitus validè ordinabatur, patet ex praxi primitiva Ecclesia, quæ auctoritatem illam sibi concessam ostendit, dum invitos ordinavit. Ordinationes Cypriani, Cornelij Papa, D. Athanasij, Ambrosij, Paulini, & Germani Antisiodorensis, quæ tamen non fuerunt absolutè invitorum.
3. Macedonium invitè Presbyterum ordinatum fuisse à Flaviano, testis est Theodoretus in historiâ Patrum.
4. Paulinianum D. Hieronymi fratrem ab Epiphanio invitè ordinatum fuisse Diaconum & Presbyterum, ipse Epiphanius testatur, & pro Presbytero eum habuit Hieronymus.
5. Neque Ioannes Antiochenus Pauliniani ordinationem improbens, ex eo quod invitè ordinatus fuit, eam impetit, sed quod ab alio contra regulas ordinatus fuit: accedit Epiphanius, qui testatur consuetudinem fuisse in Cypro, dignos ordinandi licet invitos.
6. Gregorius Nazianzenus inviti ordinationem non habuit pro invalidâ, sed pro illicitâ.
7. Neque obest regula Ecclesia vetans ordinari eos, qui jurant se ordinationem non admittere, quia id prohibebatur, ne cogere postea peierare: regula hæc prohibens ex D. Basilio adducitur, unde Epiphanius intelligitur loquens de ordinatione Pauliniani, & Sozomenus de ordinatione Ammonij Monachi.
8. Pro valida ordinatione inviti faciunt verba Piniani V. C. ad ordinationem Presbyteratus invitè quasiti, & confirmant verba D. Augustini, qui libro 2. de adulterinis coniugiis præclarum locum habet huc facientem.
9. Facit quoque causa Bastiani in Synodo Chalcedonensi discussa, nam post ordinationem invitè peractam postea ad Ephesinum Episcopatum promotus non indignus nisi inthronizatione.
10. Fuit tamen excessus, ordinare invitum, unde Sedes Apostolica illud stricte prohibuit, ut patet ex simplicis Papa, cui consonat edictum Leonis & Maiorani Imperatorum, quo iubentur invitè ordinati restitui in integrum.
11. Hanc in integrum restitutionem imperavit Gregorius Magnus concedi Honorato, quem ex Archidiacono Presbyterum ordinaverat Natalis Episcopus, ut eum sic Archidiaconatu privaret: additur de simili casu testimonium insigne Petri Blesensis.
12. Invitorum itaque ordinatio prohibita fuit, non invalida. Canones Synodorum Aurelianensis & Moguntina huc spectantes: nec contrarium suctur



tuetur Innocentius tertius, qui solum decedit, Baptisimum invito collatum esse invalidum.

1. **N**on minima quæstio est, quæ ex horum verborum sensu de invitatorum ordinatione exoritur: enimverò cum canonagat de illis, qui non acquiescunt ire ad Ecclesias ipsis commissas, queri potest, an etiam loquatur de iis Episcopis, qui planè reluctantes & invitè ordinantur. Occasionem huius quæstionis præbent acta sacrosancti Chalcedonensis Concilij, in quibus ob Bassianum invitè ordinatum relectus est canon 17. Antiochenus ut Codicis canonis verba etiam sexta: inde enim meritò queritur, an præsentis canonis verba etiam intelligenda sint de invitè ordinatis, adeo ut si ministerium sibi impositum subire recusaverint, communionem privandi sint, donec vel officium coacti susceperint, vel de iis aliquid integra Provinciæ Synodus decreverit. Dependet autem hæc quæstio ab aliâ, qua queritur, an Ecclesiæ tribuatur autoritas validè ordinandi invitos, pro quâ investigandâ, placet rem hanc nonnihil altius repetere, & quæ primitiva Ecclesia circa invitè ordinatos observavit, ac sensit, in medium adducere.

2. Ut verò tantam difficultatem ordine pertractemus, considerandum in primis, initio nascentis Ecclesiæ Cleri ordinationem non sicut nostro sæculo ad petitionem promovendorum, sed sæpius ad instantiam populi Catholici fuisse peractam: cumque ordinandi frequenter sacrum Presbyteratus aut Diaconatus ministerium effugebant, contigit, fideles frequenter exarsisse, & ut coacti reciperent gradus sacros, vim intulisse, cui attestatur Baronius ad annum 409. *accidere namque consuevit, ut cum aliquis religione insignis ceteris emineret Christianis, is soleret interdum in Ecclesiâ à fidelibus rapi, & iradi Episcopo ordinandus.* Quodque sic ordinati ob bonum aut utilitatem Ecclesiæ validè manuum impositionem acceperint, suadet in primis *Ætiosola* S. Martyris Cypriani, de quo, cum à plebe Carthaginiensi quereretur ad Episcopatum, scribit Pontius illius Diaconus in vitâ: *Humiliter ille secessit.* Et addit maiori ardore plebem ætuelle: *obsederat fores domus copiosa fraternitas, & per omnes aditus sollicita charitas circuibat.* Ut renitentem ordinari oportuit, quem fugitivum ita queri Pontius descripsit. De Sancto Cornelio Romano Pontifice scribit ipse Cyprianus epistolâ 52. ad Antonianum: *tum deinde Episcopatum ipsum nec postulavit, nec voluit, nec ut ceteri, quos arrogantia & superbia*

Baronius.

Pontius Diaconus.

Cyprianus.



Apollinarius  
Syrus.  
Sozomenus.

Paulinus.

Constant.  
Presbyter.

Theodoret.

sua tumor inflat, invasit. Sed quietus & modestus, & quales esse consueverunt, qui ad hunc locum divinitus eliguntur, pro pudore virginalis conscientia sua, & pro humilitate ingenita sibi & custodita verecundia, non ut quidam vim fecit, ut Episcopus fieret; sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus acciperet. de D. Athanasio ad sedem Alexandrinam quaesito scribit Apollinarius Syrus; Ausugerat, ne illo gradu locaretur. Et Sozomenus libro 2. cap. 16. ferunt illum, cum conatus fuerat aufugere, invitum ab Alexandro ad Episcopatum illum capescendum compulsus fuisse. De S. Ambrosio Mediolanensi Episcopo, quantis populi clamoribus ad Episcopatum fuerit petitus, quibus artibus eorum voluntatem eludere conatus sit, etiam fugam sibi consulendo, à qua vix potuit reduci, pluribus scribit S. Paulinus eius Diaconus in vita, qui & addit: iterum fugam paravit. Et de ipso Paulino Ambrosij Presbytero habemus propriam epistolam ad Alipium apud D. Augustinum 35. à Lampio apud Barcionem in Hispania per vim inflammata subito plebis sacratus sum. Vel ut epistola 6. ad Severum: *repentinam vi multitudinis. . . Presbyteratu initiatus sum.* Et de S. Germano Antiodorensi scribit Constantius Presbyter in eius vita; *suscepit Sacerdotium invitus, coactus, addictus; sed repente mutatus ex omnibus.* Et quamvis hæc omnia non de absolute invitis sint intelligenda, plura tamen sunt, eaque à tantis Ecclesie Patribus memorie prodita & confirmata, ut nec fides denegari possit Historiarum veritati, nec aliquid reperiri videatur, quod opponatur antiquæ Patrum traditioni.

3. Theodoretus Cyrensis in Patriarchatu Antiocheno Episcopus Sanctorum Patrum Historiam posteritati consecravit, & capite 13. agit de Macedonio Anachoretâ: quem Flavianus abducit à vertice montis tanquam in eum ad se delata fuisset accusatio cum: autem mysticum esset propositum sacrificium, adducit ad altare, & eum cooprat in numerum Sacerdotum. Postquam autem fuit sacrum finitum officium, & hoc ei significavit aliquis, quod enim factum fuerat, ignorabat omnino. Primum quidem incessebat omnes maledictis, & convitiis: postea autem accepto baculo, solebat enim eo innitens ingredi propter senium, & ipsum persequeretur Pontificem, & alios quotquot aderant: existimabat enim ordinationem eum privaturam & cacumine montis, & eam quam desiderabat vivendi ratione. Sed tunc quidem vix eum irascentem sedaverunt quidam ex familiaribus. Ut autem clarius appareat, hunc Macedonium fuisse invitum, notanda sunt sequentia: *postquam autem fuit finitus*



finitus hebdomada circulus, & rursus venit dies festi Dominici, rursus cum magnus accersit Flavianus rogans, ut cum eis esset particeps huius celebritatis: ille vero ad eos, qui venerant: non sufficiunt, inquit, vobis ea, quae facta sunt: sed me rursus vultis efficere Presbyterum? Hæc simplicioris anachoretæ Historiâ à Theodoro Cyrensi Episcopo memoriæ prodita, cui Flavianus Antiochenus Antistes occasionem dedit, dum ignorantem ordinavit.

4. Fortius urgere videtur, quod eodem sæculo 4. de Pauliniano S. Hieronymi fratre posteritati consecravit S. Epiphanius Salaminensis in Cypro Episcopus epistolâ inter D. Hieronymi 60. ad Ioannem Ierolymitanum datâ: eiusdem Ioannis Calumnias refellit, & ob ordinatum à sese in Palestinâ Paulinianum nihil ipsi injuriarum factum esse, penitus contendit: ignorantem eum, inquit, & nullam penitus habentem suspicionem, per multos Diaconos apprehendi iussimus, & teneri os eius, ne forte liberari se cupiens adjuraret nos per nomen Christi. Et primum Diaconum ordinavimus proponentes ei timorem Dei & compellentes, ut ministraret: valde quippe obnitebatur, indignum se esse contestans. Vix ergo compulimus eum & persuadere potuimus testimoniis scripturarum & propositione mandatorum Dei, & cum ministrasset in Sancti Sacrificiis, rursus eum ingenti cum difficultate tento ore eius ordinavimus Presbyterum, & iisdem verbis quibus antea suaseram, impulimus, ut sederet in ordine Presbyterij. Pluribus factum suum tueretur D. Epiphanius, & Epiphanium defendit Magnus Ecclesiæ Doctor Hieronymus, qui per Theophilum Alexandrinum adhortatus, ut discordiam sopiret, respondit epistolâ 62. Fratrem meum causam dicit esse discordia, hominem qui quiescit in monasterij cellulâ, & Clericatum non honorem interpretatur, sed onus. Cumque nos usque ad presentem diem sicta pacis ostensione lactaverit, Occidentalium Sacerdotum commovit aures, dicens eum adolescentulum, & penè puerum in Parochiâ suâ Bethleem Presbyterum constitutum. Si hoc verum est, cuncti Palestini Episcopi non ignorant. Monasterium enim Sancti Papæ Epiphaniij nomine vetus dictum, in quo frater meus ordinatus est Presbyter in Eleutoropolitano territorio, & non in Heliensi situm est. Hæc ibi Hieronymus, qui epistolâ 61. ad Pammachium clarius Epiphaniij causam tueretur: si autem de Pauliniano tibi sermo est: vides eum Episcopo suo esse subiectum, versari Cypri, ad visitationem nostram interdum venire, non ut tuum sed ut alienum, eius videlicet à quo ordinatus est. Quod si hic etiam esse voluerit, & in exilio nostro quietus in solitudine vivere:

Epiphanius.

D. Hieron.



vivere : quid tibi debet nisi honorem , quem omnibus debemus Episcopis ? fac à te ordinatum , idem ab eo audies , quod à me missello homine S. memoria Episcopus Paulinus audivit , num Rogavi te , ut ordinares. Quod Pauliniani invitè ordinati *χειροτονησάμενοι* ob solam in aliena Dicecesi celebratam ordinationem fuerit impetita per Ioannem Hierosolymitanum , lucidius testari non potuit D. Hieronymus , qui dum fratrem suum habuit pro Presbytero , inviti ordinationem validam esse sine controversia admittit.

5. Si extaret Ioannis Hierosolymitani Episcopi Apologia , quâ se contrâ Epiphanium defendit , possemus hanc veritatem firmare ipsius Ioannis testimonio : sed cum nuper Petrus Wastelius opera omnia Ioannis Nepotis Sylvani Hierosolymorum Episcopi 44. hæctenus incognita , typis ediderit , nec inter illa reperiatur desiderata Apologia , quin imò Wastelius libro 3. vindictiarum sectione 4. articulo 1. fragmenta tantum huius Apologiæ ex epistolis D. Hieronymi collegerit , iis contenti esse debemus , ex quibus tamen non obscurè mens Ioannis Hierosolymorum Episcopi colligitur. Scribit inter alia : quando autem captum est de ordinatione Pauliniani & aliorum , qui cum eo sunt , ventilari , tunc videntes se reprehendi , cum propter charitatem atque concordiam concederentur eis omnia , hoc autem solum expeteretur , ut licet ab aliis contrâ regulas ordinati essent , tamen subjicerentur Ecclesia Dei. Quo ultimo , ut rectè animadvertit Cardinalis Baronius , nihil aliud postulabat , quam nomen Pauliniani suæ Ecclesiæ adscribi , in signum quod Paulinianum putaret validè ordinatum , & exinde solum eius ordinationem impeti posse , quod contrâ regulas ab aliis esset ordinatus. Scripsit & Ioannes ad Occidentales Sacerdotes , dicens , teste Hieronymo : eum adolescentulum , & pene puerum in Parochiâ sua Bethleem Presbyterum constitutum , nequaquam omisurus invitè ordinatum , si hoc ipsum aliquid fecisset ad invalidandum susceptum ordinem. Cæterum cum Ioannes Hierosolymorum Episcopus ne verbum quidem de inviti ordinatione illo loco , ubi quam maximè causæ suæ profuisset , fecerit , quis vel de validâ inviti ordinatione ulterius hærebit ? repetit sanè Epiphanius in litteris ad Ioannem Hierosolymorum Episcopum causæ suæ defensionem à more Cyprî Insulæ , in quâ degebat : *ὁ verè* , inquit , *benedicta Episcoporum Cyprî mansuetudo & bonitas , & nostra rusticitas sensu tuo , & arbitrato digna misericordia Dei. Nam multi Episcopi communionis nostræ & Presbyteros in nostrâ ordinarunt Provinciâ , quos nos comprehendere non poteramus : & miserunt*

Ioannes  
Hierosolym.

D. Hieron.

Epiphanius.

ad



ad nos Diaconos, & Hypodiaconos, quos suscepimus cum gratiâ. Occasione ordinationis in alterius Parochiâ peractæ (ob quam si quid fortè Epiphanius peccavit, ei charitatis causa condonandum judicavit Hieronymus) meminit etiâ invitè ordinandorum: *Presbyteros in nostrâ ordinaverunt Provinciâ, quos nos comprehendere non poteramus: Et de eorum ordinatione nullam quaestionem fuisse, indicant subjuncta Epiphaniij verba: quos suscepimus cum gratiâ, ut Ecclesia Cyprî invitationem ordinationem pro validâ habere debuerit.*

6. Scio quidem à Francisco Hallerio opponi S. Gregorium Naianzenum Episcopum, tanquam qui inviti ordinationem habuit invalidam: sed aliud quid est loqui de invaliditate, aliud de prohibitione actus: scribit S. Gregorius Naianzenus oratione 8. ad Patrem de sacro ministerio amplectendo, ac præfatur: *mibi igitur optimum atque à periculo remotissimum visum est, mediam quamdam viam inter cupiditatem, & timorem sequi, ac partim Spiritui satisfacere. Id autem sic fieri posse, si nec sacrum munus omninò defugiam, ne (quod periculosum est) gratiam rejiciam, nec rursus (quod molestum & acerbum est) graviolem quam vires ferant, sarcinam humeris tollam. . . . Pij autem viri functionem sacram viribus metiri, ut scilicet tanquam in omnibus eam admittamus, cui pares esse possumus. Et tunc prolequitur: nam etsi Paternis laboribus succedere dulce est, ac noto & familiari gregi præesse jucundius, quam externo & alieno; addam etiam Deo charius, nisi me amor fallit, & sensum surripit consuetudo: non tamen conducibilius est, nec tutius, quam ut volentibus præsent. Quandoquidem neminem vi duci vult lex nostra, coactæque ac non sponte gubernari: hoc enim modo ne alia quidem imperia contineri, ac conservari possint, quod ita natura comparatum sit, ut quidquid vi tenetur, acceptâ occasione statim in libertatem se asserat, nedum nostrum non dicam imperium, sed magisterium, quod nullâ re aque ac voluntatis libertate conservatur, volentium enim non coactorum pietatis Sacramentum est. Et hæc sunt quæ S. Gregorius viris Naianzenis hac oratione proposuit de suscipiendo sacro ministerij gradu, non quidem irritam invitationem ordinationem existimans, sed illicitam plerumque exclamans, & conducibilius ac tutius edicens, volentes volentibus præesse.*

7. Aliud opponi posset ex juramento ordinandi, qui dum Deum testem invocabat sese ordinationi non acquieturum, juxta regulam in Ecclesiâ receptam ordinari non poterat, ne cogeretur peierare. Verum notanda sunt hæc ultima verba, ex quibus, non modo nihil con-



trâ validitatem ordinationis inviti, sed potius pro eâ firmum defuit argumentum: nisi enim invitè ordinatus validè gradum suscepisset, quomodo sic ordinatus cogereur peierare? invitè ordinatus licet juraverat, potuit tamen cogi ad ministerium, & sic coactus ministerium illud obeundo peierare diceretur, quod nē accideret, statutum est, ne sic jurantes in Ecclesia ordinentur. Regulam proponit Cappadociæ Exarchus Basilius scribens in epistolâ canonicâ ad Amphilochium can. 10. *qui jurant se ordinationem non admittere, ejurantes ne cogantur peierare.* Antiquus epitomator græcus legit: οὐκ ἀναγκάσεις τὸν μὴ ἂν χειροτονῆσαι ὁμόσασσα. *Non coges eum, qui se non ordinatum fore juraverit.* Pluribus id exponunt Ioannes Zonaras, Alexius Aristenus, & Theodorus Balzamon unanimi sententiâ asserentes, jurantem non esse cogendum, unde & intelliges, quid sibi voluerit D. Epiphanius in ordinatione Pauliniani: *per multos Diaconos apprehendi iussimus, & teneri os eius, ne forte liberari se cupiens, adjuraret nos per nomen Christi.* Quod nimirum Sanctus ille Salaminensis in Cypro Metropolita sciret, veram esse Ecclesiæ regulam à Magno Basilio canonicâ ad Amphilochium epistolæ insertam: qui jurant per nomen Christi se ordinationi non consentire, nullatenus esse ordinandos. Egregium habemus huius veritatis exemplum in Ammonio Monacho, de quo Sozomenus libro 6. Historiæ, cap. 30. *cum à quibusdam comprehensus Episcopus crearetur, quoniam illis, qui ad se ea de re venerant, precibus persuadere non poterat, ut abirent, precisa auricula dixit: me deinceps ne volentem quidem lex Sacerdotum creari permittit. Nam neminem, qui non sit integris membris Sacerdotem debere institui. Itaque hac re audita decessere illi quidem: sed ubi intellexere, hac esse judeis solum observanda, Ecclesia autem Christi membra corporis minimè cura esse, sed ut Sacerdos dumtaxat sit integrè moribus, reverterunt denuo virum comprehensuri. At ille se obstrinxit jurejurando, si vim ei asserre conarentur, linguam quoque excisurum. Hi igitur ne hoc faceret, veriti abierunt. In tantum scilicet deferebant antiqui juramento ordinandi.*

Zonaras.

8. Præclarum quoque testimonium habes apud D. Augustinum epistolâ 225. ad Albinam de Piniano ab Hipponensi plebe ad Presbyteratum rogatus. Historiam pertractat Eminentissimus Cardinalis Baronius ad annum 409. ubi refert Pinianum V. C. una cum Melaniâ Seniore & Melaniâ Juniore conjuge ex Italiâ Carthaginem adnavigasse, inde ad S. Alypium Tagastam profectum, unde & Hipponem invifendi



invitendi Augustinum gratia adire statuit comitante eum Alipio, qui & timentem Pinianum, ne cogeretur ab Augustino Presbyter ordinari, numquam id eventurum fore, securum reddidit: nam de ea re fidem Augustini id promittentis acceperat. Cæterum Piniano in Ecclesiâ Hipponensi constituto, dum sacra Synaxis celebrabatur, ante missam Cathecumenorum fideles facto impetu Pinianum ne effugeret, obfesserunt, postulantes eum ordinari debere Presbyterum. Quid verò tunc factum sit, describit D. Augustinus epistolâ 225. *ego autem post primos eorum clamores cum eis dixissem de illo invito non ordinando, quâ jam promissione detinerer; atque adiecissem, quod si meâ fide violatâ, illum haberent Presbyterum, me Episcopum non haberent: ad nostra subsellia, relicta turbâ, redieram. Tum illi aliquantulum inopinatâ meâ responsione cunctati atque turbati, velut flamma vento paululum pressa, deinde cæperunt multo ardentius excitari, existimantes fieri posse, ut vel mihi extorqueretur illud non servare promissum, vel me tenente promissi fidem, ab alio Episcopo ordinaretur. Dicebam ego, quibus poteram, qui ad nos in apsidem honoratiores & graviores ascenderant: nec a promissi fide me posse dimoveri, nec ab alio Episcopo in Ecclesiâ mihi traditâ, nisi me interrogato ac permittente, posse ordinari. Quod si permitterem, à fide nihilominus deviare. Addebam etiam, nihil eos velle, si ordinaretur invitus, nisi ut ordinatus abscederet. Illi hoc posse fieri non credebant. Notanda sunt verba D. Augustini: nihil eos velle, si ordinaretur invitus, nisi ut ordinatus abscederet. Invitè itaque ordinatus Pinianus, validè Presbyter creatus fuisset, quod ipsum nisi scivisset Pinianus, numquam antea timuisset, nec recrudescente fidelium clamore misisset servum suum dicere ad Augustinum, se velle populo jurare, quod si esset ordinatus invitus, ex Africa discederet. Additque Augustinus, sese ad hæc Piniani verba timuisse maiorem populi tumultum, quandoquidem peierare non posset. Sed quidquid sit de juramento postea præstito, ordinationem inviti validam fore innuit Pinianus, & testatur Augustinus iis verbis, quæ lucem meridiamam excedunt. Adde locum D. Augustini libro 2. de adulterinis conjugis cap. 20. ubi probare volens castitatem observari posse, feminas Syras adducit, quæ se diutissimè continent, dum earum mariti negotiandi quasiibus occupati, invenes adolescentulas deserunt, & vix aliquando senes ad aniculas revertuntur. Ac pergit urgere contrâ incontinentes: solemus eis proponere etiam continentiam Clericorum: qui plerumque ad eandem sarcinam subeundam capiuntur*

D. Augustin.



inviti : eamque susceptam usque ad debitum finem Domino adjuvante perducunt. Dicimus ergo eis, quid si & vos ad hoc subeundum populorum violentia caperemini, nonne susceptum castè custodiretis officium? . . . .  
 Et infra : si hoc multi Dei ministri repente atque inopinanter impositum susceperunt, sperantes se illustrius in Christi hereditate fulgere? quanto magis vos adulteria cavendo vivere continenter debetis, metuentes in regno Dei minus lucere, sed in gehenna ignibus ardere? Nihil addo, nihil adnoto : verba Augustini clariora sunt, quam ut ullà expositione indigeant.

Bassianus.

9. Aliud post ista habemus ordinationis inviti exemplum in Bassiano à Memnone Ephesino in Evazorum Episcopum ordinato. Totam Bassiani causam ad Valentiniani & Marciani Augustorum instantiam discussit sacrosancta Chalcedonenſis Synodus actione 11. ubi Bassianus narrat suam in excipiendis hospitio languentibus diligentiam, & hinc invidiam Memnonis exortam : *Memnon autem qui fuit Episcopus Ephesi invidiam habens in istis, quoniam diligebat ab omnibus, nihil non egit ut expelleret à civitate : & immisit manus suas ut me ordinaret Episcopum Evazorum, & hoc fecit. Ego autem non acquiescebam, sed ab hora tertiâ usque ad sextam coram altari me plagis afflixit : & sanctum Evangelium & altare sanguine est impletum. His igitur ita gestis ego sic permansi, neque ad civitatem vadens, neque penitus ipsam civitatem videns.* Additur aliquid inter ultima verba in editione latinâ : *neque penitus Ecclesia illi communicans, in qua nominatus fueram.* Sed desideratur hoc in textu græco, qui habet, ut supra posuimus, ex quo constat, Bassianum plane invitum ordinatum fuisse Evazorum Episcopum, nec umquam consensum præbuisse, sed maluisse à communione ad tempus separari, quam ad Ecclesiam Evazorum proficisci. Basilio autem post Memnonem mortuo, de eligendo novo Ephesino Episcopo actum fuit, cumque ibidem à Basilio communioni restitutus reperiretur Bassianus, factum est, quod de se ipso testatur : *me autem cum multâ necessitate & vi inthronizaverunt in eadem civitate Ephesi populus & Clerus, & Episcopi, quorum unus Episcopus Olimpius hic est.* Verum ipse Olimpius Theodosiopolis hæc de se rogatus, illud coram Chalcedonenſi Concilio parum aliter exponit : se nimirum à Clero Ephesino evocatum ad canonicè ordinationem celebrandam, cumque nullus alius Episcopus adventaret, post triduum Clericos Ephesinos ad hospitium suum consultaturos venisse, seque solum disponere tantæ Metropolis Ecclesiam non posse, reposuisse dixit : *Cum ergo hæc loqueretur,*

Olimpius.



querentur mecum, circumdedit mansionem, in qua eram, innumera multitudo: & nescivi ubi essem, & coram tanta potestate, & coram altari, quidam enudans gladium, Holofericus nomine, qui, puto comitianus est, venit & ipse & omnis multitudo, & portantes me profecti sunt in Ecclesiam. Et ita cum trecentis hominibus & me & ipsum levaverunt ad sedem, & inthronizatio celebrata est. Hæc de Bassiani ad sedem Ephesinam promotione Olympius Theodosiopolis, circa quæ animadvertendum est, postea controversiam exortam fuisse inter Stephanum & Bassianum de Ephesino Episcopatu contententes, Stephano quidem volente Bassianum, cum esset Episcopus vacans, in vacantem sedem Ephesinam profiliisse contra regulam 17. sacri Antiocheni Concilij, & reponente Bassiano se sacro canoni Antiocheno satisfacisse à communionem abstinendo, donec integra eiusdem Provinciæ Synodus sub Bassilio Ephesino Episcopo causam suam dijudicaret: *Bassilius autem* (in-Bassianus. quit Bassianus) *evocans Concilium Provincia, & agnosceus ab eis violentiam quam fueram passus, alium in illâ civitate ordinavit Episcopum, mihi verò reddidit communionem.* Sicque Bassianus putans nullum præiudicium esse ordinari, nec proficisci, non impediende regulâ 17. Antiochena sedem Ephesinam obtinuit, non tamquam qui nullâ Episcopali dignitate conspicuus erat, sed tamquam antea ordinatus Episcopus, cui dumtaxat in aliâ civitate inthronizatio debebatur non consecratio, unde Olympius supra: *ἔβηλε δ' ἐν εὐρωπαικοῦς.* Et inthronizatio facta est. Et sic inthronizatum suscepit Constantinopolim adventantem B. Proclus, qui communicavit ei tanquam Episcopo Ephesino, eumque posuit in Diptychis, & per Synodicas litteras confirmavit eum in Episcopatu. Addit Lucianus Byziæ Episcopus: quod sic *quatuor annis operatus sit in sede sine contentione sine contradictione, & ordinavit decem Episcopos, & Clericos multos.* Scimus quidem postea à Procli successore Flaviano, ab istius temporis Patriarcha Alexandrino, ab eloquentissimâ Sedis Apostolicæ tubâ Leone Magno Bassiani ordinationem fuisse impetitam, & deposito Bassiano in locum eius substitutum fuisse Stephanum: verum id nullatenus erat ob invaliditatem prioris ad Evazorum Ecclesiam ordinationis invito collatæ, neque ob vacantis sedis adeptionem, sed ob vacantis Sedis Ephesinæ violentam invasionem, unde Iudices Chalcedonenses Bassianum indignum existere iudicarunt, *ut sit Ephesiorum civitatis Episcopus, quoniam ex invasione violenta Episcopatum sibi vindicavit.* Et idem sentierunt Paschasinus & Lucentius Leonis 1. legati, cum

Olympius.

Lucianus  
Byziæ.Iudices  
Chalcedon.



Anatolio & omni Chalcedonenſi Concilio.

Simplicius  
Papa.

10. Cæterum quamvis inuitorum ordinatio valida habebatur in Eccleſia, ob multos abusus tamen diſplicuit Sedi Apoſtolicæ, à quâ rara habemus pro illâ exempla, unde ſcribit Simplicius Papa anno 482. ad Ioannem Ravennatenſem Episcopum, inuitos ordinare eſſe *plectibiles excessus*, à quibus, inquit, *ſi nullo te Paternarum regularum poteras continere præcepto, ſaltem ſanctæ memoriæ prædeceſſoris tui fueras reuocandus exemplo. Qui cum minus deliquiſſet faciendo Presbyterum inuitum, ſenſerat tamen dignum pro tali uſurpatione iudicium. Addit: denſciamus autem, quod ſi poſt hac quidquam tale præſumpſeris, & aliquem ſeu Episcopum ſeu Presbyterum ſeu Diaconum inuitum facere credideris, ordinationes tibi Ravennatis Eccleſiæ vel Emilienſis noveris auferendas.* Et rogati ab Eccleſiâ Maiorianus Occidentis, & Leo Orientis Imperatores vetant ſpeciali edicto ad Ricimerum Præfectum Prætorio: *quia quamlibet ſanctum onus ut uolentibus patimur imponi, ita ab inuitis iubemus arceri: nonnullorum enim perſuaſio Sacerdotum reluctantibus onus iſtud imponit, ut improbitas mentis uolentia intercedentis offeſa, ad odium piæ religionis inſtituat: eo ergo licentiam huius præſumptionis excludimus, ut ſi quiſpiam probatus fuerit uiccoactus, ſub contumeliâ publicâ Clericatus officiis ſucceſſiſſe, ſpontaneis accuſatoribus, uel ſi ipſe uoluerit allegare perpeſſam licentiam, commodemus apud iudices competentes, huiusmodi admiſſa damnare: ut ſi inter leges obiecta conſtiterint, decem libras auri Archidiaconus cogatur inferre ei, qui pertulerit ex ſolido: de hinc ſi ille deſiſtit accuſatoris cenſibus & ciuitatis ordini profuturas: illo ſua reddito uoluntati, qui coactus non potuit conſecrari, & quia ab huiusmodi auſu auertendo nec Episcopum conuenit eſſe alienum, ad Apoſtolica Sedis deuocetur Antifſitem. In illa Reuerendiſſimâ Sede notam illicitæ præſumptionis incurrat. Ad quæ ediſi uerba notat Franciſcus Hallier: licentiam tum ei, qui ordinatus eſt inuitus, conquærendi, tum aliis accuſandi conſeſſam, & ordinati reſtitutionem in integrum permiſſam.*

Leo & Ma-  
ioran. inter  
addit Cod.  
Theodoſ.

Gregor. M.

11. Hanc reſtitutionem in integrum Gregorius Magnus libro 1. epistoſi 19. imperauit pro Honorato, quem Natalis Salonitanus Presbyterum creatur, ut eum Archidiaconatu priuaret: & ſicut juſtum eſt, inquit S. Gregorius, *ut nemo creſcere compellatur inuitus, ita cenſendum puto ſimiliter, ne quiſquam inſons ab ordinis ſui miniſterio deſiciatur injuſtè. Verumtamen quia inimica Deo diſcordia tuas partes accuſat, locum & adminiſtrationem ſuam Honorato Archidiacono reſtituas commo-*  
*nemus,*



nemus, atque concordēs divinis ministeriis competentia exhibere servitia. Antiqua erat Ecclesiæ regula, neminem nisi Diaconum Archidiaconum esse posse, cui innitens Petrus Blefensis Ecclesiæ Bathoniensis Archidiaconus scripsit epistolâ 123. ad Richardum Londinensem Episcopum: sicut Episcopatus Presbyteratus annexus est, sic & Archidiaconus Diaconatus ordo quadam consequentia inseparabili cœnitur. Ideo simplices Diaconi urgente necessitatē vel utilitatē instantia juxta Carthaginense Concilium ad eminentiores ordines possunt cogi: sed quod ad hoc de jure arctari possit Archidiaconus, numquam legi. Imo è diverso B. Gregorius præcipiendo decrevit, Natalem Episcopum Salonitanam Ecclesiam & usu & honore pallij destitui, quia Honoratum ejusdem Ecclesiæ Archidiaconum invitum fecerat in Presbyterum ordinari. Notanda sunt verba Petri Blefensis: Diaconos posse cogi invitos ad eminentiores ordines, & quamvis de Archidiaconis id neget, quia ipse cum Archidiaconus esset, ad Presbyteratum petebatur invitus, Archidiaconi tamen inviti ordinationem invalidam fore prædicare ausus non est, & subdit dumtaxat: & ego quidem homo sum, non asinus, ut spontaneus inviter ad onera, non compellar invitus. Solet quidem gentilium tyrannorum prophana & efferata crudelitas sacrificandi necessitatem violenter indicere Christianis. Ego verò Christianus ad Sacerdotium fortè cogi poterò, sed citrà libera ac devota voluntatis arbitrium, nullis umquam altaribus immolabo. Ordinis characterem sibi invito posse conferri, existimavit Petrus Blefensis, non verò ad ministerium cogi, de quo licet attestatus sit, nullis umquam altaribus immolabo, constat tamen ex alio eius loco, & sele postea factum Presbyterum, & celebrasse sacrum mysterium.

12. Et ex hisce colligere licebit, ordinationem invitorum Ecclesiæ præcepto fuisse prohibitam, de quâ Synodus Aurelianensis 3. canone 7. Quod si invitus vel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem depouatur, sed non à communione pellatur. Episcopus autem, qui invitum aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus, missas facere non præsumat. Habita fuit hæc Synodus anno 538. quæ ordinationem inviti non quidem irritam, sed prohibitam declarat, cuius vestigiis inhærens Synodus Moguntina sub Leone 3. canone 23. verat, ne deinceps ullus rondeatur sine legitimâ aetate, & spontaneâ voluntate. Nec contrarium decidit Innocentius 3. ut putant moderni: quamvis enim in responso ad Arelatensem Archiepiscopum quæstionem proponat de invitè baptizatis, & addat: Sunt autem nonnulli, qui dicunt,

Pet. Blefensis

Synod Aurelianens. 3.

Synod. Mogunt. Innocent. 3.



cunt, quod Sacramenta, qua per se sortiuntur effectum, ut Baptismus & Ordo, ceteraque similia non solum dormientibus, & amentibus, sed invitis & contradicentibus, etsi non quantum ad rem, quantum tamen ad characterem conferuntur. Solum tamen decidit de Baptizandis, de quibus subdit: religioni Christiana esse contrarium, ut semper invitus & penitus contradicens ad recipiendam & servandam Christianitatem aliquis compellatur. Non spectabant ad Ecclesiam, qui foris sunt, nec eos validè per Baptismum iniciat invitos, unde illud Augustini tractatu 3. in Ioannem: nemo ex aqua & Spiritu sancto nascitur nisi volens. Et hoc est quod capite Majoris Ecclesie libro 3, decretalium Gregorij noni titulo 42. exponit Innocentius 3. in hoc illorum sententiam reprehendens, qui omnia Sacramenta, quæ per se sortiuntur effectum, invitis validè conferri existimabant. Inter illa enim Sacramenta erat Baptismus, de quo ex traditione Patrum constat contrarium. Aliud quid est de ordinandis invitis: cum enim Ecclesia jus habeat in suos filios, & ex Patrum traditione constet, inviti ordinationem ubi necessitas aut utilitas postulat, esse validam, de illo Sacramento non negavit Innocentius tertius, utpote qui ne verbum quidem de ordine reposuit.

Augustinus.





## C A N O N   X V I I I .

Εἰ τις Ἐπίσκοπος χρεωσθηθεὶς εἰς παροικίῳ  
 μὴ ἀπέλθοι εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἢ πρὸς τὴν  
 ἑαυτοῦ αἰτίῳ, ἀλλ' ἦτοι διὰ τὴν τῶ λαοῦ  
 ἀνάγκην, ἢ δι' ἑτέραν αἰτίαν οὐκ ἐξ αὐτοῦ  
 προμύλιον, τῶν μετέχει τῆς ἡμῶν καὶ τῆς  
 λειτουργίας, μόνον μηδὲν παρενοχλουῦντα τοῖς  
 πράγμασι τῆς Ἐκκλησίας, ἔνθα δὲ συνάγοιτο  
 ἐκδέχεται ἢ τῶν, ὅ ἀν ἡ τῆς ἐπαρχίας τελεία  
 συνόδος κείνασα τὸ παρενάμεινον ὀρίσῃ.

*De his, qui promoventur ad Episcopatum, nec  
 recipiunt.*

Si quis Episcopus ordinatus, ad Parochiam minimè,  
 cui est electus, accesserit, non suo vitio, sed quod  
 eum aut populus vitet, aut propter aliam causam, non  
 tamen eius vitio perpetrata: hic & honoris sit, &  
 ministerij particeps, dummodo nil molestus Ecclesiae  
 rebus existat, ubi ministrare cognoscitur. Quem etiam  
 observare conveniet, quidquid Synodus perfecta  
 Provinciae, quod visum fuerit, iudicando decreverit.

Verſio  
 Dionys. Exi-  
 gui.

*Epitome Hadriani Papæ I.*

Si quis susceptum Episcopatum non suo, sed aliorum  
 vitio devitaverit, honorem suum retinere debet.

Efff

Antiquus



*Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus ordinatus & à civitate non acceptus, honore fruatur, & munus tantum obeat, exspectans Quid Provinciæ Synodus pronuntiaverit.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : Quicumque ordinatus est, ut Ecclesia urbis alicuius præsit, & ad eam, vel quia forte Ethnicorum ditioni subiecta est, vel quod itinerata à Barbaris obsideantur, vel quod à populo eius urbis insolentius pervicaci non admittatur, minime proficisci poterit, dignitatem ille quidem Episcopi, liturgiæque exercenda facultatem obtinebit (nec enim per ipsum factum est, ut ab Ecclesia, cui destinatus est, statione diutius abesset) verum ne se illius Ecclesia, in quâ degit, negotiis immisceat, interdixit. Est enim illi fortè in urbe aliquâ domicilium, suosque in illius urbis Ecclesiâ conventus agit. Eius igitur Ecclesia negotiorum partem aliquam attingere homini haud licebit. Neque enim in ea docendi, neque ordinis conferendi, neque sacra faciendi, nisi eius rei concessa facultate, neque vero aliquid ex illius Ecclesia redditibus in suos usus transferendi potestas erit. Univerſa porro ab illo perfecta Synodi iudicio consilioque permitti decet, ut quod ipsius rationibus maxime opportunum fore videbitur, statuatur.

Aristenus : Qui non suam ob causam à civitate non admittitur, in quam ordinatus fuit, sed propter populi improbitatem : & honoris particeps est, & sacra facere non prohibetur. Debet autem patienter manere, & non militari aliquo uti exilio, aut aliâ potestate, donec perfecta Provincia Synodus, quod ipsi de eo visum est, decreverit.

Balzamon : In 17. quidem canone Patres eum puniunt, qui ordinatus fuerit, & non persuadetur ad Ecclesiam proficisci, quæ illum sortita est. In presenti autem canone ei dant veniam, qui ordinatus est, ut vult quidem ad eam, ad quam ordinatus est, Paræciam proficisci; non finitur autem vel propter populi impudentiam, vel propter gentium incursionem: & ideo permittunt, ut in quâ invenitur Provinciâ honore dignus habeatur, Cathedra scilicet & vocatione & Episcopali officij exercitio, cum scientia & permissione Episcopi illius regionis, nec tamen se omnino ingerat



gerat negotiis illius Ecclesia, in qua habitat, scilicet ne doceat, ne ordinet, neque aliquid aliud Episcopale exerceat sine illius regionis Episcopi permissione; sed quiescat, donec, quid sit agendum, didicerit à perfecta Synodi sententia.

SCHOLIION.

1. Canon hic persecutio est anterioris, & renovat antiquam Ecclesia traditionem canone 36. Apostolorum expressam.
2. Canon hic tempore Procli receptus fuit Constantinopoli, ut patet ex Socrate & Casiodoro, qui illum canonem Proclo obiectum fuisse referunt: referunt quoque eum Martinus Braccarensis, Ferrandus, Hincmarus Remensis & alij.

1. **R**ECTÈ animadvertit Theodorus Balzamon, hunc canonem esse persecutionem anterioris, quandoquidem agat de secundo genere vacantium Episcoporum, qui cum ordinati sint, ad proprium Episcopatus locum accedere nituntur, tamen vel à populo non recepti, vel ob aliqua alia citra ipsorum causam intercedentia à sedis suæ ministerio vacare coacti, ad Parochiam suam non accedunt, de quibus canonis Apostolorum 26. pars ultima: *Si verò perrexerit, nec receptus fuerit, non pro sua sententia, sed pro malitia populi, ipse quidem maneat Episcopus, Clerici verò civitatis communionem priventur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerint.* Ita ex versione Dionysij Exiguus. Ioannes verò Antiochenus sub titulo 10. De Episcopis & Presbyteris, qui ordinati munus suum non suscipiunt, aut ab urbe, in quam consecrati fuerant, non sunt recepti non sua sed aliorum culpa. Subdit canonem hunc 36. Apostolorum, & ultimam partem in ipsius collectione clarius verbatim habemus: *si autem recesserit, nec susceptus fuerit, non sua quidem voluntate, sed propter populi improbitatem, ipse quidem cum sit ordinatus, maneat Episcopus, Clerus autem civitatis segregetur, quod eiusmodi rebellis & insolentis populi moderatores & correctores non fuerint.* Addit Ioannes Antiochenus eodem titulo canonem nostrum 18. Antiochenum, & rectè: enim verò renovat antiquam Ecclesie traditionem canone Apostolorum expressam, ut post Ioannem Antiochenum observavit Arsenius Patriarcha Constantinopolitanus in synopli canonum titulo 43. *Opotere ordinatos Episcopos à suâ Parœciâ non recep-*

Canon 26.  
Apostolor.

Ioannes  
Antioch.

Canon 36.  
Apostolor.

Arsenius.



tos citrà suam culpam, dignitate sua gaudere, ac munus suum obire, donec perfectæ Synodus de ipsis statuerit: Clerum vero eius, qua non receperit, Parœcia excommunicare. SS. Apostolorum canon 36. Synodi Antiochena canon 18. Nec inveniendum puto, qui de canonis statuto dubitare possit: si enim probante Chalcedonenſi Concilio, qui sponte Episcopatum evitant, ad quem ordinati sunt, communione privantur: iustum quoque est, illos in communione & gradu fovere, qui cum ordinati sunt, ad ministerium quidem anhelant, sed citra culpam suam aliorum malitiâ sese à ministerio impediri deplorant.

2. Canonem hunc olim Proclo ad Cyzici Episcopatum nominato
- Socrates.** fuisse objectum à viris, qui multum autoritate pollebant, fatetur Socrates libro 7. Historiæ capite 34. qui & canonem illum verbatim refert capite 35. sequenti, ut ostendat, eius sensum non fuisse ab aliis perceptum. Idem ex Socrate in historiâ tripartitâ libro 12. capite 8. repetit Aurelius Cassiodorus, qui scribit: *Oportet autem etiam huic operi copulari, ut ostendatur mentitos esse, qui Proclum inbronizari prohibuerunt. Regula 18. Si quis Episcopus ordinatus ad Parœciam, in qua ordinatus est, minimè proficiscitur non sua culpa &c.* Non disputo hic, an Socrates & cæteri Procli fautores, an verò Procli adversarij hanc regulam rectè intellexerint, sed sufficiat nobis, cum de canonis 18. Antiocheni sensu altercantur, quod Constantinopoli tempore Procli debuerit receptus fuisse. Quin imo superfluum puto id ostendere, cum non minus quam cæteri Antiocheni canones in collectione Ioannis Patriarchæ Constantinopolitani fuerit exhibitus, & à Martino Braccarenſi collectioni suæ per Concilium Lucense probatæ insertus
- Mart. Bracc.** sub hoc titulo 10. *De Episcopo per necessitatem vacante.* Eum quoque probavit Fulgentius Ferrandus in suâ canonum breviatione titulo 7.
- Ferrandus.** *Si autem volens à plebe non suscipitur, ad plenariam Synodum salvo suo honore sustinere debet.* Concilium Antiochenum titulo 18. Cresconius etiam sub titulo 38. *de ordinatis nec receptis.* Insuper Hincmarus Metropolita Remensis in schedulâ 2. Concilio Sueffionensi tertio oblatâ, capite 3. scribens, canones Antiochenos regulam præfixisse *de illo, qui ordinatus nullo suo vitio ad Parochiam, in qua ordinatus fuerat, non accedit.* Citat quoque hunc canonem 18. Constantinus Harmenopolus titulo primo. Et quid de Ioanne Antiocheno Patriarchâ tempore Alexij Comneni iudicatum sit Constantinopoli, audivimus ex codice Amabachiano ad canonem 16. supra: iudicatum enim est, ipsum
- non



non fuisse vacantem Episcopum, licet thronum suum non obtinebat : nam ordinationes per Orientem celebrat, & ideo non fuit permiffus reputari inter vacantes Episcopos, qui cum Synodi iudicio possunt ad vacantem Ecclesiam admitti, quod ad canonem 16. & 18. huius Concilij respicit, quem ultimum non modo Arsenius Monachus supra citatus, sed & Mattheus Blastares litterâ B. capite 20. in auctoritatem recipiunt.

## C A N O N   X I X .

Ἐπίσκοπον μὴ χειροτονῆσαι δίχα Συνόδου, καὶ παρυσίας Ἐν τῇ μητροπόλει τῆς ἐπαρχίας τῆς ἐξ ἀπαιτοῦ ἐξάπαντος, βέλπον μὲν Συνεῖναι ἀπὸ πάντας ὄντων ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ. Συλλειργῶς, καὶ προσήκει δι' ἐπιστολῆς τὸν ἐν τῇ μητροπόλει Συγκαλεῖν, καὶ εἰ μὲν ἀπαιτοῦσιν οἱ πάντες, βέλπον. εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τῆτο ὄντων γε πλείους ἐξάπαντος παρῆναι δεῖ, ἢ διὰ γραμμάτων ὁμοψήφως γράσας. καὶ οὕτως μὲν τῆς τῶν πλείων ἤτοι παρυσίας, ἢ ψήφως γίνεσθαι τὴν καλῶσασιν. εἰ δὲ ἄλλως ὡς τὰ ὠρισμῶρα γίγνοιτο, μηδὲν ἰσχύει τὴν χειροτονίαν. εἰ δὲ κτὲ τὸν ὠρισμένον κανόνα γίγνοιτο ἢ καλῶσασιν, ἀντιλέγοιεν δὲ τινες δι' οὐκείαν φιλονικίαν, κρατεῖν τὴν τῶν πλείωνων ψῆφον.

*De Episcopalis in Provinciis ordinationibus.*

Episcopus præter Synodum & præsentiam Metro-



politani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito melius quidem est, ut omnes simul adsint eiusdem Provinciæ Sacerdotes : quos Metropolitanus advocare debet. Et siquidem omnes occurrerint, optimè; quod si hoc difficile fuerit, saltem plures adesse omnimodo convenit : aut certe scriptis eiusdem sententiæ comprobari, & ita sub plurimorum vel præsentia vel decreto ordinatio celebretur. Quod si secus contrà definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat, si verò juxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

### *Epitome Hadriani Papæ I.*

Ut Metropolitanus nonnisi cum plurimis Episcopis ordinet Episcopos.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Si non sit Synodus & Metropolitanus, ne fiat Episcopus. Si verò propter aliquam difficultatem omnes non conveniant, saltem plures vel litteris assentiantur, si autem re ita peractâ contendunt, plurium suffragium valeat.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras : Primum quidem notandum est, ordinationis nomine hoc loco suffragij calculum, non autem perfectam cum manuum impositione Episcopi institutionem intelligi. Primus namque Sanctorum Apostolorum canon à duobus tribusve Episcopis Episcopum creari, ab uno Sacerdotem & Diaconum, hic verò omnes Provincia Episcopos aut plures certè adesse vel reliquorum sententiæ per litteras assensiri jubet. Ut ex hoc suffragium quoque



quoque ordinationis voce indicari certissimè comprobetur. Diximus porro in Apostolici primi, & prima Synodi quarti explanatione de hac re fuisse. Quandocumque igitur Episcopus aliquis ordinari seu eligi debet, Provincia Metropolitanam imprimis, deinde Episcopos plerosque eiusdem litteris in Metropolitanam urbem evocatos adesse; qui verò iusta causa impediti convenire haud potuerint, aliorum sententiâ per litteras subscribere, atque eo pacto hunc hominem huius urbis Episcopum constitui aut eligi oportere, canon decernit, ac si aliter fiat, irritam esse ordinationem jubet. Quod si electione ex huius constitutionis præscripto canonicè habitâ, adhuc tamen eam Episcopi forte aliqui contentioni cupidi haud probent, ratam nihilominus esse, eamque sententiam, qua numero potior est, superiorem haberi placet. Quod eodem modo 6. quoque Nicenæ Synodi canone definitum est.

Acistenus: Sapius dicitur, nec Metropolitanam, nec Episcopos sine fratrum sententiâ Episcopum eligere. Si autem omnes Provincia Episcopi ad sententiam ferendam convenire non possunt ob aliquam difficultatem, saltem plures conveniant, aut per litteras præsentibus consensum suum attestentur. Et sic sententiâ perfectâ, si nonnulli ut contentiosi contradixerint, plurium sententiâ valeat.

Balzamon: Quomodo oporteat eligere Antistites ex 4. canone prima Synodi didicimus. Et præsens canon eadem præcipit, adjicit autem, electionem qua præter ea, qua hic decreta sunt, facta fuerit, esse irritam & invalidam: & quod cum ij qui eligunt, in plures sententias dividuntur, plurium vincent suffragia. Cum audieris autem canonem dicentem, non fieri electionem sine præsentia Metropolitanam; ne dixeris eum debere adesse in electione: ( hoc est enim prohibitum, sicut in aliis canonibus dictum est ) sed dic præsentiam hic eius permissionem vel susceptionem esse, sine qua fieri non potest electio.

## SCHOLIION.

1. Canon innovat quartum Nicenarum, & eadem statuit cum duodecimo Laodiceno: id quod statuit, ubique observatum fuit à tempore Nicani Concilij, à quo omnes fatentur plebis suffragia non amplius fuisse in usu.
2. Et ex illis patet, cur Antiochenum Concilium meminit solorum Episcoporum pro electionibus faciendis, de quibus post Antiocheni Concilij

tempora



*tempora varia occurrunt, qua rem hanc ut scabrosam silentio prætereundam suadent.*

Canon 12.  
Laodicen.

1. **I**nno vat canon noster quartum Nicænum, & eadem statuit cum canone 12. Laodicensi: ut *Episcopi iudicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum, qui sunt circumcirca, provehantur ad Ecclesiasticam potestatem.* Neque plura ad canonis confirmationem necesse est addere, cum, quod sacrum Nicænum Concilium statuit canone 4. & Antiochenum firmavit hoc canone 19. ab omni sub cœlo Ecclesiâ fuerit receptum. Quamvis enim hodierno tempore alia circâ Episcoporum electionem seu nominationem introducta sit disciplina, antiquitas tamen per Episcoporum suffragia electos fuisse Episcopos, nullum potest esse dubium: sunt quidem viri eruditi, qui existimant olim Episcopos Cleri & plebis, cui præfuturi erant, suffragiis fuisse creatos, sicque in Oriente observatum, donec postea usus invaluit, ut in Episcoporum electionibus populi suffragia non exquirentur. Verum eruditiores dicunt, hæc plebis suffragia non fuisse admissa post sacrum Nicænum Concilium, utpote quod canone 4. & 6. Episcopos nullâ Cleri plebisve factâ mentione ab Episcopis Provinciæ creari & ordinari jubet. Sic habet in terminis Iacobus Sirmondus in præfatione suâ de formulis Episcopaliū promotionum tomo 2. Conciliorum Galliæ, & post Sirmondum Christianus Lupus in notis ad canonem quartum Nicænum.

de Marca.

2. Et ex his jam patet, cur Antiochenum Concilium hoc canone solorum Episcoporum meminit, pluriumque sententiam obtinere debere constituit, quod nimirum jam antea per Nicænum Concilium Cleri & plebis suffragia, si umquam vera suffragia habuerunt, sublata fuerint. Dixi autem, si umquam vera suffragia habuerunt, quia non defunt viri eruditi, qui cum Parisiensium Archiepiscopo de Marca libro 8. capite 2. §. 2. sustinent, quod solum testimonium & consensus designandi Episcopum Clero & populo tributum fuerit, designatio verò sive electio & iudicium Metropolitanò una cum Synodo Provincialium Episcoporum, & infra: „ Nos verò nec Clero civitatis „ nec populo jus merum electionis olim competitivisse asserimus, sed „ solis Episcopis Provinciæ, qui testimonio atque consensu Cleri & „ populi in personâ eligendâ utebantur. Postea jus electionis Clero „ cum populi consensu in Occidente communicatum est. „ Hæc Marca, quæ omnia hic fusius expendere non libet, quod de electionibus

nibus  
sæculi  
„ M  
„ pla  
„ can  
„ ma

quo  
Cui  
viva  
re  
rela  
Cui  
en  
vea  
i  
doi  
pa  
de  
eav  
ta



nibus Episcoporum per universam sub cœlo Ecclesiam subsequenter  
 sæculis tam multa scabrosa observanda essent, ut placeant verba Ioannis  
 „ Morini : „ mihi ista per unumquodque sæculum animo contem-  
 „ planti tam multa occurrerunt, quæ vir disciplinæ Ecclesiasticæ &  
 „ canonum amans probare non possit, ut ab hâc operâ perplexâ &  
 „ maximè odiosâ penitus abstinere, & hic & alibi potius duxerim. „  
 Morinus.

CANON XX.

Διὰ τὰς Ἐκκλησιαστικὰς χρείας, καὶ τὰς τῶν  
 ἀμφισβητημένων διαλύσεως, καλῶς ἔχειν ἔδοξε  
 Σύνοδος καθ' ἑκάστῳ ἐπαρχίῳ τῶν Ἐπισκόπων  
 γίνεσθαι δευτέρην ἢ ἕτερον ἔτος ἄπαξ μὲν μὴ τὴν  
 τρίτῃ ἑβδομαδᾷ τῆς ἑορτῆς ἢ πάχα, ὡς τῆς  
 τετάρτης ἑβδομαδὸς τῆς πενήκοντος Ἰπτελεῖδος τὴν  
 Σύνοδον, ὑπομιμνήσκουσα εὖ ἐπαρχίῳ ἢ  
 ἐν τῇ μητροπόλει ἢ τὴν ἢ δευτέρῃ Σύνοδον γί-  
 νεσθαι \* ἰδοὺς ὀκτωβρίαις, ἢ πρὸς ἐπὶ πεντεκαίδεκάτη \* ἑδοῖς.  
 ὑπερβερβαίαις ὡς ἐν αὐταῖς ταῖς ταῖς Σύνο-  
 δοῖς προσιέναι Πρεσβυτέρους καὶ Διακόνους, καὶ  
 πάντας εὖ ἠδικῆσθαι νομίζοντας, καὶ ὡς τῆς Σύνο-  
 δος Ἰπτελείσεως τυγχάνειν ἢ μὴ ἐξείναι ἢ ἵνας καθ'  
 ἑαυτὸς Σύνοδος ποιῆσθαι ἀνθ' ἑαυτῶν πεπισημῶν  
 τὰς μητροπόλεις.



*De Synodis, quæ debent ab Episcopis suis  
temporibus in Provincia celebrari.*

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.

Propter utilitates Ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum, quæ dubitationem controversiamque recipiunt, optimè placuit, ut per singulas quæque Provincias bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi Paschalis: ita ut quarta septimana Pentecostes conveniat Synodus, Metropolitano Provinciales admonente. Secunda verò Synodus fiat idus Octobris, id est quintodecimo die Mensis Octobris, quem Hyperbereteon græci cognominant. In ipsis autem Conciliis adsint Presbyteri, & Diaconi, & omnes qui se læsos existimant: & Synodi experiantur examen. Nullus verò liceat apud se celebrare Concilia, præter eos, quibus à Metropolitanis videntur esse jura commissa.

*Epitomè Hadriani Papæ I.*

Ut in Provincia Episcoporum Concilia bis in anno fiant.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Propter Ecclesiasticas necessitates bis quotannis in unaquaque Provincia celebretur Synodus quarta Pentecostes hebdommade, & decima die Hyperberetæi.

*Interpretes Græci.*

Zonaras: De bina annuâ Synodo unaquaque Provinciâ celebrandâ &  
Sancte-



Sanctorum Apostolorum decreto, & quinto Nicana 1. Synod. can. constitutum est, & eadem, quod ad Conventuum Synodicorum rationem attinet, hac quoque Synodus definivit. Vnam porro in singulos annos Synodum habendam esse VIII. Synodi canone sancitum est; ut in iis de rebus ad constitutionem Ecclesiasticam spectantibus deliberetur, controversiæque dirimantur, eorum videlicet, qui Episcopos forte accusant, quod se ab illis injuste segregatos aut depositos esse autument, contentionesque alia huius generis tollantur, haberi oportere hic canon affirmat. Tempus verò etiam utriusque Synodi præfinitum. Ac priori quidem quarta hebdomada Pentecostes; posteriori verò celebranda idus Octobris constituta. Prisci namque dies cuiusque mensis in tres ordines dividebant; ac primo quidem Calendas statuebant; qui eas consequerentur, idus; postremos demum nonas appellabant. A solis autem Episcopis, non adhibito cuiusque Provinciae Metropolitano, Synodum haberi canon vetat.

Arlitenus: Scribitur & in 37. can. Apostolico, quod contrahitur illud, bis quotannis in unaquaque Provincia haberi Synodum. Et decretum fuit ab octavo sexta in Trullo Synodi canone, & à sexto Synodi Nicanae secunda canone semel quotannis Episcoporum cuiusque Provinciae fieri Conventum, inter Pascha & mensem Octobrem, & Canonicas ab eis solvi quaestiones.

Balzamon: De Synodis, quae debent fieri annuatim, satis dictum est in 37. Apostolico canone, & in 8. canone Synodi in Trullo, & lege, quae in ipsis scripta sunt. Praesens autem canon adjicit, non fieri Synodos sine praesentia Metropolitanorum.

## SCHOLIION.

I. Canon Antiochenus renovat 5. Nicanum, quo statutum erat, primam Synodum Provinciale ante Quadragesimam Pascha celebrandam, cuius tempus canon Antiochenus cum 38. canone Apostolico tributo non malè assignat quarta septimana post Pascha, id quod etiam obtinuit in Synodis Provincialibus quarto & quinto saeculo habitis.

1. **R**ECTÈ animadvertit Zonaras, à canone Antiocheno renovari quintum Nicanum, quo statuitur, pro contentionibus Clericorum sopiendis bene placuisse: Annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari. Addit & tempus: Concilia verò Canon 5.  
Nican. celebren-



celebrentur unum quidem ante Quadragesimam Pascha, ut omni dissensione sublata, munus offeratur Deo purissimum; Secundum verò circa tempus Autumni. Tempus quidem aliquatenus designat sed non determinatum, prout determinat Concilium Antiochenum, circa Autumnum quidem 15. Octobris, circa Pascha verò quartâ septimanâ post Pascha. At hic moveri posset difficultas: Concilium Nicænum statuit tempus ante Quadragesimam Paschæ, Antiochenum autem post Pascha, unde sequi videtur, quod Concilium Antiochiæ celebratum repugnet regulis Concilij Nicæni. Piscari hic possent aliquid æmuli, nisi pro resolutione difficultatis rem altius repetendo, de veritate constaret. Dicit Concilium Nicænum: Bene placuit annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari. Ex quo loquendi modo colligimus, illud non primitus à Nicæno Concilio statutum, sed antiquitus observatum fuisse, & quia sopiendis contentionibus utile erat, id bene placuisse Ecclesiis. Quod si quæras, quonam tempore ante Nicænum Concilium illæ Provinciales Synodi consueverant celebrari, in promptu adest canon 38. si non Apostolorum, saltem à fidelibus ante Nicænum Concilium usu receptus: Bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant: semel quidem quartâ septimanâ Pentecostes, secundò verò duodecimo die mensis Hyperborei, id est juxta Romanos quarto idus Octobris. Ex hoc in primis apparet, primam Provinciale Synodum ante Nicæni tempora celebrari consuevisse quartâ septimanâ post Pascha, quod ideo Nicænum Concilium ante Quadragesimam Paschæ celebrandum duxit, ut omni dissensione sublata munus offeratur Deo purissimum. Sancta omninò & piissima cogitatio, at temporis non latis proportionata: Pascha quandoque veniebat citius, ideoque tempus ante Quadragesimam incidebat sæpius in hyemem, quando molestissimum erat ex longè distitis civitatibus venire ad Metropolim Provinciæ, hinc putem vel tempus à Concilio Nicæno ante Quadragesimam statutum, non fuisse receptum in Oriente, & Episcopos mansisse in antiquâ consuetudine celebrandi Concilium quartâ septimanâ post Pascha, vel certè existimarem ob varias difficultates & Episcoporum quærelas, ne Synodus illa prior difficultate temporis quandoque interrupta in desuetudinem abiret, ab Antiocheno Concilio rectè priscam Ecclesiarum consuetudinem renovatam fuisse de celebrandâ Synodo quartâ septimanâ Pentecostes, ut habet canon sub nomine Apostolorum. Ne verò quisquam existimet hæc

Canon 38.  
Apostolor.

Canon 5.  
Nicænus.

hæc c  
lectio  
cilia  
tum.  
Prov  
venit  
tres  
gent  
anno  
titul  
ginie  
colle  
tioch  
nense  
reno

μη  
εω  
'Επ  
εκλ  
μη  
νεχ

Vt

E  
alia



hæc dici absque fundamento, tantum oculos vertere oportet ad collectionem Conciliorum, in quâ licet pauca restent Provincialia Concilia ex quarto sæculo, nullum tamen invenitur ante Pascha celebratum. Et quamvis Leonis primi aliorumque testimonia sint de Conciliis Provincialibus bis in anno celebrandis, nullam tamen mentionem invenies de certo die ante Quadragesimam: quod scirent sanctissimi Patres & ipsa Concilia, illud relinquendum consuetudini. Sicque Fulgentius Ferrandus breviationi suæ sub titulo 143. inferuit, *ut bis in anno per singulas Provincias Concilia fiant. Concilium Nicænum titulo quinto Concilium Antiochenum titulo 20. Concilium Carthaginiense titulo tertio.* Sicque Martinus Braccarenfis Episcopus in suâ collectione titulo 28. *De Synodo faciendâ*, allegat canonem 20. Antiochenum, non verò quintum Nicænum. Sic Capitulare Aquisgranense anni 789. citat ex Concilio Antiocheno canonem 20. quem & renovat.

Mart. Bracc.

## C A N O N XXI.

Ἐπίσκοπον ἀπὸ παροικίας ἐτέρας εἰς ἑτέραν  
 μὴ μετίσταται, μήτε ἀυθαίρετως ἐπιρρίπτοντα  
 ἑαυτὸν, μήτε ἀπὸ λαῶν ἐκβιαζόμενον, μήτε ὑπὸ  
 Ἐπισκόπων ἀναγκαζόμενον. μῦθεν δὲ εἰς ἑὴν  
 ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς θεῆς ἐξαρχῆς Ἐκκλησίᾳ, καὶ  
 μὴ μετίσταται αὐτῆς, καὶ τὸν ἤδη πρῶτον ἐξε-  
 νεχθέντα ὄσον.

*Vt nullo modo de Parochia ad aliam Parochiam Episcopus transeat.*

Episcopus ab alia Parochia nequaquam migret ad  
 aliam, nec sponte suâ prorsus infiliens, nec vi coa-

Versio  
Dionys.  
Exiguus.



Etus à populis , nec ab Episcopo necessitate compul-  
sus : maneat autem in Ecclesia , quam primitus à Deo  
fortitus est, nec inde transmigret secundum pristinum  
de hac re terminum constitutum.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Ut Episcopus de suâ Parochiâ in alienam nullomo-  
do transmigret.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus etiam à populis coactus , & ab Episcopis  
compulsus , in aliam Parœciam ne transeat.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras : Multi de hac quoque re canones promulgati fuere. Idem  
namque & Apostolico 14. & Nicena prima Synodi quintodecimo canone  
constitutum. Hic verò canon aliquid etiam amplius adjungit ; & quan-  
tumvis populo urbis adigente , hoc est vehementissimè urgente , ( propo-  
sitiones namque significationem augent ) quamvis etiam Episcopo aliquo  
acrius impellente , relicta urbe quam sortitus est , in aliam demigrandi  
facultate omnino Episcopo cuilibet interdictum esse decernit.

Aristenus : Episcoporum translatio omnino prohibetur , quamvis à  
populo , quamvis ab Episcopis transilire ad aliam Provinciam impel-  
lantur.

Balzamon : Quere canonem Apostolicum 14. & Synodi I. can. 15.

## SCHOLIION.

1. Balzamon putat hic non prohiberi translationem, sed solam pro tempo-  
re transitionem , quod tamen canone 13. Antiocheno prohibitum hic  
non reperitur.
2. Canon noster Antiochenus renovat antiquum Ecclesia statutum tra-  
ditioni



ditioni Apostolica ut dicit Constantinus, consentaneum. Canon Nicæ-  
nus, & factum Eusebii Casarensis à Constantino laudatum.

3. Eusebius Nicomedienfis de sede ad sedem transiens tamquam regula  
prævaricator habitus fuit, quem hoc canone Antiocheno factum suum  
erubuisse oportuit.
4. Ob crimen tamen depositus aut excommunicatus non fuit, cum solum  
Canonibus Sardicensibus temerantes laicali communione privati sint.

1. **H**abet canon 14. Apostolorum: Episcopo non licere alienam  
Parochiam propriam relictam pervadere, licet cogatur à plurimis.  
Nisi forte eum rationabilis causa compellat, tamquam qui possit ibidem  
constitutus plus lucri conferre, & in causam religionis aliquid profecto pro-  
spicere. Et hoc non à semetipso pertinet, sed multorum Episcoporum ju-  
dicio, & maximam supplicatione. Ad hunc canonem se remittit Theo-  
dorus Balzamon, qui & in eiusdem scholio annotavit, ex hoc ca-  
none deprehendi, quod astuta Episcopi alicuius de Parochia in  
Parochiam transitio condemnetur, translatio autem bona gratia ob  
causam magnam, & ad pietatem stabiliendam maxima Episcoporum  
multorum adhortatione facta, permittitur. Sed contra exponit Ioannes  
Zonaras, hic nullatenus agi de translationibus Episcoporum: præ-  
sens canon, inquit, loquitur de Episcopo, qui, dum cogit utilitas, doctrina  
gratia proficiscitur in aliam Ecclesiam. Illius enim Ecclesia Episcopus  
forsitan non admodum sit idoneus ad docendum: qui autem advocatur,  
forte sit eloquentior, ac dicendi facultate instructior: unde contingit, ut  
neceffe sit, ad illam se conferat civitatem. Et tunc quidem non sua sponte,  
sed evocatum, vel potius Episcoporum multorum iudicio commonitum canon  
vult abire. Videtur ad hæc Zonaræ verba respexisse Theodorus Bal-  
zamon, ideoque sibi obiecisse: quoniam verò dicunt nonnulli, nec ab  
hoc præsentem canone permitti translationem, sed tantum Episcopi ad tem-  
pus evocationem, docendi gratia ex eo apparere, audiant, quod hoc cano-  
ne nihil eiusmodi dicente, unde ipsi hoc proferunt? deinde & quam  
vacantis Ecclesia populo futura est utilitas è doctrina Episcopi semel vel  
bis, vel & dictis temporibus docentis in ea, sed nullum aliud antistitis  
munus in ea exercentis, ut eiusmodi evocatio cum magna Episcoporum  
multorum adhortatione fieret. Magna vis argumenti videri posset inesse  
verbis Theodori Balzamonis, nisi canonem agere de solâ ad tempus  
ex alterâ Provinciâ Episcopi evocatione per Metropolitanum & Pro-  
vinciales Episcopos faciendam, indubitatum sit, quod ipsum cano-

Canon 13.  
Apostolor.

Balzamon.

Zonaras.

Balzamon.



Canon 13.  
Antiochen.

Canon 20.  
Trullan.

Balzamon.

Constant. M.  
D. Hieron.

ne 13. Antiocheno renovatum fuisse vidimus supra : licet enim canone illo 13. vetitum sit Episcopo ex alienâ Provinciâ , nisi litteris tam Metropolitanorum quam caterorum , qui cum eo sunt Episcoporum , rogatus adveniat , ordinationes perficere , non tamen agit canon de solis ordinationibus , sed & aliis Ecclesiasticis negotiis , quale etiam unum est verbi divini annuntiatio , de quâ canon 20. Trullanus : *ne liceat Episcopo in alia , quæ ad se non pertinet , civitate publicè docere.* Ad quæ verba rectè annotat Balzamon, id intelligendum, nisi consensus debitus accedat, sicut narrat de Metropolitano Ephesi Ioanne *κολποῦς* dicto, qui in aliis civitatibus prædicavit *cum auctoritate illius regionis Antistitum*, & de alio Metropolitano, qui cum in compluribus suis Episcopatibus præter Episcoporum voluntatem docuerat, interrogatus respondit, & esse Episcopatus in suâ potestate, & à canone pœnam non imponi temeranti, & forte non esse munus Episcopale docere : addit Balzamon in aliâ interpretatione ad canonem 14. Apostolorum : *quæ quidem magna Synodus non placuerunt.* Quænam sit hæc Synodus à Theodoro Balzamone laudata, ignorare me fateor, hoc tamen scio, quantumvis Episcopo eiusdem Provinciæ licuisset ex solius civitatis Episcopi consensu ibidem etiam publicè docere, id tamen Episcopo alterius Provinciæ in illâ non licuisse sine consensu Metropolitanæ & Episcoporum, ut innuit canon 14. Apostolorum, unde rectè scripsit Zonaras, canonem illum non agere de translatione absolutâ sed transitione pro tempore. Enim verò ex Canonibus Apostolorum licuisse Episcopis de civitate ad civitatem transire ob quædam causas aut rationes, adeò illo canone statutum esse non potuit, quod supponat, loci Episcopum supervivere, in cuius locum alium ordinare non minus ex Apostolorum traditione vetitum est, quam de civitate in civitatem transire.

2. Unde si ad canonem nostrum Antiochenum redeamus, non corrigit canonem aliquem Apostolicum, ut putavit Aristenus, neque aliquid novi statuit, sed *pristinum terminum constitutum* confirmat, quem si quæras, invenietur protectò antiquissima Ecclesiarum consuetudo ex Apostolicâ traditione emanans, & per canonem 15. Nicenum firmata. De ea scribit Constantinus Magnus apud Eusebium lib. 3. capite 59. *Quaque traditioni Apostolica consentanea.* Et de canone Nicæno D. Hieronymus epistolâ 83. ad Oceanum : *In Nicæna Synodo à Patribus est decretum, ne de alia ad aliam Ecclesiam Episcopus transferatur; ne virginalis paupercula societate contemptâ ditioris adul-*  
tera



tera quarat amplexus. Decretum verò Nicænum à D. Hieronymo laudatum, est canon 15. Propter multam perturbationem & seditiones, qua sunt: placuit consuetudinem omnimodis amputari, qua prater regulam in quibusdam partibus videtur admissa: ita ut de civitate ad civitatem, non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus transfertur. Si quis autem post definitionem sancti & magni Concilij, tale quid agere tentaverit, & se huiusmodi negotio manciparit: hoc factum prorsus in irritum ducatur, & restituatur Ecclesia, cui fuit Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus ordinatus. Pravam in Ecclesiis quibusdam ante Nicæni Concilij tempora de translationibus minoris Cleri & majoris ordinis Episcoporum consuetudinem viguisse contra antiquam regulam deplorat Nicænum Concilium, cui edito hanc in rem canone occurrit, quem dum Clerus & populus Antiochenus transgredi volebant, dum petierunt Eusebium Cæsareensis in Palestinâ Episcopum Antiochiam transferri, reposuit in datâ ad populum Antiochenum epistolâ Constantinus Imperator: Ego vero quamquam hominem, qui à vobis & tantis honoris ornamentis decorandus, & tanto amore ac benevolentia complectendus iudicatur, laudo plurimum: tamen Ecclesia canon, qui singulis ratus, & stabilis debet manere, non ob eam causam infringendus aut debilitandus est. Sciebat & istud Eusebius Cæsareensis, ideoque epistolâ ad Constantinum Magnum se canonis custodiendi gratiâ translationem Antiochenam repudiasse testatus est, de quo laudari meruit à Constantino epistolâ extante in eius vitâ lib. 3. cap. 59. Epistolam tuam legi diligentissimè, ex qua Ecclesia canonem exquisitè abs te servatum intellexi. In his namque persistere, qua Deo grata, quaque traditioni Apostolica consentanea videntur, permagna pietatis est. Et hæc quidem de Eusebio Cæsareensi in Palestinâ Episcopo.

3. At longe aliter Eusebius Nicomedienfis, qui dum apertius Ario favebat, & ira ac odio in magnum Athanasium æstuabat, non magni faciendum duxit hunc sacri Nicæni Concilij canonem, homo (inquit Synodus Alexandrina ex Ægypto, Thebaide, Lybiâ, & Pentapoli adunata epistola ad Orthodoxos Episcopos) qui ipse prorsus Episcopus creatus non est, aut si unquam jus Episcopi habuit, id ipsum rescidit, ut qui principio Beryti pro Episcopo egerit, relictaque Beryti Nicomediam se transtulerit, illam quidem cathedram prater leges destituens, illam verò nullâ lege invadens, proprii gregis sine ullâ caritate desertor, & alieni nullâ rationabili causâ occupator, prioris Episcopatus caritatem alieni cupidine aspernatus est, nec tamen illum ipsum



Episcopatum, quem tantâ aviditate occupaverat, reservavit. Ecce enim jam denud inde desiliens, alienum Episcopatum arripuit semper aliorum civitatibus oculis per invidiam adjectis oblimat atque arrodit, persuasus in magnitudine urbium religionem esse sitam, & sortem Dei, secundum quam constitutus ordinatusque est, pro nihilo ducit. Ignarus scilicet Dominum, ubi duo aut tres in eius nomine congregati fuerint, in medio esse, nec secum recogitans dictum illud Apostoli, quo profitetur se in alienis laboribus non gloriaturum, neque præ oculis habens illius præceptum: alligatus es uxori, ne quare solutionem: quod si hoc de uxore dictum est, quanto magis de Ecclesiâ, atque adeo de Episcopatu, cui cum quis alligatus est, alium quærere non debet, ne adulter in sacris litteris deprehendatur. Eadem habet Theodoretus libro 1. capite 19. Eusebius, inquit, parva habita ratione decisionum earum, quarum conscribendarum paulo ante una cum aliis Episcopis author fuerat, confestim relicta Nicomediâ ad sedem Episcopatus Constantinopolitani per ambitum arrepsit, idque contra Ecclesiæ canonem, qui vetat tum Episcopos, tum etiam Presbyteros de unius civitatis sede ad alterius se sedes transferre. Lucidè respicit ad canonem Nicænum Theodoretus Cyrensis Episcopus, & omninò hic constitutus erat præsentè Eusebio, antequam Constantinopolim translatus fuit: ut mirum videri debeat, post translationem illam Eusebium cum suis in Antiocheno Concilio renovasse canonem Nicænum. Exclament jam moderni, Antiochenum Concilium fuisse factionis Arianæ, quæ ibidem prævalens canones pro libitu composuit. Si prævaluisset Eusebiana factio, si Eusebius Nicomediensis larvâ dissimulationis detractâ, cum hi canones statuti sunt, in Iulium primum, D. Athanasium, & Nicænum Concilium sæviebat, quis unquam dicet, ipsum renovasse canonem Nicænum in adepti Episcopatus perniciem? vel hic unicus canon 21. persuadere potens est, quod jam antea toties animadverti, canones 25. Antiochenos non esse figmenta Eusebianorum, sed Orthodoxa disciplinæ Ecclesiasticæ fundamenta à Catholicis Episcopis una cum Eusebianis fidem Catholicam simulantibus constituta.

4. Mirum videri posset, Eusebium Nicomediensem adeo enormiter canones transgredientem à communionem Catholicorum non fuisse reiectum: at animadvertendum est, Concilium Nicænum pravam consuetudinem translationum improbasse quidem, nullam tamen excommunicationis pœnam tulisse, solumque ordinasse, ut primo Episcopatus & Ecclesiæ restituerentur translati Episcopi & Clerici, quod  
ipsum

1. Corint. 7.

Theodoret.

ipsum  
nus.  
nones  
Iulius  
de loco  
concre  
Synoc  
tam n  
fundat  
in alia  
quem t  
improb  
debere  
Nec h  
quis a  
quam  
clarum  
feditio  
nino e  
qui est  
ergo h  
sunt.  
profer  
Osio d  
Laicæ  
stinati  
Antio  
sequen



ipsum pro Episcopis absque ulla censura renovat canon 21. Antioche-  
 nus. At ubi ad Eusebij Nicomediensis exemplum factio Ariana ca-  
 nones despiciēbat, eiuſque Antistites canonem Nicænum, ut scribit  
 Iulius primus ad Orientales, contemptui haberent, jam in usu habentes  
 de loco ad locum ad Episcopatus capiendos transilire; & reiectâ civitate  
 concreditâ transvolare ad magnam, coactâ sub Iulio primo Sardicēsi  
 Synodo magnus ille & venerandus Osius canone 1. intonuit: non  
 tam mala consuetudo, quam perniciosissima rerum corruptela est ex ipsis  
 fundamentis penitus extirpanda, ne cui Episcopo liceat à parva civitate  
 in aliam migrare, eius enim causa prætextus est manifestus, propter  
 quem talia tentantur. Et infrâ: placetne hoc omnibus, ut eiusmodi  
 improbitas acerbius vindicetur? existimo enim eos ne Laicorum quidem  
 debere habere communionem. Omnes Episcopi dixerunt: placet omnibus.  
 Nec hic stitit Osius, canone 2. pergit: Osius Episcopus dixit: si  
 quis autem adeo insanus, vel audax inveniatur, ut de iis videatur ali-  
 quam asserre excusationem, asserens sibi à populo allatas esse litteras;  
 clarum est potuisse paucos aliquos mercede & pretio corruptos in Ecclesia  
 seditionem movere, ut eundem utique postulent habere Episcopum. Om-  
 nino ergo has fraudes & artes puniendas esse existimo; ut nemo possit,  
 qui est huiusmodi ne in fine quidem Laica communionē dignus haberi: an  
 ergo hac placeat sententia, respondete. Responderunt, placent, quæ dicta  
 sunt. Si canones Sardicenses exponerem, multa consideratione digna  
 proferrem, hoc tamen quia præsentis instituti non est, sufficit, ab  
 Oſio & Nicænum & Antiochenum canones adeo veneratos fuisse, ut  
 Laicæ communionis privatione in temerantes animadvertat, & ob-  
 stinatiores etiam in exitu tali censurâ innodet. Ut autem constet,  
 Antiochenum Concilium rectè translationes prohibuisse, de iis capite  
 sequenti latius agendum est.

Iulius 1.

Canon 1.  
 Sardicēsis.  
 Verſionis  
 Herveti.

Canon 2.  
 Sardicēsis.



*Episcopus ab aliâ Parochiâ nequaquam migret  
ad aliam.*

C A P V T XIX.

De translationibus Episcoporum.

1. Eusebii sequacibus passim de sede ad sedem transeuntibus, mala consuetudo Orientem universum infecit. Dicitur Gregorij Naianzeni, exempla à Nicephoro Callisto allata etiam factum Petri exhibent, & Calestinum Papam translationi Procli consensisse referunt.
2. Verum hallucinatur Nicephorus: aliud quid erat de Petro Apostolo, qui pro instituendis Ecclesiis sedem mutarat, aliud quid cum jam Ecclesia ordinata erant: à Petro usque ad Antiochenum Concilium Episcopus ne quidem necessitate compulsus transferri poterat, quod hoc Antiocheno canone statutum confirmat Chalcedonense Concilium.
3. Neque alia fuit in occidente disciplina, Sedis Apostolica Praesulibus Iulio I. Damaso Papa, Siricio Pontifice translationes Episcoporum ventantibus: canon 38. Concilij Carthaginensis idem vetat cum Synodo Capuanâ.
4. Licuit quidem vacantem Episcopum, qui sine suâ causâ non admittitur de novo creare in alia civitate Episcopum, uti Bonifacius I. permisit Perigeni, & Calestinus Proclo, id tamen non spectabat ad translationes, quas post Calestinum improbarunt Leo primus, Hilarus Papa, & Anthimus Pontifex.
5. Post Anthimi tempora publicatis epistolis decretalibus Galliarum Episcopi pro translationibus instare cœperunt apud Pontifices, qui usque ad Formosi tempora restiterunt: Formosus autem translatus fuit & eius translationem primo scriptis comprobavit Auxilius.
6. Verum Auxilij Argumenta non subsistunt, licet à Formosi temporibus necessitatis causa de Portuensi Ecclesia plures translati sint, & Gregorius potestatem transferendi Sedi Apostolica competere dicitur.
7. Recentiores graeci passim translationes admiserunt. Armenopuli, Demetrii Chomateni, Theodori Balzamonis, & Nicephori Callisti  
testimo-



testimonia huc facientia. Græcorum Patriarcha post turcicam capti-  
vitatem passim translati.

1. **Q**uod post mortem Eusebij Nicomediensis translationes Epif-  
corum vigere cœperint, probatione non indiget, cum  
non solum Eusebiani sed & Catholici, & sanctitate illustres transla-  
tiones defendere cœperint. Cum enim Gregorius Naianzenus ex sede  
eiusdem nominis Constantinopolim translatus fuisset, licet obinde corâ  
Synodo Constantinopolitana accusatus erat, non aliud respondit,  
quam canonem hac de re editum in usu non esse: longè peius poste-  
riores græci ex depravatâ consuetudine argumenta desumentes. Libet  
hic audire Nicephorum Callistum accuratum inter Græcos schismati-  
cos Historiæ Ecclesiasticæ scriptorem, qui libro 14. cap. 39. ut Procli  
translationem defenderet, scribit: *divini siquidem canones, & veteres  
Ecclesia Antistites liberum esse voluerunt, quoties cum legitima suaderet  
utilitas, ex urbe unâ in aliam Episcopum transferre. Videlicet si ince-  
rior pietas, vel Ecclesiastica forte tranquillitatis constitutio translationem  
flagitaret. Hinc tuetur, improbantes translationem Episcoporum ig-  
norare... canonum mentem & sensum. Et infra: transitionem nam-  
que prohibet, non translationem.* Adducit Sancti Petri post varias sedes  
à sese institutas aliarum urbium adeptos Episcopatus, ex Eusebio  
item libro sexto Historiarum Alexandri cuiusdam Ecclesiæ Cappado-  
ciæ Episcopi ad Episcopatum Hierosolymitanum translationem, simi-  
liter & Eustatij Bercoensis ad Antiochenum, Maximi Diospolitani ad  
Hierosolymitanum, Eudoxij Germaniciæ ad Constantinopolitanum,  
Meletij Sebasteni ad Antiochenum, Gregorij Naianzeni ad Const-  
antinopolitanum, Perigenis Patrensis Sedis Apostolicæ iudicio ad Co-  
rinthianum, Dosithei Seleuciæ ad Tarsenum Ciliciæ, aliorumque  
plurium, quos ad nauseam usque recenset, etiam ipsius Procli: *sicut,  
inquit, sapientissimus iste Proclus Cyzico Constantinopolim est transla-  
tus, Cælestino Romano Papa rem eam comprobante epistola tribus ad  
Cyrillum Alexandrinum, & Ioannem Antiochenum, & Rufum Thessa-  
lonicensem scriptis: in quibus asserit, canonibus non obesse, Episcopo-  
rum ex urbe in urbem legitimam eiusmodi translationem.* Addit plus-  
quam 25. Episcopos de sede sua variis sæculis translatos, & de sua  
ætate scribit, quatuor Antistites ad sedem Constantinopolitanam trans-  
missos, similiter & quatuor aliunde in Sedem Antiochenam, duos  
in Hierosolymitanam: & hæc quidem de Episcopis suâ memoriâ tran-  
slatis:

Gregorius  
Naianzen.  
Carminè de  
vitâ suâ.

Nice hor.  
Callistus.

Cælestinus.

flatis:



flatis, utque probaret, canones intelligendos de transitionibus Episcoporum, non verò translationibus, fragmentum adfert epistolæ Cælestini Papæ: id quod Cælestinus Romæ Episcopus in suis sicut ipse appellat, secretis capite secundò hisce utens verbis ostendit: *si Episcopus utilitatis gratiâ transferatur, ne id per se ipsum faciat, sed fratribus cogentibus. Et rem eam sacra huius sedis auctoritate expediat, non inanis Gloriæ, verum communis utilitatis aut necessitatis ergo.* Eadem & Anterus collega eius refert, ita ad verbum dicens: *translationem Episcoporum communis utilitatis aut necessitatis gratia scitote fieri licere, non autem cuiuslibet cupiditate, aut dominationis affectione. Si quidem Petrus Doctor & dux noster, Ecclesiastica utilitatis causa ex Antiochia Romam translatus est, & inde postea Alexandriam transit, ut qui isthic prodesse magis Ecclesia posset. Eusebius autem ex oppido quodam parvo, Apostolica auctoritate Alexandriam est traductus &c.*

2. Verum graviter hallucinatur Nicephorus circa primitivam Ecclesiæ consuetudinem canonibus firmatam. Adductum Petri exemplum nimium probaret, ipso enim Antiochia Romam properante probaretur, non modo translationem sed transitionem quoque licitam esse, quam canonibus prohibitam fatetur Nicephorus. D. Petri factum aliis nititur fundamentis: post sedem Antiochenam transire Romam erat Ecclesiarum institutioni necessarium. At ordinato ad formam Imperij Ecclesiarum regimine, & stabilitis per varias civitates Episcopis, per Provincias Metropolitibus, credebant fideles Ecclesias Episcopis commissas ab eisdem non minus quam uxores à maritis, aut sponso à sponsis esse retinendas: audivimus eâ de re testimonium Alexandrini Concilij ante nostrum Antiochenum habiti: hinc castissimè retinuit in primordiis Ecclesia, nullum omninò Episcopum de sede suâ ad aliam transferendum: Arianæ factionis homines contrarium facientes, *preter regulam* fecisse, arguit sacrosanctum Nicænum Concilium, cuius canon 15. non solum prohibet transitionem, sed in terminis, ne Episcopus de civitate ad civitatem *transferatur*. Maximæ utilitatis videbatur Antiochiam transferri Eusebium Cæsareensem Episcopum, idque negare non potuit rogatus hac de re Constantinus Imperator, tantus enim erat Antiochenis eum habendi ardor, ut ipsum renitentem vi potius à Cæsareâ abducere conarentur, & tamen scribit ab Eusebium Magnus Constantinus: *porro abs te prudenter sane factum est, quod & Domini mandatum, Apostolicumque Ecclesiæ canonem servare decrevisti, Episcopatum Ecclesiæ Antiochena prorsus repudiando permanere laborasti, quem*

Cælestinus.

Anterus.

Canon 15.  
Nicæn.Constant. M.  
in vitâ apud  
Euseb. lib. 3.  
cap. 59.

quem  
Antio  
sus  
rit C  
in sta  
pisco  
Conc  
tatem  
vires  
Scho  
nus i  
copun  
3.  
rum  
trans  
tum  
Tole  
ricij  
sæcu  
vi se  
stolic  
quod  
de lo  
in ep  
Rom  
parte  
vestr  
vitat  
ad ab  
tur;  
cerdo  
accep  
fore  
Pon  
Aliu  
Anti  
Hol  
Eccle



quem ab initio Dei voluntate suscepisset. Et hoc est, quod canon quoque Antiochenus confirmat, ut Episcopus ne quidem necessitate compulsus possit transmigrare ad aliam civitatem, & quantum hoc roboravit Concilium Sardicense audivimus ex Hosio Cordubensi Episcopo in statutis ab eo canonibus: atque hi sunt canones, quos in tantâ Episcoporum incuriâ observandos duxit sacrosanctum Chalcedonense Concilium canone 5. *De Episcopis vel Clericis, qui à civitate in civitatem transeunt, placuit eos, qui editi sunt à sanctis Patribus canones, vires obtinere.* Eos canones tempore Iustiniani Imperatoris Ioannes Scholasticus ex Presbytero Antiocheno Patriarcha Constantinopolitanus inseruit collectioni suæ 50. capitum titulo 12. *non oportere Episcopum urbem suam deserere.*

Canon 5.  
Chalcedon.

Ioannes  
Antiochen.

3. Ne verò quisquam existimet ex adductis à Nicephoro Romanorum Pontificum testimoniis, occidentem magis favisse Episcoporum translationibus, notandum in primis, locum Antheri Papæ esse desumptum ex decretali ipsius epistolâ ad Episcopos Provinciarum Bætiæ & Tolætanæ de mutationibus Episcoporum, quæ incipit cum verbis Si-riçij duobus sæculis posterioris, & ex plurimis testimoniis sequentium sæculorum desumpta est, uno verbo, non Antheri, sed auctoris octavi sæculi existimatur. Consentiebat Apostolica sedes traditioni Apostolicæ per canones firmatæ, indeque Iulius primus Orientales arguit, quod canonem Nicænum contemptui haberent. *jam in usu habentes de loco ad locum ad Episcopatus capiendos transire.* Et Damasus Papa in epistolâ ad Acholium Eurydicum, Severum, aliosque citatâ in Romanâ sub Bonifacio secundo Synodo editâ per Lucam Holstenium parte 1. Collectionis bipartitæ: *illud prater eâ commoneo dilectionem vestram, ne patiamini aliquem contra statuta maiorum nostrorum de civitate alia ad aliam transduci, & deserere plebem sibi commissam, & ad alium populum per ambitionem transire tunc enim contentiones oriuntur; tunc schismata graviora occipiunt, cum & illi, qui amiserint Sacerdotem, sine dolore animi esse non possunt; & illi, qui alterius civitatis acceperint Episcopum, etiamsi gaudeant, invidiosum sibi intelligunt fore, sub alieno se agere Sacerdote.* Hoc est genuinum magni istius Pontificis testimonium ex intima antiquitate cum aliis reservatum. Aliud extat eiusdem Pontificis testimonium ad Paulinum Patriarcham Antiochenum, quod Theodoretus lib. 5. cap. 11. inseruit, & idem Holstenius cum integrâ epistolâ correctius edidit: *eos quoque, qui de Ecclesiis ad Ecclesias migraverunt, tamdiu de communione nostrâ habe-*

Iulius 2.

Damasus.

Damasus ad  
Paulinum.



mus alienos, quamdiu ad eas redierint civitates, in quibus primum sunt constituti. Quod si alius alio transmigrante in loco viventis est ordinatus, tandem vacet Sacerdotij dignitate qui suam deseruit civitatem, quamdiu successor eius quiescat in Domino. Damasi in Sede Apostolica successor fuit Siricius, & sub ipso eandem in occidente valuisse sententiam, lucidè testatur Capuana Synodus, cui nomine Syricij verisimilius præfedit Ambrosius, & quæ disertè statuit: *ne liceat fieri . . . translationes Episcoporum.* Confirmavit illud statutum Africana in primis Ecclesia, cum sub Aurelio Carthaginiensi anno 397. in Concilio Carthaginiensi 3. canone 38. statuit: *illud autem suggerimus mandatum, quod etiam in Capuensi plenaria Synodo videtur statutum: non liceat fieri rebaptizationes, & reordinationes, vel translationes Episcoporum.* Nam Cresconius Villaregiensis Episcopus plebe sua derelicta, Tubuniensem invasit Ecclesiam & usque hodie commonitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere eandem quam invaserat, plebem contempsit, &c. Secundò vero hic canon cum pluribus aliis relectus & confirmatus fuit in Concilio Carthaginiensi sexto, cui interfuit magnus Ecclesiæ Doctor Augustinus.

4. Quid ultrà proferam antiquitatis testimonia, ubi res hæc lucem meridianam excedit, & prisca Occidentis Ecclesia una cum Apostolicâ sede Episcoporum translationes improbat. Non ignoro quidem, aliquando indultum videri contrarium, sed id vel in casu erat, quo Episcopi ordinati vacabant sine propriâ culpâ, quo alii canones statuebant, ipsos consentiente Provinciæ Synodo à populo petitos posse ad vacantem Ecclesiam admitti, cuiusmodi erat causa Perigenis, qui dum ad Patrensem Episcopatum ordinatus à Patrensibus non fuit admissus, per Corinthios rogatus est, de quo Bonifacius primus ad Rufum Theſſalonicensem epistolâ inter Holſtenianas 6. Corinthij . . . Perigenem, sicut jamdudum à sancta Synodo super eius nomine pagina directâ testatur, sanctum & instituti optimi qualitate pollentem, civitatis suæ non tam accipere, quam retinere desiderant Sacerdotem. Et hunc statuebat Bonifacius primus in Episcopatu Corinthiano firmandum, & rectè: enimverò id canon 16. Antiochenus statuerat, ut jam vidimus. Idem omninò erat casus Procli, quem Socrates lib. 7. capite 28. testatur à Sifinnio Cyzici Episcopum designatum, at à Cyzicenis minimè admissum, ideoque privaram vitam egisse Constantinopoli, cuius sedes cum ob depositionem Nestorij vacabat, Proclo concessâ fuisset. si, teste Socrate capite 33. Non quidam, qui multum

Synodus  
Capuana.

Canon 38.  
Carthagin. 3.

Bonifacius 1

Socrates ex  
vers Chry-  
stophori.

authori-



*authoritate valerent, illi obstitissent: docuissentque canonem Ecclesia  
 vetare, Episcopum alicuius civitatis nominatum ad alteram civitatem  
 transferri. Et hoc canone in medium prolato populum Constantino-  
 politanum supersedisſe, scribit Socrates eodem capite, & repetit Au-  
 relius Cassiodorus in historiæ tripartitæ libro 12. capite 7. dicentes, Cassiodorus,  
 inquit, regulam Ecclesiasticam non permittere eum, qui alterius civi-  
 tatis Episcopus nominatus est, ad alteram migrare civitatem: quod dictum  
 populum revocavit. Addit Aurelius Cassiodorus ex Socrate, & Nice-  
 phorus Callistus ex utroque in defensionem Procli canonem 18. An-  
 tiochenum, juxta quem id non prohibitum erat, ut errabat populus  
 Constantinopolitanus, unde & Cælestini postea litteras desuper datas  
 pro ordinando Proclo vocat in confirmationem, & allata per Nice-  
 phorum testimonia, ut probet translationem Episcoporum apud ve-  
 teres fuisse rem plane indifferentem. At errat Socrates cum Cassiodoro & Socrates.  
 Nicephoro: non fuit res planè indifferens, ut jam vidimus. Procli  
 causa non faveat instituto: erat is Episcopus vacans citrà propriam  
 culpam, aliisque à Cyzicenis in ipsius locum constitutus erat, & licet  
 tantæ autoritatis fuit can. 18. Antiochenus, ut regia civitas Constan-  
 tinopolis regulam admitteret, & cum omni veneratione susciperet eius  
 decretum, illo tamen non vetabatur, Episcopum vacantem ordinari  
 ad vacantem Ecclesiam: quin imo id canon 16. Antiochenus fieri  
 posse, clarè statuerat, hinc rogatus Cælestinus Papa reposuit, Proclum  
 à sede Cyzicena populi malitià exclusum posse fieri Constantinopoli-  
 tanum Episcopum, unde & postea creatus est, non tamen translatus,  
 utpote qui numquam sedem suam obtinuerat. Errant igitur & Socra-  
 tes & Nicephorus, dum scribunt, Cælestinum fuisse translationi Epis-  
 coporum. Leo primus Cælestini in Pontificatu successor ad Anasta-  
 sium Thessalonicensem scribit epistolâ 84. cap. 8. si quis Episcopus, me-  
 diocritate civitatis sua despectâ, administrationem loci celebrioris ambie-  
 rit, & ad maiorem se plebem quacumque occasione transfulerit: non so-  
 lum à Cathedra quidem pellatur alienâ, sed carebit & propriâ. Leonis  
 successor Hilarus rogatus ab Episcopis Tarraconenſis Provinciæ, ut Ire-  
 neum Episcopum ad sedem Barcelonenſem transferret, reponit episto-  
 lâ 2. cap. 2. id esse in contumeliam Nicæni Concilij, quo caveatur, ne Hilarus.  
 quis relicta Ecclesia sua, ad alteram transire præsumat. Quod nimis im-  
 probè conniventibus, & ( ut doleatur gravius ) vobis asserentibus Ireneus  
 Episcopus conatur admittere, Hæc Hilarus Papa de Ireneo ab Episcopo  
 decessore designato, à plebe expetito, & ab omni Provinciæ Synodo  
 confir-*



confirmari rogato, & tamen consensum negat: cui si aliud Sedis Apostolicæ testimonium addi postulas, illutrius profectò adferri non poterit, quam Agapeti Papæ, qui tempore Iustiniani Imperatoris sæculo 6. Constantinopolim adventans à Principibus rogatus, ut Anthimum è sede Trapezuntinâ Constantinopolim translatum in communionem reciperet, reposuit teste Liberato Carthaginienſi Diacono cap. 21. breviori: *id fieri posse, si ad Cathedram suam reverteretur. Impossibile esse aiebat translatum hominem in illa sede permanere.* Tunc temporis nimirum nondum promulgatæ erant supposititiæ decretales epistolæ, in quibus Sanctus Evaristus disertè affirmabat, Episcoporum translationes fieri posse necessitate urgente ex Apostolicâ autoritate.

5. Publicatæ fuerunt epistolæ illæ sæculo 8. per Riculphum Moguntinum, & receptæ tunc temporis in Galliâ, cuius Episcopi agere cœperunt apud Sedem Apostolicam pro translatione, cuius in Ebbone à Remensi Ecclesiâ ad Heidelbergensem translato exemplum proferunt Patres Tricassini in Synodicâ ad Nicolaum 1. afferentes, sibi ostensum privilegium Gregorij 4. cuius autoritate ibidem *ministerium Pontificale sine tenuis exercuit.* Sed considerandum in primis, an Ebbo Rhemenſis tanquam Episcopus vacans in vacantem Ecclesiam non fuerit admissus, nam & Sancti Arctati Namnetensis Episcopi ob paganorum invasionem & civitatis destructionem ad Metropolim Turonensem translatio vix potuit impetrari ab Adriano 2. & adhuc obicem passa est ex parte Hincmari Rhemenſis, cuius ætate licet translationes Episcoporum cœperint admitti, ipsa tamen Sedes Apostolica, ut rectè animadvertit Christianus Lupus parte 1. ad can. 15. Nicænum, rigidissimè abstinuit à translationibus: Marinus, qui anno 881. Pontificatum iniiit, à Basilio accusatus, ac si aliundè Romam translatus fuisset, defensus est à Stephano 6. qui reposuit: *dicentes Marinum antea fuisse Episcopum . . . ostendant hoc.* Et Formosus Portuensis Episcopus ob Sedis Apostolicæ ambitum in Romanâ Synodo damnatus fuit à Ioanne 8. post quem, aliosque Pontifices equidem ad Pontificatum pervenit, ut verè scripserit Christianus Lupus, Romanam Ecclesiam abstinuissè usque ad Formosi Papæ tempora à translationibus Episcoporum: & si rationem quæras translationis Formosi, auctor libri Pontificalis eam reddidit: *bono totius Ecclesiæ Catholice, prout sapius factum fuerat, ex Episcopo Portuensi ad moderandas habenas totius orbis Catholici translatus est ad Episcopatum, & Pontificatum Romanum.*

Liberatus.

Synodica  
Tricassin.

Stephanus 2.

Auctor  
Pontificalis.



na Ecclesia. Id autem licuisse, primus omnium in Occidente editis scriptis comprobasse visus est ordinatus à Formoso Presbyter Auxilius, qui ad finem sæculi 9. in duobus libellis per Ioannem Morinum editis, ut Formosum Papam à translationis crimine vindicaret, libro 1. à capite primo variis usus est testimoniis, quibus ostendere conatur, eum non transire de civitate in civitatem, qui hoc non pro libitu, sed aut vi, aut propriâ sede pulsus, aut pro utilitate loci, vel populi facit. Ita sentiisse Anterum Papam, hoc imitatum fuisse Gregorium Nazianzenum, hoc plures alios fecisse demonstrat, quibus ex Chronicis Græcis adiungit, quod Anastasio imperante Germanus de Cyzico Constantinopolim fuerit translatus adstante Apocrifario Sedis Apostolicæ Michael, qui coram universa Synodo & populo hunc Sermonem habuit: *divina enim Gratia, quæ scit semper infirma erigere, & incompleta complere, transtulit & ordinavit in sacratissimam sedem à Deo servata civitatis Constantinopolitana præsentem Germanum Sanctissimum Archiepiscopum.*

Auxilius.

Morinus.

Michael sedis Apostol. Apocrifar.

6. Verum quidquid sit de supposititiâ Anteri Papæ epistolâ, & adductâ ex Græcis Chronicis sine instructione Sedis Apostolicæ Apocrifarij Michaelis auctoritate, verius est, quod scribit Ioannes Morinus, in præfatione ad duos Auxilij libellos, ,, crimen illud translationis Episcopalis Romanis moribus planè insolens fuisse, ,, unde & ,, Formosi adversarij regerebant, eum iniique & contra ,, canones procurasse, ut à sede Portuensi ad Romanam transferretur, ,, quod hætenus numquam in hac sede factum fuerat. Omnes enim ,, Pontifices ad Formosum usque electi fuerunt ex Diaconis & Presbyteris Romanis. ,, Et ne putares hoc Morini testimonium sine fundamento relatum esse, palmare defuncto Formoso à Sergio tertio impositum crimen refert Luitprandus Ticinensis Diaconus libro 1. capite 8. *cum Portuensis esses Episcopus, cum ambitionis Spiritu Romanam universalem sedem occupasti.* Et paulo post mortem unus ex Formosi successoribus Ioannes nonus in Romanâ Synodo anno 904. volens occurrere exemplo Formosi Papæ, statuit can. 3. *quia necessitatis causâ de Ecclesiâ Formosus pro vitæ merito ad Apostolicam sedem proventus est, statuimus & omninò decernimus, ut id in exemplum nullus assumat; præsertim cum sacri canones hoc penitus interdican.* Videtur Ioannes 9. occasione magnæ necessitatis factam Formosi translationem non improbasse, & ideo plerosque successores aliunde fuisse translatos: quod ipsum in Gisilario ex Marseburgensi ad maiorem Mag-

Morinus.

Luitprand.

Canon 3. Syn. Rom.

Magdeburgensem



deburgensem Ecclesiam translato admisit Romanum sub Gregorio 5. an. 998. Concilium can. 4. & adeo Episcoporum sedibus irrepsit, ut Gregorius 7. canone 13. dicitur: *quod Papa liceat de sede ad sedem necessitate cogente Episcopos transmutare.*

7. Nec aliud obtinuit in Oriente: nam de Michaelis Cerulario Patriarcha Constantinopolitano circa medium sæculi 11. habet Constantinus Harmenopolus titulo 4. *Synodica Michaelis Patriarcha sententia permittit translationes Episcoporum fieri ex iudicio illius, qui Primas inter eos est, usu sic poscente ad majorem fructum.* Et Demetrius Chomatenus Bulgarorum Archiepiscopus rogatus à Constantino Cabasilâ Dyrrachienſium in veteri Epiro Metropolita, an electum oporteat transferri, reposuit: *hoc canonicum quidem non est, neque scripta aut non scripta Ecclesiastica traditio. Fit autem saepe jubente Principe per aliquam dispensationem publicè conducentem.* Et factum est tempore incliyti Imperatoris Domini Manuelis Comneni Porphyrogeniti. Addit exemplum de Eustathio ad Ecclesiam Lyciorum Mirorum electo, & jussione istius Principis Thessalonicam translato, solamque Imperatoriam jussione mutandi hæc innovandique potestatem habere, ita refert Christianus Lupus ex jure græco Romano libro 8. fol. 317. & si sola Principis voluntate electos & ad ordinationem paratos ad aliam sedem migrare oporteat, quid de aliis volentibus transferri judicasset? potuit scripsisse Nicetas Choniates libro 3. cap. 4. de Imperatore Isaacio Angelo, *cum canones non permittere sciret, Dositheum Hierosolymitanum Patriarcham Constantinopolim transferri, quod Theodorum Balzamonem magnæ Antiochia Episcopum, virum eâ atate juris consultissimum astu circumvenit, regiæ civitatis Patriarchatum scilicet promittens: sed & exinde constat Theodorum Balzamonem palam docuisse, translationes ex causâ licere.* Sic ad canonem 14. Apostolorum: *translatio autem bona gratia justam ob causam, magnam & ad pietatem stabilendam, maximâ Episcoporum multorum adhortatione facta permittitur.* Eadem repetit ad canonem 15. Nicænum, & alibi, cui accessit Nicephorus Callistus, qui sub Andronico seniore ad annum 1305. floruit. Audivimus eum libro 14. Historiæ cap. 39. tot græcorum exempla adducere, ut nullum de communi eorum sensu possit superesse dubium. Assert translationes factas sub Leone sapiente, Nicephoro Phoca, Basilio Porphyrogenito, Alexio Comneno, Angelo Isaacio, & addit. *Etate meâ quatuor sublimium sedium Antistites ex translatione Ecclesia rebus præſſe memini.* Et pro Constantinopolitanâ
- Harmenop.
- Chomatenus  
Bulgar. Ar-  
chiepiscopus
- Nicetas.  
Choniates.
- Balzamon.
- Nicephorus  
Callistus,

litanâ  
rosoly  
Blasta  
nem  
Flore  
Geor  
capti

μη  
Φεγ  
βύ  
ω  
χά  
ά  
ω  
Vt

je  
ad  
ne  
Et  
gio  
ta



litanâ sede tres, Alexandrinâ unum, Antiochenâ quatuor, & Hierosolymitanâ duos translatos nominatim exhibet. Ut & Mattheus Blastares in Syntagmate Alphabetico litterâ A. capite 9. translationem ex magnâ causâ licitam scripserit, & constet, tempore Concilij Florentini invaluisse morem transferendi ex Sylvestro Schuropolulo, & Georgio Phranzes, cui addit Christianus Lupus quod post Turcicam captivitatem omnes ferè Patriarchæ fuerint translati.

CANON XXII.

Ἐπίσκοπον μὴ ἐπιβαίνειν ἀλλοτεία πόλει τῇ μὴ ὑποκειμένη αὐτῷ μηδὲ χώρα τῇ αὐτῷ μὴ διαφερέσει ἐπὶ χειροτονία ἱνὸς, μηδὲ καθιστᾶν Πρεσβύτερος ἢ Διάκονος εἰς ἄλλου ἐτέρου Ἐπισκόπου ὑποκειμένους, εἰ μὴ ἄρα μὲν γνώμης τῆς οἰκείας τῆς χώρας Ἐπισκόπου. εἰ δὲ πλημψέ τις τῆς ἀκυροῦν εἶναι τὴν χειροθεσίαν καὶ αὐτὸν ἐπιλημίας ὑπο τῆς Συνοδῆς τυγχάνειν.

*Vt in altera Parochiâ Clericos alterius Parochiæ Episcopus nullatenus ordinet.*

Episcopus alienam civitatem, quæ non est illi subiecta non adeat: nec ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet super ordinatione cuiusquam, nec constituat Presbyteros aut Diaconos alteri subiectos Episcopo: nisi forte cum consilio & voluntate regionis Episcopi. Si quis autem tale aliquid facere tentaverit, irrita sit eius ordinatio, & ipse coerceatur à

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.



Synodo, nam si ordinare non potuerit, nullatenus iudicabit.

### *Epitome Hadriani Papa I.*

Quod irrita sit ordinatio, quam Episcopus in aliena Parochia in alienis Clericis usurpaverit.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus à civitate in civitatem ad aliquos ordinandos ne abeat, præterquam ex civitatis Episcopi sententia: alioqui invalida sit ordinatio, & ipse iudicio obnoxius.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras: Hoc quoque plurium canonum sanctionibus vetitum est, ac Episcopo in urbem, aut regionem alterius Episcopi ditioni subiectam proficisci, ibique ordines conferre, nisi facultate ab eius loci Episcopo impetrata, ne liceat, constitutum: quod si tamen abierit, ordinesque contulerit, collationem quidem irritam esse, ipsum verò qui contulit, multa irrogatione puniri iubent. Vide secunda quoque œcumenica Synodi canonem secundum.

Aristenus: Eadem ac tertius decimus canon & hic canon dicit, unumquemque Episcoporum, quæ ad suam pertinent Parœciam facere, & aliam non adire, ordines conferre, vel aliquid aliud munus Episcopale obire, sine regionis Episcopi sententia, nisi vellet & se depositioni fieri obnoxium, & quæ ab eo facta sunt, infirma manere.

Balzamon: Lege etiam 14. can. Apostolicum, & 15. Nicena prima Synodi, & discas ex illis, & ex duobus præsentibus canonibus, quin etiam ex multis aliis, quomodo puniantur, qui ultra sua regionis fines ordinant & ordinantur sine permissione regionis Episcopi. Lege 35. can. Apostolicum, & can. 2. Synodi secunda.



SCHOLIION.

1. Canonem hunc recta statuisse, extra omne omnino est dubium, eumque citarunt omnes canonum collectores.

1. **N**ecessesse non est, hunc canonem ab Ecclesia receptum ostendere, cum & ante & post Antiochenum Concilium semper vigerit disciplina in eo exposita. Citat Theodorus Balzamon canonem 14. Apostolorum, qui potius tractat de translatione Episcoporum, quam aliarum Dicecesium invasione, de qua egit 35. Apostolorum: *Episcopus ne audeat extra suos fines facere ordinationes in urbibus & pagis sibi non subjectis: sin autem hoc fecisse convictus fuerit prater eorum sententiam, qui tenent urbes illas vel pagos, deponatur & ipse & ij, quos ordinavit.* Ad quem canonem Zonaras: *Synodus etiam Antiochensis hoc ita constituit in 22. canone.* Idem omnino Mattheus Blaltares littera X. capite XVI. post canonem 35. Apostolorum, Lectorem remittens ad hunc 22. Antiochenum, quod prater canon omnino renovavit Apostolicum, quorum doctrinam Osius Cordubensis Episcopus amplexus est canone 19. Sardicensi, ad quem respexit Gratus Carthaginensis Episcopus, dum anno 347. in Concilio Carthaginensi per Lucam Holstenium ad vetustum exemplar correcto statuit canone 5. ut Episcopus Clericos & Laicos in alterius Ecclesia non ordinet: *nam (inquit Gratus) & memini sanctissimo Concilio Sardicensi similiter statutum, ut nemo alterius plebis hominem sibi usurpet.* Ioannes Patriarcha Constantinopolitanus in collectione canonum sub hoc titulo 3. *non oportere Episcopum ultra Dicecesim suam prodire non vocatum praterquam possessionis ad se pertinentis invifenda gratia: neque extra Dicecesis sua limites ordinare.* Citatque Antiochenum nostrum canonem & complures Sardicenses. Ansegisus Abbas libro 1. Capitularis Caroli Magni c. 11. hunc quoque canonem citat, dum scribit: *item in eodem Concilio, nimirum Antiocheno, simul & in Sardicensi, nec non & in decretis Innocentij Papa, ut nullus Episcopus in alterius Parochia ordinationes aliquas audeat facere vel negotia peragere, qua ad eum non pertinent.* Quid plura, cum indubitata omnium saeculorum doctrina conspiret scribente Hincmaro Rhemensis in libello expostulationis: *& canones sacri dicunt, ut Episcopus alienam civitatem, qua non est illi subjecta, non adeat, nec ad possessionem accedat, qua ad eum non perti-*

Canon 35.  
Apostolor.

Zonaras.

Canon 5.  
Carthagin.

Ioannes  
Scholast.

Capitul. Ca-  
roli M.



net super ordinatione cuiusquam. Habes etiam canonem 22. Antiochenum apud Reginonem libro 5. numero 258.

## C A N O N    X X I I I .

Ἐπίσκοπον μὴ ἐξεῖναι ἀντ' αὐτοῦ καθιστᾶν ἕτερον  
ἐαυτοῦ Διάδοχον, καὶ πρὸς τῇ τελουτῇ τῆ βίης  
τυχευθῆναι. εἰ δὲ πρὸς τὸν γίγνηται, ἀκυρον εἶναι  
τὴν κατάστασιν. φυλάττεσθαι δὲ τὸν θεσμόν τὸν  
Ἐκκλησιαστικὸν ἀειέχοντα, μὴ δέειν ἄλλως γίνεσθαι  
Ἐπίσκοπον, ἢ μὲν ἑαυτοῦ καὶ ἐπιχειρήσεως Ἐπισ-  
κόπων, τῶν μὲν τὴν κοίμησιν τῆ ἀναπαυσαντῶν  
τὴν ἐξουσίαν ἔχόντων τῆ ἀνάγκης τὸν ἀξιον.

*Vt nullus ad Episcopatum pro se consti-  
tuat promovendum.*

Versio

Dionys. Exi-  
gus.

Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi  
constituere, licet ad exitum vitæ perveniat: quod si  
tale aliquid factum fuerit, irritum esse huiusmodi  
constitutum. Servetur autem jus Ecclesiasticum, id  
continens oportere non aliter fieri, nisi cum Synodo &  
iudicio Episcoporum, qui post obitum quiescentis po-  
testatem habent, eum, qui dignus extiterit, promo-  
vere.

*Epitome Hadriani Papæ I.*

Ut irritum sit, si Episcopus sibi successorem elegerit.

*Antiquus*



*Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus in vitæ exitu alium ne constituat Episcopum. Illo autem vitâ functo, à Synodo eorum, qui potestatem habent, dignus provehatur.

*Interpretes Græci.*

Zonaras : Et 76. Sanctorum Apostolorum canon, ne Episcopo liceat quemcumque collibitum fuerit ordinibus insignire; idque si fecerit, cum ordinum collationem irritam habendam, tum eum, qui contulit, segregatione puniendum esse, decernit. Eadem huius quoque canonis decreto sancita, ac præter eum, quem Episcopo vita functo dignum eo munere Provincia Synodus electum creavit, alium Episcopum habere ne liceat, constitutum.

Aristenus : Episcopus in vita exitu alium ne constituat Episcopum : illo autem vita functo, à Synodo eorum, qui potestatem habent, dignus provehatur. Non licet Episcopo moribundo cum moritur alium Episcopum sui loco constituere. Sed Provincia Synodus post eius mortem juxta sententiam illius etiam Provincia Metropolitanæ, dignum ordinabit.

Balzamon : 76. Sanctorum Apostolorum canon dicit, non licere Episcopo, quem velit, loco suo eligere. Eadem ergo præsens quoque canon decernit, adjiciens non aliter fieri Episcopum, quam si mortuo Episcopo dignum Provincia Synodus elegerit,

SCHOLIION.

1. Canon innovat decretum Nicenum, & ab omnibus collectoribus citatur.

1. **Z**onaras & Balzamon constanter asseverant, hoc canone innovari 76. Apostolorum, quin imo Nicæni Concilij decretum, ut videbimus infra, unde de canonis statuto nulla potest esse difficultas, probante illud Magno Ecclesiæ Doctore Augustino, ut testis est Possidius Calamensis in Africâ Episcopus, ac urgente illius disciplinam



- Ioannes Scholast. contrà Paulinum Evagrij antecessorem Theodoreto : post quos nominatim hunc canonem citantur varij tam Græci quam Latini, inter quos eum integrè retulit Ioannes Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus sub hoc titulo 6. *non oportere Episcopum ad Dominum abeuntem in locum suum designare quemcumque voluerit Episcopum, aut relinquere alicui Episcopatus dignitatem.* Fulgentius Ferrandus Carthaginiensis Ecclesiæ Diaconus in breuiatione canonum titulo 74. *ut Episcopus sibi successorem non eligat.* Concilium Antiochenum titulo 23. Martinus Braccarenlis in Hispaniâ Episcopus cum Lucenti Concilio sub collectionis titulo 8. *de non constituendo sibi ab Episcopo successore,* refert integrum canonem 23. Antiochenum, uti & Crescomas Africæ Episcopus numero 146. collectionis : *ut nullus ad Episcopatum pro se constituat promovendum Concilium Antiochenum titulo 23.* Zacharias Papa Romanus epistolâ 1. ad Bonifacium Moguntinum capite 4. per Ecclesiasticam regulam hanc omninò intelligit Antiocheni Concilij : & Photius Patriarcha Constantinopolitanus in nomocanone titulo 1. capite 18. *Ne Episcopus moriens possit alium pro se ordinare.* Apostolorum canon 77. Concilij Antiocheni canon 23. Et Zonaras in canonem 76. Apostolorum : *Synodi quoque in Antiochia vigesimus tertius canon dicit, Episcopo non licere tametsi vitâ defungitur alterum insituere successorem suum.* Et Theodorus Balzamon ad eundem Apostolorum canonem, & Arsenius Monachus titulo 51. *Non oportere Episcopum consanguineo suo aut amico gratificari, aut in suum locum quemcumque velit ordinare. Qui enim hoc facit, excommunicatur, atque huiusmodi ordinatio manet irrita.* Sanctorum Apostolorum canon 76. Synodi Antiochenæ canon 23. & ut finiam, Matheus Blastares in Syntagmate Alphabetico litterâ X. capite 8. Canon autem 23. Synodi Antiochenæ admonet, *non licere Episcopo ordinare cupienti, quem vellet, sui successorem, quamvis in exitu vita fuerit, & quidem si fecerit, irritam esse ordinationem, &c.* Abo Abbas Floriacensis in canonibus editis tomo 2. Analectorum Mabillonij, habet capite 47. hunc titulum : *ut nullus eligat sibi Episcopum successorem.* Et sequitur : *ex Concilio Antiocheno cap. 25. non licere pro se alterum successorem constituere &c.* Qui est canon 23. Antiochenus.



Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vita perveniat.

C A P V T XX.

De non eligendo successore Episcopo.

1. Quod licuerit quandoque Episcopis constituere successorem ex Gratiano colligi posset, cum id Petrum fecisse refert, & probant Iustellus ac Beveregius ex variis antiquorum testimonii.
2. Verum facta aut supposititia sunt, aut interpretationem patiuntur. Marcus instar Apostoli instituta Ecclesia ad aliam regionem abiit pro fundanda nova Ecclesia, id quod necessarium fuit initio Ecclesia.
3. Quod de Petro adfertur tanquam ordinasset Clementem in successorem, ex loco nihil ad rem faciente ortum ducit, & quod in confirmationem adducitur ex epistola Clementis ad Iacobum, supposititium est, ut factum Petri nulli fundamento sit innixum, sed Apostolico potius adversetur decreto.
4. Licetum tamen fuit Episcopis in fine vita deliberare cum Clero & populo de eligendo postea digno successore. De factis Demetrii Alexandrini, & Narcisi Hierosolymitani, quorum ultimum nihil facit ad hanc difficultatem.
5. Quod si Narcissus habuit Alexandrum pro Coepiscopo, qui una cum illo sedit, pessimi id fuit exempli, & contra regulam Apostolicam Nicani Canonibus, & hoc Antiocheno firmatam.
6. Athanasius non fuit electus a praedecessore suo, & Felicis electioni obstitit populus Romanus, & tanquam legibus adversam rejicit Sozomenus, & rejiciendam constat ulterius ex causa Flaviani.
7. Testimonium Innocentii primi huc spectans, & electus a Severo successor Episcopus alia populi electione indignus, & post mortem Severi promotus fuit.
8. Augustinus vivente Valerio ordinatus fuit, sed contra morem Ecclesia, quod ipse postea agnovit.



9. Ostendit id Augustinus jam senex cum de Eradio post mortem suam eligendo egit in Synodo.
10. Simile quid cum Nundinarius tentarat in Synodo Tarraconensi, obstitit Romanum sub Hilario Papa Concilium, quod lucidè propugnavit canonem hunc Antiochenum.
11. Bonifacij statutum, quo successorem elegit Vigilium, cassavit ipse Bonifacius, & post ipsum Agapetus, post quem varia Concilia similia improbarunt.
12. Soli Bonifacio Moguntino id indulgit Gregorius 3. ceteris semper fuit prohibitum.

1. **G**ratianus 8. quæstione 1. varia fundamenta proponit, ex quibus colligi possit, quandoque licuisse Episcopis sibi successores constituere. exemplo, inquit, B. Petri illud idem probatur, qui Beatum Clementem sibi successorem instituit. . . Vnde Ioannes 3. scribit Episcopis Germania & Gallia epistolâ unicâ, cap. 2. si Petrus Princeps Apostolorum adiutores sibi ascivit Linum & Cletum, non tamen potestatem Pontificij aut solvendi aut ligandi eis normam tradidit, sed successori suo S. Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem tradente sibi B. Petro, tenere promeruit. . . unde ipse Clementis in epistolâ ad Iacobum Hierosolymitanum missâ, inter cetera scribit, quod Petrus adhuc vivens Clementem sibi in Episcopum elegit. Idem probari posset de S. Marco Patriarchâ Alexandrino, de quo Chronicon Orientale ab Abrahamo Eccheleni editum, quod constituit Anianum Episcopum Alexandria, idque biennio aut triennio ante Martyrium suum. Christophorus Iustellus homo eruditus sed adversæ religionis studiosus ad can. 23. Antiochenum: „ olim Episcopo adhuc „ vivente licebat ordinare Episcopum successorem, Eusebius libro 7. „ cap. 26, de Anatolio loquens: hunc, inquit, Theotecnus Casarea „ Palestinorum Episcopus per manus Impositionem primus Episcopum or- „ dinavit: eumque successorem sibi post mortem ad Paracia sua procu- „ rationem deligendum providit. „ Exemplo illi aliud ex Eusebij libro 6. cap. 11. de Narciso Hierosolymorum Alexandrum sibi successorem eligente, addit Gulielmus Beveregius in notis ad can. 23. „ Antiochenum scribitque: „, sed & post editum hunc canonem „ plurima in contrarium exempla passim occurrunt. Ut alia omittam „ Severus in Milevitana Ecclesiâ successorem sibi designavit, ut ait „ B. Augustinus epistolâ 110. quin etiam ipse ille Augustinus ordina- „ tus



„ tus est Episcopus Hipponensis à Valerio adhuc superstitite , & ipse  
„ postea Eradium sibi successorem designavit, ut ibidem testatus est. „

2. Sed quorsum hæc omnia ? quorsum supposititia aut illicita antiquorum facta adducere in exemplum ? quod Chronicon Orientale memineat S. Marci Anianum sibi substituentis in Patriarcham Alexandrinum, negari non potest, sed fabulosa complura habet Chronici illius auctor hæreticus, qui ante quadringentos fere annos adhuc vivebat: ponamus tamen, quoad hoc verum dixisse, dissimulari non oportet eundem auctorem addere, quod constituto Aniano Alexandriae, *Marcus*, inquit, *hoc facto egressus est inde, & abiit in Pentapolim, ubi mansit biennio annuncians & consecrans ipsis sacerdotes. Tum Alexandria reverfus est, invenitque fratrum crevisse numerum, & in fide confirmatum, quibus addens animos, ab illis recessit. &c.* Voluit auctor, S. Marcum Evangelistam sese gessisse initio Ecclesiae instar Apostolorum, qui licet sedes quasdam suscepissent, ordinatis illicò aliis Episcopis, sese ad disseminandam verbi Evangelici doctrinam convertebant. Sic Petrum fecisse Antiochia, postquam sedisset annis 7. clamant cù Eusebio in Chronicis cetera antiquitatis monumenta attestantia, Petrum Romam migrasse relicta sede Antiochenâ, quam vivente Petro Evodius obtinuit: aliud quid est de sede Romanâ, quam omnes antiqui ferunt à Petro ad finem usque fuisse retentam, ut quantumvis Româ pulsus in Orientem reverfus sit, nullum tamen constituerit suo loco Episcopum, sciens à se aliisque Apostolis observatam regulam: unum civitati debere præesse Episcopum. Sic Paulus gentium Doctor mandaverat Tito Candiae Metropolitano, ut constitueret per civitates Presbyteros, per singulas utique unum, prout ipsi Apostoli consueverant testante Clemente primo Romanorum Pontifice in suâ ad Corinthios epistolâ, quod Apostoli per urbes Episcopos constituerunt.

3. Neque credi potest, Apostolorum Principem Petrum hanc Apostolicam traditionem in fine fuisse prætergressum, sibi viventi superordinando Clementem Romanum: hoc enim licet post Tertulianum sæculo 3. & 4. divulgatum sit in Ecclesiâ, aliunde non provenit, quam ex epistolâ quâdam Clementis, in quâ Clemens scripsisset teste Epiphanio: *recedo, exeo, instet populus Dei.* Verum extat nunc illa Clementis epistola, estque vulgatissima illa ad Corinthios scripta, in quâ hoc reverâ non invenitur, sed potius verba Clementis Corinthianos inducentia, ut quisque eorum diceret ad sapiendum

Chronicon  
Orientale.

Clem. Rom.



Genuina  
Clementis  
Epistola.

Schisma : si propter me seditio , contentio , & schismata orta sunt , emigrabo , abibo , quocumque volueritis . His tamen non obstantibus , quidam hæc verba in contrarium sensum trahentia de S. Clemente sumpserunt , ac si ipse illa prorulisset ob schisma Romanum ex ordinatione suâ exortum , & scriptam à Clemente ad Iacobum fratrem Domini epistolam protulerunt , cuius meminit incertus nobis auctor sub nomine Ruffini , eamque pro ordinato per Petrum Clemente in auctoritatem adfert . Verum quod hæc Clementis ad Iacobum epistola supposititia sit , vel ex eo colligitur , quod ad Iacobum jam diu Martyrio coronatum scripta esse dicatur : plura scripsi de hac re parte 2 . antiquitatis illustratæ , disert. 37. capite 2. ubi fusius ostendi , Clementem à Petro ordinatum non fuisse Romanum Episcopum , sed post Linum , & Cletum dumtaxat in Pontificem fuisse assumptum . Nec feliciter opponitur epistola Ioannis 3. quæ etiam supposititia est , sicut alia Clementis , ut frustra Gratianus sollicitus fuerit 8. quæst. 1. pro salvando Petri facto , quod numquam contigit , & in tantum ab Apostolis alienum fuit , ut decreto Apostolico per canonem 76.

Canon 76.  
Apostolor.

exhibito potius repugnet , quo Apostoli tradidisse feruntur : *quod non oportet Episcopum fratri vel filio , vel alij cognato gratificantem , ad Episcopatus dignitatem , quem vult , eligere , &c.* Quem canonem Apostolicum antiquus Interpres Græcus in hoc compendium redegit :

Interp. græc.

*Episcopus vitâ discedens in suo loco Episcopum non constituit.* Ubi absolute decretum fuisse innuit , ne Episcopus quemcumque sive cognatum , sive extraneum suo loco constituat : & rectè , inquit Theodorus

Balzamon.

Balzamon , unde tene , *quod etiam non ad suum cognatum Episcopus Episcopatum transmiserit , sed ad alienum , idem erit.* Episcopos enim à Synodis fieri decretum est . Hoc ultimum , quod addit Theodorus Balzamon , decretum fuisse , Episcopos à pluribus Provinciæ Episcopis ordinari , non solum Ecclesiasticum esse , sed de Apostolicâ traditione ad nos venisse , jam audivimus à S. Carthaginienti Præsule Cypriano in notis ad canonem 19. Antiochenum suprâ , ex quibus novum habemus fundamentum negandi , contrarium à Petro Apostolo fuisse introductum .

Cyprianus.

4. Aliud quid esset , si prætenderetur , Petrum in vitâ cum Romanis deliberasse , de constituendo quandoque Clemente in successorem , quod numquam Episcopis illicitum fuit . Aliud est , inquit rectè Gratianus , *de sui successoris electione cum fratribus deliberare , aliud est ex testamento tanquam suæ dignitatis heredem sibi querere.* Illud fieri per-

Gratianus.

mittitur ,



mittitur, hoc autem penitus prohibetur. Adfertur in Chronico Orientali per Abraham Ecchelensem edito, circa finem sæculi secundi Iulianum Episcopum Alexandrinum nocte, quâ moriturus erat, dixisse ad interrogantem populum & Clerum: Demetrium post se Patriarcham futurum. Sed num hæc genuina sint & veritatem spirent, valdè dubium redditur ex racemo illo uvæ in suâ vineâ hiemis tempore invento, & morienti Patriarchæ oblato. Quidquid sit: refert auctor istius Chronici sub Iuliano Patriarcha: *huic Patriarcha nocte quâ moriturus erat apparuit Angelus Domini, & dixit: qui ingreditur ad te racemum afferens uva, ipse Patriarcha erit post te.* Et infra: *Demetrius est ille, qui obtulit racemum uvæ Patri Iuliano Patriarcha ante obitum eius, & de quo Patriarcha dixerat populo: hic est Patriarcha vester, quemadmodum præcepit mihi hesternâ nocte Angelus Dei. Quem autem tenentes vinculis ferreis obstrinxerunt, & ordinaverunt Patriarcham.* Ex quibus colligimus, auctorem hic nihil factum narrasse, nisi ex Angeli revelatione, tum Iulianum non ordinasse sibi Demetrium, sed cum populo egisse de ipso substituendo, qui & Demetrium Ferreis Vinculis obstrinxit, donec adessent, qui eum post Iuliani mortem ordinarent Patriarcham, quod non multum spectat ad præsentem difficultatem. Minus adhuc spectat allatum à Beveregio de Narcisso Hierosolymitano exemplum, quod ex Eusebij Cæsariensis Episcopi libro 6. Historiæ, cap. 9. ita se habet: *Narcissus Hierosolymorum Episcopus se in locum desertum subduxit, & cum à nemine esset pro certo cognitam, quo se recepisset: his qui finitimis Ecclesiis præerant, visum fuit, ut alterum Episcopum suffragiis crearent. Electus itaque primo Dios, subinde Germanion, tertio Gordius, quo ultimo Episcopatum gerente ex deserto comparet Narcissus, & ut Ecclesia gubernacula denuò susciperet, vehementer rogatus est. Et cum Narcissus non amplius propter ingravescentem ætatem ministerio præesse posset, Alexander alterius Ecclesiæ Episcopus divinâ providentiâ per revelationem, qua noctu ipsi secundum quietem apparuisset, ut cum Narcisso in ministerio Ecclesiæ fungendo conjungeretur, &c.* Refert Eusebius fragmentum epist. Alexandri, in quo Narcissi collega sui in præfecturâ Ecclesiæ Hierosolymitana gerendâ mentionem facit. Sed notandum in primis, hunc Alexandrum antea fuisse in Cappadociæ regione Episcopum, adeoque à Narcisso non fuisse ordinatum in successorem. Deinde revelatione divinâ fuisse accersitum, ut in ministerio Ecclesiæ adjuvaret Narcissum, adeoque potius coadiutorem quam Episcopum Hierosolymitanum fuisse habitum,

Chronicon  
Orientale.

Eusebius,



habitum, idque non nisi postquam Hierosolymitani communi Episcoporum consensu, qui finitimas Ecclesias procurabant, necessario illum apud se manere coegerunt, ut loquitur Eusebius.

5. Quod si quisquam existimet, hunc Alexandrum una cum Narcisso fuisse eodem tempore Hierosolymorum Episcopum, uti Eusebius Cæsarensis libro 7. cap. 26. versionis Christophoroni videtur testari de Anatolio, cum scribit: *hunc Theotecnus Cæsarea Palestinarum Episcopus per manus impositionem primus Episcopum ordinavit, qui cum successorem sibi post mortem, ad Ecclesia sua procuracionem deligendum providit, unaque cum illo ad aliquod temporis spatium Ecclesia Cæsarensi præsuit.* Respondeo, hæc fieri potuisse, sed illegitimè, & contra Apostolicam traditionem fuisse pessimi exempli: unde & trecenti octodecim ex universo Oriente Confessores Episcopi Apostolicam traditionem renovare cupientes statuerunt canone 8. *ne in unâ civitate duo Episcopi probentur existere.* Amplius aliquid acta Nicæna, quæ deperdita ploramus, continuisse, indicium est, quod non solum canon Arabicus 50. statutum exhibet à Concilio Nicæno, *ut non sit nisi unus Episcopus unius civitatis*, sed & canon inter Arabicos Nicænos editio-nis Turriani 48. *de non eligendo sibi successore in Episcopatu* attestetur, cui correspondet canon 52. novæ versionis Abrahami Ecchelen-sis sic incipiens: *ne eligat vel designet Episcopus, dum vivit, alium, qui sibi succedat post obitum, neque ex propinquis, neque ex longinquis.* Hoc enim reverà statutum fuisse à Nicæno, & Innocentius primus insinuat in suâ ad Clerum Constantinopolitanum epistolâ, & indicat mag-nus Augustinus epistolâ 110. ut & Concilium Antiochenum rectissimè fecerit renovando statutum Nicænum à tantis Patribus laudatum, cum statuit: *Episcopo non licere pro se alterum successorem sibi constituere, licet ad exitum vita perveniat.*
- Eusebius.
- Canon 8. Apostolor.
- Canon 50. Arabicus.
- Canon 48. Arabic.
- Canon 52. Arabic.
- Canon 23. Antioch.

6. Scribit quidem Beveregius, post editum hunc canonem pluri-ma in contrarium exempla occurrere, sed an ideo legitima? objici posset exemplum Alexandri Patriarchæ Alexandrini, qui, cum Nicæno Concilio adfuerat, domum redux & morti proximus dicitur præcepisse, *nullum præficiendum esse nisi Athanasium.* Ita habet S. Epiphanius hæresi 68. unde quod hæctenus ex Concilio Nicæno colligimus, facile corrueret, nisi sciremus ex Apollinario Syro per Sozomenum libro 2. capite 16. citato, Alexandrum quidem vocasse Athanasium, & morti proximum prædixisse, quod non effugeret Episcopatum, non samen eum sibi substituisse, quandoquidem præsens tunc non erat
- Epiphanius.



## CANON XXIV.

Τὰ τῆς Ἐκκλησίας, τῇ Ἐκκλησίᾳ καλῶς  
 ἔχειν φυλάττεσθαι δεῖν, μὲν πάσης Ἰπμελείας ἢ  
 ἀγαθῆς Σμειδῆσεως ἢ πίσεως τ' εἰς τὸν πρώτων  
 ἔφορον καὶ κειτῶ θεὸν · ἃ καὶ διοικεῖσθαι παρρη-  
 κει μὲν κείσεως καὶ ἐξουσίας τ' Ἐπισκόπου τ' πε-  
 πιστευμένων πρώτα τὸν λαὸν, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν  
 Συναγομῶν · φανερὰ δ' εἶναι τὰ διαφερόντα  
 τῇ Ἐκκλησίᾳ μὲν γνώσεως τῶν παρ' αὐτὸν  
 Πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων, ὥσε ρύττες εἰδέναι  
 καὶ μὴ ἀγνοεῖν, τίνα ποτὲ \* ἐστὶ τ' Ἐκκλησίας, \* τὰ ἰδία.  
 ὥσε μηδὲν αὐτὸς ληυθάνειν · ἢ εἰ Συμβαίη τὸν  
 Ἐπίσκοπον μεταλλάττειν τὸν βίον, φανερῶν ὄν-  
 των τῶν διαφερόντων τῇ Ἐκκλησίᾳ πραγμάτων,  
 μήτε αὐτὰ διαπίπτειν καὶ ἀπολλυῖσθαι, μήτε τὰ  
 ἰδία τ' Ἐπισκόπου ἐνοχλεῖσθαι, παρρησάσει τῶν  
 Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων · δίκαιον γὰρ καὶ  
 δρεσὸν παρὰ τε τῷ θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὰ ἰδία  
 τ' Ἐπισκόπου, οἷς δὴ αὐτὸς βέληται καταλιμ-  
 πνέσθαι · τὰ μὲν τὸ τῆς Ἐκκλησίας αὐτῇ φυ-  
 λάττεσθαι · καὶ μήτε τῷ Ἐκκλησίαν Ἰπμῶν  
 ζημίαι, μήτε τὸν Ἐπίσκοπον παρρησάσει τῆς Ἐκ-  
 κλησίας δημεύεσθαι, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν

Μμμμ

ϞϞϞ



ὅτι αὐτὰς διαφέρουσας, μὴ ἔκ τῆ αὐτὸν μὴ δά-  
νατον δυσφημία περιβάλλεως.

*De rebus ad Ecclesiam pertinentibus, & de his,  
quæ propria Episcopi esse noscuntur.*

Verſio  
Dionys. Exi-  
gui.

Quæ sunt Ecclesiæ sub omni sollicitudine, & consci-  
entia bona, & fide quæ in Deum est, qui cuncta con-  
siderat, judicatque, serventur, quæ etiam dispensan-  
da sunt iudicio, & potestate Pontificis, cui commissus  
est populus, & animæ, quæ in Ecclesia congregan-  
tur. Manifesta verò sint, quæ pertinere videntur  
ad Ecclesiam, cum notitiâ Presbyterorum & Diaco-  
norum, qui circa ipsum sunt, ita ut agnoscant nec  
ignorent, quæ sint Ecclesiæ propria, nec eos aliquid  
lateat. Ut si contigerit Episcopum migrare de sæculo,  
certis existentibus rebus, quæ sunt Ecclesiæ, nec ip-  
sæ collapsæ depereant, nec quæ propria probantur  
Episcopi, sub occasione rerum pervadantur Ecclesiæ.  
Justum namque & acceptum coram Deo & homini-  
bus, ut sua Episcopus, quibus voluerit, derelinquat, &  
quæ Ecclesiæ sunt, eidem conserventur Ecclesiæ, ut  
nec Ecclesia aliquod patiatur incommodum, nec Epif-  
copus sub occasione proscribatur Ecclesiæ, & in cau-  
sas incidant, qui ad eum pertinent, & ipse post obi-  
tum maledictionibus ingravetur.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Ut res Ecclesiæ iudicio Episcopi dispensentur, sepa-  
rata quidem ab eius propriis rebus, quas ille dare  
possit,



possit, quibus voluerit, ne eo moriente invadantur res eius propriæ cum rebus Ecclesiæ.

### *Antiquus Epitomator Græcus.*

Totum Clerum res Ecclesiæ cognoscere oportet, ut cum Episcopus obdormierit, quæ sua sunt, Ecclesiæ conferventur, quæ autem sunt Episcopi, juxtâ illius dispositionem administrantur.

### *Interpretes Græci.*

Zonaras : In can. 24. can. 41. Sanctorum Apostolorum canoni hic consentit. Nam is quoque Ecclesiæ negotia administrandi potestatem penes Episcopum esse decernit. Quadragesimus verò eorundem privatas Episcopi possessiones, si quas habet, notas esse vult; notas item eas, quæ Ecclesiæ adjudicatae sunt : quæ igitur duo canones allati statuere, ea Synodi quoque auctores hoc uno canone complexi sunt. Ergo huic quoque explicando, quæ in utriusque Apostolici canonis explicatione sunt dicta, sufficiunt.

Aristenus : Oportet Episcopum bonorum suorum inventorium facere, eaque manifesta reddere, & similiter bonorum Ecclesiæ, & ea Presbyteris & Diaconis nota facere, ut cum moritur, inter suos, quod sibi placuerit, disponat. Si autem sic non fecerit, omnia Ecclesiæ adjudicari.

Balzamoni vide ad can. seq.

## SCHOLIION.

1. Canon consonat quadragesimo Apostolorum, & ab omnibus in auctoritatem receptus fuit.
2. In initio nascentis Ecclesiæ omnia bona erant communia, ad quorum administrationem ab Apostolis aliqui deputati fuere : sed Ecclesiâ propria bona habente, Episcopi administrationem obtinuerunt.
3. Canon Antiochenus Episcopos in bonorum administratione confirmat, sed voluit fieri cum notitiâ Cleri. Synodus ad Quercum huius statuti transgressionem objicit Chrysostramo, & cum Ibas Edessenus sine data Clero



Clero notitia res Ecclesia dispensasset, statuit Synodus Chalcedonenſis res œconomis committendas, id quod non solum in Oriente, sed & in Occidente usu receptum fuit.

1. **C** Anonem hunc ex quadragesimo Apostolorum desumptum esse, animadvertunt Ioannes Zonaras, & Theodorus Balzamon, quod longè ante illos annotarat Ioannes Antiochenus Patriarcha Constantinopolitanus, qui sub titulo 4. post canonem 40. Apostolorum citat hunc Antiochenum. Eundem titul. 31. retulit Fulgentius Ferrandus Carthaginiensis Diaconus. Martinus Braccarenſis Episcopus in collectione per Concilium Lucense probatâ sub hoc titulo 15. *de rebus Ecclesiasticis gubernandis*, refert unicum canonem 24. Antiochenum. Cresconius incertæ nobis Sedis in Africâ Episcopus sub hoc titulo 40. *ut curam rerum Ecclesiasticarum tantum Episcopus habeat*, citat canonem 39. Apostolorum, & 24. Antiochenum. Eosdem canones sub titulo *auctoritatis Canonica* innovavit Carolus Magnus, aut alius Imperator, cuius Capitulare adducit Benedictus Levita, libro 5. cap. 175. Photius Patriarcha Constantinopolitanus in nomocanone titulo 10. cap. 6. *de propriis Episcopi rebus, & quod interſtatus decedere non debeat*, Apostolorum canon 40. Concilij Antiocheni canon 24. Patres Concilij Duziacensis anno 871. cap. 5. *Etitem Antiocheni canones dicunt, ut res & facultates Ecclesiæ Episcopus non sine Presbyterorum conscientia, Diaconorumque pertractet: sed quæ sunt Ecclesiæ, sub omni sollicitudine & conscientia bonâ, & fide qua in Deum est, qui cuncta considerat, iudicatque, conserventur, quæ, ut notatur in margine, ex canone 24. Antiocheno desumpta sunt. RATHERIUS Veronensis Episcopus opusculo de contemptu canonum, hunc 24. Antiochenum refert, uti etiam Constantinus Harmenopolus titulo 3. ubi: tam Ecclesiæ quam Episcopi res manifestentur: ut & de suis disponat Episcopus, & Ecclesiæ damni maneat expers. Ioannes Zonaras, & Theodorus Balzamon in suis ad canonem 35. Carthaginiensem commentariis canonem 24. Antiochenum adducunt, post quos Mattheus Blastares eundem refert littera E. cap. 23. & Arsenius Monachus in Synopsi canonum sub hoc titulo 69. *res Episcopi proprias, si quidem habeat, manifestas esse oportere, quas moriens quibus velit relinquat: neque enim licet Clericis ipsas diripere; alioqui gradibus suis excidunt: res etiam Ecclesiæ palam esse debent, quidem integrè conservanda sunt Ecclesiæ Presbyteris & Diaconis nota.* Subdit eundem canonem 24.*
- Mart. Brac.  
Cresconius.  
Capitulare Caroli M.  
Photius.  
Synod. Duz.  
Arsenius.
- Antio-



Antiochenum, quem etiam habet Gratianus Monachus 12. quæst. 1. cum plerisque aliis hunc canonem comprobantibus, ut nulla ferè interpretatione nostra indigeat.

2. Quod initio nascentis Ecclesiæ omnia fidelium bona fuerint communia, habes ex S. Luca actorum capite 4. *nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. . . neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant prætia eorum quæ vendebant & ponebant ante pedes Apostolorum, dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.* Verba hæc assumit Eusebius Cæsareensis in Palestinâ Episcopus libro 2. capite 16. & ait Philonem Iudeum idem testari de primis Ægyptiis propè Alexandriam ad fidem conversis, ut Concilium Parisiense 6. anno 829. capite 15. scriptum reliquerit: *in initio videlicet nascentis Ecclesiæ, vota fidelium ante pedes ponebantur Apostolorum, eorumque iudicio unicuique, prout opus erat, distribuuntur.* Christianus Lupus in scholiis ad canonem 26. Chalcedonensem addit locum actorum 7. ubi Apostoli statuunt: *non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis: consideremus ergo viros ex vobis boni testimonij, quos constituamus super hoc opus.* Et commentatur, hunc esse canonem Apostolicum, quo statutum videtur, Apostolos suo loco alios instituisse, qui bona Ecclesiæ regerent: idem adnotat Ioannes Morinus exercitatione 16. cap. 5. & addit: „ Cum „ igitur bona tam immobilia quam quotidianæ fidelium oblationes ad „ omnem Clerum pertinerent, nec esset designata aliqua pars, quæ hu „ ius vel illius esset Clerici, his omnibus curandis administrandis, „ & distribuendis deputatus erat è Clero aliquis, quem œconomum „ canones appellant. „ Verum ubi primitiva illa fidelium disciplina, quæ nihil proprii possidentes in communi vivebant, prædicato per orbem Evangelio desierat, & fideles bona sua retinere cœperant, & Ecclesiæ providerant, unde subsistere poterat, mansit penes Episcopum rerum Ecclesiarum administratio, sicque canon 41. Apostolorum: *præcipimus, ut in potestate suâ Episcopus Ecclesia res habeat: si enim anima hominum præiosa illi sunt credita, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere.* Nec Cornelius aut Lucius Pontifices memorantur in libro Pontificali Archidiacono suo dedisse potestatem Ecclesiæ aut bonorum Ecclesiasticorum, quam dum ad passionem pergerent. Et Concilium nostrum Antiochenum hoc canone 24. quæ sunt Ecclesiæ, *dispensanda sunt iudicio & potestate Pontificis, cui commissus*

Act. 4.

Eusebius.

Concilium  
Parisiense.

Act. 7.

de sum 2  
capitulum 7

numeros 2  
capitulum 2

Canon 41.  
Apostolos.

Liber Pontif.

Canon 24.  
Antioch.



Aristenus.

est populus, & anima, qua intra Ecclesiam congregantur, quæ sunt ipsissima verba ex canone Apostolorum desumpta. Addit canon Antiochenus, cum Episcopi propria bona passim haberent sibi ex hæreditate obvenientia, de quibus ipsis testari licebat, manifesta esse debuisse, quæ pertinebant ad Ecclesiam, cum notitia Presbyterorum & Diaconorum, qui circa ipsum sunt, id est inquit rectè Aristenus: oportet Episcopum bonorum suorum inventorium facere, eaque manifesta reddere, similiter bonorum Ecclesiæ, & ea Presbyteris & Diaconis nota facere, ut cum moritur, inter suos, quod sibi placuerit, disponat. Sic enim evitari poterat, quod de quibusdam Episcopis conquerebantur fideles, eos bona Ecclesiæ suis hæredibus reliquisse, & quod de Clero conquerebantur Episcopi, bona sua pervadi sub nomine bonorum Ecclesiæ.

Synod. ad  
Quercum.

3. Christianus Lupus in scholiis ad canonem 26. Chalcedonensem existimat, Antiochenam Synodum per canonem 24. & 25. jussisse, ut Episcopi cum Presbyterorum ac Diaconorum notitiâ Ecclesiasticam substantiam gubernent, quod ipsum etiam colligi videtur ex hoc canone 24. unde dum Theophilus Alexandrinus B. Chrysostrum in Synodo ad Quercum relatâ per Photium capite 59. deponere parabat, duo ex objectis ei capitulis fuere, quod hæreditatem à Theclâ relictam, per Theodulum vendiderit, & quod Ecclesiæ redditus nemo noverit, quo abeant. Et Ibas Edessenus Episcopus à Clero suo accusatus est in Concilio Berytheni coram Photio Tyrionum & Eustathio Berytheni Episcopis, primò quod civitate conferente ad redemptionem captivorum usque ad mille & quingentos solidos, non nisi mille

Concilium  
Berythense.

solidos miserit, in semetipsum reliqua conferens. Secundò, rursus calicem gemmatum magni pretij, oblatum nostræ Ecclesiæ à sancto viro ante annos undecim, inter vasa sanctæ Ecclesiæ non reposuit, & nescimus, quid factum sit de eo. Non indicabat Ibas Clero suo, quid faciebat cum rebus Ecclesiæ, unde & Berythense Concilium actione 9. Chalcedonensis Concilij relatum in conventionem inter Ibam & Clerum suum inivit: de Ecclesiastico verò redditu & ex quacumque causâ acquisitis sanctissima Ecclesiæ, motis aliquibus, placuit eidem religiosissimo Episcopo Iba ex propriâ voluntate promittere, quod de cætero secundum formam Antiochena maxima civitatis gubernarentur res per æconomos ex Clero ordinatos ab eius religiositate. Ex quibus plura habemus ad canonem nostrum spectantia. Ac primum quidem, licet Antiochenum Concilium statuerat, Episcopo rerum Ecclesiasticarum administracionem

Synod.  
Chalcedon.

nem



nem competere, Antiochenam tamen Ecclesiam consuevisse res per œconomos à Patriarchâ Antiocheno Electos administrare; nec id canoni repugnabat, dummodo ex scientiâ & præscripto Episcopi de rebus Ecclesiæ dispensabant. Unde & Concilium Chalcedonense canone 26. quoniam in quibusdam Ecclesiis ( ut rumore comperimus ) præter œconomos Episcopi facultates Ecclesiasticas tractant: placuit omnem Ecclesiam habentem Episcopum habere œconomum de Clero proprio, qui dispenset res Ecclesiasticas secundum sententiam Episcopi proprii. Primum inter Concilia, quod Ecclesiarum in habendis œconomis morem in canonem redegit, putem fuisse sacrosanctum Chalcedonense Concilium, ut obviam iret criminationibus, quæ in Ibâ Edesseno eorum Concilio exposita fuerant actione 9. & 10. unde & post hæc tempora per Orientem universum Episcopos sibi œconomos elegisse credendum est, quid ni & in Occidente, ubi Concilium Toletanum 4. canone 48. & Hispalense 2. canone 9. & Innocentius 2. in Concilio Lateranensi capite 4. canonem illum innovarunt, ut fufius videre licet apud Ioannem Morinum de sacris ordinationibus exercitatione 16. capite 5. ubi de œconomis tractat, & ab eorum institutione incipit, & ad finem usque deducit.

Canon 26.  
Chalcedon.

C A N O N . XXV.

Ἐπίσκοπον ἔχον τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων ἐξουσίῳ ὡσεύ αὐτὰ διοικεῖν εἰς πάντας τὰς δεομύρας. μὴ πάσης εὐλαβείας, ἢ φόβου θεοῦ μεταλαμβάνειν ἢ καὶ αὐτὸν τῶν δεόντων, εἴγε δεοίτε, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν χρείας, καὶ τῶν παρ' αὐτῶ ἐπιξενεμύρων ἀδελφῶν, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον αὐτῶς σερεῖσθε, καὶ τὸν θεῖον δόξολον λέγοντα· ἔχοντες διαλογφὰς καὶ σερεπάσματα, τῶν τῶν δὲ κεκοιτῶμεθα· εἰ ἢ μὴ τῶν τῶν δεοίτε, μετα-



μεταβάλλοι ἢ τὰ πράγματα εἰς οἰκειακὰς αὐτῶν  
 χρείας, ἢ ἔδω πόρεως τῆς Ἐκκλησίας ἢ ἔδω τῶν  
 ἀγρῶν καρπὸς μὴ μετὰ γνώμης τῶν Πρεσβυτέ-  
 ρων, ἢ τῶν Διακόνων χεῖροι, ἀλλ' οἰκείοις αὐτῶν  
 καὶ ὑγιαιύουσιν ἢ ἀδελφοῖς ἢ υἱοῖς πατράσιν τὴν  
 ἐξουσίαν, εἰς τὸ διὰ τῶν τριῶν λεληθότως βλάπ-  
 τεσθαι ἔδω λόγους τῆς Ἐκκλησίας, τῶν ἐνδύνας  
 παρέχειν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς ἐπαρχίας· εἰ ἢ ἢ ἄλλως  
 διαβάλλοιτο ὁ Ἐπίσκοπος ἢ οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς Πρεσ-  
 βυτέρου, ὡς τὰ τῆς Ἐκκλησίας διαφέροντα, ἢ τοῖς  
 ἐξ ἀγρῶν ἢ ἢ ἐξ ἐτέρας παροφάσεως Ἐκκλησια-  
 στικῆς, εἰς ἐαυτὸς ἀποφερόμενοι, ὡς θλίβεσθαι  
 μὴ ἔδω πένθητος, διαβολῶν ἢ καὶ δυσφημίαν  
 παροφάσεως τὰ τε λόγους τοῖς ἔτω διοικήσει, καὶ  
 τῶν διορθώσεως τυγχάνειν, τὸ πρέπον δοκι-  
 μαζέσεως τῆς ἀγίας ἐκκλησίας.

*Ut Episcopus dispensandi res Ecclesiasticas  
 habeat potestatem.*

Verſio

Dionys. Exi-  
 gui.

Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potesta-  
 tem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum  
 summa reverentia, & timore Dei. Particeps autem  
 & ipse, quibus indiget: si tamen indiget: tam suis,  
 quam fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessariis  
 mibus profuturis, ita ut in nullo qualibet occasione  
 frau-



fraudentur, juxta Sanctum Apostolum sic dicentem: habentes victum & tegumentum, his contenti sumus. Quod si contentus istis minimè fuerit, convertat autem res Ecclesiæ in suos usus domesticos, & eius commoda vel agrorum fructus, non cum Presbyterorum conscientia Diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis aut propinquis aut fratribus filiisque committat: ut per huiusmodi personas occultè cæteræ ledantur Ecclesiæ, Synodo Provinciæ pœnas iste persolvat. Si autem & aliter accusetur Episcopus, aut Presbyteri, qui cum ipso sunt, quod ea, quæ pertinent ad Ecclesiam, vel ex agris vel ex alia qualibet Ecclesiastica facultate sibimet usurpent, ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes: criminationi verò & blasphemis tam sermo prædicationis, quam hi, qui dispensant, taliter exponantur: & hos oportet corrigi Sancta Synodo, id quod concedet, approbante.

*Epitome Hadriani Papa I.*

Quod Episcopus Ecclesiasticas res sibi, & aliis dispensare possit, non tam ad superfluitatem, sed ad indigentium necessitatem.

*Antiquus Epitomator Græcus.*

Episcopus rerum Ecclesiasticarum potestatem habeat, si autem non sit contentus iis, quæ illi sufficiunt, verum res ac redditus Ecclesiæ absque Cleri consilio in alienos usus transfert, pœnæ ab eo coram Synodo exigantur. Si verò quæ pauperibus debita sunt in proprios usus converterit: sic etiam Synodo rationes reddat.



## Interpretes Græci.

Zonaras : Et quacumque hoc canone continentur , ab iis , quos attulimus , Apostolicis canonibus repetita sunt . Esse namque penes Episcopum res Ecclesiasticas administrandi auctoritatem ; sed ita esse , ut nequam ipsius arbitratu abutendi , verum in usus pauperum conferendi , facultas sit , ac sibi etiam retinendi ea , quibus opus habet , necessaria videlicet , sed ea quoque si egeat , hoc est si inopia laboret : ( nec enim quidquam in res supervacuas insumere , sed Apostoli consilium sequi vult ; habentes alimenta , inquit ille , & quibus tegamur , his contenti erimus . ) Hac ex Apostolicis Constitutionibus universa ducuntur . Quod si non contentus sumptibus necessariis , ad proprias quoque utilitates bona Ecclesiastica convertit , nec ex eorum sententia , qui honestiores è Clero prohibentur , Ecclesia redditus administrat , hoc est acceptos & expensos refert , sed eam propinquis licentiam permittit , ut ipsis res ad se occulte trahentibus , rationes Ecclesia ladantur ; ( λόγος verò i. e. rationes appellat , quas aliter græci λογοπραγίας nisi enim subductis accepti & expensi calculis ; quo pacto Ecclesiastici homines administratarum Ecclesia facultatum rationem à procuratoribus repetant ? ) si ergo talem se in Ecclesia bonorum administratione Episcopus prabeat , hominem à Provincia Synodo corrigi canon jubet . Quod si præterea res Ecclesiasticas quomodocumque invertere , sibi que usurpare , sive qua ex agris , sive qua abunde obveniant ; Episcopum eiusque socios criminentur , ex quo pauperes quidem necessariis destituti subsidiis deficiant , ipsi verò infamia malè gestæ administrationis laborent , neque verò rationes , quas ipsi videlicet exhibent , satis probata appareant ; eos quoque per Synod. rebus diligenter exploratis ac examinatis , vel etiam ab ea firmatis , corrigendos esse decernit .

Aristenus : Qui prætiosas hominum animas sibi habet concreditas , multò magis rerum Ecclesiasticarum potestatem habeat , ut eas egentibus per Presbyteros & Diaconos distribuat , & sibi etiam concedat si indigens est , quibus opus habet , & quibus necessario uti debet , & fratres ab eo hospitio excepti , ne ipsi inopiam patiantur . Si autem necessariis non est contentus , sed & Ecclesia redditus in proprium lucrum convertere deprehenditur , eosque sibi vendicare , & ideo Ecclesiasticorum bonorum administrationem propinquis suis & cognatis præbet , ut clam exinde evacuarentur redditus , à Synodo in disquisitionem vocabitur , ut ipsi visum fuerit .



Balzamon: Præsentes duo canones eadem decernunt cum 40. & 41. canonibus Apostolicis, & quare qua in ipsis scripta sunt. Nota autem etiam ex præsentis canonis 25. quod ab Ecclesiasticis debent omnia, quæ sunt Ecclesiarum administrari: & quod qui præter hos canones faciunt, ut Synodo visum fuerit, puniuntur.

SCHOLIION.

1. Canon ab omnibus collectoribus refertur, & à plerisque Conciliis citatur, quocum finis interpretandis canonibus imponitur.

1. **C**anon hic Antiochenus est innovatio canonis 41. Apostolorum quem Antiquus Interpres Græcus in hoc compendium redegit: potestatem habeat Episcopus super res Ecclesiasticas. Habet enim & super animas: administret omnia secundum divinam voluntatem. Aristenus scholij loco ponit: perspicuus. Nec aliud addit: quod canon ille nullâ expositione indiguerit, adeoque nec canon noster 25. Antiochenus, qui merè confirmat canonem 41. Apostolorum, ut animadvertunt Balzamon & Ioannes Zonaras. Addo ego esse confirmationem canonis 24. præcedentis, ut sufficiat retulisse illos, qui hunc canonem 25. in authoritatem admiserunt. Ij autem sunt Ioannes Antiochenus sub hoc titulo 5. Oportere Episcopum habere potestatem administrandi ea, quæ ad Ecclesiam pertinent Presbyterorum ac Diaconorum opera, nec non indigentibus ea, quæ sunt opus, sedulo suppeditare, ipsumque res sibi necessarias, si opus habeat, accipere, & consanguineis suis, si indigeant, tamquam pauperibus pariter atque aliis præbere. Fulgentius Ferrandus sub hoc titulo 36. Ut rebus Ecclesiasticis dispensandis Episcopus potestatem habeat: Cresconius sub hoc titulo 42. Quod Episcopus Ecclesiasticarum rerum pro dispensatione pauperum habeat potestatem: & Martinus Braccarenlis Episcopus sub hoc titulo 16. de rebus Ecclesiæ dispensandis Nominatim citant & referunt hunc canonem 25. Antiochenum. Eum licet nominatim non citet, renovat tamen Concilium Parisiense tertium anno 555. canone primo, vetans res Ecclesiæ delegatas injultè per quoscumque retineri, & necatores pauperum vocans, qui eorum alimenta subtraxerunt. Sed clarius Concilium Parisiense 3. citatum canone secundo uti & Capitulare Caroli Magni Imperatoris à Benedicto Levita libro 7. capite 58. Episcopus Ecclesiasticarum

Epitome  
Canon 41.  
Apostolor.

Ioannes  
Scholast.

Ferrandus.  
Cresconius.

Mart. Bracc.

Concilium  
Parisiense 3.

Capitul. Caroli M.



*sticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes qui indigent cum summa reverentia & timore Dei: participet autem & ipse quibus indiget, si tamen indiget. Quæ sunt ipsissima verba ex canone 25. Antiocheno desumpta, de quo Concilium Parisiense 6. anno 829. libro primo capite 15. scribitur in Concilio Antiocheno capite 25. Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem. &c. Ubi canon 25. Antiochenus integrè refertur à quatuor Provinciarum Episcopis tempore Ludovici Pij coadunatis. Anno item 871. Concilium Duziacense in responsis ad libellum proclamationis Caroli Regis capite 5. canonem Antiochenum 25. pariter refert, ut videatur, quid sacri canones dicant. Idipsum Hincmarus Metropolita Rhemensis in quaternionibus anno 868. Carolo Calvo oblatis ex Apostolorum traditione, & Romanorum Pontificum statutis repetit, additque: *sed & Antiocheni canones ita deinde præcipiunt . . . Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem, &c.* Idem quoque canon 25. habetur apud Photium titulo 10. capite 2. de rerum Ecclesiasticarum administratione, & apud Ratherium Veronensem Episcopum (qui obiit anno 974.) in opusculo de contemptu canonum edito per Lucam d'Acherium tomo secundo spicilegiorum; & apud Constantinum Harmenopulum titulo 2. Alexius Patriarcha libro 4. juris græci Romani inter sacros canones recenset hunc 25. Antiochenum. Refertur quoque ab Anselmo Lucensi libro 6. capite 150. & Gratiano causâ 12. quæstione 1. capite 23. Tam Orthodoxus nimirum erat hic canon Antiochenus, ut apud Occidentis & Orientis Ecclesias non minus quam cæteri omnes meruerit sæpius probari. Et hic finem canonibus interpretandis impono, satis me egisse ratus, quod non unum, sed omnes ad unum usque Orthodoxos esse, & ut tales in Ecclesiâ receptos fuisse jam inde ab Antiocheni Concilij temporibus ostenderim: unde non solum Ecclesia, quæ in sacrosanctâ Chalcedonensi Synodo, sed & sedes Apostolica, quæ in tot Pontificum decretis canones Antiochenos recepit, ab omni erroris labe vindicatæ existunt.*

Concilium  
Parisiense 6.

Concilium  
Duziacense.

Hincmarus  
Remensis.

Ratherius  
Veronensis.




DISSERTATIO V.  
DE ACTIS POST  
SYNODVM ANTIOCHENAM  
ET  
EUSEBIANORUM CONVENTICULO.

CAPVT I.

An omnes Episcopi Canonibus Antiochenis subscripserint, & de iis ad Sedem Apostolicam aliosque per orbem Episcopos retulerint.

1. Quod Patres Antiocheni 25. canonibus subscripserint, testantur acta Synodi in Codicibus M. SS. & editis.
2. Quod solum 30. Episcopi subscripserint, à Dionysio Exiguo originem ducit, cum omnes Antiochia adunatos Episcopos eis subscripserint, pateat ex Synodica canonibus præfixa.
3. Synodica illa primum refertur Græco-latina, tum adduntur due antiquissima versiones ante 1100. annos elucubrata, in quarum unadum taxat mentio habetur Episcoporum, qui interfuerunt Synodo, sed sine ullo determinato numero, quos tamen in Græco M. S. extitisse innuitur.
4. Baronij sententia, Eusebianos sola Catholicorum nomina Synodica subiunxisse, refellitur, neque verisimile esse indicatur, quod Synodica verborum lenocinio conficta fuerit.
5. Ipsius Synodica verba innuunt, eam scriptam fuisse ab omnibus Antiochia summâ concordia adunatis Episcopis, qui eam ad Episcopos & præsertim ad Iulium primum transmisere, id quod olim fieri consuevisse, ex variis antiquorum monumentis deducitur.
6. Soli canones cum Synodica ubique transmissi fuerunt, ideoque illos in Ecclesia admitti contigit.

1.  Onstitutis Antiochiæ sacris illis, quos omnis sub cælo Ecclesiâ toties laudavit, canonibus, Episcopos iisdem subscripserint, non solum ex communi Synodorum om-





nium consuetudine, sed ex ipsis huius Synodi actis ab antiquo refer-  
vatis, firmare licebit. Habemus acta illa in Priscâ canonum collectio-  
ne latinâ, quæ à mille, ducentis, & viginti circiter annis in Occi-  
dente tempore Leonis primi prodiit, & in illâ post relatum cano-  
nem 25. additur: & subscripserunt: Eusebius presens omnibus sub-  
scripti, Theodorus, &c. Idem omnino habet Codex M. S. mille &  
centum annorum in Bibliothecâ S. Germani à Pratis servatus, ubi  
post canones sequuntur subscriptiones: Eusebius, qua constituta  
sunt presens consensu, Theodosius, &c. Dionysius Exiguus qui  
etiam ante mille & centum annos tempore Iustiniani Imperatoris Ro-  
mæ floruit, dum relatis 25. canonibus, post eorum ultimum addit:  
& subscripserunt triginta Episcopi, qui eodem Concilio convenerunt.  
Ex quo Hadrianus primus anno 784. in Epirome canonum Romæ  
Carolo Magno oblatâ, post ultimi canonis compendium retinuit:  
& subscripserunt triginta: Eusebius, &c. Et Isidorus Mercator relatis  
ex antiquâ versione canonibus: Eusebius omnibus, qua constituta sunt à  
Sancta Synodo, presens consensu. Theodorus, Nicetas, Macedonius & ca-  
eteri consenserunt, & subscripserunt triginta Episcopi. Et vulgata huius  
Concilij editio habet 29. subscriptos Episcopos, ut post tot antiqui-  
tatis monumenta nullum superesse possit dubium, quin Episcopi An-  
tiochiæ coadunati subscripserint canonibus à sese statutis.

2. Sola difficultas moveri posset circâ numerum Episcoporum,  
quem ultrâ 30. plerique non extendunt. Sed errorem irreplisse ex qui-  
busdam Catalogorum fragmentis existimem: cum enim Dionysius  
Exiguus incidisset in priscam canonum collectionem, quæ valde mutila  
erat, & Episcoporum pauca nomina, eaque non sufficienter expressa  
continebat, ea sola credidit canonibus extitisse subscripta, indeque  
triginta subscripsisse retulit, ex quo & auctor versionis antiquæ ab Isi-  
doro Mercatore adhibitæ, & auctor adnotationis de Synodis ex  
odringentorum propè annorum Codice per Lucam d' Acherium publi-  
catæ, & in decreto ante aliquot sæcula per Gratianum editæ; & Ha-  
drianus primus in canonum epitome; auctor demum collectionis vul-  
gatæ non nisi 30. aut 29. Episcopos subscripsisse nominant: cum non  
modò Episcopos omnes subscripsisse innuant Sozomenus & Socrates  
Historici græci, sed id ipsum canones evincant, dum, quæ ad Eccle-  
siæ bonum spectant, propugnarunt, & quæ in perniciem Eusebianæ  
factionis vergere poterant, constituerunt tanta animorum consensio-  
ne, ut Episcopi ex Cœlesyriâ, Phœniciâ, Palestinâ, Arabiâ, Meso-  
potamiâ,



potamiâ, Ciliciâ, & Isauriâ testentur in Synodicis huius Concilij Antiocheni ad Episcopos per orbem transmissis, per concordiam & consensum, & Spiritum pacificum plurimâ consideratione, & iudicio omnium ex diversis Provinciis Antiochiæ congregatorum canones Ecclesiasticos 25. fuisse constitutos.

3. Habemus Synodicas illas litteras ex plerisque antiquis Codicibus M. SS. tam Græcis quam Latinis, ut & in diversis collectionibus canonum, ex quibus eas hic in dissertatione ultima subijcimus, quod licet canonibus præfixæ fuerint, post canones tamen conscriptæ sint.

EPISTOLA  
ANTIOCHENI CONCILII.

Ex Codice M. S. græco sub n. 1262.  
spectante ad Bibliothecam Colbertinam, & ex editione Gentiani Herueti ac Beveregij.

Versio Genuina Græco textui correspondens.

**Ἡ** ἀγία καὶ εἰρηνικωτάτη Σύνοδος, ἡ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀποχείᾳ, ἐξ ἐπαρχίας Συρίας κοίλης, Φοινίκης, Παλαιστίνης, Ἀραβίας, Μεσοποταμίας, Κιλικίας, Ἰσαυρίας, τοῖς κατ' ἐπαρχίαν ὁμοψύχοις καὶ ἀγίοις Συλλειτουργοῖς, ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Ἡ ΧΑΡΙΣ ἔ ἀληθῆς Ἰη-

**S**ANCTA & pacifica Synodus, à Deo congregata in Antiochia ex Provinciis Syriæ coeles, Phœnicia, Palestinæ, Arabia, Mesopotamiæ, Ciliciæ, Isauriæ, his qui per Provincias sunt unanimibus Sanctis confacerdotibus, in Domino salutem.

Gratia & veritas IESU Christi



σῆ χειρῆ ἔκτειλε καὶ ἑω-  
 ρῆ ἡμῶν, ἐπισκεψαμένη  
 τὴν Ἀντιοχείαν ἁγίαν Ἐκ-  
 κλησίαν, καὶ κτὲρ αὐτὴν ἑνω-  
 ἀπίστα μὲν ὁμοιοίας, καὶ  
 Συμφωνίας, καὶ πνεύματῶ  
 εἰρλικῶν, πολλὰ μὲν ἢ ἀλλὰ  
 κατώρθωσεν, ἐν πᾶσι δὲ καὶ  
 τῶν κατορθοῶν ἐξ ὑποβολῆς  
 ἔκτειλε καὶ εἰρλικῶν πνεύμα-  
 τῶν. Ἀγὰρ καλῶς ἔχον ἔδο-  
 ξεν, μὲν πλείονα ἑνώσεως,  
 καὶ ἐπικρίσεως ὁμῶν πάντων  
 ἡμῶν τῶν Ἐπισκόπων κτὲρ τὸ  
 αὐτὸ Συγκροτηθέντων Ἐπι-  
 Ἀντιοχείας ἐκ διαφορῶν ἐ-  
 παρχιῶν, Ἐπι τὴν ὑμέτεραν  
 γνώσιν ἀνελέγκμη, πι-  
 σεύσαντες τῇ ἑκτεινῇ χεί-  
 ρι, καὶ τῶν τῆς εἰρλικῆς ἁγίᾳ  
 πνεύματι ὅτι καὶ αὐτὴν Συμ-  
 πνεύσητε, ὡς αὐτὴν δυνάμει  
 ἑνωμένης ἡμῶν, ἢ ταῖς διχαῖς  
 ἑνωμένοι, μάλλον δὲ ἡνω-

Christi Domini, & Salva-  
 toris nostri, Sanctam An-  
 tiochenam Ecclesiam visi-  
 tans, & in unum conne-  
 ctens per concordiam &  
 consensum pacatissimi spi-  
 ritus, multa quidem & alia  
 perfecit, in omnibus au-  
 tem suggerente sancto &  
 pacifico spiritu, etiam hoc  
 perfecit, ut quæ visa sunt  
 rectè constitui, cum plu-  
 rimâ consideratione & ju-  
 dicio, una cum omnibus  
 nobis Antiochiæ in unum  
 collectis Episcopis in ve-  
 stram notitiam deferentur.  
 Credimus autem gratiæ  
 Domini, & Sancto Spiri-  
 tui pacis, quod & ipsi con-  
 spirabitis nobiscum, tan-  
 quam in una fuissetis vir-  
 tute nobiscum & orationi-  
 bus adnitentes, magis au-



ῥοί, ἡμῖν ἔ τῷ ἀγίῳ πνεύματι  
 συμπαρόντες · τὰ αὐτά τε ἡμῖν  
 συμφωνήσαντες ἢ ὡσεὶ ἀδελφοί,  
 ἔ τὰ ὀρθῶς δόξαντα Ἐπισκοποιζόμενοι,  
 ἔ βεβαιουῦντες τῇ ἁγίῳ πνεύματι  
 συμφωνία. Εἰσὶ δὲ οἱ ὁμοθετεῖς  
 Ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες οἱ ὑποδείτα γράφοι.

tem muniti, & in Spiritu Sancto  
 præsentes, iisdem ipsis quæ definita  
 sunt consentientes, & ea quæ visa  
 sunt, recta roborantes, cum consensu  
 Sancti Spiritus consignabitis sunt  
 autem præfiniti canones Ecclesiastici  
 hi, qui infra sunt scripti.

Hæc Synodica Antiocheni Concilij Græco-latina, cuius alias versiones duas  
 easque antiquissimas hic subijcimus.

*Ex mille & centum annorum Codice  
 M.S. olim Corbeiensi, nunc S. Germani à Pratis.*

*Ex Priscâ canonum collectione latinâ  
 tempore Leonis M. exaratâ.*

Sancta & pacatissima Synodus in unum congregata his per singulas Provincias sunt, unanimibus Sanctis & sacerdotibus in Domino salutem. Gratia & veritas Jesu Christi Domini & Salvatoris nostri Sanctam Antiochenam Ecclesiam visitans & in unum conveniens per concordiam pacatissimi Spiritus multa quidem & alia perfecit, ut quæ visa sunt rectè constitui cum plurima consideratione & judicio una omnibus nobis Antiochiam ex diversis Provinciis congregatis in vestram noticiam deferentur. Credimus autem gratiæ Do-

Sancta & pacatissima Synodus, qui à Deo congregata est Anthiocæ, his qui secundum Provincias unanimes Sanctis & comministris in Domino salutem. Gratia & veritas Domini Salvatoris nostri Jesu Christi, visitans Sanctam Anthiocensem Ecclesiam, & in unum nos congregans communi & uno sensu in Spiritu pacis multa corrigenda: in omnibus autem ut corrigit, ex præcepto Sanctis Patribus bene haberi placuit, cum multo tractatu, & judicio simul omnium nostrum in hoc ipso congregatis Episcopis apud Anthiocenam civita-



mini & Sancto Spiritui Pacis, quod & ipsi conspirabitis nobis tanquam in unâ fuisset virtute ut nobiscum traditionibus adnitentes, magis autem muniti & in Spiritu Sancto præsentis idem ipsis, quæ definita sunt consentientes & ea, quæ rectè visa sunt roborantes cum consensu Sancti Spiritus consignabitis. Sunt autem præfiniti canones Ecclesiastici hi, qui infra scripti sunt in quâ Synodo fuerunt Episcopi Eusebius, Theodorus, & cæteri, qui in græco sermone continentur, & hæc constituerunt, quæ infra scripta sunt.

Hæc versiones duæ antiquissimæ licet in quarum unâ dumtaxat comparet id, quod etiam habetur in editione vulgata: canones, [ quos subterinserti promulgavere Episcopi. ] Quorum ne verbum quidem habetur in græco.

Binnius,

Synod.  
Antioch.

4. Eminentissimus Cardinalis Baronius ad an. 341. n. 32. ubi de hac Synodicâ cum 29. Episcoporum subscriptione adjunctâ tractaret, ait, Eusebianos, (suxæ factionis Episcopis omisiss,) solos Catholicos, & inter illos Iacobum Nisibensem exscripsisse, demum verborum lenocinio fucatam epistolam Synodicam præmisisse. Eadem conqueritur Doctor Colonienfis Binnius in notis ad hoc Concilium: „ad nomina subscriptorum Episcoporum etiam addiderunt insignem illum Iacobum Nisibitam Episcopum. Contrâ vero eorum, qui arianæ factionis antesignani erant, Eusebij Nicomediensis olim, jam Constantinopolitani, Acacij Episcopi Cæsariensis, Maris Calchedonis, Patrophili Schytopolitani, Theognis Nicæni, aliorumque famosissimorum arianorum nomina omiserunt, aut saltem dolosè suppresserunt, eamque, quæ hic extat, epistolam verborum lenocinio fictam suo conciliabulo præfixerunt. Verum pace horum scriptorum dixerim, undenam habent illi, hanc epistolam ab Eusebianis verborum lenocinio fictam Conciliabulo Antiocheno fuisse præfixam? ex Synodicâ ipsâ colligitur, ab omnibus Antiochiæ congregatis Episcopis eam editam esse, & ubique terrarum transmissam fuisse. Et ad ipsum Iulium Pontificem Romanum ante anni 342. finem pervenisse,



venisse, ex ipsius ad Orientales Antiochiæ adunatos responsoriâ licebit colligere : eos namque faretur scripsisse : *concordiam in Ecclesiâ fuisse*, quæ ex Synodicâ eorum epistolâ canonibus præfixâ desumptis videtur. Auctor sane ille, qui circâ tempora Leonis primi floruit, centum & aliquot annis post Antiochenum Concilium Synodicam illam progenuinâ habuit, utque talem latinitate donavit, & in Occidente edidit, quod certè sine obloquio non contigisset, si epistolâ verborum Lenocinâ ficta conciliabulo auctoritatem conciliaisset. Edidit epistolam illam cum epigraphæ sine ullius Provinciæ nominatione, & quid si auctor ille Catholicos quosdam Episcopos ex Catalogo huius Concilij excerptos una cum paucioribus Eusebianorum nominibus canonibus subiecisset ? firmiorem profectò rationem haberem hoc suspicandi, quam quod Baronius & Binnius sine ullo rationis fundamento de Eusebianorum dolo suspicantur, quandoquidem verisimilius sit, auctorem Catholicum aliquos Orthodoxos Episcopos in favorem canonum ab Ecclesiâ receptorum exscripsisse, quam Eusebianos editis in proprij erroris perniciem statutis sanctissimorum virorum nomina subiecisse, suaque licet non omnia, reticuisse.

Iulius 1.

5. Aliter itaque, quam viris eruditis ante nos placuit, de hæc Concilij Antiocheni Synodicâ statuendum videtur : eam enim ab Antiocheno Concilio, cum Eusebiani zelum disciplinæ Ecclesiasticæ præ se ferebant, & Orthodoxi Episcopi summâ animorum concordia adnitebantur, conscriptam, & per totum orbem juxta receptum in Ecclesiâ morem transmissam fuisse, ipsa Synodica testatur. Hæc autem decreta rectè per orbem transmissa fuisse, parum fufius exponendum est. Cum statutum aliquod pro universâ sub cælo Ecclesiâ in Concilio Provinciali aut Patriarchali emergebat, referri in primis ad sedem Apostolicam solebat, & tum per litteras encyclicas ad omnes orbis Catholici partes. Paulo Samosateno in Antiochenâ Synodo tempore Aurcliani Imperatoris ob hæresim damnato, scribit Eusebius libro 7. capite 24. *omnes istius Synodi Episcopi unam communi consensu epistolam ad Dionysium Episcopum Romanum, & ad Maximum Alexandria Ecclesiam procurantem nominatim conscripserunt : cuius exemplaria ad omnes Provincias miserunt.* Post lapsorum causam à Carthaginiensi Concilio mitigatam de immutato Ecclesiæ rigore scripsit Romam Cyprianus, & Pontificem Cornelium per Synodicas rogavit, ut decretum paternâ benignitate susceptum iudicio suo firmare dignaretur, sine quo ab orbe Catholico admittendum non fore sciebat. Concilium

Eusebius.

Cyprian.



Synod Arelatenfis. 1.

Theodoret.

lium Arelatenfe primum anno 314. sub S. Sylveftro coadunatum ftatuerat canones 22. quorum primus erat de fefto Pafchatis uno die & uno tempore per omnem orbem celebrando: & eos cum Synodicâ ad S. Sylveftrum referunt 200. Patres Arelatenfis Concilij obfecrando, ut qui Majores Dicecefes tenebat, illud *omnibus infinuaret*. Arius poft Arelatenfe Concilium caput erigens in Ægypto, per totius Ægypti Synodum damnatus fuit, & Synodus inquit Theodorus Cyrenfis Epifcopus libro 1. capite 3. *Impiam blafphemiam Ecclefiarum præfidibus per epiftolas fignificavit*. Plenæ funt antiquorum hiftoriæ fimilibus teftimoniis, quorum auctoritate moti Patres Antiocheni, hoc unum Concilij fui decretis deeffe rati, per epiftolam Synodicam ea ubique transmittenda cenfuerunt.

Synod. Antiochen.

6. Egerat huc ufque Antiochenum Concilium de caufâ fidei occasione Marcelli Ancyrani, & de reftaurandâ canonum difciplinâ occasione plurimorum abufuum, cumque Marcellus Ancyranus ipfius Synodi initio Romam appellarat, appellantis Epifcopi caufam omiferunt per epiftolas Synodicas ubique transmittere, quod Orthodoxis omnibus conftaret, appellatione interiectâ fententiæ executionem impediri: folos itaque canones 25. Antiochiæ ftatutos Synodicâ muniverunt, quam his, *qui per fingulas Provincias funt, unanimis Sanctis & confacerdotibus*, tranfmiferunt, idque ut *ifdem consentientes & definientes, & ea qua vifa funt recta roborantes cum confenfu Sancti Spiritus* confignarent. Id autem erat antiquis Ecclefiæ moribus quam maximè confonum, ex quo proveniffe crediderim, quod folis canonibus per orbem tranfmiffis, foli quoque ex omnibus Antiocheni Concilij ftatutis exprefse recepti fuerint per omnem fub cælo Ecclefiâ: ut jam inquirere non oporteat, quandonam Ecclefiâ hos canones receperit, & quomodo in Codicem canonum redacti una cum aliis Sanctorum Patrum regulis à fexcentis & triginta Epifcopis in auctoritatem fuerint admiſſi. Hos enim ex maiorum traditione in Ecclefiâ pro Eccleſiaſticiſ judiciis conftanter adhibitos fuiſſe, longè veriſimilius eſt, quam per fraudem Eccleſiæ fuiſſe obtruſos, & vicinorum quoque temporum Epifcopos Eufebianorum impoſturâ fuiſſe decепtos: non admittendum itaque, quod vir licet eruditiffimus poſteritati confecrarit: „ quos non decepiſſet eorum impoſtura, tot „ tantifque fucata pigmentis ? quibus cum decipi poſſent, qui tunc „ erant in diverſis Provinciis Epifcopi; quid mirum ſi complures, „ qui poſterioribus temporibus vixerunt, eadem ut canonica receperunt.

Baronius.  
an. 341.



runt. Unde accidit, ut canonum collectores, in antiquorum ab  
” ipsis factâ canonum collectione eisdem quoque tanquam editos ab  
” Orthodoxis una collegerint. „ Quid mirum; inquit vir eruditus  
Baronius; sed mirum omninò id censendum existimarem, Iulio primo,  
Athanasio, alijsque per orbem univèrsum clamantibus contrâ  
Arianorum statuta, quod aliqui saltem ex iis, qui in diversis Provin-  
ciis existerant Episcopi, de horum canonum fraude non fuissent ad-  
moniti, & si ullus laquisset error, quod eum non fuissent subodorati.  
Tantum autem abest, id factum fuisse, ut per omnem sub cœlo Eccle-  
siam canones Antiocheni fuerint recepti, & Occidente cum Oriente  
univèrso conspirante in auctoritatem admissi.

## C A P V T I I.

### De causâ D. Athanasij post Synodum An- tiochenam in conciliabulo ab Euse- bianis pertractatâ

1. Socrates, Sozomenus, auctor Vita Pauli Constantinopolitani de-  
positionem Athanasij referunt, ac si ante omnia in Synodo Antiochenâ  
fuisse proposita.
2. Verum fons erroris est locus Socratis, qui sicut post Synodum Euse-  
bium legatos ad Iulium Papam misisse scripsit, quod ante Synodum  
contigit, ita initio Synodi rem Athanasij pertractatam erravit, utpote  
qua post Synodum proposita fuit.
3. Id autem verum esse, ex perpetua Synodorum consuetudine monstra-  
tur, qua constat, numquam de personis actum fuisse, nisi prius de fide  
tractatum esset.
4. Nec ex coniecturis solum sed ipsorum Socratis & Sozomeni testimoniis  
constat, utpote qui referunt Athanasium depositum fuisse juxta decre-  
tum tunc statutum. Cum enim per decretum illud recentiores intelli-  
gant canonem Antiochenum 12. etiam post canones Antiochenos Atha-  
nasium deponi oportuit.
5. Accedit his omnibus testimonium Iulij primi, qui dum Eusebianorum  
factum improbat, Athanasium post Synodum depositum fuisse declarat.



6. Neque aliud innuit Iulius primus, dum certo loco conqueritur, turbationes in Ecclesiâ fuisse exortas per Episcoporum depositionem, quia locus malè versus est, quo hoc innuitur.

1. **V**T Concilium Antiochenum omni auctoritate destitutum monstrarent antiquiores aliqui, & recentiores plerique, in suis scriptis nihil frequentius urgere solent, quam Athanasij depositionem. Socrates libro 2. cap. 8. versionis Valefij primum ac de huius Concilij gestis sermonem instituit, *Eusebiani, inquit, ante omnia Athanasium calumniari studuerunt*: addit in locum eius Gregorium fuisse delectum, & pergit: *his ita gestis interpolaverunt fidem*. Eadem habet Sozomenus libro 3. cap. 5. versionis Valef, qui omnium primò Athanasium à Synodo depositum fuisse scribit, & addit: *post hac conversi ad questionem de fide, nihil quidem in decretis Nicani Concilij reprehenderunt, litteras verò ad singularum urbium Episcopos miserunt, quibus indicabant se, utpote Episcopos Arium nequaquam secutos esse, &c.* Ex quibus & auctor vitæ Pauli Constantinopolitani apud Photium capite 257. de actis huius Synodi: *contendunt Eusebiani, ut primò Athanasius deponatur. Initio accusant, quasi contra canonem egerit, quem ipsi tunc ediderant. Rediens enim aiunt ab exilio, non omnium iudicio sed suo arbitrato Episcopatum assumpsit. Secundo quod eius ingressu seditione concitata, multi periissent. Tertio ob ea, quæ Tyri acta essent, unde & condemnantes strenuum Athletam, illi Gregorium eiusdem sectæ sufficiunt. Et hac ausi, ausi sunt & fidem permutare, nihil eorum reprehendentes vel verbo, quæ in Nicæa Synodo tractata essent, improbo & fraudulento animo semina jacentes, ut Omousion tollatur. Antiochena Synodus hæc & alia similia ausa, & nonnulla decernens dissolvitur. Eusebius ad Romanum Pontificem Iulium legatos mittit hoc molliens, ut quæ adversus Athanasium decreta essent, rata haberet. Eadem ferè habent recentiores omnes.*

Auctor  
Vitæ Pauli  
Constantin.

2. At pace horum omnium dixerim, ex subdolis & erroneis testimoniis hæc commenta per orbem fuere dispersa: recentiores sua sumperunt ex Socrate Historico, qui hanc Synodi Antiochenæ historiam tot erroribus obscuravit, ut mirum sit, ab eruditis id ipsum non fuisse animadversum. Nec opus est multa percurrere: numquid manifestissimus error est, Eusebium post hanc Synodum Antiochenam ad Iulium Papam legatum misisse, ut in causâ Athanasij iudex esse vellet, ut Socrates scribit libro 2. capite 9. quæ auctor vitæ

Socrates.

Pauli



Pauli facta voluit, ut Iulius acta contra Athanasium rata haberet. Cum certum sit ex Iulij primi ad Eusebianos epistolâ, illos nihil planè de Athanasio scripsisse: *cur igitur & in primis de Alexandrinâ civitate nihil nobis scribere voluistis?* Quod si in schismaticis suis epistolis aliquid scripserant, id erat, non ut novum iudicium Iulio offerrent, prout putabat Socrates, sed ut subscriptionem absque ulteriori iudicio extorquerent, ut vidimus suprâ: & huc est, quo spectat Iulius primus; *nunc autem nos, quos certiores minimè fecerunt, postquam jam egerint, quod libuit, suffragatores sua damnationis esse volunt.* Ex his itaque cum manifestè constet, Socratem adeo insigniter deviasse, ut quæ ante Synodum Antiochenam facta sunt, postea evenisse autemet, mirum cuiquam videri non debet, si ea quæ in causâ Athanasij acta sunt circa finem Concilij, initio facta fuisse conscripserit.

Iulius 1.

3. Quod autem causa Athanasij non initio Concilij, sed in fine potius exagitata fuit, suadet in primis Conciliorum consuetudo, de qua habet Concilium Arvernense canone primo, *ut quoties secundum statuta Patrum sancta Synodus congregatur, nullus Episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, qua ad emendationem vite, ad severitatem regula, ad anima remedia pertinent, finiantur.* Nec dicas hoc Concilium Gallicanum anno 535. sub Theodeberto habitum novum quid statuisse; antiquos Ecclesiæ mores renovare studuit, juxta quos olim ad Constantium Imperatorem scripsit Liberius Papa secundâ extante in appendice ad Luciferi Calaritani opera epistolâ: tunc de Athanasij negotio in Synodo agendum, cum ante omnia fidei causa diligenter fuisset tractata. Edidit & hanc Liberij epistolam ad annum 354. Eminentissimus Cardinalis Baronius, & Liberio consonant Episcopi, qui à Valente Imperatore sub pœnâ exilij in damnationem Athanasij subscribere iussi, in Synodo apud Arelatum ac Bute-ras responderunt, *ut priusquam in Athanasium subscribere cogerentur, de fide potius disceptarent: nec tum demum de re cognoscendum, cum de personâ iudicium constitisset.* Item in Concilio Mediolanensi Dionysius eiusdem civitatis Episcopus: *in Athanasij damnationem se consentire subscripsit, dummodò de fide inter Episcopos quæreretur.* Habes hæc ipsa apud S. Sulpitium Severum libro 2. capite 55. Et cum Episcopos Occidentales istud reposuisse Imperatoribus agnoscis, putasne Orientales Episcopos id ipsum ausos non fuisse opponere Eusebianis, sed Orthodoxos Ecclesiæ Antistites, sanctos Confessores Episcopos, in fide probatos (qui Nicæno Concilio adfuerant) Metropolitanos,

Canon r.  
Avernens.

Liberius.

Sulpit. Sever.

Patres



Patres miraculis & sanctitate illustres, qui pro religione dira passi gloriosâ nominis famâ per orbem universum celebres erant, hanc nomini suo notam inuri passos, ut pendente Athanasij causâ Romæ, ipsam Concilij sui initio contra morem Synodorum proponi permisissent, & quod peius erat, in deponendo citrà juris ordinem magno Athanasio Eusebianis consensissent; absit à sanctis Ecclesiæ Patribus tanta infamiæ nota, absit à S. Martyre Paulo Neocæsarensi Episcopo, absit à Iacobo Nisibensi Confessore, quod tam nefando tribunali astitissent iudices, aut Concilio tam iniquè inchoato interesse perrexissent assessores Antistites.

4. Nec conjecturis dumtaxat, sed firmiter fundamentis niti, quod de primordiis Antiocheni Concilij statuimus, ex ipsis adversariis monstrabo. Socrates cum de Athanasij depositione agit libro 2. capite 5. dicit eum in primis fuisse depositum, *quod decretum ab illis tum statutum violasset, scilicet quod absque consensu & sententiâ communis Concilij Episcoporum gradum Sacerdotij denuò suscepisset.* Eadem habet Sozomenus libro 3. cap. 5. *quod scilicet legem de Sacerdotio sanctam, quam ipsi tulerant, contempserat.* Notanda sunt verba *legem, quam ipsi tulerant*, vel ut Socrates: *decretum ab illis tum statutum.* Ante Athanasij depositionem itaque aliquid præcesserat, statutum nimirum, vi cuius ipsum deposuerunt. Quod si jam quæras à peritis nostrorum temporum, quodnam fuerit illud statutum? omnes unanimi voce respondent, esse canonem 12. Antiochenum, *hoc caput esse arbitror*, inquit Antonius Augustinus libro 1. Dialogo XI. in Gratianum. *Contrà B. Athanasium scriptum.* Et Cardinalis Baronius ad annum 341. num. 29. canonem 12. verbatim retulit, cuius mentem secutus Severinus Binnius in notis ad eundem scribit, quod hunc canonem adversus Athanasium constitutum fuisse constet. Quæ cum ita esse ab omnibus ferè aliis Concilij Antiocheni adversariis statuatur, necessariò juxtà illos dicendum venit, Concilium Antiochenum non ab Athanasij depositione acta sua auspiciatum fuisse, sed canones prius statuisse: ruit ergo ipsorum adversariorum testimonio, quod hucusque orbi obtrusum fuit, Antiocheni Concilij acta ab Athanasij causâ fuisse inchoata, cum non modo fidem ante canones Antiochiæ stabilitam admittant scriptores universi, sed & canones ante depositionem Athanasij in Antiocheno Concilio fuisse statutos, ipsi adversarij asserere teneantur vel inviti.

5. Aliter itaque, quam hæctenus creditum fuit, Concilij Antiocheni

cheni  
rum  
rum  
venit  
religi  
propo  
& M  
hanc  
Et no  
tatis  
cedat  
Euseb  
Si en  
oport  
fiasti  
lebia  
gens  
tem  
reper  
reum  
prat  
defici  
6.  
quoc  
ma t  
ac t  
susce  
in E  
fese  
tioc  
turb  
ret  
prop  
con  
rum



cheni historia pertractanda venit, in quâ post statutos summâ animorum consentione 25. canones, & omnium subscriptione Episcoporum firmatos, & encyclicâ per orbem epistolâ munitos, observandum venit, Eusebium cum fautoribus suis existimasse, se sufficientem pro religione & disciplinâ zelum monstravisse, tumque causam Athanasij proponere aggressos fuisse, præsertim cum jam à Macario, Helychio, & Martyrio Româ Antiochiam reversis percipere potuerunt, rem hanc coram sedis Apostolicæ tribunali minimè ad votum successuram. Et ne hæc omnia conjecturis potius, quam indubitato aliquo antiquitatis testimonio innixi asseruisse videamur, laudatis suprâ rationibus accedat testimonium luculentissimum Iulij Papæ primi, qui in suâ ad Eusebianos Antiochiæ congregatos epistolâ scriptum reliquit: *εἰ γὰρ καὶ μὲν τὴν Σύνοδον ἐπέθετο ἦν εὐρεθεὶς ὁ Ἀθανάσιος, οὐκ ἔδει τὴν καλῶσασιν οὕτως παρανόμως καὶ παρὰ τὸ ἐκκλησιαστικὸν κανόνα γένεσθαι.* Si enim post Synodum in culpa fuisset deprehensus Athanasius, non tamen oportuit creationem novi Episcopi ita illegaliter & præter canonem Ecclesiasticum fieri. Scribit hæc Iulius primus anno 342. cum anno 341. Eusebiani Antiochiæ Athanasium deposuerant, cuius depositionem attingens in citatâ ad Eusebianos epistolâ rem facti describit. Notanda autem sunt verba sanctissimi Pontificis: *εἰ γὰρ καὶ μὲν τὴν Σύνοδον ἐπέθετο ἦν εὐρεθεὶς ὁ Ἀθανάσιος.* Si namque post Synodum culpa obnoxius repertus fuisset Athanasius. Ac si diceret: post Synodum Athanasium reum fuisse habitum, & novum Episcopum Gregorium illegaliter ac præter canonem tunc intrusum: quo testimonio præclarius aliquod desiderari non potest.

Iulius 1.

6. Verum perscrutanti mihi mentem Iulij Papæ occurrit aliquando, quod Iulius agens de Episcoporum depositione Antiochiæ cum maxima turbatione Ecclesiarum peractâ, addat: *miror autem, cum tanta ac tales turbationes sint in singulis Ecclesiis, ut non aliâ de causâ iter susceperint, qui ad Concilium venere, vos interim scribere concordiam in Ecclesiis fuisse.* Ex quâ Petri Nannij versione prima fronte dubium sese ingessit, num Sanctissimus ille Pontifex ibi non loquatur de Antiocheno Concilio, ad quod Eusebiani expressè convenerant, ut turbationes in singulis Ecclesiis excitarent: hoc enim dicendo innueret, facile contingere potuisse, causam Athanasij initio Concilij fuisse propositam, ut Eusebiani, qui ad Athanasium deponendum Antiochiam convenerant, statim quod mente conceperant, opere completerent. Verum re maturius examinatâ, nihil simile hic à Iulio primo scriptum

Iulius 1.



fuisse constitit. Enimverò textus Græcus habet : *δαυμάζω γὰρ πῶς τριαύτης καὶ τεσσαύτης ἐκεί ἀκαλασσίας καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν οὕσης δι' ἣν καὶ οἱ ἀπαλήσαντες ἤλθον ἐνταῦθα, γράφετε ὑμεῖς ὁμόνοιαν γεννηθεῖσαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις.* Id est: *miror autem, cum tanta ac tales turbationes sint in singulis Ecclesiis, ut propter has, qui iter suscipere, huc venerint, vos scribere concordiam in Ecclesiis fuisse.* Quibus ex verbis patet, Iulium primum neutiquam locutum fuisse de Episcopis, qui ad excitandas Ecclesiæ turbationes Antiochiam ad Concilium properarant, sed de Episcopis qui ob turbationes in Oriente exortas Romam confugerant, ut nihil omninò ex laudatis Iulij verbis deduci possit pro turbandâ summâ Episcoporum concordia initio Antiocheni Concilij à nobis adscriptâ, sed potius pro ostendendâ Eusebianorum cum Catholicis discordiâ post Synodum Antiochenam exortâ, ex quâ tot Ecclesiarum turbationes originem duxerunt.

## CAPUT III.

Quod post Synodum Antiochenam soli Eusebiani Athanasium deposuerint juxtâ canonem ab illis dumtaxat statutum.

1. Quod Eusebiani numero 36. seorsim ab aliis Patribus Athanasium deposuerint, ex quodam loco Iulij primi desumpsit Baronius, quem alij hac in re secuti sunt.
2. Sunt tamen alij, qui id ex loco Iulij primi desumi non potuisse monstrarunt, unde relicto Iulij loco aliunde repetimus, si non triginta sex, quadraginta numero id fecisse post Synodum.
3. Initio enim Synodi Athanasium depositum fuisse ab omnibus Patribus Antiochenis, verisimile non est, cum paucos tantum istius rei auctores fuisse, scribat Iulius primus, unde Catholicos ab Eusebianis tunc separatos fuisse oportuit.
4. Probat id Chrysostomus à Palladio allatus, & in vita Chrysostomi Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui canonem à 40. Eusebianis editum adferunt.



5. Putarunt recentiores, canonem contra Athanasium editum fuisse duodecimum Antiochenum, cum potius fuerit alius.
6. Canon ille ex quarto & duodecimo Antiocheno in unum conflatu fuit ab Eusebio Nicomediensi, qui & illum adulteravit, unde & tanquam canon illegitimus à Sardicensi Synodo declaratus fuit.
7. Canon ille idem est, cuius meminerunt Socrates & Sozomenus, dum scribunt de Athanasij depositione.
8. An Eusebiani clanculum, vel presentibus & contradicentibus Catholicis Episcopis Athanasium deposuerint, quari potest, licet nihil ad rem faciat, cum sufficiat, indubitatum esse, à paucis, usque Eusebians, Athanasium depositum esse, quo tempore electus fuit Eusebius Emisenus.
9. Enimverò canonibus Antiochenis subscriptus habetur Anatolius Emisenus, ut Eusebius ille non potuerit eligi in Episcopum, nisi editis canonibus cum Anatolius depositioni Athanasij consentire noluerat, & ob id deponi contigerat, ut ex variis coniecturis colligitur.
10. Quod demum Athanasius à solis Eusebians cum jam dudum Synodus celebrata erat, fuerit depositus, ostenditur ex adventu legatorum Iulij primi, qui cum circa finem Aprilis anno 341. Antiochiam appulerunt, tragica omnia contra Athanasium & alios ab Eusebians instituta coram aspexere, unde & intelligitur locus D. Athanasij.

1. **C**um post Synodum Antiochenam causam Athanasij propositam fuisse, monstratum sit, non ita à vero aberrasse oportuit Eminentissimum Cardinalem Baronium, cum ad annum 341. num. 5. subodoratus fuit, Eusebianos clanculum & seorsum ab aliis decrevisse tam indecora atque scelestà, quam hoc in Concilio veniunt arguenda:

” Cum quis audit, inquit, tam nefanda in eo conventu fuisse statuta, Baronius.  
 ” minimè exiltimet ea tot Catholicorum Episcoporum suffragiis decreta, eorundemque subscriptione firmata: si quidem obtinentibus  
 ” ac contradicentibus illis, ea omnia liquet ab Eusebians Imperatore  
 ” favente, eorumque votis pariter annuente fuisse peracta. Est de  
 ” his explorata certa que fides Iulij Romani Pontificis, dum in literis  
 ” postea ad eos scriptis planè testatur, ex tanto Episcoporum  
 ” numero non nisi triginta sex impia illa decreta sanxisse; ait enim:  
 ” qui igitur sunt, qui contra canones agunt? nosne, qui cum tantis Iulius 1.  
 ” rerum documentis virum recipimus, an qui solum ad triginta sex suffragia eorum, qui Antiochia fuere, externum hominem Episcopum salutarunt.



„ lularunt. Eumque militari manu Alexandriam deduxerunt ? quod ne  
 „ tunc quidem factum est, cum Athanasius in Galliam relegabatur :  
 „ quod tum haud dubie factum fuisset, si pro verè damnato habitus fuisset.  
 „ set. „ Et hoc est testimonium illud, quo plerique ex peritioribus  
 nostri sæculi viris in Baronij sententiam tracti idem statuendum duxerunt,  
 scribente Dionysio Petavio tomo 2. de doctrina temporum,  
 lib. 13. *Synodus habita Episcoporum 90. vel 97. aut 99. è quibus Ariani*  
 36. Et Parisiensis Archiepiscopus de Marca libro 3. cap. 3. num. 2.  
 „ certum quidem est, Patres, qui Antiochiæ convenerant, maiori  
 „ ex parte Orthodoxos fuisse, cum è numero 97. aut 99. Episcoporum,  
 „ ex quo conventus ille constabat, triginta tantum Eusebianorum,  
 „ nas partes sequerentur, & clanculum Arianae Heresi faverent. „

Petavius.

de Marca.

Vide dissertationem 2. capite 3.

Correctior Versio.

Valesius.

2. Fuerunt tamen emunctæ naris homines, qui textum Græcum loci ex Iulij Papæ epistolâ citati perscrutantes, errorem in versione deprehenderunt, inter quos auctor versionis Athanasij Græcè Latinè anno millesimo sexcentesimo vigesimo septimo Parisiis editi, qui locum Iulij primi, ex versione Petri Nannij supra relatum, sic exhibet : *qui igitur sunt, qui contra canones agunt ? nosne, qui cum tantis rerum documentis virum recepimus, an qui à triginta sex mansionibus Antiochiæ quemdam velut Episcopum externum hominem salutarunt ?* ad quam versionem respiciens Henricus Valesius in luâ de Athanasio dissertatione post Socratem & Sozomenum editâ, voluit loco 36. suffragiorum, quod à totidem Eusebianis latam in Athanasium sententiam innuit, legendum esse à *triginta sex Mansionibus*, quod Gregorium Antiochiæ triginta sex dierum itinere ab Alexandria distantis in locum Athanasij susceptum exprimit, unde & alibi exclamantem audivimus Valesium, „ deleatur ergo hic error ex annalibus Ecclesiasticis, ut ex animis eorum, qui Baronij auctoritate „ inducti id pro certo & indubitato hætenus tenuerunt, sex & triginta Arianae factionis & communionis Episcopos in Antiochena „ Synodo confedisse. „ Hæc quidem Valesius, qui dum solum Iulij locum ex corrupta Petri Nannij versione favere credidit, errorem vocavit, quod error non fuit, cum alibi monstraverimus, non 36. tantum sed quadraginta Eusebiana factionis Episcopos huic Synodo adfuisse. Nec animus est, hic ante probata repetere, sed ostendere, à 40. illis Eusebianis omnia post Synodum peracta fuisse, quæ huic Antiochenæ Synodo male & perversè acta à peritis omnibus tributa fuerunt.

3. Causâ magni Athanasij in medium propositâ Catholicos sese ab Eusebianis



Eusebianis separasse, licet non perspicuum aliquod antiquitatis testimonium, res tamen ipsa suadere videretur: Sanctos enim Confessores Episcopos rem tam iniquam, quam erat Athanasij depositio, & alterius in sedem viventis execranda intrusio, calculo approbasse, vel cogitare non sinit vita Patrum miraculis clara, persecutione nobilitata, & longè ab omni nexo aliena. Cum Sanctissimus ille Pontifex Iulius primus à legatis suis ex Antiochenâ Synodo Romam reducibus de omni tragicâ actione post Synodum institutâ certior factus erat, eiusdem nobiscum opinionis fuit: litteræ, quas Antiochiam misit, ad solos Eusebianæ factionis Episcopos datæ sunt, ut patet ex epistolæ inscriptione, & addit de turbis per aliquos excitatis: *non enim omnium talem mentem fuisse arbitror.* Nec opinionem, sed certam veritatem esse, ab iis, qui Concilio adfuerant, legatis audiverat: *audio*, inquit, *paucos esse istorum malorum auctores.* Quæ, cum ita sint, & testimonio omni exceptione maiore roborata existant, indubium esse debet, non omnes 99. aut 90. Episcopos conspirasse in tragicam illam contrâ Athanasium institutam actionem, sed Catholicis ab Eusebianis separatis, Eusebianos dumtaxat hæc omnia post Synodum Antiochenam peregisse.

Iulius 1.

4. Illustre est ex intimâ antiquitate desumptum testimonium, quod sexaginta tantum annis post hoc Antiochenum Concilium æternitati consecravit magnus novæ Romæ Episcopus Sanctus Ioannes Chryso- stomus, dum ad annum circiter 405. canonem quemdam reiecit tanquam à solis Eusebianæ factionis Episcopis editum. Testimonium S. Ioannis Chryso- stomi suum fecit Palladius Helenopolitanus Episcopus, cum in dialogo de vitâ Chryso- stomi mæcenatis sui, quem Romæ cum Theodoro Diacono post mortem Chryso- stomi instituit, responsum ipsius laudavit: *canones, quos Theophilus miserat, à quadraginta complicibus Arii editos, atque ita continentes: si quis Episcopus aut Presbyter injustè, sive justè depositus ex se ipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic jam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur.* Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui ante mille & plures annos floruisse creditur, Palladium subsequutus, ubi ad responsum Chryso- stomi venerat, *Ioannes, inquit, justâ responsione revocit canones à Theophilo missos, ac reiecit, quod eos ita scripserunt & observari iussissent quadraginta Ariana hæresis: sive Episcopus, sive Presbyter justè aut injustè depositus, si privatâ auctoritate citrà decretum Synodi invaserit Ecclesiam, talem deinceps nolumus locum obtinere sui purgan-*

Chryso- stom.

Palladius.

Georgius  
Alexandrin.



di, sed expellatur & demum in exilium relegetur. Quin Palladius Helenopolitanus, & Georgius Patriarcha Alexandrinus sentiant cum Chrylostomo, canonem, vi cuius accusatus est Athanasius, statutum fuisse à 40. factionis Eusebianæ Episcopis, nullum potest superesse dubium: cum verò aliundè constet ex indubitato omnium scriptorum testimonio, 90. aut plures Episcopos adfuisse Concilio Antiocheno, quis posthac reperiri poterit, qui non fatebitur nobiscum, Catholicis à factione Eusebij separatis solos Eusebianos contra Athanasium seorsim egisse, donec immutato canone Antiocheno & in prævum sensum exposito, causam invenisse existimabant, ob quam fidei Athletam deponerent?

5. Quæsitum sæpius fuit, quinam esset canon ille, cuius Socrates & Sozomenus meminerunt scribentes, jam tum Antiochiæ fuisse statutum, ob quem rationem præ se ferre videbantur Eusebiani ad deponendum Athanasium. Ac Antonius quidem Augustinus Tarraconensium Episcopus cum Baronio Eminentissimo Ecclesiæ Cardinali existimaverunt fuisse canonem 12. Antiochenum, *de damnatis Episcopis aut Clericis adeuntibus Imperatorem*, cuius verba in hoc compendium redegit epitomator Græcus: *depositus si imperatori molestiam exhibuerit, maiorem petat Synodum eiusque decreto acquiescat. Si vero & rursus agrè tulerit, restitutionem nec assequatur.* Verum etiam si D. Athanasius à Tyrio Conciliabulo damnatus Imperatorem Constantinopolim adierit, id tamen fuit, ut ab Imperatore *legitimam Episcoporum Synodum* postularet, prout testantur totius Ægypti Episcopi in suâ per orbem transmissâ Synodicâ, quam Athanasius Apologiæ suæ 2. inseruit: hoc autem licuisse, nec 12. canone Antiocheno veritum fuisse, abundè ostendimus in notis ad eum suprâ, addentes canonem 12. & Orthodoxum esse, & ab Ecclesiâ continuâ traditione receptum. Unde alium canonem requirere necesse est, in odium Athanasij à solis Eusebians constitutum. Socrates auctor Græcus libro 6. cap. 18. eundem illum canonem fatetur Chrylostomo oppositum, & à S. Chrylostomo responsum: *non Ecclesia Catholica, sed Arianorum canonem illum esse: Episcopi enim olim Antiochia congregati ad evertendam consubstantialis fidem præ odio, quo adversus Athanasium flagrabant, eum canonem condiderunt.* Idem omnino testatur Georgius Patriarcha Alexandrinus in vitâ Chrylostomi, fuisse scilicet obiectum Chrylostomo canonem illum, qui ab Eusebians in Athanasij odium fuerat constitutus: post quem Symeon Metaphrastes circâ medium sæculi 9. in vitâ Chrylostomi

Canon 12.  
Antiochen.

eius Epitom.

Synod.  
Alexandrin.

Socrates.



de Antioch. Eusebianorum Conciliabulo. 67i

mi idem confirmat : Theophilus mittit tres ex suis Episcopis eis dato Metaphrast.  
canone ad accusationem, quem prius proposuerant Ariani adversus validum  
Ecclesia propugnaculum nempe Athanasium, qui dicit : si quis  
Episcopus aut Presbyter justè aut etiam injustè depositus, per se redierit  
absque Synodo Ecclesia, ei non datur amplius locus defensionis. Hic itaque  
est canon in odium Athanasij constitutus, vi cuius Eusebius Nicomedien-  
sis eum deponere ausus fuit.

6. Sciebat homo versipellis, Athanasium in Tyrio Concilio damnatum absque novâ Synodo Thronum Alexandrinum trium Imperatorum decreto recuperasse, quia verò inter canones Antiochenos ordine quarto statutum erat : *Episcopus à Synodo depositus, si sacra celebrare ausus fuerit, redeundi potestatem non habeat*, & canone 12. damnatum in Synodo Episcopum non ad Imperatorem sed ad maiorem Synodum causæ suæ cognitionem referre debere, ex hisce duobus in sinistram sensum pertractis unum conflavit Eusebius Nicomedien-  
sis Episcopus, & cum quadraginta factionis suæ Episcopis eum canonem constituit, qui inter 25. Antiochenos nullatenus reperitur, sed à Palladio Helenopolitano Episcopo, Georgio Patriarchâ Alexandrino, & Metaphraste in vitâ Chrylostomi adducitur : statuerunt in eo Eusebiani, justè aut injustè depositum non posse sine novâ Synodo redire aut de sacro ministerio, ut consueverat, attingere. Injustè autem depositi non meminerant Patres Antiocheni canone quarto, ad quem hisce verbis respicere videbantur Eusebiani. Unde Georgius Patriarcha Alexandrinus, canonem hunc à Theophilo adductum vocat *Adulterinam & falsi nominis scripturam*, quod verba canonis 4. adulteraret, & injustè depositum sine novâ Synodo thronum suum recuperare non posse inferuerat, cuius ne canon quidem Antiochenus meminerat. Statuerunt subinde Eusebiani, qui sine novâ Synodo thronum suum recuperat : *expellatur & demum in exilium relegetur*, ut habes apud Georgium Alexandrinum. Canon autem 12. qui maiorem Synodi meminerat, etiamsi damnatum à Synodo, si Imperatorem adeat, nullâ veniâ dignum constituat, de exilio tamen ne verbum quidem fecerat, ut Eusebianos in canone suo hoc ipsum canonis duodecimi verbis addidisse constet in odium Athanasij, in cuius exilium unicè conspirabant. Et jam intelliges, quid sibi voluerit Georgius Patriarcha Alexandrinus, cum in vitâ Chrylostomi allato Eusebianorum canone addiderit : *& hic quidem canon tamquam illegitimus & à jure dissentiens de relegando in exilium in Sar-*

Canon 4.  
Antioch.

Georgius  
Alexandrin.

Eusebius.

Georgius  
Alexandrin.

dicensi



*dicensi Synodo declaratus est.* Notanda sunt verba illa *de relegando in exilium*, quæ à Synodo Sardicensi specialiter fuisse reprobata, scribit Georgius, quod sciret, hæc ipsa ab Eusebianis in odium Athanasij contra jura & Ecclesiæ decreta fuisse adjuncta.

7. Consilio itaque inuito, cum cerneret Eusebius, nihil prætensum religionis zelum præfuisse, larvâ simulationis detractâ, cum suæ factionis quadraginta Episcopis canonem edendum existimavit, quo Athanasius injustè à sede expulsi, nullam injuriæ sibi illatæ quærelam posset obtendere, sed absque Synodo restitutus, perpetuam depositionis pœnam in exilio obiret: & statutum hoc suprâ laudatum est ipsummet, cuius meminerunt Socrates & Sozomenus Historici Græci. Socrates quidem libro 2. cap. 8. versionis Valelianæ: *igitur Eusebiani ante omnia Athanasium calumniari studuerunt. Primum quidem quod contra regulam, quam ipsi tum primum constituerunt, Episcopatus sui locum absque decreto communis Episcoporum Concilij recuperasset. Quippe ab exilio reversus suoapte nutu atque arbitrio Ecclesiam occupaverat. Deinde quod sub ingressum eius orto tumultu, multi in seditione occubissent; & quod alij quidem verberibus ab illo affecti fuissent; alij in judicium adducti, sed & illa, qua in urbe Tyro adversus Athanasium gesta fuerant, in medium protulere.* Sozomus verò libro 5. cap. 5. eiusdem versionis Valelianæ: *cum ergo universi Episcopi convenissent, & imperator ipse Constantius adesset, complures eorum indignari cœperunt, & graviter Athanasium accusare, quod Sacerdotalem legem, quam ipsi tulerant, contempisset, & Alexandrinam Ecclesiam prius recepisset, quam id ipsi permissum fuisset à Synodo. Vnde & civibus causam necis illum fuisse dicebant, propterea quod illo in urbem ingrediente, mota esset seditio: & multi quidem interfecti non pauci verò ad iudicum tribunalia perducti fuissent.* Hic vides inter varias calumnias, unam eamque primam & præcipuam Athanasio Antiochiæ impositam, quod Sacerdotalem legem contempisset, & Episcopatus sui locum absque decreto communis Episcoporum Concilij recuperasset. Vel ut loquitur Sozomenus: *& Alexandrinam Ecclesiam prius recepisset, quam id ipsi permissum fuisset à Synodo.* Atqui hoc ipsum est, quod canone per Palladium, Georgium Alexandrinum, & Metaphrastem in vitâ Chryostomi allato continetur, ut Socrate & Sozomeno testibus ca-

non ille idem sit, qui tum ab Eusebianis constitutus fuerat.

8. Quæri quidem posset, quandoquidem teste Sozomeno, causa Athanasij coram universis Episcopis & Imperatore Constantio pro tribunali



tribunali residente fuerit in medium prolata, an verum sit, quod scribit Baronius, canonem illum clanculum à solis Eusebianis fuisse constitutum, tumque præsentibus ac contradicentibus Catholicis Athanasij causam ab Eusebianis Imperatore favente eorumque votis pariter annuente fuisse peractam. Vel potius an separatim ab Eusebio Catholicis juxtà regulam post Synodum statutam coram Imperatore Constantio causa Athanasij in Eusebianorum conventiculo fuerit proposita? verum, etiamsi nihil de alterutra opinione ex antiquorum testimoniis liquido constaret, sufficeret in hoc conspirasse omnes scriptores Catholicos, ab Eusebianis Athanasium fuisse calumniis impetum, ut auctor est Socrates, & paucos malorum extitisse auctores, ut in suâ ad Orientales epistolâ scribit Iulius Papa, qui addit crimen in Athanasium aliosque tunc temporis depositos contra quosdam ex Antiocheno conventu fuisse Romam delatum: *Hæc & eiusmodi crimina contra quosdam ex vestris ( ut nomina eorum omitram ) hi, qui huc venerunt, detulere, qua ego adscribere subterfugi, & fortasse ea ex aliis, quam sint, resciveritis.* Studio nomina eorum tacuit Iulius primus, quod ipsi Antiochiæ depositi non omnes sed quosdam tantum ex iis tragediæ auctores asseruissent. Consideratione dignum est, quod de Eusebio Edessâ oriundo & tempore huius Concilij Antiochiæ sub Flacillo commorante scribit Sozomenus libro tertio capite quinto: *Posteà vero inquit, quam in eâ urbe fortè fortunâ Concilium erat convocatum, ab Eusebio Episcopo Constantinopolitano ad sedem Ecclesiæ Alexandrina capeffendam designatus est. Nam putabat illum tum propter piam institutionem, tum propter singularem in dicendo facultatem, animos Ægyptiorum à benevolentia, quâ Athanasium complectebantur, facile avocaturum: at ubi hunc Episcopatum capescere recusavit, alterum in locum Athanasij subrogatum, Ecclesiæ Alexandrina Episcopatus Gregorio, Emiffena autem ei tributus est.* Eadem habet Socrates libro 2. capite 6. sua mutuatus à Georgio Laodiceno, qui huic Concilio Antiocheno interfuit, & vitam Eusebij Emiffeni conscripsit; ut quæ hic de eius in Athanasij locum substitutione afferuntur, à teste oculato posteritati consecrata omnino amplectenda censeantur, & nullatenus contemnenda. Scribunt autem ex Georgio Laodiceno tam Socrates quam Sozomenus Eusebium illum ab Eusebio Nicomediensi ad Alexandria Episcopatum gerendum fuisse accersitum, quo scribendi modo Georgius Laodicenus cum subsequentiis historicis fidem faciunt, ab Eusebio dumtaxat, tamquam factionis suæ principe damnatum Athanasium,

Iulius 1.

Sozomenus



& alium in locum eius post Synodum Antiochenam fuisse delectum. Quod enim recusante Eusebio Edeſſæ oriundo sedem Alexandrinam, ei ab eisdem Thronus Emiſſenus tributus fuerit, à quibus Gregorius thronum Alexandrinum obtinuit, ſingulariter notandum venit.

9. Enimverò Anatolium Emiſſenum Episcopum, qui ſacroſancto Nicæno Concilio ſubſcriptus habetur, etiam huius Antiochenæ Synodi canonibus ſubſcripſiſſe, non ſolum indicant Codices M.ſſ. ſed & edita ante mille ducentos annos priſca canonum collectio latina, quæ poſt ultimum canonem inter pleroſque Episcopos ſubſcriptum retinet Anatolium, uti & antiqua canonum verſio, quæ ante Iſidorum Mercatorem in uſu fuit, & pari modo Anatolium huius Synodi canonibus ſubſcriptum exhibuit, quin etiam vulgata huius Synodi editio, quæ in Episcoporum Catalogo ſub Provinciâ Phœnicix primo loco poſuit *Anatolium Emiſſenum*, tamquam totius Phœnicix Libanix Metropolitanum. Quod ſi quæras, quomodo Anatolius huic Concilio ſubſcriptus habeatur tamquã Emiſſæ Metropolita Episcopus, ubi ex Georgio Laodiceno conſtat, eundem Episcopatum hæc in Synodo Eusebio fuiſſe delatum? res clara fiet, ſi quæ huc uſque obſervavimus de canonibus omnium Episcoporum ſententiã ſtatutis, etiam ab Anatolio Emiſſeno dicamus fuiſſe admiſſos, & ut tot huius Synodi Catalogi fidem faciunt, ſubſcriptione ipſius nominis roboratos: At ubi cauſa Athanaſij poſtmodum inſtitui cœpit ab Eusebianis, tunc vel Anatolium vitã deceſſiſſe, vel quod veriſimilius fit, ad eò viriliter reſtituiſſe factioni Eusebianæ, ut illa non minus Anatolium Emiſſenum, quam ipſum Athanaſium averſata utrumque depoſuerit, in locum Athanaſij Gregorium Alexandrinum, & in locum Anatolij ſubſtituens Eusebium Emiſſenum. Enimverò non Athanaſium ſolum & Ægyptios Episcopos ab Eusebianorum factione depoſitos, ſed & plures aliarum Provinciarum Antiflites hanc ſortem fuiſſe paſſos, deplorat in tranſmiſſâ ad ipſos Eusebianos epiſtolâ Iulius primus: non enim ſolus Athanaſius inquit, ſed & plurimi alij Episcopi ex Thraciâ, Cæleſyriâ, Phœnicâ, Paleſtinâ huc convenire, Presbyteri item non pauci, partim ex Alexandria, partim aliunde huc ad Concilium occurrerunt, & coram omnibus Episcopis ibi congregatis, inter reliqua dicta ſua conqueſti ſunt, vim & injuriam Eccleſiis illatas eſſe, ſuasque Eccleſias eadem, qua Alexandrina paſſas eſſe, & in aliis Eccleſiis ſimilia designata eſſe. Quæ Alexandrina Eccleſia paſſa fuit, erat Episcopi ſui depoſitio & alterius in ſedem ipſius intruſio: cum autem inter pluri-

Iulius I.

mos



mos ex diversis Provinciis, qui eadem se passos conquerebantur apud Iulium primum, ab eodem Pontifice enumerentur Phœnicij, quis non statim suspicabitur Anatolium Emisenum totius Phœniciaë Metropolitanum eadem fuisse passum, cum ab Eusebio in eius locum constet electum Eusebium Emisenum, ob quem tot jurgia & populi ac Cleri Emiseni dissidia orta fuerunt, ut ipse Sozomenus testetur, quod tumultu oborto, de variis criminibus accusatus Emesam relinquere coactus ad Georgium Laodicenum confugerit. Scripsit quidem Georgius ille vitam Eusebij Emiseni, qui dum Eusebianæ factioni Antiochiaë adhæserat, & eorum statutis post Synodum editis, ac latis in Episcopos sententiis suffragatus erat, ubi varias in Eusebium Emisenum à civitatis suæ Clero & populo allatas rationes pertractabat, noluit de iniquâ Anatolij depositione & iniquiori in viventis locum Eusebij intrusionem mentionem facere, ne latam à se ipso sententiam conaretur retractare, ideoque alias de astrologiâ judiciariâ & Sabellianâ heresi calumnias memoriæ prodidisse videtur, quas dum solam exortorum Emesæ tumultuum causam enarrat Sozomenus, à Georgio Laodicensi hæc ipsa mutuatus est, qui ut jam diximus, præcipuam tumultus rationem studio siluit: ex eo tamen firmatur, Eusebium Emisenum non minus quam Gregorium Alexandrinum in loca viventium Episcoporum post Synodum fuisse subrogatos.

10. Finio cum legatis Iulij i. quos, Athanasio Romam circà an. 341. initium adventante, missos fuisse ad Eusebianos, vidimus alibi, & ostendimus circà finem Aprilis, aut initium mensis Maij Antiochiam appulisse, postquam Antiochenum Concilium ab initio eiusdem anni erat inchoatum, eaque statuerat, quæ contra Marcellum Ancyranum pro fide, & adversus varios canonû transgressores pro disciplinâ Ecclesiasticâ summo animorum consensu statuta audivimus suprâ. Potuerunt advenisse Antiochiam, cum Eusebiani à Catholicis separati Athanasij causam dijudicandam assumpserant: enimverò Elpidium & Philoxenum sedis Apostolicæ legatos totam de Athanasij depositione & Gregorij in sedem Alexandrinam iniquâ intrusionem coram aspexisse, vel ex eo constat, quod Iulius primus deploret, legatos suos cum luctu remissos *ob ea, quæ istic geri conspiciebant*, tum deinde Eusebianos Iulius i. injuriosæ actionis inimulet ob assumptum illo præsertim tempore iudicium, cum ipse ad celebrandam Romæ Synodum litteras mittebat. *Primum enim, inquit, non decebat, cum nos ad celebrandam Synodum litteras mitteremus, aliquos præoccupare iudicium Synodi,*



quæ Iulij primi quærela supponere videtur, tum ab Eusebio assumptum fuisse iudicium, cum per litteras ab Elpidio & Philoxeno legatis suis Antiochiæ traditas citabatur ad Romanam pro causâ Athanasij celebrandam intrâ breve tempus Synodum, quod egregiè probat, Athanasij causam initio Synodi non modo non fuisse discussam, sed potius post tres circiter menses ab inchoato Antiocheno Concilio fuisse assumptam, cum legati Leonis 1. circa finem Aprilis Antiochiam appulsi eam ipsam tragœdiam oculis suis conspexerint, & in locum Athanasij Gregorium substitui magno cum animi luctu præsentem deplorarint. Et sic intelliges D. Athanasium epistolâ ad solitariam vitam agentes: *Iulius vero Presbyteros suos Elpidium & Philoxenum cum litteris ad Eusebianos misit certum diem definiens, ut aut præsentem se sisterent, aut cognoscerent, se omnibus modis suspectos haberi. Caterum Eusebiani, ubi semel audissent Ecclesiasticum confessum fore, ubi nec comes affuturus esset, neque Satellites pro foribus excubarent, . . . ita inhorruerunt & metu contracti sunt, ut Presbyteros detinerent ultrâ diem condictam . . . hoc genere colloquij inter ipsos habito: quandoquidem Ecclesiastico iudicio vincere non possumus, solitâ nostrâ vi agamus. Quod ultimum fulius descriperat supra: cum malè sibi ubique conscij de causâ suâ in Ecclesiastico confesso desperarent, Constantium cum lamentis ut hæreseos propugnatorem adeunt. Vides inquit, omnes à nobis desicere, pauci residui sumus, incipe persequi, quoniam etiam ab istis paucis destituimur, & deserti relinquimur. Quos enim vi ad communionem nostram per exilia Episcoporum adegimus, ij ab Episcopis in sedes suas revertentibus, ut contrâ nos sentiant, persuadentur. Scribe igitur ad omnes, & mitte denuo Philagrium præfectum Ægypti: . . . mitte item Gregorium Episcopum Alexandriam, &c. Quibus ex verbis firmatur, post legatorum Pontificiorum adventum, tragica illa à solis Eusebianis Antiochiæ peracta esse.*

Athanasius.

CA-



## CAPVT IV.

De formulâ fidei ab Eusebianis post  
Synodum editâ.

1. Post tres fidei formulas Antiochia editas, quartam conscripserunt soli Eusebiani, quæ ex D. Athanasio adfertur.
2. Occasionem scribendi quartam fidei formulam exhibet Socrates, qui eam diu post Antiochenam Synodum ad Constantem transmissam refert, cum id post aliquot menses factum esse, testetur Athanasius.
3. Quarta fidei formula ad avertendam hæreseos Arianae notam edita, ob silentio præteritam consubstantialis vocem merito Eusebianos suspectos reddidit.
4. Hinc antiquiores, qui Eusebianos Antiochiam convenisse dicunt, ut fidem everterent, aut Omousion tollerent, de hac quartâ fidei formulâ intelligendi sunt à solis Eusebianis editâ.
5. Enimvero formula Luciani Martyris, & Theophronij eam explicantis, excusationem habent de silentio obvolutâ consubstantialis voce.
6. Aliud quid est de primâ formulâ ante Concilium, & quartâ post illud editis, quæ merito in suspensionem veniunt, licet nihil eorum, quod Nicæa decisum est contra Ariam, expressè improbarint.

1. **Q**uod soli Eusebiani primam fidei formulam ediderint, ex ipsius formulæ verbis evicimus, quandoquidem Eusebiani de suscepto in communionem Ario ortam sinistrae opinionis famam conati sint in ea avertere, & per datam in eadem fidei suæ rationem, longè aliam in hominum mente opinionem generare. Secundam fidei formulam à Luciano Martyre olim fuisse compositam, & in hac Synodo Sabellianæ hæresi rectè fuisse oppositam, audivimus ex S. Hilario Pictaviensi Episcopo, cui D. Athanasius addidit tertiam à Theophronio Thyantenli Metropolita expositam, cui omnes (90. Episcopi) Athanasius. hominis religione approbatâ subscripserunt. Cumque has tres fidei formulas per festum encæniorum Antiochiæ editas tradidisset, pergit idem S. Alexandrinæ Ecclesiæ Patriarcha Athanasius libro de Synodis: hac cum Antiochia per tempora encæniorum egissent, ne tunc quidem



arbitrati satis perfectè fidem suam conscriptam esse, utpote homines turbido fluctuantique animo, aliud scriptura genus de fide post aliquot menses conscribunt, amandantque in Gallias Narcissum, Marim, Theodorum, Marcum, qui quasi à Synodo emissi, ista beata memoria Constanti Augusto, ceterisque, qui ibi aderant, tradiderunt: credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, conditorem & factorem rerum, ex quo omnis paternitas & in cœlis & in terris nomen mutuatur, & in unigenitum eius filium Dominum nostrum Iesum Christum, ante omnia sæcula ex Patre genitum, Deum ex Deo, lumen de lumine; per quem omnia facta sunt in cœlis & in terris, sive ea visibilia sint, sive invisibilia, eundemque verbum esse, sapientiam, virtutem, vitam, & veram lucem, qui propter nos postremis temporibus homo factus est, & genitus ex Sancta Virgine, eundemque credimus Crucifixum, mortuum, sepultumque tertio die ex mortuis resurrexisse, assumptumque in cœlum residere ad dextram Patris, non solum in hoc sæculo sed etiam in futuro. Credimusque in Spiritum Sanctum, hoc est paracletum, quem pollicitus Apostolus, post reditum suum in cœlos misit, ut eos erudiret, omniaque illis in memoriam subiceret, per quem anima sanctificentur, quæ in illum sinceriter credunt: eos porro, qui dicunt filium ex non ente, aut ex aliâ substantiâ, & non ex Deo esse, aut erat, quando non erat filius, alienos à se censet Catholica Ecclesia.

Socrates,

2. Habet eandem fidei formulam Socrates lib. 2. c. 14. & addit, Occidentis Imperatorem certiore factum de Athanasij Alexandrini & Pauli Constantinopolitani abdicatione litteras scripsisse ad fratrem Constantium Orientis Imperatorem, ut tres Episcopi rationem de Pauli & Athanasij abdicatione reddituri ad ipsum mittantur. Et hac occasione, inquit Socrates, missi sunt Narcissus Cilix, Theodorus Thrax, Maris Chalcedonius, & Marcus Syrus. Qui ut accefferant, cum Athanasio noluerunt in colloquium venire: quin etiam fidei decisionem Antiochia editam occultantes, aliam, quam Episcopi contexuerant, Imperatori exposuerunt, his fere verbis: credimus in unum Deum, &c. Quod Socrates occasionem transmissæ legationis ex parte Eusebianorum rectè investigavit, haud facile negarim, potuit enim D. Athanasius, qui Romæ ab initio anni 341. hæserat, ad medium circiter eiusdem anni Antiochiâ aut Alexandriâ litteras recepisse, quibus certior fiebat de suâ post Synodum Antiochenam damnatione, & hac re graviter commotus ad illius Occidentis Imperatorem Constantem, & ab eo ad fratrem litteras impetrasse, quibus tres Eusebianæ partis Episcopi

evoca-



evocabantur rationem de Athanasij abdicatione reddituri. Indicat quidem Socrates, easdem litteras diu post Antiochenam Synodum fuisse transmissas, sed magis placet iudicium D. Athanasij, qui testatur post aliquot menses, eodem scilicet anno aut sequentis initio, quatuor Eusebianæ factionis Episcopos ad Occidentis Imperatorem fuisse delegatos, idque cum quartâ fidei formulâ Antiochiæ editâ, de qua notanda Athanasij verba: *aliud scripturæ genus de fide post aliquot menses conficiunt, amandantque in Gallias Narcissum, Marim, Theodorum, Marcum, qui quasi à Synodo emissi, ista B. Memoria Constanti Augusto, ceterisque, qui ibi aderant, tradiderunt. Qui quasi à Synodo emissi, inquit Athanasius, quod sciret vir Sanctus, separatis ab Eusebio Catholicæ partis Episcopis, non tam Synodum, quam speciem Synodi ex solis Eusebianis, qui quasi Synodum constabant, mansisse. Eusebiani illi usque ad finem anni 341. Antiochiæ sublitterant, & post aliquot menses à constitutis tribus primis fidei formulis, hanc quartam edentes Narcisso & sociis Constanti Augusto perferendam tradiderunt, eosque quasi à Synodo emissos dixit Athanasius, quod tunc missi essent, cum jam vera Synodus Antiochena desisset, & Conciliabulum potius Antiochiæ inchoasset.*

3. Editâ hac quartâ fidei formulâ à solis Eusebianis non jam contrâ Sabellianam hæresim, sed ad inusum propriæ religioni hæreseos Arianæ notam avertendam, contendi posset, quantumvis nihil aperte contrâ fidem Catholicam statuerint, ob involutam tamen silentio filij consubstantialitatem subdolè egisse; & verum esse, quod scripsit Sozomenus libro 3. cap. 5. Eusebianos Antiochiam convenisse *simulatione quidem ut novam Ecclesiam consecrarent: sed revera, sicut eventus declaravit, ut decreta Nicani Concilij abrogarent, vel juxtâ alios, ut fidem consubstantialitatis everterent.* Enimverò Eusebianos simulatè Antiochenum Concilium inchoasse, & zelum fidei contrâ Sabellianam hæresim propugnandæ non minus quam zelum disciplinæ Ecclesiasticæ contrâ canonum transgressores promovendæ eo dumtaxat animo ostentasse, ut Athanasium simili zelo deponere, & quæ causæ suæ favere poterant, constituere viderentur, non modo ex plerisque eorum actis indicavimus suprâ, sed ex rerum eventu colligimus, quandoquidem zelum suum tot statutis demonstratum nihil proficere rati larvam simulationis deposuerint, & impia contrâ Ecclesiæ canones statuta fingentes, juxta ea Athanasium deposuerint, & quo magis in fidei ab Athanasio propugnatæ perniciem studere viderentur, editâ

Athanasius.

Sozomenus.

ob



ob propriam infamiam de hæresi Arianâ notam avertendam fidei formam, verbum illud omiserint, quo Arianæ hæreseos fautores à Catholicis tunc temporis discreti fuerunt. Ut & plerique istorum temporum viri clarissimi, & posteriorum temporum scriptores Ecclesiastici cum plerisque Patribus hinc ansam habuerint, invehendi in Eusebianos Antiochiæ adunatos, tanquam Arianæ Hæreseos fautores, & ad fidem consubstantialitatis everendam natos.

4. Clamet itaque S. Athanasius epistolâ ad Africæ Episcopos, de fide egisse Synodos aliquot Antiochenas sed turbidas & tumultuosas. Addat Marcellus Ancyranus in epistolâ suâ Romæ Iulio primo oblatâ Eusebianos in fidei formulâ sermonibus ad decipiendos auditores utentes veritatem occultare. Scribat Socrates libro 2. capite 8. Eusebianam factionem ob alias quidem causas simulatè Antiochiam convenisse, *re ipsa vero, ut Consubstantialis fidem everteret ac profigaret.* Edicat Georgius Patriarcha Alexandrinus in vitâ S. Ioannis Chrysostomi, ab eo canonem quemdam reiectum, quod ab Arianis fuerit editus, quo tempore Antiochia convenerunt, ad abrogandam fidem de consubstantiali Trinitate. Tueatur S. Maximus in collatione habitâ cum Theodosio Cæsareæ Bithyniæ Episcopo, inter Synodos, qua contra Homousion facta sunt, secundam statuendam esse eam, quæ post Tyrium Concilium habita fuit in Antiochiâ. Accedat auctor vitæ S. Pauli Constantinopolitani, in excerptis apud Photium capite 257. Bibliothecæ extantibus: Eusebiani Athanasium damnare ausi, ausi sunt & fidem permutare, nihil eorum reprehendentes, vel verbo, qua in Nicæâ Synodo tractata essent, improbo & fraudulento animo semina jacentes, ut Omousion tollatur. Et consentiat auctor certaminis S. Athanasij in excerptis apud eundem Photium capite 258. Synodum Antiochiæ ad everisionem Orthodoxa fidei coactam esse. Memoriae proditum reliquerit Theophanes Abbas Græcus, qui sæculo 9. floruit, in coactâ Antiochiæ Synodo Eusebius & partis suæ Episcopi conscripta post Arii mortem fidei expositione, consubstantialis vocem omnino tacuerunt. Adjungat se Freculphus Lexoviensis Episcopus: Antiochiæ Eusebius cum cæteris Satellitibus Ecclesiæ Dei hostibus... Paulatim callide decreta Nicæni Concilij Catholica subvertere nitentes... Fateatur auctor libelli Synodici ex codice 700. annorum descripti, Synodum Antiochenam alio quidem prætextu adunatam, scopo autem & re ipsa contra divinum Symbolum, & repetat, ei præsentibus Eusebianos sacrum commutasse Symbolum. Finit demum Nicephorus Callistus libro 9. c. 5. Concilium Antiochiæ celebratum

Athanasius.

Marcellus.  
Ancyran.

Socrates.

Georgius  
Alexandrin.

S. Maximus.

Excerpta  
Vitæ Pauli.Auctor  
certaminis  
Athanasij.

Theophan.

Freculphus  
Lexoviensis.

Libell. Syn.



bratum ad professionem consubstantialis apertè abolendam, Hæc omnia ut Nicephor. vera sint, de fidei formulâ non quidem totius Antiocheni Concilij, cui 90. aut plures Episcopi adfuerunt, sed Conciliabuli Antiocheni, in quod post separatos Catholicos degenerat, veniunt intelligenda.

5. Enimvero formulæ à toto Antiocheno Concilio editæ, licet non contineant expressis verbis consubstantialis vocem, eandem tamen veritatem aliis verbis exprimunt. Ac unam quidem ante Arii tempora per Lucianum Martyrem editam ab ipso Alexandrino Patriarcha Athanasio fuisse laudatam, audivimus supra. Aliam quoque fidei formulam à Theophronio Tyanenſi, probante omni Episcoporum cœtu editam, omiſſiſſe verbum Conſubſtantiale, negari numquam poterit: ſed quod Theophronius editam à Luciano contrâ Sabellianos fidei formulam hæc aliâ contra eandem hæreſim à Marcello Ancyrano renovatam ſtuduerit reddere clariorem, in cauſâ fuiſſe exiſtimat Magnus Hilarius Pictaviensis Episcopus, quod nihil in eâ contra Arianos de conſubſtantialitate filij fuerit adiunctum, & rationem illam tam, juſtam tam urgentem credidit S. Hilarius, ut pro minus expreſſâ indifferenti ſimilitudine Patris & filij ſufficere exiſtimet, non adverſus hæreſim, quæ diſſimilis ſubſtantię Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum aſa eſt prædicare, in Antiochiâ fuiſſe conventum, ſed adverſus eam, quæ poſt Sanctam Synodum proruperat, ut tria nomina Patri vellet adſcribere. Et hanc hæreſim, quia debellare agraſſus eſt Theophronius in fidei formulâ per omne Concilium probatâ, de conſubſtantialis omiſſione apud Hilarium excuſationis locum invenit: ut non ſubſiſtat, quod ex Socrate plerique antiquiores & moderni aſſumpſerunt, Concilium Antiochenum fuiſſe celebratum, ut conſubſtantialis fidem everteret ac proſtigaret, vel ut loquitur auctor certaminis S. Athanaſij: *Synodum Antiochiæ ad everſionem Orthodoxæ fidei coactam eſſe.*

D. Hilarius.

Socrates.

Auctor

Vitæ Athan.

6. Aliud quid eſt de primâ fidei formulâ ante Concilium Antiochenum, & quartâ poſt illud à ſolis Eusebianis editis, cum enim per illas non oppugnent Sabellianam hæreſim, ſed potius in iis Arianz hæreſis ſuſpicionem à ſeſe avertere conentur Eusebiani, non habuerunt rationem omittendi vocem conſubſtantialis, ſed potius addendi, & formulæ ſuæ inferendi, cum per illam vocem ſolam omnem omnino ſuſpicionem Arianz Hæreſis avertiſſent. Et ſi de ſolis fidei formulis ante & poſt Concilium Antiochenum ab Eusebio Nicomediensis editis ſermonem inſtituamus, verum eſſe poteſt, quod Socrates ſcripſit, Eusebianos Antiochiam conveniſſe, ut conſubſtantialis fidem

Socrates.



Georgius  
Alexandrin.

Auctor  
Vitæ Pauli.

Marcellus.

Eusebius.

Freculphus  
Lexoviensis.

everterent : vel quod cum S. Chrystomo scriptum reliquit Georgius Patriarcha Alexandrinus : Ariani Antiochiæ convenerunt *ad abrogandam fidem de consubstantiali Trinitate*, vel ut loquitur auctor vite S. Pauli Constantinopolitani, Eusebiani auli damnare Athanasium, *ausi sunt & fidem permutare nihil eorum reprehendentes vel verbo, qua in Nicæa Synodo tractata essent, improbo & fraudulento animo semina iacentes, ut Omouision tollatur.* Ubi animadvertendum primò, quod auctor scribat, post damnationem Athanasij aliaque Antiochiæ peracta Eusebianos fidem permutasse, ut inquireret hoc factum esse post Synodum à solis Eusebianis. Secundò, hanc fidei mutationem in eo consistere, quod semina jecerint, ut Omouision tollatur, enimverò tunc primum cœpit per consubstantialis omissionem Eusebiana factio seminare hæretica sentia, quæ vel ex solâ istius vocis omissione subsequenter temporis Ecclesia colligebat. Tertiò nihil vel verbo reprehendisse eorum, quæ in Nicenâ Synodo tractata sunt, in fidei namque formulâ post Synodum editâ & ad Imperatorem Constantem transmissâ nullum omninò verbum reperitur, quod fidem Nicænam impugnat. Quin imò accusabat tunc temporis Marcellus Ancyranus in fidei formulâ Romæ Iulio primo oblatâ Arianos, quod asserabant, *non proprium ac verum verbum esse omnipotentis Dei filium.* 2. *Quod erat aliquando, quando non erat filius :* & Eusebiani in ipsâ fidei formulâ post Concilium editâ, ut ostenderent, se nullatenus illis erroribus consentire, eos porro, inquit, *qui dicunt filium ex non ente, aut ex alia subsistentia, & non ex Deo esse, aut erat, quando non erat filius, alienos à se censet Catholica Ecclesia.* Ut certissimum sit, Eusebianos etiam solos nihil cum Arianis admittere ausos, quod fidei Symbolo Nicæe edito expressè repugnaret : ut meo quidem iudicio nemo sincerius scripserit, quam Freculphus Lexoviensis Episcopus in Chronicis : Eusebius aliq̄ue Antiochiæ *contrâ fidem Catholicam non tam manifestè sicut in reliquis sanxerunt Conciliis.*



C A P V T V.

De schismaticis Eusebianorum erroribus, in quos post Synodum Antiochenam proruperunt, & quid ad illos repositus fuerit Iulius primus.

1. Legati Iulij primi Antiochiam adventantes circa mensem Maij anni 341. ibidem retinentur usque ad initium anni 342. quo tempore tragica omnia conspexere.
2. Legati Romam redeuntes Eusebianorum litteras afferunt, quarum compendium habes apud Sozomenum, ex quo constat de erroribus eorum.
3. Primus error fuit, quod potestatem Romani Pontificis intra Occidentis terminos concludendo primatum Sedis Apostolicae arietare ausi sint.
4. Secundus error fuit, quod Iulio criminis loco obiecerunt communionem cum Athanasio & aliis in Oriente depositis Episcopis, quos rectè à sese in communionem admissos docet Iulius.
5. Tertium Eusebiana factionis caput fuit, quod Iulius admittendo Athanasium sententiam Orientalium abrogavit, quod non rectè in auctoritatem suscipit de Marca, cum non ab Antiocheno Concilio sed conventicula posthumo processit, idque immeritò ab Eusebianis obiectum fuisse, docet Iulius primus.
6. Quartum criminationis caput, quod Orientales Episcopos ad Synodum evocarat litteras mittendo ad solum Eusebium, quod pluribus diluit Iulius Papa.
7. Quintum fuit, quod comminati sint, quod sese ab Apostolica Sedis communionem separarent, si damnationi Athanasij aliorumque non subscriberet Iulius, id quod graviter culpatur sanctissimus ille Pontifex, varia huic schismatico fundamento opponens.
8. Quæ Iulius primus rescripserat, morte præventus, numquam videre potuit Eusebius Nicomedienfis, post cuius obitum eius factio in apertum schisma prorupit, unde & damnata fuit à Sardicensi Concilio.

1. **I**N operis huius dissertatione prima cap. 3. vidimus, post adventum Magni Athanasij à Iulio primo transmissos fuisse Elpidium



Athanasius.

Iulius 1.

Sozomenus.  
Edition.  
Christoph.

& Philoxenum Presbyteros ad Eusebium & factionis suę Episcopos Antiochię coadunatos, ut ad Synodum Romę circa finem istius anni 341. pro causâ Athanasij celebrandam accederent, audivimusque, adventantes circa mensem Maij legatos fuisse tragicarum rerum Spectatores, quod Eusebiani de indicto Romę Concilio certiores facti ita inhorruerint, ut, teste Athanasio in epistolâ ad solitariam vitam agentes, *Presbyteros detinerent ultra diem condictam.* Addit Iulius primus epistolâ ad Orientales: *Presbyteros suos usque ad mensem Ianuarij, ne venirent, detinuerunt.* Hęc enim de Iulij primi Presbyteris intellecta, ut intelligenda esse videntur, innuunt, ab Eusebians legatos illos fuisse Antiochię detentos usque post diem ad celebrandam Romę Synodum circa finem anni 341. indictam, & tunc remissos esse, ut scribit Athanasius *cum absurdissimâ excusatione*, vel ut loquitur Iulius primus, *cum luctu ob ea, que istic geri conspexerant*: additque illos ipsos legatos, quos cum gaudio remissos oportuit, cum literis contentiosis ab Eusebio & factionis suę Episcopis conscriptis rediisse, ex quibus fastum & arrogantiam scribentium collegit, primumque Orientalium schisma, quod Ecclesia Occidentis metuebat, brevi introducendum prævidit.

2. Schismaticę Eusebianorum litterę, quarum meminit Iulius Papa, perierunt, aut latent, quod eas cum Iulio primo supprimendas putarit antiquitas: habes tamen earum compendium apud Sozomenum libro 3. cap. 7. *Eusebiani graviter commoti conveniunt Antiochia in unum, & epistolam verbis elegantibus ornatam, & diserte, ut rhetorum mos est, compositam ad Iulium scribunt, eamque plenam ironia, & minarum non expertem gravissimarum. Nam quamquam litteris suis ferebantur Ecclesiam Romanam primas apud omnes ferre, utpote qua Apostolorum schola & pietatis Metropolis ( licet auctores religionis Christiana primum ex oriente venissent ) jam ab initio fuisset; tamen indignati sunt, se posteriores ideo ferre, quod magnitudine Ecclesia superarentur, idque cum virtute & pio vivendi studio longè superiores essent. Quin etiam criminis loco Iulio objiciebant, quod cum Athanasio & reliquis cum eo Episcopis communicaverat. Et egre admodum ferebant, perinde ac si sum Concilium fuisset, tum ipsorum sententia abrogata. Quod factum ut iniquum & à lege Ecclesiasticâ discrepans insimularunt. His de causis eum eum ad hunc modum criminati essent, & sibi factam injuriam testati, Iulio pacem & communionem pollicebantur, si modò abdicationem eorum, qui ad ipsum profugerant, approbaret. Sin autem resisteret ipso-*

rum



rum decretis, contraria se facturos predicabant. Nam Episcopus & Sacerdotes orientis, qui ipsos antegressi fuerant, minimè refragatos esse Episcopo Romano, cum Novatus erat Ecclesia ab eo eiectus. Eadem habet Nixephorus Callistus libro 9. cap. 8. & consonant illa, quæ Iulius primus in suâ ad Eusebianos responsoriâ fufius refellit.

3. Enimverò, quod toties ante observavi, solos Eusebianos post receptas per Elpidium & Philoxenum Iulij primi litteras, quibus de Athanasij aliorumque abdicatorum communione certiores fiebant, Conventiculum suum Antiochiæ conlasse, ut eo tempore, quo ad Synodum in Athanasij causâ habendam evocabantur, iudicium Synodi præoccuparint, clare innuere videtur Sozomenus, cum ait: Eusebianos graviter ex litteris Iulij primi commotos Antiochiæ in unum convenisse, & litteras ironiarum plenas edidisse, in quibus primas quidem partes Romano Episcopo tribuebant, sed loci non potestatis, ut animadvertit Christianus Lupus ad canonem 20. dictatus Gregorij 7. unde & Sozomenus addit, simul indignatos fuisse quod posteriores terrent, cum virtute & piè vivendi studio longè superiores essent. Erat gravissima in sedem Apostolicam injuria, quam Iulius primus adeo sensit, ut responsorias suas ab hisce verbis inchoarit: contentiosè & non ut decuit rescriptum esse, fastus enim & arrogantia scribentium, inquit, in epistolâ apparebat... Nec scio, cur vobis ita rem agere placuit, ut nos in hanc opinionem redigatis, ut arbitremur nos sub specie reverentia pro ludibrio esse habitos, dictaque vestra esse irridendum. Sic Sanctus Ecclesiæ Pontifex cum universâ Italiæ Synodo in eos invehitur, qui sedis suæ primatum primi arietare ausi fuerant, per ironiam laudantes veterem Romam, cuius privilegia Occidentis terminis tanto fidelium scandalo conclusa voluere, ut omnes Italiæ Episcopi vix credere poterant, istiusmodi litteras ab Eusebianis profectas esse, de quibus, cum rixandi potius quam caritatis affectus eminebat, iudicatum fuit, expedire secundum Ecclesiasticum verbum molam asinariam suspendi à collo, atque ita demergi auctores, quam unum ex pufillis scandalizari.

4. Secundum, cuius meminit Sozomenus: quod Iulius cum Athanasio & reliquis Coepiscopis communicaverat. Et hoc revera Eusebianos criminis loco Pontifici obiecitse, luce clarius constat ex Iulij primi ad ipsos responsoriâ, in quâ totus est ad reddendam facti sui rationem: quod autem non temerè aut iniuste susceperim in communionem Coepiscopos nostros Athanasium & Marcellum, inquit, brevibus

Lupus.

Sozomenus.

Iulius 1.

Iulius 1.



ratio vobis istarum rerum demonstranda est. Rem hanc ab initio repetit, & Athanasium iniuste accusatum, & iniustius Tyrio in Conciliabulo fuisse damnatum, omnia ipsis obiecta fuisse juratorum ipsius hostium figmenta, idque palam constare ait ex actis & Ægyptiacorum Episcoporum litteris Synodicis, & pergit: cum igitur istiusmodi allegarentur, & tot testes pro Athanasio starent, & ipse tam iusta pro se afferret, quid quaso nos oportuit facere, aut quid Ecclesiasticus canon exigit? nonne ut hominem non condemnaremus, sed potius reciperemus, eumque pro Episcopo, quemadmodum est, haberemus. Similia habet de Marcello Ancyrano, eum nimirum se ipsum purgasse, fidem Catholicam professum fuisse, eumque semper acerrimum fidei propugnatorem extitisse. De viro igitur quem recta opinionis & sincera religionis esse testimoniis, approbatum est, inquit, quid quaso nos facere oportuit, nisi ut eum pro Episcopo haberemus, quemadmodum & habemus, neque a communione repelleremus; hac quidem ego non tanquam eorum causam agens scribo, sed ut & vobis fidem facerem, viros istos iuste & canonicè a nobis receptos esse, & vos minime habere causam litigandi: par autem est, ut studium adhibeatis, & omnibus modis elaboretis, ut qua contra canonem acta sunt, emendationem accipiant, & Ecclesia pacem habeant, ut Christi pax vobis data permaneat, & non scindatur Ecclesia, ne vos eam culpam veluti schismatis auctores sustineatis. Dico enim & planè protestor, ea qua à vobis acta sunt, non esse pacis, sed schismatis occasiones.

5. Tertium Eusebianæ factionis caput, quod Iulius primus admittendo in communionem Athanasium sententiam Orientalium abrogavit. Quod factum (Eusebiani) ut iniquum & à lege Ecclesiasticâ discrepans insimularunt. Idem ab Eusebianis obiectum fuisse, in epistolâ responsoriâ testatur Iulius primus adferens hæc eorum verba:
- Sozomenus. Eusebius. de Marca.
- inconcussam habet auctoritatem qualibet Synodus, & contumeliosè agitur cum iudice, cuius iudicium ab aliis examinatur. Eadem Parisiensis Archiepiscopus de Marca, & scribit libro 7. capite 4. numero 2.
- „ Orientales per illas tempestates, regulam hanc certam & indubitam Ecclesiasticæ discipline esse contendebant, res in Oriente iudicatas, retractari non posse in Occidente, nec econtrà. Ita namque affirmavit Concilium Antiochenum in epistolâ ad Iulium Papam. „ Adducunt hæc Parisiensis Archiepiscopi verba alij, & respondent, schismaticum Eusebianæ factionis commentum adferri, „ nam & Antiochena Synodus fuit istius factionis sceleratum Conventiculum, deditque fundamenta & fomenta, ex quibus Philippo
- „ litanum



„ litanum Conventiculum firmavit suas sceleratas litteras. „ Sed cur quæso hoc Synodo Antiochenæ adscribere, quod compertit Eusebianorum Conventiculo post Synodum Antiochenam instituto? paucos malorum auctores scripsit Iulius primus, eosque solos Eusebianos fuisse, attestantur omnes Historici; illos autem ut novitatis argueret idem Iulius Pontifex, scribit Eusebium per legatos suos Macarium Presbyterum, Hefychium Martyriumque Diaconos Athanasij causam in Tyrio Concilio decisam Sedis Apostolicæ iudicio obtulisse, quod etiam si factum non fuisset, assumptum equidem in Synodo Italica iudicium esset legitimum, quod antiqua Ecclesiæ consuetudo id habuerit, Synodoque Nicenâ firmatum sit, *prioris Synodi acta in aliâ Synodo examinari posse. Quod si istiusmodi consuetudo, inquit Iulius primus, olim fuit, eiusque memoria renovata est & scripto prodita in magna Synodo. eamque apud vos valere non finitis, rem profecto indecoram facitis. Morem enim, qui semel in Ecclesia obtinuit, & à Synodo confirmatus est, iniquum est, à paucis abrogari.*

Iulius 1.

6. Quartum factionis caput attingit Iulius, quod ad solum Eusebium ex Nicomediensi civitate Constantinopolim translatum litteras miserat, & per legatos suos alios Orientales ad Synodum Romanam evocarat: cum enim somniaverant, inconcussam auctoritatem habere quamlibet Synodum, & Orientales ab Occidentalibus non debere iudicari, sicut Episcopi & Sacerdotes Orientis, qui ipsos antegressi fuerant, minimè refragati erant Cornelio Episcopo Romano, cum Novatum Ecclesiâ eiecerat, ita nec Episcopos Occidentis minimè refragatos fuisse, cum Orientales Paulum Samosatensem tempore Aureliani Imperatoris deposuerant, sicque morem Ecclesiæ obtinere debere in causâ Athanasij, ut quæ ab Orientalibus decisa erant, ab Occidentalibus minimè retractarentur. Refellit hæc omnia Iulius primus in suâ ad Eusebianos responsoriâ, ac quoad primum: *admiror, inquit, eam partem epistola, & nescio quomodo hoc scribere potuistis, id vobis egre esse, quod Eusebio cum suis dumtaxat, & non itidem omnibus vobis litteras scripserim, citius in hac expostulatione morositatem promptissimam, quam veri quid reprehendas. Addit Eusebium cum paucis dumtaxat ad ipsum contra Athanasium scripsisse, & consequenter se debuisse Eusebianis tantum scribere, aut inquit, vos, quibus non scripsi, non moleste ferre, si rescripserim illis, qui mihi scripserant. Ubi notandum, Eusebium ante hoc Antiochenum Concilium inter suos non numerasse tot Metropolitanos Antistites, quos cum Flacillo Pa-*

Iulius 2.

triarchâ



triarchâ Antiocheno in partes suas traxerat, & qui ad Iulium primum damnato Athanasio litteras miserant: illi autem, ut Dianius Cæsareæ Cappadociæ Exarchus, Flacillus Antiochiæ Patriarcha, alijque Illustrium civitatum Episcopi in partes tracti, erant omnino illi, qui conquerebantur, ad se datas non fuisse à Iulio primo litteras: & quia illi Orientalium Episcoporum nomine tanquam ex Synodo Antiochenâ litteras contentione plenas miserant ad Iulium primum, testatur Pontifex, vix creditum fuisse in Occidente, istiusmodi litteras ab Orientalibus profectas esse, quod sciret non ab omnibus, sed à paucis malorum auctoribus fuisse conscriptas. Primo itaque reddidit rationem, cur ad solû Eusebium cum suis scripserat, cum que antea secundo satisfecerat, asserendo se nullam causam offensionis præbuisse, dum illos adhortatus fuit, ut ad Synodum accurrerent, quandoquidem illud potius cum gaudio excipi oportuit, & juxta morem Ecclesiæ à Synodo Nicænâ probatum id ad ipsorum Eusebianorum instantiam effecisset, pergit ad tertium de objectis Novati & Pauli Samosatensis exemplis: *Quod si igitur (quemadmodum scribitis) pro exemplis in Novatum & Paulum Samosatensem editis decreta Synodorum observari oportet, certè minimè oportuit calculos trecentorum Episcoporum irritos haberi, aut Catholicam Synodum à paucis contemni.* Occasione istius, quod Ariani ab Eusebianis in communionem admittebantur contra decreta Synodi Nicænæ, refellere conatur Iulius primus Eusebianorum quærelam ex Novati & Pauli Samosatensis exemplis desumptam, ac si diceret: vos proponitis Novatum & Paulum Samosatensem, quorum unus in Occidente damnatus ab Orientalibus numquam fuit in communionem receptus, & alter in Oriente depositus ab Occidentalibus quoque numquam admissus aut communioni restitutus, cum vos interim Arianos in Nicænâ Synodo damnatos in communionem recipiatis, & sic sacrosanctum illud trecentorum octodecim Episcoporum Concilium contemnatis. *Tali igitur commissâ audaciâ, quinam dicendi sunt flammam discordia accendisse, si quidem id nobis in vestris litteris objicitis. Nos scilicet discordiam induximus, qui compatimur cum patientibus fratribus, & omnia secundum canonem facimus? an qui contentiose violato canone trecentorum decreta pravariantur, & per omnia Synodum contemptui habent.* Sic loquitur Iulius primus, malens hoc modo Orientalium quorundam illegitimas querelas refellere, quam Novati, aut potius *Novatiani* exemplum exponere, qui à Cornelio Papa & Occidente universo damnatus in communionem neutiquam ad-

Iulius 1.

mitti



mitti poterat ab Orientalibus, & quam Pauli Samosatani depositio-  
nem exponendo Historiam Orbi universo notam repetere, ex quâ  
constabat quidem, damnatum illum fuisse ab Orientalibus, & judi-  
cium non rescissum fuisse ab Occidentalibus, sed simul innotescebat,  
causam eius post finitum Orientis iudicium Romam fuisse remissam,  
cuius Pontifex cernens, Orientis iudicium rectum fuisse & iustum,  
idem omnino ratum habuit, non habiturus, si iniustum, sicut in causâ  
Athanasij, fuisset.

7. Quintum Eusebianæ factionis caput erat, minas in Sedem Apo-  
stolicam jactare, sibi factam injuriam testati, inquit Sozomenus, Sozomenus.  
Iulio pacem & communionem pollicebantur, si modo abdicationem eorum,  
qui ad ipsum profugerant, approbaret. Sin autem resisteret ipsorum de-  
cretis, contraria se facturos predicabant. Nicephorus Callistus libro 9.  
capite 8. idem omninò habet, si facta eorum comprobaret, pacatos se Nicephorus.  
fore, & secum communicaturos. Sin adversari eis pergeret, & ipsos  
conjunctos adversus eum ituros esse, intulere. Et hinc vides, tantum  
abelle, post Synodum Antiochenam ab Eusebio legatos Romam ad  
Iulium 1. cum litteris fuisse transmissos, quibus ipsi iudicium causæ  
offerret, ut putabat Socrates Historicus, quod potius literæ minis  
plenæ ab eo transmissæ sint, quibus Pontificem ad meram actorum  
subscriptionem impelleret, & vel invitum & reluctantem schismatis  
incusso timore in partes traheret. Magis ad veritatem accedit, quod  
habet auctor vitæ Pauli Constantinopolitani apud Photium cap. 257.  
Eusebius ad Romanum Pontificem Iulium legatos mittit hoc moliens, ut  
qua adversus Athanasium decreta essent, rata haberet. Et auctor vitæ  
Athanasij apud eundem Photium: Eusebius quidem ijs peractis, qua  
volebat, legationem ad venerandum Iulium Pontificem Romanum lega-  
vit hoc agens, ut Athanasium una damnaret. Quamvis & in hoc quo-  
que deviare videantur, legationem ab Eusebio post Synodum trans-  
missam esse, nisi intelligant ipsos legatos Iulij primi, quos Eusebius  
aliquo mense Ianuarij anno 342. Romam remiserunt cum schismaticis  
illis litteris, quas præ manibus habemus, & quas Iulius primus se  
per Elpidium & Philoxenum legatos suos ex Antiochenâ civitate  
reduces accepisse fatetur in suis ad Orientales responsoriis, in qui-  
bus deplorat, Sedis Apostolicæ auctoritatem ab Eusebianis fuisse  
ludibrio habitam. Cum enim primas partes ab ipsis Romano Pontifici  
datas, non nomine tenus sed se ipsa à Christo institutas, & à B. Petro  
Apostolo acceptas apud omnes posteros hucusque inconcussas mansisse



Iulius 1.

constabat, minimè decuit, inquit Iulius primus, eo usque procedere, aut eo usque evadere istas animorum degeneres pusillanimitates, ut nimirum absque Sedis Apostolicæ iudicio præcipuos Ecclesiæ Episcopos deponere auderent: cur igitur & in primis de Alexandrinâ civitate nihil nobis scribere voluisti, inquit: an ignari estis hanc consuetudinem esse, ut primum nobis scribatur, ut hinc, quod justum est, definiri posset? quapropter si istic huiusmodi suspicio in Episcopum concepta fuerat, id huc ad nostram Ecclesiam referri oportuit. Nunc autem nos, quos certiores minimè fecerunt, postquam jam egerint, quod libuit, suffragatores sua damnationis, cui non interfuimus, esse volunt. Non ita se habent Pauli ordinationes, non ita Patres docuerunt, sed fastus iste, & novum studium est. Sic intonat tuba Apostolica contra sceleratas Eusebianorum novitates, quas hucusque non audiverat Ecclesia, & pro minis ac terrore schismatis gallinæ instar benignitatis suæ alas extendit, sub quibus ut illos congregaret, reposuit: obsecro vos per IESVM Christum, ne sinatis discindi membra Christi, neque præoccupationibus fidem habete, sed Domini pacem anteponatis. Et infra, terrore æterni iudicis proposito, ne, inquit, quod præ omnibus gravissimum est, Deum exacerbemus, unusquisque enim nostrum eorum, quæ hic turbavit, rationem reddet in die iudicij.

Socrates.

Sozomen.

8. Et hæc sunt, quæ Sanctissimus Ecclesiæ Pontifex Iulius primus ex Synodo Romanâ anno 342. circa mensem iulij ad Eusebium & alios Orientales, qui ex Antiochiâ scripserant, rescribenda iudicavit, quas litteras Eusebius ex Nicomediensi novæ Romæ Episcopus morte præventus videre non potuit, nedum ad earum lectionem respiscere. Verum, inquit Socrates libro 2. capite 9. ea, quæ erant à Iulio de Athanasio iudicata, ad aures Eusebij nequaquam pervenerunt, nam paulò post dimissum Concilium exivit è vitâ. Et Sozomenus lib. 3. cap. 6. non ita diu post Concilium Antiochiæ celebratum, antequam de Iulij sententiâ certior factus esset, de vitâ decessit. Decessit Eusebius, & utinam tota eius factio mentem post obitum ductoris ad Iulij primi litteras mutasset. Sed proh dolor; Eusebiana factio Hydram imitata capite uno amputato plura alia assumpsit, quæ dum abiectum Sedis Apostolicæ Primatum in suæ factionis favorem arripuerant, eo demum pervenerunt dementia, ut non 40. tantum Eusebiani, qui interfuissent Synodo Antiochenæ, sed 70. eiusdem factionis Orientales Episcopi in apertum schisma prolapsi sint, & ubi sese à Sedis Apostolicæ communionem separarant, auli fuerint in Philippolitano Con-

venticulo



venticulo schismatica figmenta iis erroribus augere, qui in Synodicâ  
 eorum epistolâ sub nomine Sardicensis Concilij publicatâ continen-  
 tur. Opus non est hæc omnia repetere, cum sufficiat vel hoc unum  
 attulisse, quod inter alios *Iulium urbis Roma tanquam auctorem com-  
 munionis Marcelli & Athanasij damnavit omne Concilium juxta anti-  
 quisimum legem, ut Principem & ducem malorum.* Utinam dixisset  
 omne Philippopolitanum Conventiculum, juxta novissimum figmen-  
 tum auctore schismatum infernali Eusebianis inspiratum. Hoc ipsum  
 enim quantum tunc averfata sit omnis Orthodoxa sub cælo Ecclesia,  
 demonstravit sacrosanctum Sardicense Concilium, quod ob schisma-  
 tica figmenta Eusebianæ factionis signiferos tamquam putrida membra  
 à sano corpore abscidit, id est ab Ecclesiâ. Et post hoc tempus Eu-  
 sebianæ factio in rabiem exarsit, & tragica illa, quæ sub Ariano-  
 rem nomine post quarti sæculi medium orbem Catholicum luctu &  
 & lamentis implevit, si non commisit, adjuvit talem, & promo-  
 vit. Mala hæc ex scintilla invidiæ in tantum orbis incendium excreta  
 hic prosequi non est animus, cum sufficiat annotasse, post mortem  
 Gregorij filium in locum D. Athanasij fuisse intrusum Georgium ni-  
 mirum, quem ob nominis affinitatem plerique cum Gregorio confu-  
 derunt. Cæterum de Gregorio anno 341. in locum Athanasij factio-  
 ne Eusebij Nicomediensis substituto, agit Iulius primus in epistolâ  
 ad Orientales, & ipse Athanasius in epistolâ ad solitariam vitam  
 agentes: de Georgio autem anno 356. per Eusebianos intruso agit  
 D. Athanasius epistolâ encyclicâ ad Orthodoxos, ubi expressè nomi-  
 nat Georgium, & non Eusebio, ut habet corrupta versio Pe-  
 tri Nannij, sed Eusebianis Georgij intrusionem attribuit.  
 Dicit D. Athanasius, Georgium ad instantiam Arianorum electum  
 fuisse præter Cleri & populi consensum, & eius in civitatem Alexan-  
 drinam introitum fuisse tam nefarium, *ut virgines Sanctæ & incon-  
 taminata nudatis corporibus nefaria paterentur . . . Monachi pedibus  
 obruti expirarent, alij fisco addicerentur, alij gladiis fustibusque ma-  
 ctarentur, alij vulneribus plagisque malè multati discederent.* Plura  
 habes apud Athanasium, cuius mentem de actis Eusebianorum post  
 Antiochenam Synodum cum abundè ex eius operibus collegimus,  
 restat pro operis coronide mentem S. Ioannis Chrysofomi de actis  
 Antiocheni Concilij inquirere, & quid Innocentius primus ac coevi  
 Patres de Antiochenis canonibus senserint, verbo indicare.

Synod.  
Philippol.

Athanasius.



## CAPUT VI.

## De mente S. Ioannis Chrysofomi, Innocentij primi, aliorumque circa Antiochenum Concilium.

1. *Causa Divi Chrysofomi & Athanasij in repetendo throno sine novâ Synodo est omnino eadem, unde canon contra Athanasium editus ab Eusebianis, Divo Chrysofomo fuit obiectus à Theophilo & amulis.*
2. *Verum canonem 4. Antiochenum, quo statuitur, Episcopum à Synodo depositum sine novâ Synodo non posse thronum suum repetere, in auctoritatem admittit D. Chrysofomus, ut constat ex Socrate, Sozomeno, & Georgio Alexandrino.*
3. *Chrysofomus, licet ad populi instantiam sedem suam recuperavit sine novâ Synodo, non tamen à maiori Synodi iudicio petendo cessavit, unde cum postea canonem quemdam de non ascendendo throno sine nova Synodi iudicio reprobasset, eum sibi ipsi contrariasse putarunt aliqui.*
4. *Verum canoni Antiocheno de non ascendendo throno sine nova Synodi iudicio sese satisfecisse contendit Chrysofomus.*
5. *Canonem verò à Theophilo obiectum reiecit, nec rejiciendo sibi contradixit, quod canon ille non sit ex Antiochenis 25. ubique in auctoritatem receptus.*
6. *Exponitur controversia de canonis à Theophili transmissi auctoritate tempore Chrysofomi exorta, & ostenditur, Chrysofomi sequaces rectè eum pro Eusebianorum canone post Synodum utique constituto habuisse.*
7. *Et hisce observatis intelligitur, quid Innocentius primus voluerit, cum occasione Chrysofomi scripsit ad Orientales: quod hæreticorum inventa non sint Catholicis canonibus annektenda.*

1. **Q**uod S. Ioannes Chrysofomus tamquam alter Athanasius expositus fuerit communi invidiæ, & sicut fidei Athalera pro



pro æmulo habuit Eusebium Nicomediensem, ita prædicator veritatis pro æmulo habuerit Theophilum Alexandrinum, clamant Historici omnes tam Græci quam Latini, qui aut res istorum temporum descripserunt, aut vitam utriusque posteritati consecrarunt. Damnatus fuit in Tyrio Conciliabulo Athanasius & Eusebij dolo in exilium missus est: damnatus fuit & in Conciliabulo ad Quercum Chrysofomus, ac Theophili studio in exilium eiectus est. Innocens Athanasius ex ultimâ voluntate Constantini magni per filios Augustos revocatur, & absque aliâ Synodo Thronum Alexandrinum recuperavit, unde & ob canonis per Eusebium Nicomediensem obiecti transgressionem iteratò deponitur: innocens quoque Magnus Chrysofomus ex terrore divinitus Imperatori immisso per Arcadium ab exilio revocatur, & absque majori Synodo sedem suam recuperat, unde & ob eiusdem canonis à Theophilo Alexandrino obiecti transgressionem iteratò expellitur. Quid in causâ Athanasij actum sit cum canone illo, audivimus suprâ: quid Chrysofomus egerit, hoc loco videntium reliquimus: sunt enim, qui putant & in canone à Theophilo transmissio, tamquam ab Antiocheno Concilio statutus fuisset, idem Concilium à D. Chrysofomo, Innocentio primo, Palladio Helenopolitano, Georgio Alexandrino, aliisque antiquioribus scriptoribus fuisse explosum, & rejectum tanquam Arianorum aut schismaticorum Conventiculum.

2. Verùm metu huius erroris abundè per superiora ab hoc Concilio amoto, mirum profectò si in causâ Chrysofomi eiusdem Concilij auctoritas vacillaret. Chrysofomus anno 403. in Synodo ad Quercum damnatus ac depositus est, & tertio die in exilium missus est, à quo statim postea iussu Imperatoris revocatur. Scribunt autem omnes Historici, D. Chrysofomum noluisse primùm urbem ingredi, aut thronum recuperare sine maioris Synodi iudicio. *Ioannes*, inquit *Socrates* libro sexto capite 16. *negabat se urbem ingressurum esse, nisi prius in maiore iudicio confessu innocentiam suam probasset, mansit interim in suburbano, quod Mariana appellatur.* Addit, tumultu oborto ad urbem accessisse, & populo roganti ut in Episcopali Cathedra sederet, ac pro more solito pacem apprecaretur, reposuisse: *id iudicium decreto fieri debere, & oportere, ut ij, à quibus condemnatus esset, mutatâ sententiâ ipsum absolverent.* Eadem omninò habet *Sozomenus* libro 8. capite 18. Quibuscum consentit *Georgius Patriarcha Alexandrinus* in vitâ Chrysofomi, ubi refert, eum ut ex Cathedrâ Episcopali

Socrates.  
Verf. Valef.



Georgius Alexandrin. copali populo apprecaretur rogatum, ita reposuisse: *hoc debere fieri pravo iudicio, & se in integrum restitui prius oportere illorum decreto ac suffragiis, quorum sententiâ Episcopatus sibi fuerat abrogatus.* Sciebat

Canon 29. Apostolor. D. Chrysoſtomus canone 29. Apollolorum statutum esse: *si quis Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus depositus justè super certis criminibus, ausus fuerit atrectare ministerium dudum sibi commissam, hic ab Ecclesiâ penitus abscondatur.* Sciebat idem omninò statutum fuisse canone 4. Antiocheno, sed quia tò justè ibi non reperiebatur, quæstionem ab æmulis moveri potuisse de lentu canonis, hinc licet sciebat, se injustè damnatum fuisse, nolebat tamen sedem suam recuperare sine maioris Synodi iudicio, ut canonem Antiochenum, quocumque sensu exponeretur, extrâ omne omninò dubium observasse videretur. Cæterum quod D. Chrysoſtomus existimavit canones Apostolicum, & Antiochenum tantum locum habere pro legitime damnatis, non verò pro illegitime damnatis, patet ex facto ipsius Chrysoſtomi, qui tandem ad preces populi acquievit. Sic enim habet

Socrates. Socrates libro sexto capite decimo sexto: *Ioannes ergo in Episcopali solio residens, sicut antea consueverat, pacem populo pronuntiavit: ac præterea necessitate compulsus, sermonem habuit ad populum.* Et Georgius Patriarcha Alexandrinus in vitâ ipsius Chrysoſtomi: *ingenti desiderio flagrabat plebs ipsum videndi pro throno confidentem, eundemque exaudiendi pro more docentem. Enimverò obtinuit tum populus, ut ea exequeretur. Infidens igitur Episcopali throno Ioannes consueto more populo apprecatus pacem, & ad explendum officium adæctus docebat.*

Georgius Alexandrin. 3. Chrysoſtomus quamvis ad instantiam populi pacem apprecatus fuisset, non tamen à petendo maioris Synodi iudicio quievit, quin

Chrysoſtom. potius sæpè ab Imperatore novum iudicium postulavit: cum, inquit epistolâ ad Innocentium primum, *triginta nos Episcopi, & Clementissimi Imperatoris notarius ad hoc missus reduxissent, ingressi ad regem oravimus, ut ad ulciscenda facinora Synodum cogeret.* Et infra: *institimus apud Piissimum Imperatorem, ut Concilium congregaret. Demum: ne postea quidem quievimus, sed instabamus jugiter orantes iudicium fieri, in quo audiri dijudicarique possemus, parati enim eramus, nos ipsos docere infantes.* Refert hanc epistolam Palladius in ipsius Chrysoſtomi vitâ, ex quâ habemus, Chrysoſtomum etiam post restitutionem voluisse satisfacere canoni Antiocheno, quantum in ipso fuit, ut omnem omninò æmulorum suorum cavillationem præcideret:



ret : verum Theophilo Synodi iudicium evitante, & ad instantiam Acacij canones quosdam transmittente, obiectum fuit Chrysofomo id, quod semper timuerat, quod post depositionem suam sine Episcopali decreto redire ausus esset. Scio quidem D. Chrysofomum hic duplici responso ulum fuisse, ac primò quidem conatum fuisse ostendere, sese canoni Antiocheno satisfacisse, deinde verò cum ne sic quidem adversariorum calumniam effugeret respondisse, obiectum canonem non ad Ecclesiam Catholicorum, sed ad Ecclesiam Arianorum pertinere. Sicque scribit Parisiensis Archiepiscopus libro 3. de concordia Sacerdotij & Imperij, capite 3. numero 2. „ & se maiori „ Episcoporum numero fultum sedem suam repetivisse contendebat, „ ut hac etiam in parte canoni Antiocheno, cuius auctoritatem adversarij obtendebant, satisfacisse constaret. Et aliundè canonem illum Antiochenum refellit, quod editus esset ab Arianis. „ Eadem habet Beveregius tomo 2. Pandect. canonum in notis ad Antiochenum Concilium.

4. Verum ne ex his quisquam existimaret D. Chrysofomum sibi ipsi contrariasse in admittendo & rejiciendo uno eodemque canone Antiocheno, notandum omninò, quomodo cum obiectis canonibus egerit Chrysofomus. Theophilus ab adversariis Chrysofomi rogatur, ut ad secundam Synodum Constantinopolitanam adveniret, aut certè modum suggereret, quo Chrysofomus throno suo ejici posset. Mittit itaque Theophilus canones quosdam, & inter eos unum de non ascendendo throno sine novæ Synodi iudicio, unde coactâ secundâ contrâ Chrysofomum Synodo obijcitur illi, quod post depositionem suam sine Episcopali decreto redire ausus esset. Poterat hoc Chrysofomo obijci ex canone 4. Antiocheno, ubi : *si quis Episcopus damnatus à Synodo, vel Presbyter, aut Diaconus à suo Episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, Episcopus juxta præcedentem consuetudinem, sive Presbyter, aut Diaconus, nullo modo liceat ei, nec in aliâ Synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis.* Poterat item obijci ex canone 12. Antiocheno, ubi : *oportet ad manus Episcoporum converti Concilium, & qua putaverint habere iusta, plurimis Episcopis suggerant, eorumque discussiones & iudicia præstolentur.* Et revera cum quis Episcopus à Synodo damnatus erat, non conveniebat ipsius iudicio causam restitutionis committere : hinc quamprimum Chrysofomo obiectum fuit, quod sine Episcopali decreto redire ausus esset, reposuit primùm teste Georgio, ipse Chrysofomus : *se minime*

Palladius.

de Marca.

Canon 4. Antiochen.

Canon 12. Antiochen.

mè



**Georgius Alexandrin.** *mè iudicio contendisse, non item exaudiisse tabellas adversum se scriptas; non etiam sibi factam potestatem pro se respondendi: ne prasens quidem, inquit, condemnatus sum, sed jussu Imperatoris in exilium relegatus sum, rursus eiusdem precepto sum revocatus, quemadmodum & veritas rerum gestarum luculenter ostendit. Hæc Chrylostomus apud Georgium, ex quo abundè patet, Chrylostomum nullatenus sensisse, sese canoni Antiocheno contravenisse.*

**Palladius.** *4. Addidit quidem ulterius Chrylostomus, canonem à Theophilo transmissum non esse Catholicorum, nec hoc dicendo sibi repugnavit. Enimverò alius omninò erat canon à Theophilo transmissus, quam quartus aut duodecimus Antiochenus: canon enim Theophili testibus Palladio & Georgio Alexandrino tamquam nequam & à nequissimis editus reiectus fuit à sacro Sardicensi Concilio. Canon autem quartus admissus fuit à Chalcedonenſi Concilio tamquam sacra Patrum regula, & canon duodecimus etiam in auctoritatem receptus fuit à Sede Apostolicâ & cum cæteris Antiochenis ab omni sub cælo Ecclesiâ. Prætereà extat etiamnum apud tres auctores fide dignissimos, quorum primus ipsius Chrylostomi discipulus, qui ita habet in Dialogo: canones, quos Theophilus miserat à quadraginta complicibus Arii editos, atque ita continentes: si quis Episcopus, aut Presbyter injustè sive justè depositus ex se ipso absque Synodo in Ecclesiam redierit, hic jam excusationis non habeat locum, sed omnino expellatur. Secundus sæculi septimi initio Georgius Patriarcha Alexandrinis in vitâ Chrylostomi, asserens Ioannem justâ responsione revocasse canones à Theophilo missos: ac reiecit, inquit, quod eos ita scripsissent & observari iussissent quadraginta Ariana hæresis: sive Episcopus, sive Presbyter justè aut injustè depositus, si privatâ auctoritate citrà decretum Synodi invaserit Ecclesiam, talem deinceps nolumus locum obtinere sui purgandi, sed expellatur, & demum in exilium relegatur. Tertius demum sæculo nono Metaphrastes in vitâ Chrylostomi: Theophilus mitrit tres ex suis Episcopis eis dato canone ad accusationem, quem prius proposuerant Ariani adversus validum Ecclesiæ propugnaculum, nempe Athanasium, qui dicit: si quis Episcopus, aut Presbyter justè aut etiam injustè depositus per se redierit absque Synodo Ecclesiæ, ei non detur amplius locus defensionis. Atque hic jam appello eruditorum oculos, ut mecum considerent, quod antea consideratum ignoro. Hanc canonem à Theophilo transmissum Ariatorum fuisse, dixit Chrylostomus, nec hoc dicendo rejecit, quod ante*

in



in auctoritatem admisit. Enimverò juxta canones Antiochenos sese omnia perfecisse, aut saltem eosdem sese non fuisse transgressum, ad finem usque sustinuit. At ubi adversarij instabant cum canone à Theophilo transmissio, eum Arianorum commentum fuisse contendit, & re-  
ctè: nam canon ille non est ex Antiochenis post Chrysofomum in Ecclesiâ receptis, sed est unus ex illis, qui post Synodum Antiochenam à solis Eusebianis constituti erant in odium D. Athanasij: quod si huius veritatis testimonium inquiras, en Palladium Helenopolitanum Episcopum, & Georgium Patriarcham Alexandrinum, qui uno ore fatentur, canonem à Theophilo transmissum à quadraginta Arii complicitibus fuisse editum, à solis itaque Eusebianis Antiochiæ existentibus, non ab integro Concilio, cui omnes antiqui 90. aut plures Episcopos interfuisse conscribunt. Jam verò post Synodum ab Arianis fuisse constitutum, abundè monstratum est suprâ, & vel exindè patet, quod Socrate & Sozomeno testibus Athanasius damnatus sit juxtâ regulam tunc constitutam, quæ regula est quarta vetans, depositum Episcopum aliquid ministerij attingere, & duodecima, nisi maioris Synodi judicio fuerit restitutus, ex quibus in odium Athanasij conflata fuit unica per Eusebianos regula, ut sive quis justè sive injustè à Synodo depositus sit Episcopus, si per se absque Synodo redierit, omnium restitutionis spe destituatur, & in exilium mittatur, necesse sit. Quæ regula nullibi inter canones Antiochenos reperitur, & si quidem ex iis ab Eusebianis desumpta fuit, in eo penitus deviat, quod velit etiam injustè à Synodo depositum Episcopum illi constitutioni obnoxium esse: unde & Georgius Patriarcha Alexandrinus vocat canones à Theophilo transmissos, *adulterinas & falsi nominis scripturas*: nullibi namque in canonibus Antiochenis invenies injustè depositum Episcopum non posse ad Thronum Episcopalem redire, quin potius depositum Synodico judicio Episcopum id per se facere non posse: Synodicum autem judicium intelligitur legitimè habitum, non quod illegitimum fuit & seipso invalidum, quale prætendebat suum fuisse D. Chrysofomus.

6. Et hinc apparet ratio dubitandi, quam omnium primi habuere coram Imperatore Arcadio ipsius D. Chrysofomi adversarij. Cum enim Sanctissimus ille Episcopus obiecisset, canones à Theophilo transmissos habuisse auctores hereticos, res ipsa ventilari cœpit, erant enim, inquit Palladius, *plures quadraginta pro canonum auctoritate statuendâ: alii afferentibus eos à Catholicis editos: alii econ-*

Georgius  
Alexandrinus

Palladius.



Georgius  
Alexandrin.

trâ docentibus, ab Arianis fuisse compositos. Idem planè testatur Georgius Patriarcha Alexandrinus, qui cum Metaphraſte, & Leone ſapiente in vitâ Chryſoſtomi docet, ob illam contentionem poſtulatam fuiſſe ab Imperatore, ut *juberet intro-advocari decem ex his, qui à parte Ioannis ſtabant, Epiſcopis*, ex quibus Elpidius Laodicensis in Syria Epiſcopus ita rem hanc conſeciſſe dicitur, teſte Alexandrino Patriarchâ Georgio, ut perſuaſerit Imperatori, *minimè convenire citrà rationem relegari Ioannem in exilium, neque enim prius legitime fuerat ei adempta dignitas, ſed per comitem eſt extruſus, neque privata auctoritate thronum invaſit, ſed juſſione tui Imperij conſcendit, Et nunc demum canones, quos adferunt, docemus ab Arianis emanari*. Notanda ſunt hæc verba: *neque enim prius legitime fuerat ei adempta dignitas*. Nam canones Antiocheni de legitimo agentes iudicio fuiſſent obſervandi: at cum canones, quos adferebant ſectatores Theophili, agebant de injuſtâ ſeu ut ipſi exponebant, illegitimâ damnatione, eos Arianorum fuiſſe aſtruebant Elpidius cum Chryſoſtomo, qui & Arianorum commenta eſſe revicerat, idque ne gratis Elpidius dixiſſe videretur, offert Imperatori Arcadio, ut Acacius & Antiochus canonum à Theophilo miſtorum defenſores ſubſcribant eorum fidei, qui illos canones edidèrunt. Quam conditionem cum primum recepiſſent, ſuam tamen de ſubſcribendo pollicitationem non adimpleverunt, utpote *inconſultè factam aſſerentes*, teſte Palladio, vel ut loquitur Georgius Alexandrinus: *excusantes ſe id inconſulto eſſe pollicitos, veriti ne probationi canonum succumberent, vel ut habet Metaphraſtes: ſuſpicati, rem minimè eſſe tutam*.

Palladius.

Georgius  
Alexandrin.  
Metaphraſt.

Innocent. 1.

7. Et jam ni fallor intelliges, quid interpellatus à Chryſoſtomo & Clero Conſtantinopolitano Innocentius primus Pontifex Romanus voluerit in epiſtolâ ad Theophilum Alexandrinum, dum eum evocat ad Synodum proximè in Chriſto celebrandam, addatque: *& illic juxtà Nicæni Concilij canones & decreta contendere, alios quippe canones Romana non admittit Eccleſia*. Non quod velit Innocentius primus, ſolos 20. canones Nicænos tunc temporis in auctoritatem admiſſos, ut putavit Pariſienſium Archiepiſcopus de Marca, ſed quod Sanctiſſimus ille Pontifex velit, canones à Theophilo admiſſos fuiſſe Nicænis adverſos, & alios ſive adverſos Nicæno Concilio canones non admitti ab Eccleſiâ Romanâ. Quæ omnia latius exponit in epiſtolâ ad Clerum & populum Conſtantinopolitanum, ubi enumerans delicta contrâ canones à Theophilo commiſſa primum ponit, quod neque

neque  
dein  
quit  
cogn  
zuen  
veta  
S. P  
nant  
tur.  
ticis  
vigi  
ſebia  
noce  
nibu

H  
qui  
cleſi  
tiſti  
vita  
à fu  
pis  
pan  
mus  
rata  
qua  
mic  
feſſo



neque obiecto crimine, neque auditâ parte Chryſoſtomum damnarit, deinde quod in locum viventis Epifcopi alium ſubrogarit, cum inquit, *numquam Patres noſtros talia auſos fuiſſe, ſed potius vetuiſſe cognovimus, ne cui in locum viventis per conſecrationem alium ſubſtituendi ſit poteſtas.* Quibus verbis alludit ad canonem 4. Sardicentem vetantem Epifcopo viventi ſucceſſorem ſubſtitui: ſcripſit quidem S. Pontifex: *ſi in aliis à quopiam proferuntur à Nicæniſis canonibus diſſonantes & hæreticos auctores referentes, ij à Catholicis Epifcopis rejiciuntur.* Sed quis non videt, ijs verbis canones dumtaxat rejici ab hæreticis contrâ Nicænum Concilium editos, quos ſi quæras, non inter vigintiquinque Antiochenos invenies, ſed inter alios, quos ſoli Eufebiani poſt Antiochenum Concilium edidère, de quibus meritò Innocentius primus, quod *hæreticorum inventa non ſint Catholicis canonibus anneſtenda.*

PRO OPERIS CORONIDE  
A D  
INNOCENTIVM XI.  
PONTIFICEM MAXIMUM.

**H**Æc ſunt, PATER BEATISSIME, quibus ex omni antiquitate erutis labiſcentem Orientalis Concilij auctoritatem erigere ſtudi, quin imo, niſi mea me fallat opinio, debui: exigebat enim hoc Eccleſiaſtica diſciplinæ integritas canonibus expreſſa: confeſſorum Antitiſticæ & inter eos Iacobi Niſibeniſis ac Pauli Neocæſareniſis morum vitæque Sanctitas Miraculis comprobata: ipſius Synodi ſacra maietas à ſummis Eccleſiæ Pontificibus prædeceſſoribus veſtris, ab Epifcopis pluſquam mille quadringentis in Synodis Italiæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Belgij & aliis per Orientem habitis, ab univerſâ demum ſub cælo Eccleſiâ in ſacroſancto Chalcedonenſi Concilio venerata. Neque dum ſic auctoritatem Antiocheni Concilij extollo, quidquam illorum, quæ plerique meritò in Eufebianis execrantur, admitto, quin potius illa eadem execror, deteſtor, rejicio. Qui confeſſorum Antitiſticæ ſinceritatem propugno, Eufebianorum ſi quæ fuit,



fuit, fraudulentam simulationem non approbo, sed utriusque partis in celebrando hoc Concilio unanimitatem & concordiam cum ipsâ Synodicâ defendere studeo. Qui editorum à nonaginta Patribus viginti quinque canonum autoritatem tueor, statuta & decreta à quadraginta Arii complicitibus post Synodum edita planè detestor, & sic non minus Iulij primi, Chrysostomi, & Innocentij primi in rejiciendis Eusebianorum statutis, quam sacri Chalcedonenis Concilij & totius Ecclesiæ in probandis Patrum Antiochenorum canonibus traditionem veneror. Qui fidem à Luciano Martyre conscriptam, & à Theophronio Tyanensi contrâ Sabellianam hæresim hæc in Synodo expositam non rejicio, epistolam à solis Eusebianis ante Synodum de fide conscriptam, & formulam ab eisdem aliquot mensibus post Eucænia confectam, cum occasione hæresis Ariana edita sint, ob prætermissam vocem consubstantialis suspectas habeo, & sic antiquam Patrum fidem illasam retinere cupio. Qui subdolum Marcelli animum ex Antiocheno Concilio primus inter recentiores prodo, Athanasij damnationem posthumo Eusebianorum Conventiculo adscribendam esse puto, sicque Synodus, quæ in detegendo fraudulento Marcelli animo apud posteros vicit, per improbam S. Athanasij depositionem nihil de autoritate suâ amittere debuit. Et hæc cum in toto opere probare conatus sim, PATER BEATISSIME, quæ initio Sanctitati vestræ tutanda reverenter obtuli, in fine sanctissimo & prudentissimo vestro judicio submittere decrevi. Si quid itaque in his omnibus peccatum sit, illius à te (PATER BEATISSIME) veniam supplex efflagito, & quæcumque à me scriptorum minimo in hunc usque diem edita sunt, judicio vestro subiecta volo, cupiens cum Mendoza in simili argumento, me ignarum doceri, errantem corrigi, lapsum erigi, stantem firmari.





# I N D E X

# R E R V M

## M E M O R A B I L I U M .

### A



- |   |  |
|---|--|
| <p><i>Cacius Casarensis eiusque eruditio.</i> p.76</p> <p><i>Acoluthi defecerunt in Oriente &amp; quando.</i> 523. &amp; 525.</p> <p><i>Acoluthi &amp; Subdiaconi idem nunc sunt apud graecos.</i> 527</p> <p><i>Egyptiaca Ecclesia retinuit Confessionem Auricularem.</i> 276</p> <p><i>Eneas Ptolemaidis</i> 92</p> <p><i>Etherius Edessenus.</i> 87</p> <p><i>Africana Ecclesia retinuit Confessionem Auricularem.</i> 281</p> <p><i>Africana Ecclesia disciplina in recipiendis peregrinis.</i> 403</p> <p><i>Agapius Seleucia.</i> 96</p> <p><i>Agapius Arabiensis.</i> 92</p> <p><i>Alexander Anonymus.</i> 93</p> <p><i>Alexandrina Ecclesia restituit Chorepiscopos.</i> 503</p> <p><i>Alphion Apameensis.</i> 88</p> <p><i>Altare, eiusque locus in medio bema-<br/>ris.</i> 192. tantum unum habebatur in sin-<br/>gulis Ecclesiis. 193</p> <p><i>Altare contra altare statuere quid sit.</i> 359</p> | <p><i>Ambon eiusque locus in Ecclesia.</i> 182</p> <p><i>Anatolius Emesenus.</i> 82. deponitur ab Eusebianis &amp; Romam confugit. 674</p> <p><i>Anglia retinuit Confessionem Auricularem.</i> 291</p> <p><i>Anglicana Ecclesia fuit ante Augustinum Monachum.</i> 306. est Patriarchatus Romano subiecta. 423</p> <p><i>Antidori distributio &amp; quid sit.</i> 223</p> <p><i>Antiochus Rhesinatis.</i> 91</p> <p><i>Antiochenum Concilium occasione dedica-<br/>tionis templi Dominici aurei habi-<br/>tum.</i> 22. quandonam celebratum sit. 25. eius auctoritas a variis impetita. 26. ex plurium traditione defensa. 29. in quibusnam capitibus oppugnetur. 36. quotnam illi adfuerint Episcopi. 37. non adfuerunt tantum Eusebiani sed &amp; Catholici Episcopi. 48. non obest eius auctoritati absentia Macarij Hierosolymitani &amp; Iulij Pontificis Romani. 56. quinam Episcopi adfuerint Synodo. 61. item p. 97. eius primordia. 100. non adversus Arianam sed Sabel-<br/>lianam haeresim coacta fuit. 110. ei subscripserunt Episcopi, &amp; quotnam. 654. eius Synodica canonibus praefixa</p> |
|---|--|



# INDEX RERVM

- graco-latina. 655. alia dua versiones latina sed corrupta. 657. cur Catholicorum praesertim Episcoporum nomina ei habeantur subscripta. 658. retulit statuta sua ad omnes ubique Episcopos, & an rectè. 659. solos canones transmisit, qui & obinde soli nominatim fuere in Ecclesiâ admissi. 660. ob quartam fidei formulam minus rectè improbatur, cum illa post Synodum edita sit. 680. quasnam formulas ediderit. 681
- Appellatio & quandonam licita. 352.  
 appellatiois gradus. 548
- Archelaus Dolichenus. 89
- Archidiaconus Presbyter ordinatus privabatur suo Archidiaconatu. 591
- Arius haesim incipit. 2. cum Ecclesia communioni restitueretur per Eusebium, miserè obiit. 40
- Ariani obiiciunt Athanasio conficta crimina, & quam. 2. causam Athanasij post eius reversionem ab exilio ad Sedem Apostolicam referunt. 9
- Athanasius adhuc Diaconus contra Arianos disputat in Nicano Concilio. 2. Arium in communionem recipere noluit, ideoque ab Arianis odio habitus. 2. in exilium relegatur anno 336. 3. quandonam ab exilio reversus sit. 5. Romam ad Concilium evocatur. 14. non sponte sed vocatus advenit. 15. defendit causam Marcelli. 130. hesitant postea 132. quin & Marcellum à communionem sua separavit. 132. id non fecit ante sed post Sardicensem Synodum detectâ fraude Marcelli. 135. non appellavit ad Imperatorem, sed damnatus ad illum confugit pro Synodo obtinenda. 543. item 670
- Athanasius post Synodum Antiochenam depositus fuit. 663
- Athanasius vi alicuius canonis ab Eusebianis statuti deponitur. 664
- Athanasius à solis Eusebianis depositus. 668
- Athanasij locus innuens, non nisi post adventum legatorum Iulij primi Eusebianos tragica omnia aggressos fuisse. 676
- Audens eiusque haesim & sequaces. 179
- Audientium locus in Narthece. 188. audientium gradus latinis ferè ignotus. 324. apud gracos notissimus. 315
- Augustinus quid senserit de eligendo successore. 634

## B

- B** Aronius in Gratiano immeritò corrigendum ducit, quod de Antiocheno Concilio scripsit. 34. putat tantum 36. Eusebianos Concilio Antiocheno adfuisse cum adfuerint. 40. 49. non rectè scripsit secandam fidei formulam Antiochia à solis Eusebianis editam fuisse. III. putavit Episcopum, occasione cuius de fide Antiochia actum est, fuisse Gregorium, sed minus rectè. III
- Basilus in Marcelli locum intrusus. 128
- Bassus Zeugmatis. 88
- Bastiani causâ Chalcedone ventilata. 588
- Basilus Magnus damnat Marcellum. 136  
 mysteria nostra fidei docet occultanda. 229
- Bema aut sacrarium. 191



# MEMORABILIVM.

Beveregius Catholicorum Codices sus-  
 ctos habet. 419. refellitur. 422.  
 Eona initio Ecclesia communia. 645.  
 Bonifacius exemplo singulari eligit sibi  
 successorem. 639

## C

**C** Anon, vi cuius Athanasius & Chry-  
 sostomus depositi fuerunt, à 40.  
 Eusebianis editus. 670. ex duobus  
 Antiochenis in unum conflat, & ab  
 Eusebio interpollatus. 671. item 696.  
 Canon 57. Laodicenus expositus. 498  
 Canones 25. Antiocheni non alterius Con-  
 ciliij sunt, quam in encaniis celebrati.  
 144. ubique transmissi sunt. 660. ab  
 Ecclesia in auctoritatem admisi sunt  
 151  
 Canon 1. de celebrando Paschate uno die.  
 156  
 Canon 2. eiusque occasio non ex disidio  
 ob Eustathium sed ex intemperantia  
 Audianorum ortum habuit. 179.  
 etiamsi ex disidio ob Eustathium ortum  
 haberet, non obinde contemnendus es-  
 set. 178  
 Canon 3. de Clericis ex una Parochia ad  
 aliam sine consensu Episcoporum tran-  
 seuntibus. 333. in auctoritatem recep-  
 tus est à plerisque. 336  
 Canon 5. de iis qui à Synodo damnati per  
 se ipsos sedem recuperant sine nova Syn-  
 nodo. 337. in auctoritatem ab Ecclesia  
 receptus est. 341  
 Canon 5. agens de iis qui seorsim colligunt  
 & se ab Episcopo separant. 354.  
 non fuit statutus contra Catholicos, sed

ab Ecclesia in auctoritatem receptus.  
 357.  
 Canon 6. Clericum excommunicatum  
 vetat ab alio Episcopo recipi. 365  
 Canon 7. de non suscipiendis peregrinis  
 sine litteris pacificis. 376  
 Canon 8. de iis, qui dare poterant pacifi-  
 cas. 405  
 Canon 9. de Metropolitanis singularum  
 Provinciarum. 411  
 Canon 10. de Chorepiscopis eorumque or-  
 dinatione & munis. 486. eius sensus  
 & auctoritas. 489  
 Canon 11. de Episcopis sine Metropolita-  
 ni, & Clericis sine Episcopi consensu  
 imperatorem adeuntibus. 531. eius au-  
 thoritas. 533  
 Canon 12. de damnatis Episcopis, qui ne-  
 glecto maiori Concilio imperatorem ad-  
 eunt. 536. non fuit obiectus Athanasio  
 aut Chrysostomo. 541. in auctorita-  
 tem receptus fuit. 542  
 Canon 13. de his qui cum sunt ex aliâ Pro-  
 vincia, in aliis audent ordinationes  
 perficere. 530. diversus est à 22. can-  
 none. 554  
 Canon 14. de dissensione, qua super  
 Episcoporum diiudicatione contingit,  
 & evocandis tunc è vicina Provincia  
 Episcopis. 556. eius sensus & auctori-  
 tas. 558  
 Canon 15. de Episcopo unanimi sententiâ  
 Provincialium Episcoporum excluso.  
 561. eius sensus. 564. in auctorita-  
 tem receptus etiam à sede Apostolica.  
 567  
 Canon 16. de vacantibus Episcopis Ecce-  
 siam vacantem insipientibus absque Syn-  
 nodo



# INDEX RERVM

- nodo. 569. eius sensus. 574
- Canon 17. de privando communione illo, qui cum manus impositionem Episcopatus acceperit, ministerium negligit. 577
- Canon 18. de his qui promoventur ad Episcopatum, nec recipiunt. 593. eius auctoritas. 595
- Canon 19. de Episcopilibus in Provinciis ordinationibus. 597
- Canon 20. de Synodis Provincialibus. 602
- Canon 21. de translatione Episcoporum 605
- Canon 22. de non ordinandis alterius Clericis. 621
- Canon 23. de non eligendo pro se successore Episcopo. 624
- Canon 24. de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, & de his, quæ propria Episcopi esse noscuntur. 642
- Canon 25. ut Episcopus dispensandi res Ecclesiasticas habeat potestatem. 648
- Chorepiscopi quandonam & ubi instituti. 493. eorum dignitas in quonam consistebat. 497. dare poterant pacificas. 409. referre debebant ad Episcopos. 501. quandonam in oriente defecerint. 502. serius in occidente instituti. 504. in quibus regionibus fuerint. 505. an validè contulerint maiores ordines. 506. an ordinare potuerint Subdiaconos. 512. à Leone 3. vetantur ulterius institui. 507. deficiunt in occidente. 509
- Chrysostomi causa. 692. in auctoritatem recipit canonem Antiochenum de non ascendendo throno sine Synodo. 693.
- refellit canonem adulterinum à Theophilo transmissum. 696. vi cuius canonis depositus fuit. 669
- Communio peregrina & quid sit. 397
- Communio Eucharistica quam frequens fuerit in primitivâ Ecclesiâ. 221
- Communio quotidiana an precepta fuerit. 221
- Communicare in oratione cum populo, quid sit. 207
- Communicare sine oblatione, quid sit. 212
- Communicare cum hæreticis numquam licuit. 39
- Concilium Nicanum quid adiunxerit literis pacificis aut formatis. 393
- Conciliabulum Tyrium anno 335. habitum. 3
- Concilium Romanum in causa Athanasij. 17. unicum tantum habitum fuit. 18
- Concilia Provincialia aut regionalia in oriente sine Romano Pontifice celebrata. 57
- Concilium Sirmiense damnat Photinum & Marcellum. 134
- Concilium Chalcedonense in auctoritatem recipit canones Antiochenos. 342. item 358
- Confessio Auricularis à quibus impugnata. 233. quandonam instituta. 234. in usu fuit à temporibus Apostolorum usque ad Nectarium. 240. non abrogata est per Nectarium. 251. eam post Nectarium servavit Oriens. 254
- Confessionis formula. 257. & seq. item 294
- Confessionem auricularem retinuit Ægyptus. 276. eam quoque retinuit Africa. 281
- Confessio-



# MEMORABILIVM.

Confessionem Auricularem retinuit Romana Ecclesia. 286. eam demum retinuit Anglia. 291. non obest statibus Regni. 306  
 Confessio publica Roma improbata. 287  
 Consistentes eorumque locus ante Ambonem in Ecclesia. 190. consistentium gradus latinis notus. 326  
 Constantinus an in sine rebaptizatus sit. 43. quandonam obiit. 4  
 Constantius Patris funus curat. 5  
 Cryptæ & cœmeteria erant divino cultui olim deputata. 184  
 Cyrillus Lucaris, eiusque damnatio. 274

## D

**D**anius Casarea Cappadocia Exarchus. 64  
 Dedicatio Ecclesia cum magnâ festiuitate & Episcoporum frequentiâ celebrari solita. 22  
 Dedicatio templi Hierosolymitani. 42  
 Dedicatio Dominici Aurei Antiochia. 100  
 Dedicatio Ecclesiarum cum Martyrum reliquiis olim fieri solita. 185  
 Dipticha eorumque varia genera. 216  
 Dionysij Areopagite opera an genuina. 197. cur initio occultata. 227  
 Donatistarum causa ad Constantinum delata, & quare. 362

## E

**E**ccliesiarum origo. 182  
 Ecclesiarum Orientalium antiqua structura. 186  
 Ecclesia loca trifariam diuisa. 187  
 Ecclesia proprie dicta. 189

Ecclesia Occidentales ab Orientalibus variant in structurâ. 191. differunt in ritu pœnitentiæ publica. 322  
 Egberti excerpta ex pœnitentiali. 293  
 Epiphanius interrogat Athanasium de Marcello. 132  
 Episcopi in singulis civitatibus constituti. 475. in pagu vetantur institui. 498. praeerant toto territorio civitati annexo. 476. praesidebant in Clero suo. ibid. habebant præcipuam rerum agendarum auctoritatem. 477. sine illis nihil licebat clero. 478. sacrificium offerebant, baptisabant, confessiones audiebant, tractatus ad populum habebant. 479. visitabant singulis annis Parochiam. 481. ad ipsos spectabant plura ut Basilicarum consecratio, manuum impositio, clericorum ordinatio, super populum solemnis benedictio. 482  
 Episcopus illegaliter damnatus sine novâ Synodo potuit sedem suam recuperare. 348  
 Episcoporum electio & depositio per litteras olim indicabatur. 373. Episcopi vacantes quinam. 573  
 Episcoporum electiones quomodo factæ. 600  
 Episcoporum translationes olim illicitæ. 614  
 Episcopo numquam licuit successorem pro se eligere. 629. contraria exempla spuria. 631  
 Epistola quibus excommunicati olim innotescebant. 371  
 Epistola communicatoria. 374. differentia inter epistolas formatas & pacificas. 379  
 Epistola pacifica seu commendatitia olim peregrinis



# INDEX RERVM

- peregrinis data. 388. sine illis peregrini non suscipiebantur ad communionem. 396
- Epistola pacifica à quibus data. 406
- Eucharistia consecratio in missa. 218. eius elevatio & partitio. 219
- Eucharistia mysterium cur antiquitus occultari solitum. 226
- Euchologium græcorum à Goar editum. 278
- Eudoxius Germanicæ eiusque acta. 77
- Eusebius Edessenus an in locum Anatolij adhuc viventis susceptus. 673
- Eusebius Emesenus eiusque scripta & acta 79
- Eusebius Gadarensis eiusque acta. 85
- Eusebius Pamphili errat Eustathium sub Constantino M. fuisse depositum. 173
- Eusebius Nicomediensis, eiusque acta. 69. pro Arii restitutione agit apud Constantinum Magnum. 2. post Tyrium conciliabulum adit imperatorem & Athanasij exilium procurat. 3. scriptis contra Athanasium litteris misit legatos ad Iulium primum ut causam eius dijudicaret. 9. quandonam id factum sit. 10. item 689. ob communionem cum Ariano relegatus fuit per Constantinum. 40 communicarunt cum eo Catholici post reditum ab exilio usque ad eius obitum. 42. de sede ad sedem transiens canones prævaricatus est. 609. non ideo tamen à communionem separatus fuit. 611. canonem confecit vi cuius Athanasium deposuit. 671
- Eusebiani damnant Marcellum, eiusque heresim ubique manifestant. 131.
- Marcelli fraude deceptos Occidentales Episcopos, etiam in Athanasij causâ errare consingunt. 136. emittunt primam fidei formulam. 101. non coegerunt Synodum Antiochenam, ut evitarent Romanam. 20. ob communionem cum Ariano malè audiunt apud Catholicos. 41. à communionem tamen non fuere exclusi nisi post Synodum Sardicensem. 45. an cum Eusebianis Catholicis Episcopi in Antiocheno Concilio communicarint. 46. quadraginta numero adfuerunt huic Synodo. 51
- Eusebiani conventiculum suum constant. 685. Eusebianorum schismatica littera. 684. eorum sensa schismatica. 685 schisma minantur. 689. id ipsum constant post obitum Eusebij Nicomediensis. 691
- Eusebius quandonam mortuus sit. 690
- Eustathius Antiochenus quare depositus. 175. sub Constantio deponitur adeoque ante annum 337. 176. Mortuus est in exilio ante an. 341. 176
- Excommunicati in communionem ab aliis non admittendi. 367
- Exomologesis idem quod confessio. 232

## F

- F**lacillus Patriarcha Antiochenus. 65
- Fletem gradus apud Latinos. 323
- Formata littera earumque exempla. 391
- Formata Græcorum. 395
- Formosi Portuensis Episcopi translatio. 619
- Formula fidei ab Eusebianis ante Synodum Antiochenam conscripta. 101. non habet vocem consubstantialis. 103

Secun-



# MEMORABILIVM.

Secunda fidei Formula à Patribus Antiochenis edita. 106. cur ab Athanasio aliisque minus laudata, quod non contineat vocem consubstantialis. 108. ideo tamen non esse penitus rejiciendam innuit Petavius. 109. & probat S. Hilarius. *ibid.* eamque contra Eusebianos urget ipse Athanasius. 111. à 97. Episcopis edita fuit. 111

Tertia fidei Formula à Synodo probata. 116. fidei causâ initio Concilij tractari solita. 663

Quarta Formula fidei ab Eusebianis post Synodum exposita. 675. qua occasione edita sit. 678. ob silentio prateritam consubstantialis vocem suspecta. 679

Formula fidei ab Eusebianis & alia à Synodo Antiochenâ edita. 681

## G

**G**regorius Alexandrinus eiusque acta. 78  
Georgius Laodicensis & eius acta. *ibid.*

## H

**H**alitagari pœnitentiale. 296  
Henricus Angliæ Rex scribit contra Lutherum pro Confessione Auriculari. 307

Hermantius non rectè statuit canones Antiochenos esse diversorum Conciliorum. 143

Hesychius Alexandria minoris. 90  
Hieremia Constantinopolitani censura contra Lutheranos. 273  
Hilarius Pictaviensis probat secundam fi-

dei formulam. 106. item 109. eius mens de hæresi Marcelli. 132. & 133  
Hospitalitas initio Ecclesia viguit. 382. quando nam desierit. 385

## I

**S. I**acobus Nisibensis eiusque acta. 84  
Iacobita quando nam Confessionem Auricularem abrogarint. 278

Indulgentia ab Episcopis olim concessa. 485

Ioannes Nesteutes pœnitentiæ rigorem minuit. 319

Ioannis Nesteutes Confessionis formula. 257

Ioannis Monachi canonarium. 259

Ioannis Morini sententia de minoribus ordinibus apud Græcos, reiecta. 520. item 528

Iulius primus indicis Romanum Concilium in causâ Athanasij. 14. locus eius de evocato Athanasio restitutus. *ibid.* quando nam Presbyteros suos ad Eusebianos evocandos transmisit. 16. arguit Eusebianos de assumpto in causâ Athanasij iudicio. 20. item 690. non excommunicavit Eusebium. 44. locus Iulij primi de Gregorio triginta sex suffragiis Antiochiæ creato correctus. 50. item 668. an Iulius arguat in Eusebianis, quod sine ipsa Synodum Antiochenam celebrarant. 55. à Metrophane excusatur de recepto in communionem D. Athanasio. 140. docet Ethnicis occultanda esse mysteria. 228. Iulij primi locus de damnato post Synodum Antiochenam Athanasio. 665. testatur paucos  
V v v v 2 malorum



# INDEX R E R V M

malorum esse auctores. 669. nec omnes à Catholicis accusari. 673  
 Iulianus Apostata imitari voluit hospitalitatem Christianorum. 384

## L

**L** Antfranci locus de confessione expositus. 298  
 Legati Iulij primi quondam Antiochiam advenierint. 675. item 683  
 Leonis magni epistola 88. supposititia. 407. item 504  
 Lucianus Martyr eiusque acta & scripta. 112. edidit fidei formulam contra Sabellium. 113. sinistrè accusatur de Arianismo. 114. eius insigne Martyrium. 115  
 Lugentium locus. 187

## M

**M** Acarius Hierosolymitanus non adfuit Antiocheno Concilio. 54  
 Macedonius Mopsvestia eiusque acta. 74  
 Macedonius Anachoreta vi ordinatus. 582  
 Magnus Damascenus. 9  
 Magnus Anonymus. 95  
 Manicius Anonymus. 90  
 Marcellus Ancyranus. 81. Marcensius malè vocatus in Cod. M.S. 91. contra eum tertia fidei formula edita est à Theophronio. 118. vitat Arianorum communionem. 120. eius liber contra Asterium editus Hierosolymis damnatur, postea Constantinopoli in conciliabulo. 121. in exilium missus, revertitur an. 338. p. 122. ad Concilium Antio-

chenum accessit, & quare. 123. damnatur Antiochia ut Sabellianus. 124. Romam appellans eo properat, & quando. 124. fidem suam exponit Iulio primo. 126. Marcellum rectam fidem exponentem ad communionem admittit Iulius. 127. iterum in oriente damnatur an. 344. p. 128. & denuò in occidente à Sardicensi Concilio absolvitur. 128. an verè haresim docuerit. 130. à communione per Athanasium separatius sponte secessit. 133. ab Hilario tanquam hareticus habetur. 133. similiter à D. Basilio. 136. tandem ab Occidentalibus damnatur in Synodo Mediolanensi an. 355. subscribente eius damnationi Liberio Papa. 137. post hæc damnatur à Concilio Generali secundo. 137. item à Concilio Chalcedonenfi generali quarto. 139. quomodo subdole egerit Marcellus, & eum ad communionem admittentes excusandi sint. 140

B. Marcus constituit Episcopos. 628  
 Marcus ab Arethusia eiusque acta. 76  
 Maris Chalcedonis eiusque acta. 73  
 Mauricius Epiphaniensis. 87  
 Metropoles totius orbis. 452  
 Metropolitanani per singulas Provincias constituti. 414  
 Metropolitanorum munia. 459. indicabant suffraganeis decreta Synodica aliunde transmissa. 459. ad ipsos spectabat de gravioribus causis iudicium 460 convocabant Synodum Provinciale. ibid. habebant jus suscipiendi appellationes Cleri & fidelium totius Provincia. 461. inquirebant in mores suffraganeo-



# MEMORABILIVM.

ganeorum. 462. dabant pacificas Episcopis ibid. eligebant mittendos ad Concilia. 463. curam habebant bonorum post mortem Episcoporum. ibid. convocabant omnes suffraganeos ad ordinationem Episcopi. 464. exigebant ab Episcopis reverentiam & canonicam obedientiam. 465. in Concilio Provinciali poterant de causis Episcoporum ferre iudicium. 467. ipsorum causa spectabant ad Patriarcham. 469. etiam ordinatio. 471

Missæ Cathæcumenorum. 196. item 209. item 217.

Missæ fidelium. 210

Missæ à pluribus Sacerdotibus cum Episcopo concelebrantibus fieri consueta. 213

Missæ præfatio. 215. consecratio in missa. 218. communio in missa. 220

Missæ unica in Oriente etiam præcipuis festivitatis celebrari solita. 195. plures Romæ & in Occidente. ibid.

Mocimus Anonymus. 91

Monachi quando ad Confessiones audiendas admissi. 262

Moses Castabala. 90

## N

**N**arcißus Nerodiadis seu Irenopolis. 67

Narthex Ecclesiæ quid sit. 188

Nectarius quid abrogarit circa Confessionem. 247

Nicetas Flaviadis. 89

Nicomachus Bostrorum. 96

Notitia brevis Patriarchatus Romani ex M. S. Cod. Vaticano. 423. alia ex

M. S. Cod. Regio. 424

Notitia quinque Patriarchatum græca.

425. valde corrupta est. 448

Notitia Ecclesiæ antiqua ex formâ Imperij desumenda est. 450

Notitia utriusque imperij. 451

Notitia Metropolitum totius orbis. 452

Novatiani eorumque error in neganda lapsus penitentiâ. 235

## O

**O**blationes fidelium quomodo factæ. 211. Offerrebant Laici tempore

Sacrificij. 211

Oeconomi quandonam instituti. 647

Orationes variis horis per diem antiquitus fieri solita. 205

Orationes tempore sacrificij. 208

Ordinum distinctio apud Græcos & Latinos diversa. § 13. ordines minores apud græcos quot olim fuerint. § 19. ordines septem fuisse. § 29. ordinum confusio apud græcos. ibid.

Ordines an validè conferantur invitis. § 81. ordinationes etiam vi factæ. ibid. ordinandi juramenta de non consentiendo olim reverita. § 85. ordinatio invitatorum illicita. 590

Orientalis Ecclesiæ traditio de Confessione Auriculari. 254

Orientalis Ecclesiæ habuit quatuor penitentium gradus. 316. eos retinuit usque post Iustiniani tempora. 318. penitentia publica ritus huius temporibus in Orientali Ecclesiâ. 320

Orientalis Ecclesiæ habuit Chorepiscopos.

493



# INDEX RERVM

*Orientalis Ecclesia Chorepiscopis permittebat Subdiaconorum ordinationem, non verò Occidentalis Ecclesia, & quare.* 514

*Orientalis Ecclesia habuit olim minores ordines. 520. tempore Iconoclastarum alia in Oriente circa minores ordines disciplina introducta.* 523

*Orientalis Ecclesia sententia non fuit superma auctoritatis.* 686

## P

**P**ascha uno die per totum orbem observandum. 159. claudicabant in eo Syri & Alij Patriarchatus Antiocheni Quartodecumani. 160

*Pastophoria quid significant.* 186

*Patriarchatus Romanus eiusque termini.* 423

*Patriarcha competit jus ordinandi & iudicandi Metropolitanas. 471. & seq.*

*Patriarcharum sententia appellationi obnoxia.* 549

*Patricius Palestinensis.* 94

*Patrophilus Scythopolitanus.* 77

*Paulinianus Hieronymi frater invitè ordinatus.* 583

*Paulus Neocesarensis eiusque Martyrium.* 83

*Peregrini fideles ubique olim à Christianis hospitio excepti.* 582

*Peregrini à Luciano conficti historia.* 383

*Peregrinorum susceptio sine & cum pacificis.* 400

*Periginis causa.* 616

*Periodente à Chorepiscopis diversi.* 499

*Petrus an ordinavit sibi Clementem in successorem.* 629

*Petrus Gindarensis.* 93

*Petrus Palestinus.* *ibid.*

*Photinus eiusque haeresis. 134. damnatur & quandonam.* 135

*Piperius Samozatenensis.* 96

*Pœnitentia breves initio Ecclesia.* 304

*Pœnitentia perpetua quandonam cœperint.* 312

*Pœnitentia gradus ante Novatum paulatim introducti. 313. post Novati haeresim etiam distinctis nominibus fuerunt cogniti.* 314

*Pœnitentiũ loca in Ecclesia, & Pœnitentia publica ritus apud recentiores graecos. 320. Pœnitentia publica ritus apud Latinos. 322. novus Pœnitentia ritus in Occidente introductus.* 329

*Pontifex Romanus decreta Synodalia confirmare debet, ut ab omni Ecclesia recipiantur. 58. eius autoritas in deponendis Patriarchis Orientalibus agnoscenda. 690 impie ab Eusebianis impetita.* 685

*Pontificis Romani privilegium. 549. ad Pontificem Romanum decreta Synodica pro tota Ecclesia esse referenda.* 659

*Præsidentes Ecclesia dicebantur Episcopi Presbyteri, & Diaconi.* 160

*Presbyter pœnitentiarius, eiusque abrogatio.* 248

## Q

*Quirion Philadelphiensis.* 93

## R

**R**omana Ecclesia retinuit confessionem auricularem. 286. rigidissime abstinuit à translatione Episcoporum. 617. prohibuit electionem successoris Episcopi durante alterius vitâ. 638

*Sabel.*



# MEMORABILIVM.

## S

<b>S</b> Abelliana haresis, eiusque origo.	112
Sacerdotes Confessionis ministri.	234
Sacramentarium Gelasianum.	288
Scriptura ante missam Cathecumenorum olim legi solita.	198. neque aliqua mutatio initio Ecclesia facta fuit. 200
Seditiosi tradebantur etiam olim brachio seculari.	361
Siricius Cyrrheticensis.	89
Socrates errat Eusebium legatos suos ad Iulium misisse post Synodum Antiochenam.	10. errat quoque, cum scribit Eustathium usque ad tempora Ioviniani superfuisse. 177. errat denique D. Athanasium ante omnia in Synodo Antiochenâ fuisse depositum. 662
Solea & quid sit.	192
Subdiaconatus an & quando maioribus ordinibus apud Latinos annumeratus.	514
à quonam tempore annexam habuerit continentia legem.	515
Substrati eorumque locus in Ecclesia.	189.
substratorum gradus.	325
Symbolum quandonam liturgiæ additum.	210
Synodi Provincialis autoritas non est suprema, sed appellationi obnoxia.	547.
	565
Synodi Provinciales quo tempore olim celebrata.	604

## T

<b>T</b> Harcondimantus Egerates.	87
Theodotus Provinc. Mesopotamiae.	86

Theodorus Vasadensis.	86
Theodorus Heracleotes eiusque scripta.	75
Theodori Cantuariensis penitentiale.	291
Theodosius Palestinus.	94
Theodotus Anonymus.	88
Theodotus alter Anonymus.	91
Theodulus Trax eiusque acta.	95
Theophronius Tyanensis.	81. edit tertiam fidei formulam. 116. idque ut aliam Luciani exponeret. 118
Timothei Æluri causa.	341
Tractatus Episcoporum & quandonam habiti.	198
Translationes Episcoporum illicitæ.	614
Thronus Episcopi & subsellia Cleri.	194

## V

<b>V</b> alesij opinio de restituto Athanasio an. 337. p. 4. refellitur.	7
Vidua etiam praesidentes olim dicta.	166.
petebantur ab eis mariti, & quid hoc sit.	164. viduarum munia. 166
Verosimilius non in sacro bemate sed in medio Ecclesia habebant locum suum.	168
Vigilius contra fas conatur in locum viventis eligi in Episcopum.	638
Vrsicini schisma.	363

## W

<b>W</b> icclephista oppugnant Confessionem auricularem.	233. damnantur ab Ecclesia. 304
--	---------------------------------

F I N I S.



# E R R A T A.

Paginâ 14. *Lineâ* 20. *occurreret. Lege* *accurreret.* pag. 18. *lin.* 12. *ἀμέλει lege ἀμελεῖ.* pag. 31. *lin.* 21. *erraticam lege* *erroneam.* pag. 35. *lin.* 2. *canonum lege* *nomocanonem.* pag. 41. *lin.* 24. *constasset lege* *constaret.* pag. 106. *lin.* 15. *αὐτῶν lege* *αὐτῶ.* pag. 107. *lin.* 23. *ὄντας lege* *ὄντος.* pag. 115. *lin.* 34. *de filij consubstantialitate lege* *contrâ filij* *consubstantialitatem.* p. 124. *lin.* 12. *accesseres lege* *accerseres.* p. 127. *lin.* 11. 332. *lege* 342. *ibid. lin.* 23. *χαρίν lege* *χαρίν.* pag. 138. *lin.* 23. *proprium lege* *propriam.* pag. 141. *lin.* 6. *Antiocheni lege* *Antiochenæ* pag. 145. *lin.* 4. *inoculatus lege* *cæcus.* p. 155. *παροισία lege* *παρουσία.* pag. 156. *lin.* 13. *post Ecclesiæ adde:* *aut Episcopus.* pag. 183. *lin.* 1. *in lege* *ad. ibid.* 37. *quoque lege* *quoquo.* pag. 187. *lin.* 13. *canone lege* *canonem.* pag. 195. *lin.* 30. *scripturam lege* *scripturarum.* pag. 211. *lin.* 8. *alij lege* *alius.* pag. 215. *lin.* 3. *Pontifici lege* *Pontifice.* pag. 217. *lin.* 1. *Episcopi lege* *de Episcopis.* pag. 222. *lin.* 13. *communicant lege* *non communicant.* pag. 230. *lin.* 24. *reverer lege* *revererer.* pag. 280. *lin.* 20. *l'ar lege* *la.* pag. 310. *lin.* 35. *avus lege* *anus.* pag. 349. *lin.* 24. *alios lege* *alio.* pag. 676. *lin.* 7. *Leonis lege* *Iulij.* pag. 690. *lin.* 22. *Iulij lege* *Octobris.* Et hæc corrigenda duxi ex tribus primis dissertationibus præcipua, ex duabus aliis illa, quæ fortuito occurrerunt, unde si quæ alia sint errata, dignetur ea Lector benevolus corrigere.





12.  
35.  
ege  
rus  
filij  
27.  
23.  
næ  
cia.  
.1.  
ege  
11.  
17.  
ege  
80.  
24.  
ulij  
ni-  
e li



